BOSTON MEDICAL LIBRARY

PURCHASED FROM THE INCOME OF THE

SAMUEL WHEELER WYMAN

MEMORIAL FUND

197

D. JOANN. ERN. HEBENSTREIT
THERAP. NVPER IN VNIVERS. LITT. LIPS. PROF. PVBL. ORD. MED. DECAN. ACADEM. LIPS. DECEMVIR. COLLEG. MAIOR. PRINCIP. COLLEGIAT. ET POLIATRI LIPSIENS.

PALAEOLOGIA THERAPIAE

QVA VETERVM
DE MORBIS CVRANDIS
PLACITA POTIORA
RECENTIORVM SENTENTIIS AEQVANTVR.

ACCEDIT
EIVSDEM
ORDO MORBORVM CAVSSALIS.

NVNC PRIMVM IVNCTA EDIDIT,
PRAEFATIONEM, VITAM AVCTORIS,
NOTVLAS QVALESCVNQVE, INDICEMQVE
RERVM ADIECIT
D. CHRIST. GODOFR. GRVNER
SERENISS. DVC. SAXO-VINARIENS. AC ISENACENS. A CONSIL. AVL. BOT. AC THEORET. IN VNIVERS. LITT. IENENS. PROF. PVBL. ORD. FACVLT. MED. ASSESS. ET H. T. DECAN. ACAD. NAT. CVRIOS. MOGVNT. SCIENT. VTIL. SOCIET. ACADEM. PRINCIPAL. HASS. SODALIS.

HALAE
APVD IOANNEM IACOBVM GEBAVER
cIɔIɔ CC LXXVIIII.

22.A.590

1859 Hy

BOSTON MEDICAL
MAY 1 1921
LIBRARY

PRAEFATIO.

Saepe miratus ſum, quid ſit, quod multi medicorum recentium veteres ſpernant, tanquam deliros ſenes, et quorum lectione nihil vtilitatis reportari queat. Cuius contemtus cauſſae multae variaeque mente fingi verbisque adduci poſſunt. Etenim nec placet illis cenſoribus per ardua et aſpera progredi, limpidiſſimos Graecorum Romanorumque fontes adire, atque videre, quam viam ingreſſi principes ſint ad artem cum inueniendam, tum ſtabiliendam, quos progreſſus fecerint, quanta cum accuratione obſeruarint, quale ingenii acumen iudiciique vim in detegendis morborum receſſibus, qualem patientiam laboremque indefeſſum in veritate confirmanda oſtenderint. Oderunt ergo, quae ignorant, rident, quae ridicula non ſunt, decernunt de pretio auctorum, quorum monimenta ne obiter quidem inſpexerunt, irritam operam putant, quae in iis ponitur, et, etiamſi rudes atque inermes iudices, tamen de ſella et tribunali pronun-

ciant,

ciant, fucum et verba dant lectoribus. Sed hi fere ſibi ipſi fidem derogant, praefracte negantes, quod teſtimoniis vſus quotidiani et argumentis virorum clariſſimorum ſatis confirmatum eſt. Niſi enim me omnia fallunt, manent iſtos veteres ſua merita, non ingenii nouaturientis pruritu, ſed inueſtigatione naturae parta. Natura, in cuius adyta penetrarunt, aeterna et immutabili lege fertur, quidni et obſeruationes inde deductae certiſſimae ſint? Magni eſt ingenii, diſciplinis lucem accendere, et obſcuriſſima loca colluſtrare; at vero diuini ingenii eſt, medicinam ſimpliciſſimam et paucis herbis conſtantem in tanta rerum et adiumentorum inopia cogitando aſſequi et rationalem efficere, incantamenta et fraudes ſacrificulorum ab animis hominum diſpellere, praecepta commendabilia et ſalubria docere, quae vbique terrarum certiſſima, poſt innumera ſecula etiamnum veriſſima reperiantur, morborum naturam, ſymptomata, ſigna, cauſſas et curationem ſic deſcribere, vt poſtgenitis parum ſuperſit, quod vel addant, vel demant.

Fecit hoc diuus noſter HIPPOCRATES, a quo omnis demum vera medicina profecta eſt. Quantum enim ex libris vere Hippocraticis elucet, vbique naturam ſimplicem ſectatur, penitus et aperte odit Cnidiorum in diuidendo ſubtilitates, atque diligenter refellit, alienus ab enunciationibus precariis, omnis vero in fidis obſeruationibus eſt, clariſſimus imaginis morborum exprimendae artifex, excellentiſſimus ac peritiſſi-

ritiſſimus praeſagiorum enarrator, praeclariſſimus febrium acutarum obſeruator, haud raro cunctator, non actor. Hinc factum eſt, vt, more FABII cunctatoris, rem ſalutemque aegrorum reſtitueret, et certas naturae leges faceret, quas quidam ſcientiae ſalutaris turbatores prorſum ignorant. Erat praeter haec diuinus ſenex, ſi quis alius, totus in naturae contemplatione, eaque duce, pauca litteris conſignata relinquebat morborum genera, paucas cauſſarum differentias, curatius perſpecta naturali quadam cognatione. Recte enim ſtatuit, quicunque morbus ab eadem cauſſa oritur, eadem ſymptomata oſtendit, etiamſi loco affecto alio, eundem tamen morbum eſſe debere, eundem euentum habere, eandem medendi rationem deſiderare. Sic nomen morbi multifariam mutatur, natura minime. Sic omnem febrium ambitum, quem recentiorum diligentia dicam, an praepoſtera quaeuis fingendi libido, incredibiliter auxit et amplificauit, reſtrinxit ad pauca genera, eaque naturae et experientiae perappoſite. Praeter febres inflammatorias, bilioſas, malignas et putridas, nullas habet. Conferenti cuique inter ſe libros, qui in morbis popularibus atque praedictionibus verſantur, ſatis ſuperque patebit, quam vere haec dicta ſint, quam accurate naturam febris ſingulis diebus deſcripſerit, quam bene ſymptomata, quae fatum aut citabant, aut remorabantur, enarrarit, quam parcus et cautus in medicamentorum adminiſtratione fuerit!

Neque vero exiſtimandum eſt, ac ſi bonus ſenex prorſum ab iis abſtinuerit. Id enim nec conſentaneum arti, quam in lucem protraxerat, eſt, nec medicum verum decet, ideoque propius a vero abeſt, eum non, niſi tum medicamenta commemoraſſe, cum quid commodi vel detrimenti attuliſſent, vt haberent poſteri exempla ad cautius mercandum. Plus enim, me quidem iudice, prodeſt, qui morborum grauium triſtes caſus, quam qui felices, litteris produnt. Hi facile fallunt vel ad imitandum impellunt, illi vero cautiorem faciunt medicum. Quidni ergo ſuſpiciamus et colamus virum, a quo tanta tamque praeclara beneficia in medicinam redundarunt? Quidni eum eo maiorem praeſtantioremque reputemus, quo ſincerius profeſſus ſua peccata eſt, *more ſcilicet magnorum virorum et fiduciam magnarum rerum habentium? Nam* ſub auctore CELSO *) *leuia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio multaque nihilominus habituro conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio, praecipueque in eo miniſterio, quod vtilitatis cauſſa poſteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus eſt.*

In ſignorum vero doctrina facile princeps eſt, fuit, erit, Cous ſenex. Quae ſi concluſiones firmarum obſeruationum ſunt, quid, quaeſo, auctore illo eſt diuinius, quid ad imitandum aptius? Confirmauit inſequentium ſeculorum attentio, quae pronunciarat, correxit diligens obſerua-

*) De Medicin. VIII. 4. p. 515. ed. *Krauſ.*

ſeruatio, quae aut non ſatis definita, aut ſub conditione vera reperiebantur. Quid multa? Omnis praeſagiorum ſcientia et ab eo inuenta eſt, et medicis conſummatis ad vlterius proferendos fines propoſita. Artificis vere Hippocratici eſt, veritatem, e profundo DEMOCRITI puteo extractam, magis magisque experimentis confirmare.

Denique laudanda eius opera eſt, in exquiſita victus ratione poſita. Multum in morbis valet medicina, plus victus cura, eaque ſaepenumero ſola graues morbos perſanat. Mirum ergo eſſe debet nemini, HIPPOCRATEM et in hac parte magnum et excellentem extitiſſe, eamque a maioribus quaſi per manus traditam, rudem mehercle ac indigeſtam, ita ſtabiliiſſe ac perpoliuiſſe, vt eo demum auctore rationalis fieret, in ea vero, quae ad febres acutas attinet, vix aliquid reſiduum extaret, quod addi poſſe videretur.

Neque defuerunt poſt HIPPOCRATEM poſteri, qui eius veſtigia preſſo pede ſequerentur. In his maxime nominandus CELSVS eſt, vir eloquens et diſertus, qui de medicina conſcripſit, non ſine cultu ac nitore. Cuius praecepta ſi ſtrictim percenſere vellem, pauca ſupereſſent, quae non ex Coo ſene aut repetiit, aut ad verbum expreſſit, adeo, vt exinde poſſis interdum emendare Hippocrateos locos haud paucos vel turpiter corruptos, vel male cohaerentes. Praeter haec vero, vt paucis complectar, anatomen faciendam et corporis humani interiorem fabri-

cam; maxime oſſium, ſcrutandam docet, in chirurgia multa memorat, quae anteceſſorum diligentia neglexerat vel ignorarat, v. c. Rauianam calculi ſecandi, et oſſis carioſi multis exiguis foraminibus terebrandi, rationem ante RAVIVM et BELLOSTIVM, ſpumam argenti ad eryſipelam ante GOVLARDVM, denique in medicina clinica non vltimus auctor eſt.

Quin ipſi adſeclae alterius ſectae, quales ſunt Empirici, Methodici, Pneumatici, ne dubitant quidem amplecti praecepta HIPPOCRATEA, quippe naturae et experientiae longe conuenientiſſima, etiamſi paſſim ab iis paullum deflectant. Vnde intelligitur, cur ARETAEVS totus ſe ad diui ſenis exemplum ſcribendo et obſeruando compoſuit. Accuratus enim eſt in cauſſis, ſignis temporibusque morborum notandis, diligens in explicandis medicamentis, proficuis, v. c. cantharidibus apponendis, et lacte muniendis humoris obſceni viis, praeclarus in ſingulis aegrorum hiſtoriis conſignandis, attentus ad rariora euenta explicanda, eius vt lectio diurna nocturnaque commendanda cuique ſit. Gratum eſt, verum ſectari ſine partium ſtudio, gratius, a principibus et coryphaeis repetere, gratiſſimum, ſuum cuique ex aequo tribuere.

In haec fere tempora incidit CAELIVS AVRELIANVS, homo acer, durus veterum medicorum, inprimis HIPPOCRATIS, oſor ac monitor, ſtrenuus ſcholae methodicae ſectator, qui, horrido dicendi genere vſus et graecarum literarum

rum non adeo gnarus, decreta Methodicorum amplexus eſt, ſtrictum puta, laxum et medium, ſpreuit vehementiora medicamenta, emetica, purgantia, venae ſectionem, rarius memorauit adminiſtrationes chirurgicas; at vero eſt, quod eum valde laudes. Conſeruauit innumerabiles veterum locos et ſcita, exhibuit perfectiſſimam et naturae quam maxime reſpondentem morbi cuiusque imaginem, commendauit medicamentorum delectum, oſtendit iudicium vere clinicum. Sic, vt his vtar, accuratiſſime deſcribit apoplexiam, neruorum reſolutionem, lethargum, phrenitidem, conuulſionem, epilepſiam, catalepſin, tetanum, anginam, pleuritidem, peripneumoniam, incubum, morbum cardiacum, hydrophobiam, inſaniam, choleram, ſatyriaſin, phthiriaſin, podagram, punctionem ventris rel. neque raro ipſi GALENO diligentia in exprimenda mali imagine longe antiſtat, v. c. in morbo herculeo, naturam et ordinem ſymptomatum admirabili modo ad intuendum quaſi oculis proponit, et quaedam adfert, quae vulgo aetatis noſtrae eſſe perhibentur. Nam memorat in aquae timore penis arrectionem et ſeminis profuſionem, in lienoſis pediculorum prouentum et mutonem ſub ventris egeſtione ſtabilem, in inſanientibus verbera et vincula reiicienda, in membrorum reſolutione balnea ſtillatitia, in ſiſtendo ſanguinis ſputo frigidam, ligaturas artuum, mucilagines, adſtringentia remedia, in cruore gelato et ſpiſſato vim aceti ſoluentem, in anhelitu lauationem frigidam, feminarum ſatyriaſin, hydropem cum

hydatidibus copulatum, nec a ſcirrho natum, podagrae et calculi affinitatem mutuam, irritam lienis exſcindendi operam, ſenſum partium natura ſua inſenſilium morboſum cet. Quin nec locum affectum, in quo quiſque morbus inſidet, negligit, et diligentiſſime narrat, quo variae veterum opiniones pertineant. Nam ſi quaeritur hodie, num acutus laterum dolor membranam ſuccingentem occupet, an pulmonem ipſum, et alius aiat, alius neget, nihil profecto dicitur, quod non dictum ſit prius. Euolue CAELIVM, et inuenies, quae non putaras. Scriptor eſt veterum decretorum ſcientiſſimus, morborum obſeruator praeſtantiſſimus, ſcholae Methodicorum intus cognoſcendae dux non poenitendus, vt, ſi ſpectes auream meſſem, ab lectione oriundam, facile ſpernas incomtum orationis genus.

Ita demum medicina graecanica ad GALENVM tranſiit, virum HIPPOCRATI parem, ſi conſideres obſeruandi ſtudium, ſuperiorem, ſi ingenium et auctoritatem apud poſteros partam, inferiorem, ſi pruritum nouaturiendi, et enunciationes precario ſumtas in medicinam introducendi, ſi arrogantiam et iactationem meritorum incredibilem. Sic arti ſalutari et profuit, et nocuit. Etenim omnem pathologiae campum emenſus eſt, de morbis, ſymptomatum cauſſarumque differentiis diligenter ac copioſe conſcripſit, naturam et ſigna curatius explicauit, medendi rationem aptam conſignauit, cum omnium morborum, tum maxime febrium acutarum. In

quo

quo ita verſatus eſt, vt inſequentium medicorum plauſus ferret, neque deeſſent, qui cum GALENO ſuo errare, quam verum videre ac probare mallent. Contra negari non poteſt, eum ingenio et philoſophiae peripateticae magis, ac par erat, indulſiſſe, generalia et paullo abſtruſiora impenſius ſectatum eſſe, morborum differentias ſubtiliſſime percenſuiſſe, notas medicas minutatim diuiſiſſe, falſas, certe ludicras, notiones in medicinam tranſtuliſſe, cum primis tria morborum genera, intemperiei, malae conformationis, et ſolutae vnitatis, denique in cauſſarum ſcrutatione identidem erraſſe.

Quae cum ita ſint, mirum non eſt, GALENI auctoritatem per multa ſecula tantam tamque eximiam fuiſſe, vt nefas putaretur ab eius placitis recedere. Ideoque non poſſum non publice profiteri, in eius operibus multa latere ſcientiae humanae et artis criticae ſemina, multa veterum philoſophorum ac medicorum fragmenta et placita hinc inde diſperſa, multa praecepta arti promouendae ſalubria, multas obſeruationes ad ſalutem ciuium aptiſſimas, dignas profecto, quae noſtris medicis ſeorſim dentur. Hinc vellem equidem, clariſſimus nuper ſeculi noſtri medicus, HALLERVS, in nouam veterum medicorum editionem recepiſſet epitomen optimorum libellorum, omiſſis iis, a quibus hodie non licet proficere.

Reſtat GALENI ſequacium incredibilis copia, quorum fragmenta hinc inde conſeruata legun-

guntur: Reſtant collectanea ORIBASII et AETII, ſine quibus conſiſtere hiſtoria medicinae graecanicae non poteſt, et quibus haud ſpernenda inſunt artis praecepta, inuenta praeclara, curandi viae commodae, nonnunquam et quaedam additamenta noua; Reſtant in ſequioribus Graecis, ACTVARIO, THEOPHILO, DEMETRIO PEPAGOMENO, SYNESIO, PALLADIO, NICOLAO MYREPSO cet. praeter ea, quae ab antiquis acceperant, aliqua noue detecta, cum maxime medicamenta, ideoque digniſſimi habendi ſunt, qui etiamnum legantur.

In his vero auctoribus nominandos maxime putamus ALEXANDRVM TRALLIANVM et PAVLLVM AEGINETAM. Ille enim ſibi ſolus experientia et vſu ſufficit, anteceſſores veneratur, ſed non ſine ratione atque diſſenſu, morbos, quos ipſe curarat, diligenter deſcribit, exorſus a capite atque ad calcem vſque progreſſus, cauſſas, GALENO duce, fere adſumit, medendi momenta apte docet, totus in ſignis eſt, et longe accuratiſſimus in diagnoſticis, cum in iis, quibus morbus quiſque noſcitur, tum quibus ab aliis diſcernitur, diligentiſſimus in medicamentorum obſeruatione, compoſitione, modo ac tempore adhibendi, plenior ceteris in parte therapeutica, etſi magis more Empirici, quam Dogmatici, ideoque quam ſtudioſiſſime corradit remediorum vſu expertorum formulas. Vnde forte intelligitur, cur in febribus intermittentibus purgantia leniora paullo valentioribus praeferret, vomitum ante acceſ-

ſionem

ſionem cieret, in ſyncope ab redundantia venam ſecaret, opium in phrenitide, quam a cerebro, non a ſepto transuerſo repetiit, diſſuaderet, in lethargo veſicantia, in epilepſia caſtoreum, balnea et rutae odorem grauem, in melancholia, quae phantaſiae ludibriis mirificis debetur, victum exquiſitum, balnea et oblectamenta laudaret, in angina talia commendaret, qualia ne multi e noſtris quidem, in acuto laterum dolore humidorum magnam copiam ſorbendam curaret, in cholera vinum emeticum et cucurbitulas ſine igne ventri apponendas; in dyſenteria et debilitate iecinoris rheum, in ſcirrho lienis ferrum aqua infuſum vel per ſe dari, in exacerbatione calculi et dyſenteria rheumatica ſanguinem mitti iuberet, in fame canina vermes accuſaret cet. Quin et inde colligas, cur antidota crebrius allegat, cur ad ſuperſtitioſa et abſurda nonnunquam delabatur. Ad PAVLLVM vero quod attinet, vix aliquem veterum ſcio, qui in chirurgia et arte obſtetricia maior et praeſtantior ſit, et mirari ſubit, quid ſit, quod multis ante honorificam VOGELII commemorationem ignobilis auctor eſſe videretur.

Ex his, quae adhuc breuiter adduxi, cum per ſingula ire nec huius loci, nec temporis ſit, ſatis patere arbitror, veteres medicos graecos et latinos non ſpernendos adeo, ſed diurna nocturnaque manu verſandos eſſe, cum maxime a veteranis et in arte ſua bene verſatis. Tyrones enim cum nondum firmo pede incedant, et ne-

ſciant,

ſciant, in quo praeſtantia reſideat, deſiderant praeeuntem magiſtrum, et monitorem, qui doceat, quid imitandum, quid fugiendum ſit: Quem ſi nacti fuerint, vel ſi iam ſine cortice, vt in prouerbio eſt, natare poſſunt, nunquam temporis, ſtudii et diligentiae eos poenitebit.

Neque mihi veterum merita vehementer collaudanti ſuccenſeant velim noſtrae aetatis medici, quaſi vero neſciam vel me neſcire ſimulem, quantum medicina noſtra ab illa veteri ac ſimplici diſtet. Nemo me paratior eſt ad ſuum cuique tribuendum. Aſſurgo perlubenter magnis nominibus, iisque concedo. Sperno neminem, niſi qui ita ſe gerit, vt contemtionem proborum mereatur, ex aequo quemque diiudico ac aeſtimo, et id vnum opto, vt copuletur vtriusque medicinae cum antiquae, tum recentioris ſtudium. Ita demum ſperemus perfectam et omnibus numeris abſolutam artem medicinalem. Etenim quicquid alteri deeſt, alteri ineſt. Imitemini veteres in obſeruandi peritia, accuratione, diligentia: Imitemini in recte aeſtimando vſu et experientia, quae bona et laudabilis eſt, ſi cum contemplatione naturae iungatur, mala vero et periculoſa, ſi ſine hac ſit: Imitemini in exprimendis breuiter, ſolide ac idonee morborum vel grauiſſimorum imaginibus, in extricandis ac explicandis ſignis, in prudenti medicamentorum adminiſtratione ac conſtantia quadam non temere deſiſtendi ab officio. Contra deſeramus veteres alieno periculo cauti, ſi quando philoſophia mala

mala corrupti cauſſas morborum multiplicant, fingunt, exornant, ſi nomina ſola captant et infeliciſſime nouaturiunt, ſi medicamenta vndiquaque corradunt, et his vnice confidunt, ſi in verba magiſtri iurant, et nefas putant inde paullum declinare, ſi tempus et otium perdunt in excogitandis vel adaptandis enunciationibus precariis, in effingendis et acriter defendendis concluſiunculis contortulis, ſi ſcholae vel hominis odio adeo concedunt, nihil vt pulcrum, nihil praeclarum et laudabile putent, niſi quod ipſis debetur. Quae dum vitamus ſedulo, et ad naturae contemplationem inueſtigationemque ſolam nos conuertimus, non poterit non vtilitatis plurimum in medicinam redundare. Aut omnis fallor, aut hac via ſola licet in intimos artis receſſus penetrare, atque audentius eundo diſpellere difficultates, quibus paſſim in experiundo premimur.

Quare, cum multi e noſtris ſint, qui neſciant bona, in veterum monimentis adhuc latentia et ad artis vſum perquam accommodata, vel ſi ſciant, tamen tempore deſtituantur his impalleſcendi, et taedia laboris fugiant, vellem equidem exſurgat tandem aliquis, in vtraque medicina bene verſatus, qui nobis quaſi compendium clinices graecanicae exhibeat. Poterit vero illud negotium (puto) ita confici, vt morbi inde a vetuſtiſſimo auctore, HIPPOCRATE, vſque ad vltimum e Graecis medicum colligantur, ordinentur, definiantur, cauſſae, ſymptomata, notae medendique viae quam diligentiſſime

me addantur, appoſito tamen cuiusque primi teſtis nomine, vt videant lectores, idoneus ſit, necne, antiquus, an recentior, nouus morbus, necne, et quo potiſſimum tempore primum ſinguli apparuerint, rel. Sic quaſi aliud agendo et obiter memorando nec antiquitatibus medicis deerit iſte clinicus, et iis placebit, qui, praeter panis lucrandi praeſidia, literas humaniores amant, ac cum illis domi, foris, rure ac vrbe eſſe cupiunt.

Haec praefanda duxi, ne quis mihi editionem *palaeologiae therapeuticae* HEBENSTREITII, celeberrimi quondam in vniuerſitate literaria Lipſienſi profeſſoris, vitio verteret. Eſt enim haec *palaeologia*, quae inde ab anno cIɔIɔCCXXXXVIII. ad cIɔIɔCCLIIII. vſque membratim prodiit, iam vero iunctim cum lectoribus communicatur, veluti quoddam compendium eorum, quae apud veteres de morbis eorumque cauſſis, ſymptomatis, ſignis et curandi viis leguntur, quatenus cum recentiorum decretis vel conſentiant, vel diſſentiant, et ſuauiſſimum eſt videre, quam exigua intercedat diſcrepantia. Nam ſaepius habitum artis mutatum deprehendes, naturam nullo modo. Ecquid ergo mirum eſt, hos HEBENSTREITII libellos, viuo auctore, vehementer laudatos a viris doctis eſſe, et, eo mortuo, perſtudioſe quaeſitos lectuque digniſſimos viſos? Neque iniuria. Eſt enim ingenii et doctrinae Hebenſtreitianae index locuples, qui doceat, quantum vtriuſque medicinae ſcientia ad cultum et vtilitatem valeat.

Reli-

Reliquum ergo eſt, vt dicam, quae in hac editione praeſtiti. Primum in vnum volumen cogendae diſſertationes et proluſiones erant, quae ſub *palaeologiae* nomine proſtant, deinde expungenda operarum vitia, poſt adſcribendi auctorum loci, in quibus teſtimoniorum vis continetur. Ratus igitur, non incongruens fore, ſi adeſſent paginae et capita, ab HEBENSTREITIO, neſcio quare, prorſum omiſſa, euolui quam diligentiſſime ſcriptores, quos teſtes idoneos ad ſcita confirmanda eſſe voluerat. Sed iſte labor quam durus ac improbus ſit, quantopere defatiget, ii probe norunt, qui talia tentarunt. Quos ergo cunque inuenire potui locos, fideliter addidi, ceteros intactos reliqui. Porro notulas quasdam adieci, quia ſtetit pro ratione voluntas, ſed rariſſime, non quod nihil prorſum vel addi, vel reſecari poſſe putem, ſed ne auctoris nobiliſſimi manibus moleſtus ſim. Durum, me quidem iudice, eſt, eorum, qui ante nos vixerunt, libellos ita diſpungere, vt ORBILII in ſcholis ſolent, ſi quis puer PRISCIANO alapam inflixit. Satius ergo erat, quantum eius fieri poterat, a tali auſu abſtinere, contra eiusdem viri clariſſimi *ordinem morborum cauſſalem*, in quo aptiſſima noſologiae praecepta continentur, item vitae rationem apponere, vt haberent lectores exemplum ſtudiorum, fatorum et diligentiae ſummae notationem, et mortem praematuram nobiscum lugerent. Si virtutis doctrinaeque praemium haud contemnendum eſt, et a coaeuis laudari, et a poſtgenitis coli, beatiſſimus

 profe-

profecto putandus eſt, qui poſt facta praeconem meritorum diſertiſſimum nanciſcitur. Nactus vero HEBENSTREITIVS duo laudatores eſt, alterum S. V. ERNESTIVM, a quo laudari non vltima laus eſt, alterum medicum, ignotum nobis quidem nomine, at non ignobilem. Vterque in exprimenda vitae imagine ita ſe geſſit, nihil vt relinquerent, quod ad penitius cognoſcendum virum optimum valere poſſe videretur. Deſiſtendum ergo cenſui a conſilio, quod primum ceperam, conſcribendae ipſius vitae. Periculoſum certamen eſt, quod cum tantis tamque eximiis viris initur.

Vltimo loco memorandus index rerum notatu digniorum eſt, quem, quam fieri poterat, diligentiſſime conficiendum curaui. Scio enim, multos nec poſſe, nec velle ſingulas paginas percurrere, ideoque talem operam non ingratam fore ſpero. Scripſi Ienae a. d. XII. April. cIↃIↃCCLXXVIIII.

MEMO-

MEMORIA
IOANNIS ERNESTI HEBENSTREITII

MEDIC. DOCTORIS ET PROFESSORIS PRIMARII, ORDINIS MEDICORVM DECANI PERPETVI, ACADEMIARVM VRATISLAVIENSIS NATVRAE CVRIOSORVM ET MASSILIENSIS SODALIS,

AVCTORE
JOANNE AVGVSTO ERNESTI,

VIRO SVMME VENERABILI *).

Non eget noſtra, vel ad vos, Ciues cariſſimi, vel ad poſteritatem, commendatione memoria IO. ERNESTI HEBENSTREITII, cuius ingenium doctrinamque, Academiae et literis acerba morte interceptam, dolemus: adeo ipſam per ſe vobis eſſe, vt debet, caram putamus, adeoque multis monimentis eam ipſe viuus ſtabiliuit, et ad omnem poſteritatem propagauit. Sed vt non nolumus habere imagines parentum, coniugum, liberorum et fratrum, in quibus nihil praeter oris figuram, lineamenta coloresque, expreſſum videmus, cum in animis noſtris multo luculentiores imagines, non modo corporum, ſed etiam animorum, repoſitas ſpectemus: ita nec iis, qui vel viui HEBENSTREITII ingenium, doctrinam virtutesque e propinquo, et per vſum diſciplinamue fruendo, vel ſcriptis expreſſas legendo cognouerunt, iniucundum fore putamus, in hac veluti tabula, aliquam Hebenſtreitiani ingenii, animi, totiusque vitae imaginem propoſitam intueri: quae ſi non ad viuum exprimat, quicquid vel ab natura datum habuit, vel ſtu-

*) Conſcripta eſt Lipſ. 1757. fol. et rec. in Opuſcul. Orator. Ed. ſec. Lugd. Bat. 1767. 8. p. 280. ſequ.

dio curaque partum, vel denique per doctrinam et virtutem aliis publice priuatimque impertiuit, ſaltem eorum cum ſuauitate quadam admoneat. Nam etiam de bonis iucundisque rebus, nec modo noſtris, ſed etiam alienis, valet, quod eſt de aduerſis acerbisque apud poëtam dictum: *Etiam meminiſſe iuuabit.*

Editus eſt in hanc lucem in Villa noua Dioeceſeos Neoſtadienſis in Variſcis, a. d. XV. Jan. A. C. cIↃIↃCCII. patre IO. DAVIDE, qui tum ibi, poſt Neoſtadii, ſacra fecit, matre felici ingeniis praeclaris edendis, ESTHERA SVSANNA, IO. GEORGII GUTNERI filia, qui Luſcaviae, dioeceſeos Colditianae oppidulo, ſacerdotium obtinuerat, e SVSANNA SHUZIA, ſacerdotis in dioeceſi Neoſtadienſi filia. Auum paternum habuit IOANNEM, in eadem Villa Noua ſacerdotem, qui in matrimonio habuit REGINAM, DAVIDIS STEMLERI, Archidiaconi Neoſtadienſis, filiam. Initia religionis et literarum cum pater ipſe tradidiſſet, datus eſt primum in diſciplinam IO. OSWALDI THOELITSCHII, in ludo Neoſtadienſi Conrectoris, et DAVIDIS WENDLERI, Rectoris, poſt, miſſus in Vinarienſe Gymnaſium, magiſtris vſus eſt magno illo IO. MATTHIA GESNERO, qui tum Conrectoris ibi munus ſuſtinebat, et IO. CHRISTOPHORO KIESEWETTERO, Rectore, hoſpite autem IO. FRIDERICO HEBENSTREITIO, ad aedem S. IACOBI tum Paſtore, poſt Butſtadienſis Eccleſiae et Dioeceſeos Praeſule: qui eum, vt filium, aluit atque amauit. Ibi cum ſub tam excellentibus doctoribus praeclare profeciſſet in literis Latinis et Graecis, in Ienenſem Academiam ſe contulit a. cIↃIↃCCXVIIII. natus annos duodeviginti. Sed cum ibi non reperiſſet, vnde viueret, in hanc vrbem ſe contulit, ſperans, fore, vt, quae fratrem maiorem benigne ad id temporis aluiſſet, eam ipſe quoque benignam experiretur. Quae ſpes eum non fefellit. Nam et in conuictu publico locus ei contigit, et ſtipendium regium, et patronus AVG. QVI-

RI-

RINVS FLORENS RIVINVS, qui eum, perſpecto ingenio, celeriter adamauit, et omnibus in rebus, qu ad vixit, enixiſſime iuuit. Praeceptores ſecutus eſt, philoſophiae et literarum cauſſa, LEHMANNVM Phyſicum, et A. F. MULLERVM: in medica autem doctrina, illum ipſum maxime RIVINVM, tum PAVLLVM, SCHACHERVM, ETMVLLERVM, WALTHERVM, PLATNERVM et LISCHVICIVM, herbariae rei cauſſa, praeter RIVINVM, etiam HAHNIVM. Emenſus ſtudiorum curriculum, ad docendum adiunxit animum, diſceptataque pro cathedra, ſub LISCHVICIO, Exercitatione, *de continuanda Riuinorum induſtria in emendando plantarum charactere*, magiſtri philoſophiae honores cepit a. cIↃIↃCCXXVII. et anno poſt, ius priuatim docendae philoſophiae, defendenda Exercitatione *de Ordinibus Conchyliorum methodica ratione conſtituendis.* Secutus eſt poſt duos annos a. d. V. Maii a. cIↃIↃCCXXX. Doctoratus artis medicae, ſcripta et feliciter defenſa *de viribus medicis minerarum et mineralium diatriba:* quo accepto, etiam aditum ſibi munire coepit ad collegium Ordinis Medici per aliam Diſputationem, *de ſenſu externo virium in plantis iudice.* Sed cum omnes medicae doctrinae partes ſtudioſe diligenterque tractaret, tum vero inprimis, et ſuo quodam ſtudio incenſus, et RIVINI cohortatione et exemplo inuitatus, rem herbariam cupidiſſime et feliciſſime colebat, adiuuante etiam memoria, cuius prope diuina vis erat. Quod cum videret RIVINVS, impenſe eum commendauit CASPARI BOSIO, Senatori aedilitio, et horti Boſiani maioris tum domino, vt eius opera vteretur in plantis raris, quae ibi alerentur, tuendis et ordinandis. Ille vero ei rei praefectus, tanta non modo diligentia, ſed etiam ſollertia vſus eſt, vt et ipſe BOSIVS vehementer probaret eius operam, ipſumque ea cauſſa omni genere benignitatis foueret, et iudices maiores mirifice curam eius et ſollertiam laudarent. In quibus vel maxime fuit celeberrimus ille HEVCHERVS,

 Medi-

Medicus regius, qui, cum horti plantas inſpexiſſet, HEBENSTREITIVMque per eam occaſionem propius cognouiſſet, mirifice collaudato ipſo, memorem ſe eius fore apud Regem, liberaliter promiſit. Cui promiſſo mox fides conſtitit. Itaque quod ſtudium, liberalis delectationis maxime cauſſa, erat ſuſceptum, etiam ad vtilitatem valuit, quae eſſet tanto magis iucunda et honeſta, quanto minus ab initio fuiſſet quaeſita. Erat tum adhuc in viuis AVGVSTVS REX, huius Noſtri *) Pater, inter ceteras virtutes plurimas et maximas, etiam amore incredibili omnium bonarum et pulcrarum artium atque rerum praeditus, inprimisque naturae operum omnium cognoſcendorum, inque ſedem ſuam, Dresdam, ex omnibus terrae partibus congerendorum cupidiſſimus, plane alter PTOLEMAEVS PHILADELPHVS. Nam PTOLEMAEVS ille, vt ex AGATHARCHIDIS Periplo Maris Rubri DIODORVS Siculus**) tradit, non modo libros ex omnibus locis congerebat, et eruditiſſimos quosque viros liberaliſſime fouebat et alebat, ſed etiam rariora et ſpecie admirabilia animalia Alexandriam magno ſumtu adduci curabat, propoſitis ingentibus praemiis, ſi qui in eo genere aliquid, quod viſendum eſſet, cepiſſent, atque ad ſe adduxiſſent. Is igitur AVGVSTVS induxerat in animum, mittere in Africam, qui inde vel viua animalia maiora, vel eorum exuuias et membra peterent, nec plantas aut alia naturae opera, quae illi terrae propria eſſent, negligerent. Deſtinabatur autem iis peragranda Africa, primum ſeptentrionalis, quae mediterraneo mari adluitur, (Barbariam vulgo vocant,) ad deſerta vſque Libyae, (Saram nunc appellant,) deinde occidentalis, inde ab Atlante ad Bonae ſpei promontorium: nam orientalem, hoc eſt, Aegyptum, iam perluſtrarat TOVRNEFORTIVS. His deſtinatis perficiendis cum quaereretur

*) AVGVSTI III. Regis Poloniar. inde ab anno cIↄIↄCCXXXIII. Sed iam defuncti. *G.*

**) L. III. p. 169. ed. *Rhod.*

retur vir idoneus, commendabatur Regi ab HEVCHERO HEBENSTREITIVS, in quo eſſet et hiſtoriae naturalis et linguarum ſcientia ei rei apta. Miſſus igitur eſt, cum adoleſcentum, quos ipſe ſibi delegiſſet, in his LVDWIGII, qui nunc *) Ordini medicorum apud nos praeeſt, comitatu, inſtructus literis Regum Franciae, Britanniae et Principum Belgii foederati, quibus non modo Legatis eorum, ſed etiam Principibus Africae commendaretur. Profectus Dresda a. d. XXIII. Octobris a. cIↃIↃCCXXXI. per Germaniam, Heluetos et Franciam, extremo anno peruenit Maſſiliam: vnde cum ſoluiſſet a. d. XXIIII. Januarii proximi, difficili et moleſto curſu, a. d. XXVII. demum Februarii portum Algerii attigit. Ea in vrbe cum tres amplius menſes ita commoratus eſſet, vt ſubinde in vicinas regiones excurreret, Iunio medio inde naui digreſſus, venit Bonam, Tunetanorum finium, ſed Algerianae ditionis oppidum, haud procul Hipponis regii ruinis: vnde excurrendi facultas dabatur in Conſtantinae fines, quae et ipſa eſt Algeriani regni, et veteris Numidiae pars, verſus Orientem ſita, antiquitatis Romanae reliquiis inprimis referta, cuius caput eſt Conſtantina vrbs, olim Cirta, Numidiae regum ſedes. Inde oram maritimam legens, adiit Thabracam inſulam, nobilem coralliorum captura, quam ibi Genuenſes exercent, Biſertamque vrbem (quae eſt Hippo Diarrhytus, ſ. *Zarrhytus*, vnde et nomen corruptum eſt in Biſertam) breui interuallo ab Vtica diſtantem, ad vltimum terreſtri itinere Tunetem. Ea vrbs cum vicina ſit veteri Carthagini, e cuius excidio olim incrementa cepit, non modo eius ruinas ſpectabat, ſed et viſendarum vicinarum regionum facultatem ſibi datam ſperabat. Sed ea tum quidem ſpes irrita fuit. Etenim Princeps Tunetanus ita infeſto erat in chriſtianos animo, vt eis pera-

 gran-

*) Puta, cum haec vita ſcriberetur. Etenim iam aliquot abhinc annis meritis conſpicuus et maraſmo ſenili confectus diem ſuum obiit. *G.*

grandorum Tunetanorum finium poteſtatem omnem adimeret. Itaque mox Tripolim contendit, inſpectisque diligenter, quae regio ea viſenda habet, per Melitam inſulam Tunetem reuerſus eſt. Sed dum aberat, LVDWIGIVS, qui valetudinis cauſſa ibi remanſerat, aditu ad Principis beniuolentiam reperto, impetrauerat viſendarum regionum vicinarum veniam, easque peragrando peruenerat ad Sarae vſque fines. Qua re cognita, perſecutus eum eſt HEBENSTREITIVS, et cum alias regiones, tum maxime Africae partem eam peragrauit, quae inter Tunetanum et Tripolitanum regnum ab anguſtis initiis ducta, latioribus ſpatiis verſus interiora Africae propagatur: Arabes *Biled - ol Gerid* *) vocant, hoc eſt, terram palmarum, quarum ibi magnus prouentus eſt. His terris peragrandis cum multa ſpectanda praeberet natura, tum vero vir antiquitatis eruditae et amans et intelligens, ſaepenumero mirifice adfectus eſt animo, cum reliquias vel vrbium clariſſimarum, vt Carthagininis, vt Vticae, vt Hipponis vtriusque, magnificentiae porro antiquae in viis publicis, in aquaeductibus, ſimilibusque videret, vel veſtigia ſummorum et clariſſimorum Imperatorum, Epiſcoporum, et campos victoriis maximis inſignes calcaret, cum per ruinas Carthaginis erranti, HANNIBALIS et SCIPIONIS imago offerretur, cum etiam MARII, qui in eiusdem vrbis ruinis quondam delituiſſet. Atque vtinam neque cupiditati eius vel viſendorum monumentorum, vel deſcribendorum titulorum, ſtultus error barbarorum, exiſtimantium, theſauros terris abditos inſpiciendis titulis quaeri, neque conſilio edendorum eorum, quae vidiſſet ac deſcripſiſſet, omninoque itineris illius deſcribendi, negotioſae vitae occupatio atque breuitas obſtitiſſet! Haberemus, aut habituri certe eſſemus, quae antiqui-

*) Lingua vulgari incolae vocant *Bled - ol - Gerid*, in libellis Geographicis eſt *Bilidulgerid*. Sed SHAVIVS Britannus *(Shaw)* in Itinerario T. I. p. 272. ait, eſſe *Bled al* vel *el Jeriddo*, vel *Jereed*, *terram ſiccam*.

tiquitati vel accuratius cognoſcendae, vel ornandae egregie prodeſſent.

Sed cum ex illo itinere a. d. XIV. Martii a. XXXIII. eſſet reuerſus Tunetem, inopinatum ac triſte impedimentum itineris perſequendi, quo vellet, oblatum eſt nunciata AVGVSTI morte, quae neceſſitatem reuertendi in patriam imponeret. Itaque non multo poſt, relicta Africa, per Galliam et Batauos, menſe Octobri, rediit Dresdam, inde, rationibus itinerum redditis, Lipſiam, adiitque mox d. XX. Nouembr. Phyſiologiae Profeſſionem Ordinariam, quae ei abſenti erat decreta, vt quam celerrime praemium ferret laboris eruditi, et periculorum quae terra marique adiſſet. Ipſe vero tanta Principis liberalitate ita incenſus eſt ad ſtudium bene de Academia, de iuuentute medicae artis ſtudia aemulante, deque arte ſua merendi, vt totum ſe ad medicinam vel docendam, vel ſcriptis illuſtrandam atque ornandam, vel faciendam denique conferret. Cuius ſtudii et alimenta habuit a multitudine eorum, qui eius vel doctrinam in diſcendo, vel opem in valetudine tuenda et recuperanda expeterent, et praemia a Principe plurima. Nam intra ſedecim annos ab vltimo Ordinis ſui loco in primum eſt prouectus, cui ille cum magna et ſua dignitate, et Ordinis Academiaeque vniuerſae vtilitate per octo annos praefuit. Quo magis omnes, non modo ipſius et familiae ampliſſimae cauſſa, ſed etiam Academiae nomine, doluimus, cum ille praematura morte e viuis eſt ſublatus: de qua priusquam dicamus, breuiter de eius ſtudiis, diſciplina et ſcriptis commemorandum videtur.

Cum eſſet omnium bonarum literarum et amans et ſtudioſus, imbutus eo amore primum a patre, deinde a praeclaris, quos ſupra commemorauimus, praeceptoribus, maxime tamen et adamarat et colebat poëticam Latinam, et literas Graecas, quarum ſcientia maiorem ceteris humanitatis partibus copulationem cum arte medica haberet. Et ad poëticam quidem ab ipſa natura impelle-

pellebatur, vt, ſi vitae genus conceſſiſſet, in ea plane excellere potuiſſet. Etenim extemporali facilitate fundebat verſus, etiam cum aliud ageret, cum luderet. Teſtis eſt libellus *de vſu partium*, hexametris verſibus ſcriptus, ad Lucretiani carminis ſimilitudinem, cuius partes plures fecit ludens aleam cum IVNIO, affine ſuo, viro conſultiſſimo, cum interea colluſorem, qui nihil aliud niſi de mouendis ex arte calculis cogitaret, tamen vinceret. Literarum graecarum autem ſtudium maxime conferebat ad medicos graecos cognoſcendos ac legendos: in quibus quam tritus fuerit, ſi quis ipſi de ſe dicenti *) nolit credere, quamquam alieniſſimo ab omni vanitate, *Palaeologiae Therapeuticae* credet, in qua praecepta Therapiae ex omni antiquitate, Graeca maxime, quamquam et Latina, exhibet, comparatis iis, quae nunc ſunt in vſu, ſentiendi, loquendi, faciendique formis: in quo ſe dicebat non modo hoc ſpectare, vt Graecae linguae extinctum apud quam plurimos amorem refocillaret, ſed etiam praecepta morborum curandorum ſub eruditae linguae inuolucris latentia exponeret, atque ſic iuuenes artis medicae ſtudia aemulantes, ad fontes artis reuocaret **). Sed multo maius eius ſcientiae documentum dediſſet, ſi ei contigiſſet, vt AËTIVM, ill. GVNZII morte deſtitutum, abſolueret, cuius exemplum manu ſcriptum, cum ei traditum eſſet ab ERNESTO noſtro, legeretque ipſo audiente loca quaedam, ſtatim non modo dicebat, ex quo ſcriptore eſſet quodque ſumtum: (eſt enim in AËTII libris Synopſis quaedam medicorum veterum:) ſed etiam quaedam memoriter ex illis ipſis, alia ingenio corrigebat, accommodate ad linguae rerumque rationem. In medicae doctrinae partibus maximo ſtudio tenebatur rei herbariae, vt ſupra diximus, rerum naturalium omnium, inprimisque earum, quae e terrae viſceribus eruuntur:

*) In Tentamine Philol. Med. ſuper Aëtii libris ineditis cet. p. 4.

**) Palaeol. Therap. Specim. I. p. 4.

untur: in quibus generibus ita notata mente omnia et trita habebat, vt eum nihil fugeret, omnia in promtu eſſent. Itaque communis interpres adhibebatur in muſeis noſtris, Richteriano, Boſiano, Linkiano, ſi quis ad ea viſenda venerat, erantque demonſtrationes rerum eiusmodi, vt non modo peritia earum, ſed etiam amor appareret, qui conſuetudine videndi non imminutus, vt fit, ſed auctus et confirmatus eſſet.

Ad artem faciendam ſe contulerat ſtatim, cum ex itinere Africano redierat. Et expetebatur opera eius a multis. Erat enim in viſendis aegrotis aſſiduus, praeſertim cum periculi aliquid ſubeſſe videretur, in curando diligens, lenis, et qui aegrotos non modo remediis artis iuuaret, ſed etiam orationis humanitate, ad animos erigendos et confirmandos apta, quae interdum plus prodeſt, quam remediorum ſalubritas. Nam et amabat eos, a quibus adhiberi ſolebat, et in aliis quoque rebus conſilio aut re prodeſſe cupiebat. Nec minus aſſiduus ac diligens erat in docendo. Erat autem diſciplina eiusmodi, vt non modo neceſſaria ad artem vel intelligendam vel faciendam accurate traderet, ſed etiam, quae ad ornandam valerent, promeret liberaliter ex interiori doctrina. Quod erat perfacile viro lectionis prope infinitae, memoriae autem ita felicis, vt facile ſuggereret, quicquid res et locus poſceret. Nam legendi inſatiabilis auiditas erat, et quicquid ex Italia, Gallia aliisque locis adferebatur librorum, ad aliquam vel naturalis ſcientiae, vel medicae doctrinae partem pertinentium, id omne legebat, et ita accurate legebat, vt ſummam rerum traditarum, et quicquid in iis nouum eſſet et exquiſitum, in literas referret, et Actis Eruditorum inſerendum curaret. Itaque a multis annis nemo alius magis illis Commentariis profuit. Atque beata haec doctrinae exquiſitae et variae copia cernitur etiam in iis, quae per occaſiones academicas, aliasque, ſcripſit in omni genere doctrinae ſuae.

Sed

Sed vt magis libero a domeſticis curis animo, et in muneribus publicis adminiſtrandis, et in ſtudiis doctrinae tractandis, verſari poſſet, mature de matrimonio ineundo cogitauit, duxitque anno XXXVIIII. a. d. IV. Non. Febr. IO. GVILIELMIAM, VLR. IVNII, Mathematum quondam apud nos Profeſſoris clariſſimi, ex OLEARIA filiam, ornatiſſimam ſexus ſui decoribus, e qua eodem anno, prid. Cal. Decembres, tulit filium, GEORGIVM ERNESTVM, feliciſſimi ingenii paterni heredem, ſed cum acerbiſſima matris iactura. Nam ſeptimo a partu die obiit. Sed eam iacturam reparauit a. XLII. ducta a. d. XVII. Cal. Aug. CHRISTIANA EVGENIA BOSSECKIA, virgine ornatiſſima, quae nunc ereptum ſibi praematura morte maritum moeret. Ex ea ſex liberi viuo, vnus filius mortuo natus eſt: quae ſuboles, vt ſub matris amantiſſimae tutela feliciter adoleſcat, et communis humanitatis, et multo magis parentis, tam bene de rebus noſtris meriti, cauſſa, optamus, praeſertim cum nulla alia de cauſſa magis miſeranda videri debeat mors viri, vita longiori digniſſimi, quam quod tam multos parente amantiſſimo priuauit, qui eius conſilio et cura cum maxime indigebant.

Eam contraxit ex tali cauſſa. Habuerat, in ceteri corporis robore et conſtante ſanitate, ante aliquot annos vtrumque oculum male adfectum e ſuffuſione. Sed ea ita erat curata, vt, cum oculum vitreo inſtrumento iuuaret, legendo, ſcribendo, ceterisque rebus ſufficeret, quae oculi aciem deſiderant. Itaque cum e lugubri apud Rosbacum pugna vulnerati eſſent in hanc vrbem delati, aſſiduus aderat vulnerum curationibus, et vulnera ipſa inſpiciebat, non modo vt conſuleret aegrotantibus, et qui vulneribus manu curandis adhiberentur, ſed etiam vt exemplo ſuo diſcipulorum ſtudium ad viſendum, ac viſendo diſcendum, excitaret. Ibi, dum ſaepe propius admouet oculos vulneribus, nimio plus hauſit putridi et pernicioſi vaporis. Primum quidem febricula eum corripuit a. d. VII. Cal. Nou. quae catarrhali ſimilis eſſet, nec ab conſuetis laboribus abſtra-

traheret. Sed paucis diebus poſt, maior vis mali prorupit, apparuitque, periculum ſubeſſe. Nam marcor quidam et dormiendi aſſidua libido cum putrida febre acceſſerat. Conuolant collegae, viri artis medicae conſultiſſimi, omnemque artem expromunt, ſi poſſint ſeruare virum, ſibi neceſſitudine collegii carum, et humanitate iucundum. Sed artem ſuperauit vis morbi. Itaque Nonis Decembr. placide exſpirauit, magno cum dolore non modo ſuorum, ſed etiam omnium, qui, quantam in eo iacturam ſui, quantam ciuitas haec, quantam denique academia, et vniuerſa res literarum publica feciſſet, ſatis aeſtimarent.

Quo magis confidimus, omnes eius memoriam perpetuo, cum pietate in ipſum, et beniuolentia in eos, ad quos maximus dolor ex eius morte peruenit, conſeruaturos. Vobis autem, clariſſimi Ciues, et qui ſtudia doctrinae colitis, viri talis memoria tanto debet eſſe commendatior, quanto magis vos vel ad pietatem in Deum, virtutem et ſtudia honeſtae doctrinae incitare, vel in rebus anguſtis et aduerſis ad ſpem et patientiam confirmare ac roborare poteſt. Quis enim veſtrum, in quantacunque inopia, deſperet, ac non potius ad bene ſperandum excitetur, cum cogitet, HEBENSTREITIVM, cum in re nulla eſſet, nec quicquam in hanc vrbem ſuum, praeter ingenium, attuliſſet, tamen reperiſſe, vnde viueret honeſte, vnde ſubſidia neceſſaria ad ſtudia doctrinae perſequenda acciperet, et ab illa tenuitate ad primum Ordinis ſui locum, non ita multis annis, et in florente aetate, perueniſſe? Sed ille non modo paupertatem attulerat, verum etiam pietatis in Deum et virtutis amorem, et fiduciam in eius prouidentia, et acerrimum ſtudium diſcendi, quod rei domeſticae difficultate laborisque moleſtia non modo non minueretur, ſed etiam incenderetur. Non deſtituet profecto nec vos, cariſſimi, ſpes veſtra, non deerit felix ſucceſſus ſtudiis veſtris, ſi eius pietatem, virtutem, ſtudium, induſtriam imitabimini. Erat autem pietas eius non ea, quae ſe verbis oſtentaret, ſed quae pectus obſideret, atque inde ſe

agendo

agendo proferret. Itaque in illo vltimo morbo, cuius vi plane deiectus de ſtatu animus erat, cum aliquando ſe, quod ſemel tantum ei contigit, ad breuiſſimum tempus recepiſſet, nihil aliud ei in mentem venit, niſi vt ſe animamque ſuam Domino IESV CHRISTO, et ſuos prouidentiae diuinae commendaret. Ab hac autem pietate (vnde enim, niſi ab hac, poſſet?) nata erat illa perpetua animi tranquillitas, quae nullis vitae incommodis et malis turbaretur, ille ſemper non modo placidus, ſed etiam hilaris et ſubridens vultus, non qui callide et per artem diſſimularet malorum ſenſum et tumultus animi, ſed quem pectoris tranquillitas explicaret atque ſerenaret. Nec aliud maius ſubſidium ſtudiorum habuit illa ipſa religioſa animi tranquillitate. Neque enim vllo modo potuiſſet tam multa agere, docere, ſcribere, ac prope infinita legere, animo continere, et ſine vlla difficultate, cum opus eſſet, reddere, niſi animum ab moleſtiis et curis omnibus intactum perpetuo ſeruaſſet, et ita in poteſtate habuiſſet, vt conuertere, quo vellet, atque opus videretur, totum poſſet.

Hac igitur tali pietate in Deum ſinite animos veſtros a Spiritu S. imbui, ad illam malorum patientiam per pietatem animos durate, ad illam animi tranquillitatem placate. Sit vniuscuiusque noſtrum muſeo, immo animis, inſcriptum, quod MVCIANVS RVFVS ille, Canonicus quondam Gothanus, muſeo ſuo inſcripſerat: *Beata tranquillitas.* Ita non modo ad doctrinam magnam et exquiſitam peruenietis, (peruenire autem omnes velle debetis) ſed etiam aduerſus omnes vitae moleſtias et miſerias, aduerſus ipſum mortis, quamuis repentinae, timorem, animos munietis. Ita ergo facite, cariſſima capita, ita HEBENSTREITII memoriam colite, et omnia ex ſententia agite. P. P. Dom. XX. p. Trin. a. c. cIↄIↄCCLVIII.

MEMORIA
IOANNIS ERNESTI HEBENSTREIT,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORIS, IN VNIVERSITATE NOSTRA LIPSIENSI THERAPIAE PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII, ORDINIS MEDICORVM DECANI, ACADEMIAE DECEMVIRI, MAIORIS PRINCIPVM DICTI COLLEGII COLLEGAE, POLIATRI LIPSIENSIS, IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ET REG. MASSILIENSIS SCIENTIARVM ACADEMIARVM SOCII *).

Recentiores medici num veteribus anteferendi, an poſtponendi ſint? quaeſtio ſaepius orta fuit. Primi artis ſalutaris conditores ipſius regulas ex ſola quidem hauriebant experientia, neque vixdum rerum cauſſas explicare valebant; attentione tamen, induſtria, ſtudio, morboſque cum eorum remediis bene obſeruandi peritia, omnium ſubſequentium ſeculorum medicis quam maxime egregium, quod imitarentur, dediſſe exemplum, iisque optima, quibus artis ſuae doctrinam in ſyſtematis modum redactam ſuperſtruerent, reliquiſſe fundamenta, vix non omnes conſentiunt, adeo, vt recentiores, licet naturae penetralia perſcrutati, myſterium eius nexumque cauſſarum et effectuum promtius perſpicere feliciusque reuelare poſſe videantur ſibique certe perſuadeant, veterum tamen obſeruationibus tantum ſaepius inniti cogantur, quando vti omnem ſuam intelligendi vim, ſic et ſcientiarum iam conditarum ambitum multo interdum arctioribus, ac ipſi crederent, circumſcriptam eſſe limitibus intelligunt experiunturque. Iis tamen ſua perpetuo manebit laus atque honos, qui et veteris et recentioris aeui

*) Vide Comment. De Reb. in re nat. et medicina geſtis, T. VI. P. IV. p. 721. ſeq.

aeui doctorum obſeruata, inuenta placitaque cognoſcere, inueſtigare, veritatemque, vbicunque demum eam inuenerint, detegere ſatagunt.

Fuit omnino ex eorum numero b. HEBENSTREIT, qui pari ſtudio atque cura et veterum, in primis graecorum latinorumque, et recentiorum libros peruolutauit, vt dictu difficile ſit, num horum, an potius illorum cognitione maior fuerit. Excellenti enim ingenio, valde acri et tenaciſſima memoria, et inexhauſta diſcendi legendique natus erat auiditate, vt iam a teneris inde totum ſeſe daret muſis, ſeque cum iis per omnem vitae ſuae decurſum delectaret. Vt igitur artium ſcientiarumque doctrinam ab ipſarum quaſi origine percipere poſſet, ſummo prorſus ſtudio non latinam ſolum, ſed quae hac ipſa multo eſt vberior et locupletior, graecam quoque linguam addiſcebat, eamque ſibi adeo reddebat familiarem, vt hanc ſibi fere patriam feciſſe videretur. Quum harum autem literarum charactere valde minuto oculorum viſum crebrius legendo fatigaret, tam hebetem quoque eorum ſenſum ſibi contrahebat, vt ipſis, cum virilem adhuc aetatem ageret, offunderetur caligo, ita, vt ortae tandem ſuffuſionis medelam in manu chirurgica quaerere cogeretur. Nec Graecia tamen Latiique tantum, ſed plurimos quoque, quibus nunc diuerſi Europae populi vtuntur, ſermones probe callebat, ideoque ſapientiae theſauris vix non ex omni terrarum regione colligendis par erat. Inſignis omnino, qua pollebat, memoriae vis in hoc ſtudiorum genere vehementer ipſum iuuabat, quippe quae tanta erat, vt veterum, et philoſophorum, et medicorum ſententias ipſorum verbis memoriter enumerare poſſet, easque fere totas complecteretur. Accedebat et hoc, quod ingenium ipſius erat alacre promtumque, ac, vti ad quaslibet artes optimas, ſic in primis ad poëſin valde aptum. Ingenioſum enim et quem elegantiſſimum aetas noſtra tulit, in ipſo mirati fui-

fuimus poëtam. Praeter maximum enim poëmatum numerum, quae vel anonymo, vel aliorum cecinit nomine, *de homine ſano et aegroto carmen*, quod auctum politumque edidit ante hos quinque annos, egregium huius rei praebet documentum, adeo, vt eum Germanorum LVCRETIVM recte appellare poſſis. Poëtam tamen nec eſſe, nec certe poſſe fieri, philoſophus niſi vna eſſet et doctus et acer, bene Noſter intelligens, et philoſophiae, omnium artium procreatrici et quaſi parenti a CICERONE dictae, multum dabat temporis ſtudiique. Ex omnibus autem, quae ad illius doctrinam pertinent et referuntur, partibus eam in primis in ſinu atque deliciis habebat, quae res naturales earumque originem, cauſſas, naturam atque vſum docet. Vniuerſae itaque et hiſtoriae et ſcientiae naturalis amantiſſimus omnia ſibi reddebat cognita, vlteriusque inueſtigabat, quae tria ſic dicta naturae regna complectuntur. Quem latere poterit egregia rerum naturalium collectio in *Muſeo* noſtro *Richteriano* reperiunda, cui et comparandae, et in ordinem redigendae plurimum adhibuit operae? Maius autem inſuper ſtudium in plantarum cognitione, easque ſecundum optimas ab ipſa natura indigitatae methodi regulas diſponendi arte collocabat. Quid? quod poſt RIVINVM atque WALTHERVM, Viros, quorum memoria ſemper nobis erit cara atque antiqua, ex primis omnino fuerit cum LVDWIGIO noſtro, qui excolendi illius ſtudii cupidinem in iunioribus noſtris medicis excitaret confirmaretque. In ſiluas igitur, arua prataque, floribus abundantia, non ſolum cum delecta artis ſtudioſorum manu, vt colligeret plantas harumque examinaret ſtructuram, ſaepius excurrebat, ſed ipſe quoque aedificabat hortum, in eoque colebat herbas, in primis exoticas. Quum ſatis autem intelligeret, vel quoque maximam et vberrimam rerum cognitionem eſſe fere nihili, ea niſi ad communem hominum vſum accommodari poſſit: omnes quoque artes atque ſcientias, quae medicum, huius nomine vere dignum,

non ornant ſolum, ſed etiam perficiunt, pari ſtudio, vti iam a primis vitae academicae annis eas didicerat, ſic et per totum aetatis ſuae tempus tractabat, agebat amplificabatque. Grauiſſimi huius, quae Noſtro competit, laudis teſtes omnino ſunt, et inſignis, quos in noſtra muſarum ſede docuit atque formauit, medicorum numerus, qui multis iam in regionibus artem et docendo et faciendo profitentur, et ſatis quoque numeroſa, cuius indicem paullo poſt ſuppeditaturi ſumus, ſcriptorum copia, quae cum erudito orbe communicauit. Itaque multa, cur magni haberetur, in Noſtro erant argumenta; alia tamen eaque certe non minora accedunt iis, cur multo ab omnibus bonis ciuibus amore exciperetur. Verus enim Dei cultus et religionis ſanctitas in eo exſiſtebat, ita, vt non officia ſolum, quae ſummo numini, ſed etiam, quae debemus vitae ſociis, ex animo et ſemper praeſtaret. Cunctis igitur, quibus praefectus erat, muneribus omni cum fide atque dexteritate perfungebatur, iis itaque acceptus, qui ſummam imperii tenent: Medicinam et docebat, et faciebat omni ſtudio, ſollertia atque candore, ideoque et ciuibus academicis, et aegris, qui in conſiliis eius quaerebant auxilium, gratus: In egenos liberalis erat atque beneficus, non oratione, ſed re ipſa, ideoque pari ratione ab iis aeſtimatus atque dilectus: Omnibus autem, quantum demum cunque poſſet, inſeruiendi ſtudio adeo flagrabat, vt callidis interdum et occultis hominibus eorumque ſimulata bonitate captus, nimium fere huic virtuti tribuere videretur. Dignus igitur omnino fuit, cuius memoriam commendemus poſteris, et cuius exemplum, quod imitentur, tironibus artis proponamus.

Natus erat Noſter in Variſcia, quae Saxoniae eſt prouincia, Neoſtadii, quae ad Orilae flumen ſita eſt vrbs, anno huius ſeculi ſecundo, die menſis ianuarii decimo quinto, patre IOANNE DAVIDE, qui archidiaconi nomine ſacrorum ibi curam geſſit, et matre ESTHERE

SVSAN-

SVSANNA, ex gente GVTNERIANA prognata. Filium optimae ſpei pater quidem ipſe et veri cultus diuini, et linguarum artiumque rudimenta docebat, ſed eum ſimul inſtitutioni IOANNIS OSWALDI THOELITZSCHII et DAVIDIS WENDLERI, illius conrectoris, huius vero rectoris in ſchola patria dignisſimi, tradebat. Adoleſcens iamiam, quanta ipſi ineſſet ingenii vis, ſaepius docebat, qui reliquis commilitonibus palmam praeriperet. Graecas potisſimum litteras iam inde vsque a puero vehementer amabat, et carmina iam tum et graeca conficiebat, et latina: natus enim erat poëta, cui *ſponte ſua carmen numeros veniebat ad aptos.* Anno ſeculi decimo ſexto ſeſe conferebat in gymnaſium Vinarienſe, ibique optimis praeceptoribus, et IOANNE MATTHIA GESNERO, conrectore, et IOANNE CHRISTOPHORO KIESWETTERO, rectore vſus, et optimi patruelis IOANNIS FRIDERICI HEBENSTREITII, tunc temporis ſacra Vinariae, deinde vero Buttſtadii curantis, liberalitate prorſus ſuſtentatus tam egregios in addiſcendis litteris faciebat progreſſus, vt iam anno aetatis duodeuiceſimo, ſeculi nimirum decimo nono, a celeberrimo Ienenſium doctore SLEVOIGTIO, academiae tunc rectore, in numerum academicorum ciuium reciperetur. Ienam vero ipſam petebat ſequenti anno poſt, ibique ſtudiis vacare conſtituebat. Quum autem admodum exiguas haberet opes, (pater enim octo genuerat filios, qui omnes litterarum ſtudio ſeſe dare cupiebant,) in aliorum beneuolentia ſolamen atque auxilium quaerere cogebatur; illud vero in Ienenſi academia, vti optauerat, non inueniens Lipſiam ſe transferebat anno ſeculi viceſimo primo. Si cui igitur vnquam, certe noſtrae vniuerſitati illa data eſt felicitas, vt pluribus gaudeat emolumentis, quibus opem ferre posſit indigentibus bonaeque ſpei ac diligentiae adoleſcentibus. Quod expectauerat Noſter, facile quoque impetrabat. Inter alios enim bene ipſi cupientes, breui poſt, quam Lipſienſes ſalutaſſet muſas, AVGV-

STVM QVIRINVM RIVINVM, academiae noſtrae poſt mortem adhuc decus, praeceptorem rerumque ſuarum ſtrenuum nanciſcebatur ſtatorem et amplificatorem. Optimo illi viro ſemper ad manus erat, et in eius gratiam, cum ſtudii inprimis botanici eſſet amantiſſimus, eo citius veniebat, quo maiore cupidine atque feruore et ipſe in illud ferebatur. Ex diſſitis itaque ſaepe locis colligebat apportabatque plantas huic ſuo praeceptori, quoties is ſcholas habebat botanicas, vt, quicquid ad illarum pertinet notitiam, artis tirones doceret, fautori inde eo carior factus. Quo fiebat, vt ab eo commendaretur CASPARO BOSIO, mercatori famigeratiſſimo, hortum ſic dictum botanicum, itemque muſeum inſtructuro, vt huius negotii curam in ſe ſuſciperet. Quemadmodum autem ſemper multisque modis a *Boſia* gente fotum amatumque ſe fuiſſe ſaepe praedicabat, ſic et tunc temporis ſatis honeſtum ab illo viro merebatur ſtipendium, quo in reliqua fere cuncta ſtudia academica eo felicius incumbere poſſet. Omnium enim artium ſcientiarumque, quae medicum doctum atque felicem formare poſſunt, ſtudioſiſſimus omne ſuum a botanicis laboribus liberum tempus illarum culturae atque exercitio prorſus dabat. Fideliſſimis itaque et doctiſſimis vtebatur praeceptoribus, praeter iam laudatum RIVINVM, PAVLLIO, SCHACHERO, ETTMVLLERO, WALTHERO, PLATNERO atque LISCHWITZIO, viris omnibus, quorum memoria vniuerſitati noſtrae admodum adhucdum eſt honori. Horti interim Boſiani ſuae curae traditi diligentiſſime omnem habebat curam, indeque b. HEVCHERI, Archiatri regii, viri in amplificandas artes nati, amicitiam familiaritatemque ſibi conciliabat, ab eoque fortunae olim ſtabiliendae ſpem acquirebat, tamen non ſpe ſolum, ſed veris patrocinii eius documentis paullo poſt fruendi habebat opportunitatem. Illius enim viri conſiliis atque commendationi potiſſimum tribui debet illud iter, quod ex Clementiſſimi Noſtri Regis, AVGVSTI ſecundi, voluntate

tate atque mandato Noſter cum ſelecta comitum manu in Africam ſuſcipere iubebatur.

Poſtquam enim anno ſeculi viceſimo ſeptimo artium liberalium atque philoſophiae magiſtri a Lipſienſium Philoſophorum Ordine, tribus vero annis poſt a Medicorum Collegio doctoris medici honore, titulo et priuilegiis exornatus fuerat; Potentiſſimus vero Noſter Rex eodem tempore ad augendam rerum naturalium Dresdae aſſeruatarum collectionem, potiſſimumque ad obtinenda rariora animalia exotica, et viua, et in exuuiis, ſi viua afferri non poſſent, vel certe in partibus cognoſcenda, harum rerum peritum in varias Africae regiones ablegare conſtituerat: Optimo Regi a ſuo medico, iam laudato HEVCHERO, commendabatur Noſter, huic perſoluendo negotio prae aliis aptus, linguarum peritia nimirum clarus et in vniuerſa hiſtoria naturali verſatiſſimus. Illud nunc ipſi primum dabatur in mandatis, vt ſocios ſibi eligeret, quorum opera adiutus omnem hiſtoriae naturalis ambitum, quatenus in Africae prouinciis liceret, emetiretur atque inueſtigaret. Quam ob cauſſam in ſocietatem adſciſcebat CHRISTIANVM AVGVSTVM EBERSBACH, adiuncti nomine electum, CHRISTIANVM GOTTLIEB LVDWIG, qui nunc Decani munere apud nos fungitur, tum vero botanices in primis inueſtigandae cauſſa itineri committebatur, ZACHARIAM GOTTLIEB SCHVLZE, cui anatomici officium, IOANNEM HENRICVM BVECHNER, cui omnium ad rem oeconomicam ſocietatis pertinentium cura tradebatur, tandemque CHRISTIANVM SCHVBERT, pictorem, qui ea certe, quae apportari non poſſent, depingeret. Cunctis deinde ad ſuſcipiendum iter neceſſariis in ſuum ordinem redactis, illud die menſis octobris viceſimo tertio, anno ſeculi triceſimo primo Noſter inibat, litteris eum in finem commendatitiis munitus, quas a Magnae Britanniae Galliaeque Regibus, Belgiique foederati Ordinibus acce-

 perat.

perat. Quemadmodum autem TOVRNEFORTIVS nonnullas Aegypti partes olim perluſtrauerat, ſic et noſtra ſocietas ſeptentrionalem Africae regionem, quam Barbariam vulgo vocant, perquirere, deinque iter ſuum ad deſerta loca regionesque occidentales ad promontorium vsque ſic dictum bonae ſpei dirigere, et intra trium annorum ſpatium abſoluere debebat. Germaniae itaque, Heluetiae Galliaeque partem ea tranſiens, die menſis decembris decimo ſeptimo eiusdem anni perueniebat Maſſiliam, ibique ad viceſimum quartum vsque diem Ianuarii ſubſequentis anni cIↃIↃCCXXXII commorata, nauim Algeriam verſus directam conſcendebat, tandemque poſt iter taedii periculique plenum die viceſimo ſexto Februarii Africam intrabat. Tempore aliquot menſium Algeriae conſumto, vicinaque regione ſaepius peragrata, medio menſe Iunio in prouinciam, quae imperii Algerienſis orientalis pars eſt, Conſtantiam, variis antiquitatis monumentis claram, tum in inſulam Tabracam, ob coralliorum piſcaturam celebrem, Bizertam vsque vrbem a veteri Vtica haud procul diſtantem, naui ſe transferebat, itineris huius parte reliqua per continentem terram Tunetum vsque producta. Principis autem Tunetini (*Bay*) aduerſus chriſtianos odium erat tantum, vt itinera, per ſui imperii fines proſequenda, noſtrae ſocietati prorſus interdiceret. Tripolin itaque naui petebat HEBENSTREITIVS, LVDWIGIVM valde aegrotantem Tuneti relinquere coactus. Die decimo quinto decembris Tripoli ſecedens iter ſuum continuabat in inſulam Melitam, vbi ſub initium anni cIↃIↃCCXXXIII. appellebatur. LVDWIGIVS interim, ſanitate recuperata, Principis Tunetini beneuolentiam ſibi ſocietatique conciliauerat, adeo, vt iter ad confinia vsque deſertae regionis, Saarah dictae, pergere liceret. HEBENSTREITIVS itaque Tunetum reuertens hancque principis veniam percipiens ſequebatur LVDWIGIVM, et praeter alias imperii huius prouincias, eam praecipue tranſibat, quae *Gerid* ſiue *Bled el Gerid*,

Gerid, vnde corruptum nomen *Bilidulgerid*, dicitur, inter Tunetanum regnum atque Tripolitanum ſita, ab exigua latitudine ad maris littora ſemper in maiorem amplitudinem ad deſerta vsque loca ſeſe extendens, veterumque forte interior Libya credi poterit. Antiquitatis monumenta inſignia rerumque naturalium egregiam vberrimamque ibi copiam obſeruans, quantum poterat, colligebat. Tunetum reuertebatur die decimo quarto martii, triſtiſſimo de optimi ſui Regis morte nuncio ibi perculſus. Iter enim vlterius proſequi non licebat; hinc reditum in patriam meditans per Galliam Belgiique foederati prouincias proficiſcens, menſe Octobri eiusdem anni Dresdam redibat, ſatis numeroſam collectarum rerum copiam et ipſe et per LVDWIGIVM afferens. Hic vero Tuneti a ſocietate receſſerat inque naui aliqua Anglica Hamburgum fecerat iter, vt viua animalia, ipſius curae commiſſa, eo facilius poſſet adducere. Huius quidem itineris totius rationem e ſuis atque ſociorum ſchedis in libri aliquam formam redigere inque publicum vſum edere Noſter voluerat; ſed, vti in ipſo continuando itinere per regis obitum, ſic et in exaranda eius deſcriptione per grauia nimisque multa, quibus Lipſiam reuerſus implicabatur, negotia impeditus fuit.

Phyſiologiae enim docendae munus publicum, eo abſente, per mortem ETTMVLLERI iam vacuum factum, illico poſt reditum ſuſcipiebat eodem anno cIↄIↄccxxxiii. die nouembris viceſimo ſecundo, oratione ideo habita, qua per illud iter ſuum collecti obſeruationum theſauri partem publicare incipiebat, *antiquitatum nimirum Romanarum per Africam repertarum memoriam* recolens. Ab illo tempore totum ſe dabat noſtrae Lipſiae, et medicinam faciens inter ciues, et illam docens artis ſtudioſos, ab vno munere academico ad alterum prouectus. Anno enim ſeculi triceſimo ſeptimo anatomiae et chirurgiae, quadrageſimo ſexto patholo-

giae, tandemque biennio elapſo, poſt b. PLATNERI, ſemper nobis adhuc cari, mortem, therapiae Profeſſor vnaque Medicorum Ordinis Decanus, quadrageſimo ſexto poſt b. WALTHERI obitum poliater Lipſienſis conſtitutus, ante iter autem ſuſceptum Imperialis Academiae Naturae Curioſorum, poſt illud vero confectum Regiae ſcientiarum Maſſilienſis Socius nuncupatus, iis muneribus cunctis, vti et reliquis ad ea pertinentibus officiis, ſingulari prorſus ſtudio indefeſſaque induſtria ſemper faciebat ſatis.

Matrimonium bis iniit, vnum anno cIↃIↃCCXXXVIIII. cum IOANNA WILHELMINA, ex IVNIA gente orta, ex quo filium permultae ſpei, GEORGIVM ERNESTVM, adhuc ſuperſtitem ſuſcepit; alterum autem anno cIↃIↃCCXXXXI. ſuauiſſima iſta coniuge primo iam coniugii anno in puerperio extincta, cum CHRISTIANA EVGENIA, ex celebri gente BOSSECKIA, quae ſeptem ipſi peperit liberos, ex quibus adhuc quinque optimo patri ſuperſunt. Quamuis autem a natura validum corporis habitum accepiſſet Noſter, laetaque vt plurimum ſanitate fruitus fuiſſet, ſub finem tamen ſuperioris anni ab iſta febre maligna petechiali, quae poſt cladem iſtam Rosbacenſem triſtiſſimam inter noſtrates ſtragem fecit, correptus, ei paullo poſt, die nimirum decembris quinto, ſuccubuit, magnum ſui deſiderium apud orbem eruditum, vtramque noſtram ciuitatem et amicos relinquens, pii, docti, ſuauis omniumque diligentiſſimi viri perpetuam laudem adeptus.

INDEX

INDEX SCRIPTORVM A B. HEBENSTREIT EDITORVM.

LIBRI.

De vſu partium carmen, ſeu phyſiologia metrica, ad modum TITI LVCRETII CARI, de rerum natura, in gratiam auditorum concinnata. Lipſiae 1739. 8.

Pathologia metrica, ſeu de morbis carmen, in gratiam auditorum concinnatum. ibid. 1740. 8.

Muſeum Richterianum, continens foſſilia, animalia, vegetabilia, marina, illuſtrata iconibus et commentariis D. I. E. H. accedit (I. FR. CHRISTII) de gemmis ſcalptis antiquis liber ſingularis. ibid. 1743. fol.

Παλαιολογιας Therapiae, qua veterum de morbis curandis placita recentiorum ſententiis aequat, Specimina XXXV. ibid. 1748 - 1754. (*Sunt illa ſpecimina et diſſertationes, et programmata in variis occaſionibus, quas munera academica Noſtro ſuppeditabant, conſcripta.*)

Anthropologia forenſis, ſiſtens medici circa rem publicam cauſſasque dicendas officium, cum rerum anatomicarum ac phyſicarum, quae illud attinent, expoſitionibus. ibid. 1751. 8. *)

Idem liber. Editio altera c. fig. aeneis. ibid. 1753. 8. **)

*) Vide, ſis, Comment. Lipſ. Vol. I. P. III. p. 365.
**) V. Comment. Lipſ. Vol. II. P. III. p. 418.

Ἐξηγησις ονοματων των περι παθων. Exegeſis nominum graecorum, quae morbos definiunt. *Erklärung griechiſcher Wörter von Krankheiten des menſchlichen Körpers.* ibid. 1751. 4. *)

De homine ſano et aegroto carmen, ſiſtens phyſiologiam, pathologiam, hygienem, therapiam, materiam medicam. Praefatur de antiqua medicina carmen: ſubnectuntur ſimiles poëtarum ſententiae, accedunt ſingula quaedam carmina. Lipſiae, 1753. 8. **)

Ordo morborum cauſſalis. Specimina VII. ibid. 1754-1757. 4. (*Itidem programmata academica continentur.*)

Aetiologia chemica ſeu expoſitio cauſſarum ſani et aegroti hominis ſecundum principia chymica, diſſertatiunculis clariſſimorum quorundam iuuenum expoſita, c. indice neceſſario. ibid. 1757. 4. (*Academicas diſſertatiunculas numero ſeptem complectitur haec aetiologia.*)

Tentamen philologicum medicum ſuper AETII AMIDENI ſynopſis medicorum veterum libris octo, poſt illos octo, quos ALDVS MANVTIVS Venetiis 1734. euulgauit. ibid. eod. 4.

Praeter ea praefatus eſt beatus ille Vir ad libros ſequentes: D. NICOL. BÖRNERS *Phyſic, oder vernünftige Abhandlung natürlicher Wiſſenſchaften. Leipzig,* 1735. 8.

D. CHRISTIAN GOTTHOLD SCHWENKE *vom geſunden Landleben* cet. *ibid.* 1751. 8.

10.

*) Vide Comment. Lipſ. Vol. I. P. III. p. 378.

**) Vid. Comment. Lipſ. Vol. II. P. III. p. 533.

IO. IAC. WOYTS Gazophylacium medico - phyſicum, *oder Schatzkammer mediciniſch - und natürlicher Dinge in einer richtigen und ordentlichen Alphabeth. Ordnung. Leipzig,* 1751. 4. maj. c. f. (*Huic libro additus fuit ille iamiam recenſitus:* Ἐξήγησις ὀνομάτων cet.)

D. ANTON. HEINS Pharmacia rationalis, *oder vernünftiger Gebrauch auserleſener Genesmittel,* ibid. 1757. 4. maj.

DISSERTATIONES.

De continuanda Riuinorum induſtria in eruendo plantarum charactere. Praeſide IO. CHRISTOPH. LISCHWITZ. Lipſiae, 1726. 4.

De ordinibus conchyliorum methodica ratione inſtituendis. Reſp. IO. GEZAVR. Lipſiae, 1728. 4.

De vitiis nominum in ſignificatu tentamina quaedam. Reſp. IO. CHRISTIAN. BARTHOLOMAEI. ibid. 1729. 4.

De viribus minerarum et mineralium medicamentoſis, pro gradu doctoris. Praeſide IO. CASP. KÜCHLERO. ibid. 1730. 4.

De ſenſu externo, facultatum in plantis iudice. Reſp. CHRISTIAN GOTTLIEB LVDWIG. ibid. eod. 4.

Definitiones plantarum. Reſp. CHRIST. AVG. EBERSBACH. ibid. 1731. 4.

De indicatione medica. Reſp. GEO. AVG. LANGGVTH. ibid. 1733. 4.

De

De vſu hydrargyri interno ad mentem recentiorum. Reſp. CHRISTOPH. FRID. SARTORIO. ibid. 1735. 4.

De partium coaleſcentia morboſa, *von den widernatürlich-zuſammengewachſenen Theilen des menſchlichen Körpers.* Reſp. GOTTLOB CAROL. SPRINGSFELD. ibid. 1738. 4.

De dentitione ſecunda iuniorum. Reſp. IO. ANDR. VNGEBAVER. ibid. 1738. 4. c. f.

De morbis ex peruigilio. Reſp. IO. CAR. PVSCHER. ibid. 1740. 4.

De pulſu inaequali ad mentem GALENI de cauſſis pulſuum. Reſp. IO. ANDR. VNGEBAVER. ibid. 1741. 4.

De capitonibus laborioſo partu naſcentibus. Reſp. ANTON. HEINS. ibid. 1743. 4. c. f.

De oculo lachrymante. Reſp. IO. FRID. KVPPE. ibid. eod. 4.

Hiſtoriae naturalis Foſſilium caput de Terris. Reſp. IO. GEO. LVTHER. ibid. 1745. 4.

Exercitationes adoleſcenti aetati ſalubres. Reſp. FRID. SAM. SPARR. ibid. eod. 4.

Funiculi vmbilicalis humani pathologia. Reſp. IO. ANDR. LEHMANN. ibid. 1747. 4. c. f.

De metaſchematiſmo morborum. Reſp. IO. GOTTLIEB MEYER. ibid. eod. 4.

De ſuſpecta valetudine. Reſp. IO. CHRISTOPH. ELHARD. ibid. 1757.

PRO-

PROGRAMMATA.

De organis piſcium externis. Lipſiae, 1733. 4.

Anatome hominis recens nati repetita. ibid. 1738. 4.

De baſi caluariae. ibid. 1738. 4.

De methodo cerebrum incidendi. ibid. 1739. 4.

De arteriarum corporis humani confiniis. ibid. eod. 4.

De rarioribus quibusdam oſſium momentis. ibid. 1740. 4.

De diploë oſſium. ibid. eod. 4.

De venis corporis humani. ibid. eod. 4.

De vaginis vaſorum. ibid. eod. 4.

De methodo plantarum ex fructu optima. ibid. eod. 4.

De medici cadauera ſecantis religione. ibid. 1741. 4.

De flexu arteriarum. ibid. eod. 4.

De medicis archiatris et profeſſoribus. ibid. eod. 4.

De vermibus, anatomicorum adminiſtris. ibid. eod. 4. c. fig.

De vaſis ſanguiferis oculi. ibid. 1742. 4.

De inſectorum natalibus. ibid. 1743. 4. c. f.

De mediaſtino poſtico. ibid. eod. 4.

De corpore delicti, medici ſecantis culpa incerto. ibid. eod. 4.

De venis communicantibus. ibid. 1744. 4.

Hiſtoriae naturalis inſectorum inſtitutiones. ibid. 1745.

De foetu vegetabili. ibid. 1747. 4.

De ordinibus gemmarum, verbis C. PLINII ſecundi ex eius naturalis hiſtoriae libr. XXXVII. ibid. eod. 4.

Ευπραγια αγαθȣ ιατρȣ, celebri exemplo beati I. Z. PLATNERI. ibid. 1748. 4.

Medi-

Medicinae cum iurisprudentia comparatio ad recolendam memoriam anniuerſariam *Silverſteinio-Pilnickauianam.* ibid. 1749. fol.

De cura paſcuorum. Lipſ. 1752. fol.

Περὶ ἀναφωνήσεως, de declamatione, antiquae gymnaſticae parte. ibid. 1753. 4.

De laeſionibus ex diſpoſitione vulnerati morboſa letiferis. ibid. 1755. 4.

De obſequio principum erga medicos, ibid. eod. 4.

Miſericordiae limites in exercenda arte. ibid. 1756. 4.

AETII AMIDENI Ἀνεκδότων lib. IX. caput XXVIII. exhibens tenuioris inteſtini morbum, quem ileon et chordapſum dicunt, vna cum veterum ſuper hac aegrotatione ſententiis. ibid. 1757. 4.

ORATIO.

Oratio auſpicalis, qua antiquitatum Romanarum per Africam repertarum memoriam recolit. Lipſiae, 1733. 4.

PALAEO-

PALAEOLOGIAE THERAPIAE CONSPECTVS.

I. De officio medici clinici. Pag. 3
II. De officio medici forenſis. P. 25
III. De prophylaxi morborum. P. 51
IIII. De diaeta prophylactica in genere. P. 78
V. De diaeta prophylactica ad morbos primarum viarum. P. 95
VI. De diaeta prophylactica ad morbos viarum remotiorum. P. 112
VII. De tempore in morbis. P. 134
VIII. De temporibus febrium propriis. P. 177
VIIII. De vi vitae ad iudicandos morbos. P. 202
X. De motibus criticis in genere. P. 238
XI. De ſymptomatibus ſignisque criticis. P. 258
XII. De motu cordis et arteriarum, ſecundum tempora morborum vario. P. 278
XIII. De fluxu inteſtinorum critico. P. 302
XIIII. De diureſi critica. P. 316
XV. De excretionibus cutaneis criticis. P. 334
XVI. De ſputo critico. P. 349
XVII. De haemorrhagiis criticis. P. 364
XVIII. De morbis criticis. P. 376
XVIIII. De indicatione formanda. P. 390
XX. De indicationibus communibus. P. 404
XXI. De indicatione mutante fluida. P. 419
XXII. De indicatione mutante ſolida. P. 465
XXIII. De indicatione vitali. P. 479
XXIIII. De indicatione euacuatoria. P. 489
XXV. De indicatione mitigatoria. P. 521

XXVI.

XXVI. De cognoſcendis medicamentorum facultatibus. P. 539
XXVII. De fonte auxiliorum diaetetico. P. 554
XXVIII. De fonte auxiliorum therapeutico-medico, deque fluentibus ex illo medicamentis, primas vias purgantibus. P. 578
XXVIIII. De fonte medicamentorum, remotas vias purgantium. P. 602
XXX. De antiſpaſticis. P. 634
XXXI. De alterantibus. P. 641
XXXII. De fonte auxiliorum chirurgico. P. 659
XXXIII. De chirurgia partium mollium. P. 675
XXXIIII. De chirurgia oſſium. P. 686
XXXV. De chirurgia efficaciori eorum, quae auertenda vel reponenda ſunt. P. 699

ORDO MORBORVM CAVSSALIS.

I. De methodo morbos ordinante. P. 717
II. De genere morborum ad artis vſum conſtituendo. P. 731
III. De charactere ad genera morborum conſtituenda optimo. P. 742
IIII. De notionibus ſimplicibus ad conſtituendos morborum ordines ex ſolidorum indole. P. 753
V. De notionibus morborum ſimplicibus, ex rationibus fluidorum. P. 770
VI. De limitibus generum morbi. P. 792
VII. De incerto morborum genere. P. 804

PALAEO-

PALAEOLOGIA THERAPIAE

QVA VETERVM

DE MORBIS CVRANDIS

PLACITA POTIORA

RECENTIORVM SENTENTIIS AEQVANTVR

BOSTON MEDICAL
MAY - 1 1921
LIBRARY

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN I.

DE OFFICIO MEDICI CLINICI.

Quamuis diſciplinis, quae artem faciunt ornantque, omnibus ſalutaris ſcientiae conditores inſtructi haud fuerint caruerintque anatome exquiſitius culta, de vſu partium doctrina politiore, et medicamentorum, quae ſimplicia corrigit et miſcet, theoria; quamuis etiam aliis, ad negotium ſanitatis procurandae aptis, quarum copia nunc data eſt, eruditionis philoſophicae aeque ac medicae generibus, corporum nempe naturalium per effectus ſuos cognitione ſeu phyſica, potiſſimum autem demonſtratione, quae mentem meditatione facili et diſtincta de proportionibus ac viribus rerum inſtruit, ſcilicet mathematica, fuerint deſtituti; ita tamen a ratione et vtilitate haud abſunt medicorum graecorum aeque ac latinorum *) praecepta,

A 2

*) Mire hoc de argumento olim et nuperrime diſputatum eſt. Alii nihil bonum reputarunt, niſi quod veteres edixerant, et cum iis errare, quam verum videre ac profiteri maluerunt, alii eos, tanquam ſenes deliros, riden-

cepta, vt turpe ſit cum illis ſentire, loqui vel facere. Nolim equidem Hippocraticum illud, quod Arabes omnes et commentatorum turba ſubierunt, famulitium et iuratam aliquam iuxta placita antiquorum de vita hominum decernendi, veluti religionem, commendare; at ſeligendas ex decretis veteris ſcholae quaſi aureolas et lectiſſimas, quae his interſunt, ſententias eſſe duco, veluti id a praeſtantiſſimis viris, qui cum arte ſapientiam et graecarum literarum ſtudium profeſſi ſunt, factum eſſe intelligo, vt ſcripta ſua decretis HIPPOCRATIS, CELSI, GALENI, aliorumque probatae fidei auctorum, quos temporum iniuria ſupereſſe paſſa fuit, teſtimoniis condecorarent. Nec dulce tantum, honeſtum ac pium, ſed et vtile eſſe puto, haud negligere eos, qui prima ſcientiae fundamenta iecerunt a). Quapropter rem auditoribus (lectoribus) meis haud ingratam facturum me eſſe arbitratus ſum, ſi *therapiae* *) *praecepta* ex omni antiquitate colligere, et illis,

ridendos ac ſpernendos cenſuerunt. At vterque male. Nam ſi ſpectes ea, quae ad artem contemplatricem pertinent, manci ſunt ac intuti duces; at ſi artis opera et officium medici velis, hosce magnos viros legiſſe poenitebit neminem. Sed de his in praefatione pluribus. G.

a) Ita HIPPOCRATES *De Vet. Medicina* §. 3. p. 15. T. I. ed. *Lind.* ſuo iam tempore ſentiebat: Ἀρχὴ καὶ ὁδὸς ἐυρημένη ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ τὰ λοιπὰ ἐυρεθήσεται, ἤν τις ἱκανός τε ὢν καὶ τὰ ἐυρημένα εἰδὼς, ἐκ τέτων ὁρμώμενος, ζητέῃ.

Principium et via inuenta ſunt, — longo poſt tempore et reliqua inuenientur, ſi quis aptus eſt, et inuenta noſcens, iſtis compulſus, quaerit.

*) Omnis veterum medicorum praeſtantia, quantum equidem ſcio, in eo quaerenda eſt, primum vt artem morbos bene obſeruandi, ſuis ſignis internoſcendi, accurate ac dextre deſcribendi bene calleant, deinde vt curandi rationem naturalem edoceant, hinc vero etiamnum digni ſint, quos magiſtros ac duces ſequantur medici noſtri. G.

illis, qui nunc in vſu ſunt, ſentiendi, loquendi faciendique modis ad latus ponere ſuſciperem. Efficiam illud ſcriptionibus academicis, quarum elaborandarum opportunitatem nobiliſſimorum iuuenum academicus ardor mihi frequentem faciet, quo in negotio duplicem mihi finem propoſui, alterum, vt graecae linguae exſtinctum penes quam plurimos amorem refocillem, alterum, vt morbos curandi regulas [b]), ſub pallio eruditae linguae abſconditas, exponam, nec dubito, fore, quo excitati ad lectionem fontium artis noſtrae iuuenes inuenturi ſint amplisſimum veteres liberaliter imitandi argumentum c).

Dicendi initium *de ipſis ſanitatis conſiliariis deque eorum*, quod gerendum ſuſceperunt, *officio* *) capiam. Proximo ab artis incunabulis tempore fuerunt, vti nunc etiam ſunt, qui ſcientiae celebritatem affectarent, at in negotiis gerendis hebeſce-

rent,

b) GALENVS L. *Quod optimus medicus ſit etiam Philoſophus*, p. 359. T. II. ed. *Chart.* Μηδ᾽ ἢ καθάπερ κολοιὸν ἢ κόρακα περὶ φωνῶν ζυγομαχεῖν, ἀλλ᾽ αὐτὴν τῶν πραγμάτων σπουδάζειν τὴν ἀλήθειαν.

Nec veluti graculus aut coruus de verbis vna diſputandum, ſed ipſa operum ſolerter indaganda eſt veritas.

c) GALENVS *ibidem.* Φιλοσοφητέον ἡμῖν ἐστὶ πρώτερον, ἅπερ Ἱπποκράτους ἀληθῶς ἐσμὲν ζηλωταὶ, κἂν τοῦτο ποιῶμεν, οὐδὲν κωλύει μὴ παραπλησίους, ἀλλὰ καὶ βελτίους αὐτοῦ γενέσθαι, μανθάνοντας μὲν, ὅσα καλῶς ἐκείνῳ γέγραπται, τὰ λείποντα δ᾽ αὐτοὺς εὑρίσκοντας.

Philoſophandum nobis primum eſt, ſiquidem HIPPOCRATIS vere ſumus imitatores; ſi illud fecerimus, nihil impedit, quo minus non tam ſimiles illi, ſed et meliores illo euadamus, diſcentes, quae bene illi ſcripta ſunt, quae autem ſuperſunt, ipſi inuenientes.

*) Haec medicorum officia veteres raro ſolebant ſingulatim percenſere, ſed paſſim et quaſi aliud agendo. Vbique tamen id voluerunt, vt medicus ſit vir probus et artis ſuae gnarus, ciues vero fugiant, qui demum cunque nomine medici ſunt, non re. G.

rent, ſublimiori doctrinae dediti, ſcientiarum autem, quae peritiae medendi fundamentum ſternunt, negligentiores d): Alii ſibi plurimum, aegris parum commodi, lucri cauſſa artem faciebant, per fora circumeundo, et ſanitatem, veluti vendibilem mercem, exponendo, verboſi ſuarum virtutum praecones e), a quibus abhorrebant genuini medici, tanquam artis opprobriis f), et in ſumma ſcientiarum, ad ſanitatem procurandam facientium, ignorantia verſantibus g); quanto peiores erant, qui breui

d) GALENVS *de Philoſopho optimo medico*, p. 356. II. ὅτω περὶ τέτων σπεδάζεσι, ὡς ȣ̓ μόνον ἑκάςε τῶν μορίων ἐσίαν, ἢ πλοκὴν, ἢ διάπλασιν, ἢ μέγεθος, ἢ τὴν πρὸς τὰ παρακείμενα κοινωνίαν, ἀλλ᾽ ȣ̓δὲ τὴν θέσιν ἐπίςανται.
Ita circa has (philoſophiae diſciplinas) verſantur, vt non tantum vniuscuiusque viſcerum eſſentiam aut texturam, aut formam, aut magnitudinem et cum accumbentibus communicationem, ſed et ſitum ignorent.

e) Ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ πάγχυ βίαιοι. Medici gloriatione multi, opera autem omnino pauci. HIPPOCR. *de Lege* §. 1. p. 41. I.
Ἀνακυκλέοντες ἐν πόλεσι. Circumeuntes in vrbibus. Ibid. §. 3. p. 42.
Hos inſectatur C. PLIN. Hiſt. Nat. L. XXX. 1. In hac artium ſola euenit, vt cuicunque medicum ſe profeſſo ſtatim credatur, cum ſit nullum periculum in alio mendacio maius. Nulla praeterea lex, quae puniat inſcitiam, nullum exemplum vindictae. Diſcunt periculis noſtris, et experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt.
Φαρμακεῖς εἰσὶν, ait GALENVS l. c. p. 359. ȣ̓κ ἰατροὶ, καὶ χρῶνται τῇ τέχνῃ πρὸς τȣ̓ναντίον ἢ πέφυκεν οἱ φιλοχρήματοι.
Venditores pharmacorum ſunt, non medici, et vtuntur arte in contrarium, quam nata eſt, lucri cupidi homines.

f) HIPPOCRATES appellat Ἐλέγχȣς. Malae notae homines. *In Praecept.* §. 6. p. 63. I.

g) Ἐν βύθῳ ἀτεχνίης ἐόντας. In fundo ignorantiae verſantes. Ibid.

breui [h]) ſtudio ſe artem complexos eſſe rati, magna proteruia ſalutis arbitrium in ſe ſuſcipiebant, optimos autem quosuis ſusque deque habebant, et conuiciis proſcindebant [i]). Ab iſta morum ferocia longe abſunt, qui ſapientiae ſtudium ſimul cum arte colunt. Quali ſcientiarum apparatu aegrorum curam ſuſcipi oporteat, quantus etiam ſit vniuerſae medicinae ambitus, illi raro praeuident, qui animum praecocius eidem addiſcendae dedicant. Quare in ipſo limine monendi ſunt tyrones, immenſas illis diſciplinas exhauriendas [k]), magnis cum aerumnis

h) GALENVS L. *de Sect. ad Introducendos.* Μεθοδικῆς αἱρέσεως φασὶ, ἐδὲ μακρὰν τὴν ἰητρικὴν, ἐδὲ χαλεπὴν εἶναι, ῥάστην δὲ καὶ σαφῆ, καὶ μησὶν ἓξ ὅλην τάχιστα γνωσθῆναι δυναμένην.

Methodicorum ſectae dediti perhibent, nec magnam medicinam, nec difficilem eſſe, facilem et luculentam, et menſibus ſex omnem celeriter ediſcendam.

i) Τῇ δὲ λόγων ἐ καλῶν τέχνῃ τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν - - - - ἐκέτι δοκέει ξυνέσιος ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ καταγγελίη μᾶλλον φύσιος ἢ ἀτεχνίης.

Verborum peſſimorum artificio ab aliis inuenta deturpare, non videtur ſapientiae inſtitutum et opus eſſe, ſed conuicium potius inſtinctu naturae, quam inſcitiae. HIPP. *De Arte* §. 1. p. 1. T. I.

k) Artem exercitaturum quae ſcire oporteat, GALENVS loco allegato, *De optimo medico philoſopho*, p. 358. II., vberius docet: σωφροσύνης γἒν φίλος, ὥσπέρ γε καὶ ἀληθέιας ἑταῖρος ὅγ' ἀληθὴς ἰητρὸς ἐξεύρηται, καὶ μὲν δεῖ καὶ λογικὴν μέθοδον ἀσκεῖν χάριν τἒ γνῶναι, πόσα τὰ πάντα κατ' εἴδη τε καὶ γένη νοσήματα ὑπάρχει, καὶ πῶς ἐφ' ἑκάστε ληπτέον ἔνδειξίν τινα ἰαμάτων.

Prudentiae amicus, vti et veritatis ſocius, ille demum genuinus medicus inuenietur. Et quidem oportet illum cogitandi artem exercere. vt cognoſcat, quales ſint omnes, ſecundum ſpecies et genera morbi, et quomodo ad vnumquemque capienda ſit indicatio curationum.

Et paullo poſt, p. 359. Φύσιν γινώσκειν τῶν σωμάτων, ἐνεργείας ὀργάνων, καὶ χρέιας μορίων, καὶ διαφορὰς νοσημάτων καὶ θεραπειῶν ἐνδέιξεις.

Natu-

mnis ac miſeriis, dum faciunt artem, illis conflictandum, ſatiusque eſſe, niſi mentem, veritatibus coniectura aucupandis aptam, felixque ingenium ſecum afferant, ad alias diſciplinas diuerti [l]), quamuis nulla ſit, etiam ex vilioribus, quae non [m]) *μάθησιν καὶ ἄσκησιν*, *ſcientiam et exercitium*, poſtulet. Poſtquam ergo iſtis, quae artem vtilem efficiunt, auxiliis inſtructus ad officium generi humano praeſtandum accedit artifex, nolit arbitrari, in tenebris palpandum, aut fortunae vel inopinato caſui ſalutem

Naturam cognoſcere oportet corporum, effectus organorum, vſum partium, differentias morborum, curationum indicationes.

Idem L. *De opt. Secta.* *Πρῶτον δὲ δεῖ τὴν φύσιν τῶν βοηθημάτων καὶ τὴν χρείαν, ἣν παρέχεται, μὴ ἀγνοεῖν.*

Primum oportet naturam auxiliorum et vſum, quem praeſtant, non ignorare.

Idem L. *De ſecta ad Introducendos*, c. 1. p. 286. H. *Ἰητρικὴ ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν ἐπιστήμη· ὑγιεινὰ μὲν τά τε φυλάσσοντα τὴν οὖσαν ὑγιείαν καὶ τὰ τὴν διεφθαρμένην ἀνασώζοντα· νοσερὰ δὲ τ' ἐναντία τούτων. Δεῖται ἀμφοῖν ὁ ἰητρὸς τῆς γνώσεως.*

Medicina eſt ſalubrium et inſalubrium ſcientia. Salubria quidem, quae exiſtentem ſanitatem cuſtodiunt, et corruptam conſeruant. Inſalubria autem his contraria. Vtrorumque cognitione medicus indiget.

l) Satius eſſe non ſuſcipi negotium, quam infectum relinqui, illuſtrari poteſt ſimili, quod extat apud GALENVM in *Introductione* ſeu *Medico*.

Ὥσπερ καὶ κυβερνήτῃ αἱρετώτερον, τὸ πρὶν ἐς χειμῶνα ἐμπεσεῖν, διαπεραιώσασθαι, ἢ χειμασθέντα καὶ κινδυνεύοντα ἐκφυγεῖν.

Sicut et gubernatori optabilius, antequam in procellam incidat, in portum concedere, quam procellis exagitatum et periclitantem effugere.

m) GAL. ibid. *οὐ γὰρ ὑφάντης ἢ σκυτότομος ἀγαθὸς ἄνευ μαθήσεως τε καὶ ἀσκήσεως.*

Non enim textor aut coriarius bonus ſine ſcientia et exercitio.

tem humanam relinquendam eſſe n). Firma debent eſſe artis principia, et in ipſa veritate repoſita o), quamuis eorum ad vltimum finem deſtinatio ſaepe lubrica ſit atque fluctuet p), vtpote cum aegri robur, indoles, aetas, multa in contrarium afferre, et optimorum quorumuis medicamentorum vim mutare poſſint q). Veluti enim ratio ſaepe nulla

n) HIPPOCRATES *De Arte* §. 5. p. 3. Ἡγεῦμαι δὲ τοῖσι θεραπευομένοισι νουσήμασι τὴν ἀτυχίην ἕπεσθαι, τοῖσι δὲ εὖ, τὴν ἐυτυχίην.

Arbitror autem id infortunium eſſe, ſi morbi male curentur, ex bene curatis autem fortunam ſequi.

Et *De Loc. in Hom.* §. 58. p. 399. I.

Ἐμοὶ γὰρ δοκέουσι μοῦνοι καὶ ἐπιτυγχάνειν, καὶ ἀτυχεῖν οἱ καλῶς τε καὶ κακῶς πρῆξαι ἐπιστάμενοι. ἐπιτυγχάνειν τε γὰρ τοῦτ' ἐστὶ τὸ καλῶς ποιέειν· ἀτυχεῖν δὲ τοῦτ' ἐστὶν, ὃ ἤν τις μὴ ἐπίστηται.

Mihi videntur tantum felices aut infelices eſſe, qui bene vel male agere norunt. Bona enim fortuna vti, idem eſt, ac bene facere: mala autem, illud eſt, ſi quis artis gnarus haud fuerit.

o) GALENVS *De Opt. Secta* c. 1. p. 299. II. Ἕκαστον τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων καὶ καθ' ὅλου πᾶν θεώρημα, πρῶτον μὲν ἀληθὲς εἶναι δεῖ, εἶτα χρήσιμον, εἶτ' ἀκόλουθον ταῖς ὑποτεθείσαις ἀρχαῖς. Ἀλήθεια τοῦ λόγου συμφωνία πρὸς τὰ ὑποκείμενα.

Singula ſententiarum medicarum, et in genere omnis ſententia, primum vera ſit, deinde vtilis, hinc ex ſuppoſitis principiis conſequens. Veritas enim eſt rationis cum obiectis conſenſus.

p) Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν θεωρημάτων στοχαστικὴ λέγεται, ἕστηκε γὰρ ταῦτα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πράξεως καὶ τῆς τῶν ἰατρευόντων ἐναργείας. αὐτὴ γὰρ ἄστατον ἔχουσα τὴν ἐπιτυχίην, στοχαστικὴν τὴν τέχνην ποιεῖ, ἐπεὶ τὰ θεωρήματα βέβαιά τε ἐστὶ καὶ ἑστηκότα.

Non enim propter theoremata coniecturalis appellatur, (haec enim firma ſunt,) ſed propter exercitium et medentium ſocordiam. Haec enim inſtabilem habens euentum, coniecturalem artem facit, licet principia firma ſint et ſtabilita.

q) Τὰ βοηθήματα καθ' αὑτὰ οὐχ οἷά ἐστι ποιεῖσθαι τὴν τῶν αἰτιῶν ἀναίρεσιν, δεῖται δὲ συνεργούσης τῆς φύσεως, καὶ σχεδὸν μόνην τὴν ἀφορμὴν καὶ τὴν ἀρχὴν τῇ φύσει ἐνδίδωσι, τὰ δὲ λοιπὰ ἡ φύσις

eſt, cur medici morborum ſanationes ſibi arrogantius tribuant [r]); ita etiam culpam haud ferunt, dummodo a regulis artis haud aberrauerint, ſi morborum euentus voto haud reſpondeat, ſiquidem non in medico, ſed in morbi conditione poſitum eſt, quo quis conualeſcat. Quo autem difficilior eſt, quae circa ſanitatem humanam procurandam verſatur expeditio, eo maiore induſtria, prouidentia et circumſpectione illud negotium geri debet. Perſpicacia et abſconditarum in aegro cauſſarum cognitio totius artis fulcrum eſto [s]): His enim detectis, medi-

δι᾽ ἑαυτῆς ἐκτελεῖ. Auxilia in ſe ipſis conſiderata, non, vti ſunt, faciunt cauſſarum ablationem. Opus eſt cooperante natura, equidem ſaltim impulſum et principium naturae indunt, reliquum natura per ſe ipſam efficit.

Hinc taxat GALENVS Methodicos *De Sect. ad Introduc.* c. 6. p. 291. II.: Οὔτε αἰτίαν, οὔτε ἡλικίαν, οὔτε ὥραν, οὔτε χώραν, οὔτε τοῦ νοσοῦντος τῆς δυνάμεως τὴν ἐπίσκεψιν ἢ τῆς φύσεως, ἢ τῆς ἕξεως ἐπελογίζοντο.

Quod nec cauſſam, nec aetatem, nec tempus, nec locum, nec roboris in aegro, nec naturae aut habitus eius inſpectionem cum ratione habuerint.

r) AVREL. CORN. CELSVS *De Re Medica* VII. Praef. p. 405. ed. Lipſ. *In morbis cum multum fortuna conferat, poteſt dubitari, ſecunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit.*

HIPPOCRATES *De Arte* §. 12. p. 7. et §. 18. p. 11. monet: Ἐπιτηρεῖν δεῖ τὰς ἁμαρτίας τῶν καμνόντων - - οἱ ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νοῦσον ἡδέα μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς ὑγιείην προσδέχεσθαι, τῷ δὲ ἰητρῷ τὴν αἰτίαν προσῆψαν - - οὐχ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς αἴτιοι, ἀλλ᾽ ἡ φύσις ἥ τε τοῦ νοσέοντος, ἡ δέ τοῦ νοσήματος.

Animaduertendum eſt in aegrotantium peccata - - qui cupientes, quae ad morbum iucunda magis, quam quae ad ſanitatem, accipere, in medicum culpam transferunt - - non medentes culpam ferunt, ſed natura partim aegrotantis, partim morbi.

s) HIPPOCR. ibid. §. 19. p. 11. Ὅσα τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψει κεκράτηται. ὁ μὲν γὰρ, ἐπεὶ

medicamenta haud difficulter inuenias, ſi meditandi artem [t]) calles. Licet autem medicus eruditus magnum ſit ſanitatis praeſidium, vtpote qui latentibus cauſſis detegendis, nouis etiam auxiliis, vbi morbi faciem mutant, parandis, ob ingenii virtutem par eſſe poteſt, illud tamen vitii habet idem ille, qui alta ſapientia elatus aegrorum curam ſuſcipit, quod ad noua quaeuis tentanda et ad experimenta ab aegrotis capienda ſit facillimus, veluti ſententiae praeoptatae modulus id exigere videtur. Abinde exitiale illud νεωτεροποιεῖν, quo magnae aegrotorum cateruae ad orci fauces ablegantur [u]). Securius omnino eſt, non temere mutare vias

ἐπεὶ οὐκ ἦν αὐτῷ ὄψει ἰδεῖν τὸ μοχθέον, οὐδ' ἀκοῇ πυθέσθαι, λογισμῷ μετήει.

Quae oculorum aciem effugiunt, haec intelligentiae viſu comprehenduntur; aliquis enim, ſi non eſt datum ipſi, oculis contemplari morbidum, nec auditu percipere, ratione aſſequitur. (Veteres vero recte ſtatuebant, medicum eſſe poſſe neminem, niſi qui et artem bene addidicit, et in cauſſarum inueſtigatione probe verſatus eſt. Aliter recentiores multi, qui quo magis rudes ab litteris iis ſunt, quae ab humanitate nomen acceperunt, et ceterarum diſciplinarum expertes, eo feliciores ſe practicos fore cenſent. G.)

t) De inueniendis auxiliis loquens ita habet HIPP. *de Vet. Medic.* Ἐξευρῦνται οὐ τοῖσι βουληθεῖσιν, ἀλλὰ τοῖσι δυναμένοισι, δύνανται δὲ, οἷς τὰ μὲν τῆς παιδείας μὴ ἐκποδὼν, τὰ δὲ τῆς φύσεως οὐκ ταλαίπωρα.

Inueniuntur non volentibus, ſed valentibus. Poſſunt autem, quibus, quae ad doctrinam, non procul abſunt, et quae ad naturam (*naturalem artis exercendae facultatem*) non infelicia.

Quare conſulit τὴν σοφίην εἰς τὴν ἰητρικὴν μετάγειν, *Sapientiam ad medicinam transferre.*

u) Οἴησις, μάλιστα ἐν ἰητρικῇ, αἰτίην τοῖσι κεχρημένοισι, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ἐπιφέρει.

Opinio, maxime in medicina, adminiſtrantibus opprobrium, vtentibus autem interitum adfert. HIPP. *De Dec. Ornat.* §. 4. p. 54. l.

Μηδὲν

vias curandi, quas frequens vſus dedit, et iisdem ſub ſanae rationis moderamine ſapienter vti *). Ita tamen in iſto negotio medicus ſeſe gerat, ne ſeruili credulitate ea ſaltim conſilia pro veris et fide dignis accipiat, quae a magnis in arte viris lata ſunt, multo minus confidendum eſt medicamentis, ſpecioſo titulo venditis, quae plus lucri inuentoribus, quam ſalutis aegrotantibus afferunt. Ita enim, vti ab artis noſtrae incunabulis fuit, etiam nunc euenit, vt medentes mox eruditioni nimium tribuant, hinc auxilium pro morbi et aegrotantis mutationibus ſubinde nouum eſſe debere putent, et dogmaticorum, quibus experientia nihil commodi afferre poſſit, titulo ſuperbiant, mox praeoptatas quasdam opiniones, nulla diſſentiendi libertate relicta, conſtanter teneant, et eodem modulo morbos, aliqua ſimilitudine inter ſe iunctos, metiantur, vti methodicis olim in more fuit, mox obſeruationes rerum, a ſe vel aliis geſtarum, ad inuenienda auxilia ſufficere, vti empiricorum y) conſuetudo eſt, arbitrentur.

Μηδὲν νεωτεροποιᾶν, μήτε φαρμακίησι, μήτε ἄλλοισι ἐρεθήμασι.

Nihil innouandum, nec medicamentis, nec aliis inſtitutis. HIPPOCR. Epid. I. Aphor. 20.

Eiusmodi medicos ſuo ſentiendi modo ſingulare quid affectantes *ἰδιογνώμονας* appellat HIPPOCRATES *L. De Aere, Aquis et Locis.*

x) Ita methodum accipi vult HIPPOCR. Epid. VI. Sect. 3. p. 805.: *Ὁδὸς, καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη καὶ τῶν μὴ, ἔλεγχος, - - οἰκονομίη πρὸς τὸν νοσέοντα.*

Via, et recte ſeſe habentium exploratio, eorum, quae minus recte ſe habent, correctio - - et veluti rei familiaris penes aegrotum procuratio et oeconomia.

y) GALENVS *De Sect. ad Introduc.* c. 2. et 3. p. 287. II. Sectae empiricorum ac dogmaticorum ſententias colligens fere ambigit, vtrum ſecurius dogmatico, morbum ſcholaſtica ſeueritate inueſtiganti, an empirico, ex memoria ante factorum probata et vſu auxilia afferenti

tur. Magna, vti ſemper fuit, nunc etiam eſt medicinae

renti aeger tradi poſſit. Tranſcribam quaedam de ſingulis.

Μνήμη τῶν πολλάκις καὶ ὡσαύτως εἰδέντων — ἀπὸ πάθους ἐπὶ πάθος ὅμοιον τὸ αὐτὸ βοήθημα μεταφέρουσι. — Τοιαύτη μετάβασις ὁδὸς μὲν ἐστὶν ἐπὶ τὴν εὕρησιν· πεῖραν ταύτην τὴν ἑπομένην τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει, τριβικὴν καλοῦσιν, — ὑπόμνησιν δὲ, τῶν πολλάκις ὡσαύτως, τετηρημένων; ἀπολογούμενοι καὶ συστατικὴν καὶ αὐτάρκη, καὶ τεχνικὴν δεικνῦναι πειρῶνται τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τοῦ ἀναλογισμοῦ καθάπτονται.

Memoria ſaepe et ſimili modo viſorum, ex morbo in ſimilem morbum illud ipſum medicamentum transferunt. Haec translatio via eſt ad Inuentionem. Tentamen illud, quod ex ſimilium translatione ſequitur, TRIBICAM appellant, reminiſcentiam autem, rerum ſaepe eodem modo compertarum. Dum ſuam ſententiam defendunt, empiricam et conſtantem, et ſufficientem, et artis nomine dignam eſſe, demonſtrare conantur, et ad analogiſmum prouocant.

Ἡ δὲ διὰ λόγου, φύσιν ἐκμαθεῖν παρακελεύεται, τοῦ τε σώματος, οὗ ἐπιχειρεῖ ἰᾶσθαι, καὶ τῶν αἰτίων ἁπάντων τὰς δυνάμεις, τῶν νοσημάτων ἁπάντων τὰς αἰτίας; εὑρίσκῃ καὶ τῶν ἰαμάτων τὰς δυνάμεις, πρὶν ἐν τούτοις γυμνάζεσθαι πολυειδῶς ἅπασιν, οὐχ ἰαμάτων εὐπορήσειν. Καὶ παρὰ τῆς δυνάμεως τοῦ νοσοῦντος ἑτέραν ἔνδειξιν εἶναι, καὶ παρὰ τῆς ἡλικίας ἄλλην, καὶ παρὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος φύσεως ἄλλην.

Quae autem per rationes medetur ars, ediſcere iubet et corporis, cuius curam ſuſcipit, naturam, et cauſſarum omnium effectus, et morborum omnium cauſſas; Inueniendas etiam eſſe medicamentorum facultates, priusque in his omnibus multiuariam exerceatur medicus, eum medendo haud profecturum. Et ſecundum aegroti vires aliam indicationem eſſe, et iuxta aetatem aliam, et iuxta propriam vnicuique aegroto naturam, aliam.

De illa, quae *methodicorum* nomine veniebat *ſecta*, et nimia breuitate, paucioribus regulis artem complecti ſtudebat, quaedam adduci fas eſt. CELSVS *De Re Medica* L. I. Praef. ita habet: *Quidam medici ſub auctore* THEMISONE *contendunt, nullius cauſſae notitiam quidquam ad curationes pertinere, ſatisque eſſe, quaedam communia morborum* (GALENVS dix. *κοινότητας*) *intueri, horum obſeruationem*

dicinae peſtis, *ſectarum* *) ſtudium. Quamuis enim diſcentibus opportunum omnino ſit, fidem adhibere, a quibus proficiunt z), illis tamen, qui omni-

uationem μέθοδον *nominant, neque rationalibus ſe, neque experimenta tantum ſpectantibus annumerari volunt.* Principia huius ſectae expoſuit GALENVS *L. De Sect. ad Introduc.* c. 6. p. 291: Στέγνωσιν καὶ ῥύσιν ἔθεντο, καὶ πᾶν νόσημα φασὶν στεγνὸν ἢ ῥοῶδες εἶναι; ἢ ἐξ ἀμφοῖν ἐπιπεπλεγμένον. — ἔνδειξιν τοῦ συμφέροντος, ἐπὶ μὲν τῶν στεγνῶν τὴν χάλαξιν, ἐπὶ δὲ τῶν ῥοωδῶν, τὴν στάλσιν ὑπάρχειν.

Laxationem et fluxionem ſuppoſuerunt, et omnem morbum perhibent ſtrictum et laxum eſſe, vel ex ambobus compoſitum. Indicationem competentis medicamenti in adſtrictis laxationem, in laxatis adſtrictionem eſſe.

*) Quam fatalis iſte ſectarum amor olim medicinae fuerit, ex hiſtoria medicinae ſatis ſuperque patet. Dum enim alia aliam confutare anniteretur, factum eſt, vt ars laetiores profectus facere non poſſet, ſed poſt ſecula multa eadem eſſet, quae quaſi in incunabulis fuerat. Habebat tamen quaeque quaedam praeclara, quae ſi inter ſe iuncta fuiſſent, neglectis nugis ac commentis, perfecta dudum ars extitiſſet. G.

z) Pythagoraeum illud, αὐτὸς ἔφα, tyronibus relinquendum, quos praeceptoribus fidem habere aequum omnino eſt, donec ad eam maturitatem deueniant, vt ipſi de vero et falſo iudicare poſſint. Hanc fidem de ſuis poſtulauit PLATO: Μὴ ζητεῖν νέον μηδένα, ποῖα καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἔχει· μιᾷ δὲ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντας ξυμφωνεῖν: ὡς πάντα καλῶς κεῖται.

Nemo iunior quaerat, quae bene vel male ſeſe habeant, ſed vna voce et vno ore omnes conſonent, omnia recte ſeſe habere.

Addit THEODORETVS Graec. Affect. Curat. Serm. I. De fide, pag. 479. T. IV. ed. *Sirmond.* Οὐδὲ γὰρ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν οἷόν τε μὴ τῷ γραμματιστῇ πεπιστευκότα, ὅτι τοιῶς δὲ χρὴ τὸ πρῶτον ὀνομάζειν, καὶ τοιῶς δὲ τὸ δεύτερον, καὶ τ' ἄλλα ὡσαύτως.

Neque enim prima literarum elementa diſcere aequum eſt grammatico haud credentem, ita primam literam

omnibus ad artem neceſſariis diſciplinis inſtructi ſunt, turpe eſt, propriis conſiliis vti nolle, ſed illud ſaltim efficere, quod principi cuidam medicorum viſum fuit, cum nihil a ratione alienum magis ſit, quam contra morbos militare velle auctoritatibus, et caeca fiducia celebrium virorum placitis aſſentire a). Quare in accipiendis adoptandisque ſententiis opus eſt, vt, depoſito omni praeiudicio b), rationis c) modulo res componatur, qui eſt caſuum ſimilium

teram appellandam eſſe, ita alteram, et reliquas ſimiliter.

Ὄυτω τοῖς ἀϛρονόμοις οἱ φοιτῶντες πιϛέυεσιν καὶ τῶν ἄϛρων τὸν ἀριθμὸν λέγεσι, καὶ τὰ διαϛήματα μετρεσι. — Καὶ ὁ μὲν σκυτοτόμος ἐπιδέικνυσιν, ὅπως δεῖ τὸν περιτομέα κατέχειν, καὶ τὰ δέρματα διακόπτειν, καὶ μέντοι καὶ ξυῤῥάπτειν, καὶ τῷ καλάποδι προσαρμόττειν, ὁ δὲ πιϛεύει τοῖς λεγομένοις, καὶ ἐκ ἀντιλέγει διδάσκοντι.

Sic aſtronomis credunt, qui cum illis rem habent, et aſtrorum numeros enarrantibus, et diſtantias eorum emetientibus. — Et ſutor quidem oſtendit, qua ratione oporteat cultrum ducere, corium diſſecare, hinc conſuere et pedi ligneo adaptare, diſcipulus autem credit, nec docenti contradicit. Ibid. p. 479. et 480.

a) GALENVS De Opt. Sect. c. 14. p. 312. ſeq. *de fide illis habenda, qui hiſtorias morborum ſcribunt*, ita habet.

Οἱ δὲ ἰητροὶ ȣ μόνον ȣ συμφωνȣσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντιώτατα δοξάζȣσι. — διὰ ταῦτα ȣν κριτηρίȣ τινὸς χρέια ἐϛί.

Medici non tantum non conſentiunt, ſed et contraria opinantur. Propterea criterio quodam opus eſt.

b) CELSVS De Re Medica L. I. Praef. p. 8. *Cur enim potius aliquis* HIPPOCRATI *credat, quam* HEROPHILO? *Cur huic potius, quam* ASCLEPIADI? *Si rationes ſequi velit, omnium poſſunt videri haud improbabiles.*

c) Λογικὸς καταλαμβάνει ἕκαϛον τῶν ἐναντιȣμένων τοῖς νοσοποιοῖς αἰτίοις βοηθημάτων, καὶ πρὸς ὅ τι σύμπτωμα ἐναντιȣσθαι πέφυκεν, ȣκ ἀγνοεῖ.

Rationalis ſeligit quodque medicamentum, vti cauſſis morbificis contrariatur, nec, cui ſymptomatum contrarietur, ignorat. *De Optima Secta,* c. 18. p. 316.

ſimilium comparatio d), ne, quod iuuiſſe dicitur aliquem, hunc etiam iuuare poſſe perhibeatur, cum vix vllus ſit morbus, quin iuxta vniuſcuiuſcunque texturam differat, et diuerſum aliquod medicamentum poſtulet e). Proinde ab illo, qui medicamentum inuenturus eſt, competens GALENVS f) ingenium,

d) Τὸ ἐπικρίνειν τὴν ἐν τῇ ἰατρικῇ ἱστορίαν, τὸν δὲ παρακείμενον τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει τρόπον ἀναλογισμὸν καλοῦσι.

Iudicium de morborum deſcriptionibus medicis ferendum, et propoſitum ſimilium comparatione modum, analogiſmum appellant. Ibid.

e) Ἀδύνατον ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, μὴ ὅτι πλείοσιν, ἀλλὰ καὶ δύο ἀῤῥώστοις πάντα ὁμοίως συμβῆναι.

Impoſſibile per omnem vitam, non dicam inter plures, ſed nec duo reperiri aegrotos, quibus omnia ſimiliter eueniant. Ibid.

f) Septem requiſita poſtulantur, vt adſint illi, qui veritatem in medicina aſſequi vult.

De Medicae Artis Conſtitutione, c. 6. pag. 177. II. Πρῶτον μὲν ὀξεῖα φύσις, ὥσπερ, ὅπερ ἂν ἐκδιδάσκηται μάθημα λογικὸν, ἑτοίμως ἕπεσθαι· Δεύτερον δὲ, ἡ ἐκ τῆς παιδικῆς ἡλικίας ἀγωγή τε καὶ ἄσκησις, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις γενέσθαι μαθήμασι, μάλιστα δ' αὐτὸν ἐν ἀριθμητικῇ τε καὶ γεομετρίᾳ γυμνάζεσθαι δεῖ, καθάπερ καὶ Πλάτων συμβουλεύει. Τρίτον ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ὑπέχειν τὰ ὦτα τοῖς κατὰ τὸν ἑαυτοῦ χρόνον ἀρίστοις εἶναι δοκοῦσιν· εἶτα τέταρτον αὐτὸν εἶναι φιλοπονώτατον, ὡς μηδὲν μήθ' ἡμέρας, μήτε νύκτας ἐκμελετᾷν ἄλλο, πλὴν τῶν μαθημάτων· εἶτα πέμπτον, ὅπερ ὀλιγίστοις ὑπῆρξεν, ἀληθείας ὀρεχθῆναι, — πρὸς τούτοις ἕκτον, ἐκμαθεῖν τινα μέθοδον — ἕβδομον ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἀσκῆσαι μέθοδον, ὡς μὴ γινώσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι δύνασθαι.

Primum quidem acutum ingenium, vt in illa, quam diſcendam ſuſcepit, diſciplina rationali apte proficiat: Secundo a puerili aetate data educatio et exercitium, vt in primis perficiatur ſcientiis, maxime autem illum in doctrina numerorum et menſurarum exercitatum eſſe decet, vti PLATO conſulit: Tertio ſuper his omnibus, aures aduertat illis, qui eo tempore optimi eſſe cenſentur. Hinc quarto oportet illum laborioſiſſimum eſſe, vt nihil nec de nocte, nec de die curae habeat aliud, quam eruditionem. Hinc quinto, quod paucis

genium, examinandi facultatem, veritatis ſtudium et bonum ordinem, qui vera ſit methodus, poſtulat, qua demum ratione tam ſanitati ſeruandae, quam morbis profligandis par eſſe poſſit medicus.

Docuit nos hactenus HIPPOCRATES et GALENVS, a quibus, veluti ex adductis liquet, artis faciendae leges accipere honeſtum aeque ac vtile eſt, quibus diſciplinis inſtructum eſſe medicum oporteat; reliquas, quae ſanitatis conſiliarium ornant, virtutes, vti *ad vitam honeſtam* et *morum ſuauitatem* *) faciunt, ſimiliter enarrabo. Ipſa nominis ratio, quo officium medici indicitur, quid facere illum deceat, innuit. Curandus eſt aeger, nec tanti momenti res, vita humana, negligentius habenda g). Officioſiſſime tractandum eſt ſanitatis negotium, nec dominum, ſed miniſtrum aegrotantium

paucis datum eſt, veritatem appetat; Hinc ſexto methodum quandam diſcat. Septimo in his omnibus ita methodum exerceat, vt non tantum ſcire, ſed et vti poſſit.

*) Docuit haec, ſi quis alius, diuinus HIPPOCRATES L. *Iuſiur. De Decent. Ornat. De Medico, Leg. Praecept.* vt recentiores parum haberent, quae addenda viderentur. G.

g) Paſſim penes HIPPOCRATEM et GALENVM legas *τὸ ἀνακῶς, φυλαττικῶς, πεφροντισμένως, ἐπιμελῶς θεραπεύειν, ἀκριβέως πράττεσθαι μελέτην, ἀκριβέως, ἀτρεκέως ποιεῖν. Decenter, prouide, cum cura, diligenter curare, accurate agere medicationem, magna attentione, perfecte facere.* Aurea eſt HIPPOCRATIS regula Libr. VI. Epid. Sect. 2. p. 801.: *μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπεροφᾷν. Nihil temere, nihil negligendum.* Temporis ratio habenda eſt, et ſubito efficiendum, quod cum periculo differtur. Hinc HIPPOCRATES *De Locis in Homine ἰητρικὴν ὀλιγόκαιρον, medicinam* appellat diſciplinam, quae *paruo temporis ſpatio* magna negotia gerat. *Νόσȣ ταχύτης καιρὸν μὴ διδȢσα ἐς ἀναστροφήν. Morbi celeritas tempus non concedit, vt denuo fiat, quod neglectum eſt.*

tium medicus ſe gerat. Non hac demum aetate *gratioſi medici* dici coeperunt, ſed antiquitas generoſum mollemque animum ſanitatis arbitris iniunxit, quos pro opportunitate temporis, *indulgentes* eſſe oporteat, ne, quod blanda medendi ratione effici poteſt, violenter agere, et quod expectandum eſt, extorquere intendant: Non enim medicus, ſed natura morbos curat [h]). Ne autem ſpontaneo morborum decurſui nimium tribuiſſe videatur, oportet illum *inter temeritatem et cautionem media via* procedere. Nam nimia prouidentia tempus teritur, opportunitates medendi de manu mittuntur, et ignorantia auxilii capiendi ſaepe indicatur expectationibus [i]). *Temerarium* cum ratione decet eſſe *medicum*, maxime eum, qui manu medetur. Proinde vt aegrum praeceptis obſequioſum et ſubeundae etiam heroicae medicinae paratum habeat, eo annitendum eſt, vt *fiduciam* eius erga ſe excitare poſſit.

h) HIPPOCR. Lib. VI. Epidem. Sect. 4. p. 808. *τὰς τοῖσι κάμνεσι χάριτας*, *gratias aegris indulgendas* commendat, additque GALENVS in Comm. illud ad *εὐπείθειαν*, *ad fiduciam* penes aegrotum multum facere. Si PLINIO fides eſt, medici ob vrendi ſecandique ſaeuitiam Roma exules fuerunt. Damnat praeterea Cous inutilem medicamentorum apparatum, *τὰ πρὸς περιεργίην γινόμενα. Μηδὲν*, ait L. *Decent. Ornat.* §. 7. p. 56. I. *περιέργως ποιεῖν, μηδὲν μετὰ φαντασίης. Nihil luxurioſius faciendum, nec nimio ſtudio.* Ridet GALENVS THESSALVM, qui *diatriton*, artem fame triduana febres curandi, induxit, *ἐταρίχευσεν ὅλαις τρισὶ λιμοκτονίσας ἡμέραις τὲς ἀῤῥώσεσ. Abſumpſit aegros, et tribus continuis diebus fame enecauit. ὀυχ ὁ ἰητρὸς, ἀλλ' ἡ φύσις. Non medicus, ſed natura.* HIPPOCR. *De Arte* §. 8. p. 5.

i) *Δειλίη μὲν ἀδυναμίην σημαίνει, θρασύτης δὲ ἀτεχνίην.* Metus quidem impotentiam, audacia autem imperitiam indicat. HIPP. L. *De Leg.* §. 3. p. 42. I.

Μὴ τολμῇ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, ῥαστώνῃ μᾶλλον η βίῃ. Non plus audacia, quam prudentia, fortitudine magis, quam violentia.

poſſit k). Maximam apud aegros gratiam medicus init *blanda oratione*, qua ſola ſaepe curationis particula perficitur l). Cum enim et mentis, et cor-

 poris

k) De fiducia aegrotorum in medicos neceſſaria ita lepide differit ſupra adductus THEODORETVS l. c. p.480.
Ἰητρὸς μὲν οἶδε τῆς ἰατρείας τὸν λόγον, ὁ δέγε τῇ νόσῳ παλαίων τοῦτο μὲν οὐκ ἐπίσταται, τῆς νόσου δέγε πιστεύει διὰ τῆς ἰατρικῆς ἀπαλλαγήσεσθαι τέχνης. καὶ μέν τοι καὶ τὸ σκάφος ἰθύνειν μόνοι γε ἴσασιν οἱ τὴν κυβερνητικὴν ἐπιστάμενοι τέχνην· οἱ δὲ πλωτῆρες δι᾽ ἐκείνων πιστεύουσι τοῖς ποθουμένοις λιμέσι προσορμισθήσεσθαι. Οὐκοῦν κοινόν τι χρῆμα πάντων ἡ πίστις.
Medicus quidem nouit medendi rationem; qui autem cum morbo conflictatur, illud quidem ignorat, credit autem, ſe arte in melius conuerſum iri. Similiter et nauem regere ſaltim norunt gubernatricis nauium artis conſcii; nautae vero per illos credunt ad optatum portum ſe deferri poſſe. Communis ergo omnibus neceſſitas fides.

l) Iniungit medicis HIPPOCRATES L. *De illis, quae medicum decent*, §. 2 p. 53. εὐεπίην, *ſuauiloquentiam*, vt ſolatium malorum, facta ſibi, medici ſermone, fiducia habeant: Eſt enim defectus animi ἡ ἀθυμίη, *deſponſio animi*, penes aegrotos inter cauſſas, quae morbum grauare poſſunt, vti HIPPOCRATES paſſim adducit τοὺς δυσχερῶς φέροντας, *eos, qui difficulter morbum ferunt. Senes* potiſſimum, ait SENECA *De Ira* II. 19. *difficiles ſunt et queruli, vt aegri et conualeſcentes, et quorum aut laſſitudine, aut detractione ſanguinis exhauſtus eſt calor.* In eodem caſu ſunt ſiti fameque rabidi, et quibus exſangue corpus eſt, maligneque agitur ac deficit. Eamque ob cauſſam iracundiores ſunt valetudine aut aetate feſſi. Vetus prouerbium eſt a laſſo rixam quaeri, denique, quibus quauis ex cauſſa corpus infirmum eſt, iis pathemata valida ſunt. Quamuis enim vera ſint, quae HIPPOCRATES habet: Τὸ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου δεικτικὸν, *quae ſcite dicuntur, nec perficiuntur, modum ab arte alienum indicant*, iubeatque L. *De Dec. Ornat.* §. 7. p. 56. μὴ δὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον τοῖσι ἰδιώτῃσι, ἀλλὰ τ᾽ ἀναγκαῖα, *non confabulandum multa cum inexpertis, ſed ſaltim neceſſaria*: Quamuis etiam ſaepe vera ſunt, quae dici ſolent, ἰατρὸς ἀδόλεσχος

poris curatio ſimul ſuſcipienda ſit, *comitate* opus eſt, vt aegri obſequium praeſtent, medicamenta lubenter accipiant, nec ſpe cadant, ſed animum erigant [m]). Monendi quidem ſunt aegroti, ne, ſi ſecus

λεσχος νοσοῦντι πάλιν νοῦσος, medicus garrulus aegroto alius morbus, Anthol. Epigr. graec. L. II; eſt tamen in blando medentium alloquio, quod dici nequit, iucundi et ſaepe ſalutaris. *Non quaerit aeger*, ait SENECA Epiſt. 75. *medicum eloquentem, ſed ſanantem. Sed ſi ita competit, vt idem ille, qui ſanare poteſt, compte de his, quae facienda ſunt, diſſerat, boni conſulet. Non tamen erit, quare gratuletur ſibi, quod inciderit in medicum etiam diſertum: Hoc enim tale eſt, quale, ſi peritus gubernator etiam formoſus eſt.* Multum prae caeteris valet polita oratio ad mentis morbos perſanandos.

m) Qua de re legendus eſt THEODORETVS l. c. pag. 464. cuius ex Sermone I. *De Fide* partem, propter orationis elegantiam, transſcribo.

Ἰατρικὴ θεραπεία ἐστὶ μὲν που καὶ σώματος, ἐστι δ᾽ ἄρα καὶ ψυχῆς. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτῃ κἀκείνῳ συχνὰ προσγίνεται πάθη, ἄλλα τῷ μὲν ἀκούσια, τῇ δὲ ὡς ἐπίπαν αὐθαίρετα. Τοῦτο οὖν εὖ εἰδὼς, οἷος δὴ πάνσοφος θεὸς ὁ καὶ ψυχῶν, καὶ σωμάτων, καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἑκατέρα φύσει προσένειμεν ἁρμόδια φάρμακα. Καὶ μέν τοι καὶ ἰατροὺς ἐπέστησε, τοὺς μὲν ταύτην, τοὺς δε ἐκείνην ἐκπαιδεύσαντας τὴν ἐπιστήμην, καὶ στρατηγεῖν, καὶ ἀριστεύειν κατὰ τῶν νοσημάτων ἐκέλευσεν. Ἀλλ᾽ οἱ μὲν τὸ σῶμα οὐκ ἐνδιακείμενοι, καὶ τὴν νόσον δυσχεραίνουσι, καὶ τῆς ὑγείας ἱμείρονται, καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκουσιν, οὐ μόνον ἤπια προσφέρουσι φάρμακα, ἀλλὰ κἂν τέμνωσι, κἂν καίωσι, κἂν λιμώττειν κελεύωσι, κἂν πικρῶν τινῶν καὶ ἀηδῶν μεστὰς προσφέρωσι κύλικας. Καὶ διὰ τοιαύτης ἀνιαρᾶς ἐπιμελείας τὴν ὑγείαν καρπούμενοι, μισθὸν τοῖς οὕτως ἀκουμένοις ὀρέγουσιν, καὶ τὴν θεραπείαν δεχόμενοι τὴν τῶν φαρμάκων οὐ περιεργάζονται σκευασίαν. Τὴν γάρ τοι σωτηρίαν ποθοῦσιν, οὐ τὸν ταύτης τρόπον ἀνερευνῶσιν. Οἱ δὲ τῆς ἀπιστίας τὴν λώβην εἰσδεδεγμένοι οὐ μόνον ἀγνοοῦσι τὴν παγχάλεπον νόσον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄκρας εὐκληρίας ἀπολαύειν ὑπολαμβάνουσιν. Ἢν δέ τις τῶν ταῦτα θεραπεύειν ἐπισταμένων, ἀλεξίκακον φάρμακον τῷ πάθει προσενεγκεῖν ἐθελήσῃ, ἀπαγορεύουσιν αὐτίκα, καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ καὶ τὴν σφίσι προσφερομένην ἀποσείονται θεραπείαν καὶ τὴν ἰατρείαν ὡς ἀῤῥωστίαν ἀποδιδράσκουσι. Χρὴ μέν τοι τοὺς ταύτην μετιόντας τὴν ἐπιστήμην καὶ χαλεπαίνοντας φέρειν

ſecus fecerint, quam iuſſum eſt, ſalutis negotium turbent [n]), ſed dedecet ſapientem virum ſeuerius

φέρειν καὶ λοιδορουμένων ἀνέχεσθαι, κἂν πὺξ παίωσι κἂν λακτίζωσι· τοιαῦτα γὰρ δὴ ἄττα πλημμελοῦσιν οἱ παραφρονέοντες, καὶ οὐ δυσχεραίνουσι τούτων γινομένων οἱ ἰατροὶ, ἀλλὰ καὶ δεσμὰ προσφέρουσι, καὶ καταιονῶσι βίᾳ τὰς κεφαλὰς, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ἐπινοοῦσιν, ὥστε τὸ πάθος ἐξελάσαι καὶ τὴν προτέραν τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι τῷ ὅλῳ.

Medica curatio quidem eſt corporis, eſt autem etiam animae; nam et huic, et illi frequentes morbi accidunt. Huic quidem praeter voluntatem, illi autem ex proprio delectu vtplurimum. Illud bene ſciens, vti omniſapiens Deus, animarum, corporum et huius vniuerſi opifex, vtrique morbo naturae accommodata adiudicauit remedia. Et medicos conſtituit, hos hanc, illos illam curandi rationem tradentes, eosque obluctari et imperare morbis iuſſit. Hi quidem, qui corpore male ſe habent, aegritudinem difficulter ferunt, et ſanitatem appetunt, et medicis obediunt, non tantum grata exhibentibus, ſed et ſecantibus, et vrentibus, et famem imperantibus, et amaritudine rebusque ingratis plenos calices offerentibus Et hac difficili curatione ſanitatem lucrati mercedem ita medentibus dant, et ſanitatem accipientes de medicamentorum apparatu haud ſunt ſoliciti. Dum enim ſalutis aſſequendae curioſi ſunt, rationem, qua aſſequuntur, haud curant. Qui autem infidelitatis labe adſperſi ſunt, non modo ignorant difficillimum morbum, ſed et ſe ad ſummum felicitatis gradum perueniſſe putant. Si autem quis tales morbos curare valentium ſalubre remedium morbo afferre voluerit, detrectant ſtatim, veluti qui phrenetico detinentur morbo et oblatam ſibi curationem reiiciunt, et curationem, tanquam alterum morbum, recuſant. Oportet eos, qui hanc ſcientiam exercent, etiam patienter ferre, qui ferociunt, et conuicia pati, etiam ſi pugnis feriant, vel calcitrent. Haec enim omnino faciunt veluti deſipientes, nec grauiter ferunt, his ita factis, medici, ſed inuitis etiam caput obliniunt et omnia machinamenta excogitant, vt et animi motus ſopiant, et priſtinam partium integritatem reſtituant.

n) HIPPOCR. Prorrhet. §. 7. p. 492. I. *διὰ τὴν ἀπαθάην γινόμενα κακά.*

Propter inobedientiam quae eueniunt mala.

caſtigare miſeros [o]), quos ſatius eſt ſolari et frequentius inuiſere, nullo inter diuites et pauperiores [p]) diſcrimine habito. Non autem aegrorum ſaluti tantum, ſed et *famae* ſuae medicus conſulat; Quare mature monendi ſunt familiares, nec optima quaeuis promittenda, ſi morbus ſua natura ita comparatus ſit, vt certa ſalus ſperari haud poſſit [q]). Quodſi ergo in ancipiti verſari res intelligitur, cum aliis artis doctoribus *ſententias conferre* medicus ne detrectet, ne ſibi nimium largiri videatur, ſed vt aeger maiorem animo ſpem ex plurium conſultatione concipiat, et ne quid omiſſum dicatur eorum, quae vulgi opinione ad conſeruandam vitam pertinere putantur. De *conſultationibus* eiusmodi apud antiquos exempla proſtant [r]). Ne autem coram aegro-

o) Commendat HIPPOCRATES medicis L. *De Dec. Ornat.* §. 9. p. 57. τὴν ἀταραχτοποίησιν, *vultum, geſtus, orationem, habitum, qui percellere aegrum timore nequeat.*

HIPPOCR. *Ibid.* §. 10. p. 58. ἐσόδῳ χρέω πυκνῶς, ἐπισκέπτεο ἐπιμελέστερον. Accede frequenter, et magna cum ſolicitudine inſpice.

p) HIPPOCR. Praecept. §. 5. p. 63. Ξένῳ δὲ ἐόντι καὶ ἀπορέοντι μάλιστα ἐπαρκέειν· ἢν γὰρ παρῇ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη.

Hoſpiti autem et pauperi potiſſimum ſufficientem operam praeſta: Vbi enim adeſt humanitas, ibi et artis ſtudium.

q) Μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας, ὅτι ταῦτα ȣ̓ δύναται ἰητρικὴ· ȣ̓κ εὐδιορθώτοισι δικαίως ȣ̓κ ἂν ἐγχειρέοι τῇσι νȣ́σοισι ἢ ἐγχειρευμένας ἀναμαρτήτȣς ἂν παρέχῃ.

Ne in ſe ſuſcipiant curam eorum, qui ad ſummam morbi deuenerunt, ſcientes, quod talia ars praeſtare nequeat. Niſi legitima methodo ante tractatis manus ne admoueatur; Si autem aggreſſus quis fuerit, ſua culpa nihil committat. HIPP. *De Arte*, §. 13. p. 7.

CELSVS L. I. Praef. p. 13. *Nemo in ſplendida perſona periclitari coniectura ſua voluerit, ne occidiſſe, niſi ſeruaſſet, videretur.*

r) Iubet HIPPOCRATES Praecept. §. 7. p. 64. alios medicos in re dubia conuocari: ἕνεκα τῶν ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι

aegroto in artis opprobrium et aegroti afflictionem s) de dubii argumenti quaeſtionibus lis moueatur, conſultum eſt, tales in conſortium laboris adſciſcere medicos, de quorum peritia et circa principia artis conſenſu t) iam ante conſtet. Euitandi omnino ſunt prurientis ingenii homines, qui aduocati illud ſibi agendum eſſe putant, vt peregrinarum gentium u) medendi rationes ad imitationem proponant, aut propriis meditationibus x) ac inuentis gloriam affectent, cum non famae tantum, ſed aegrorum commodis in conſultationibus ſtudendum

ἱςορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα. *Eorum gratia, quae in conſultatione circa morbum luculenter exponi poſſunt.* Quam medendi rationem alibi ξύλλογον θεραπίην, *medicinam conſultatricem* appellat.

s) PLIN. Hiſt. Nat. XXIX. 1. De diſſenſionibus medicorum circa curas aegrotantium ita habet: *Nec dubium eſt, iſtas famam nouitate aliqua aucupantes, animas noſtras negociari. Hinc illae circa aegros miſerae ſententiarum concertationes, nullo idem cenſente, ne videatur aſſertio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio, turba ſe medicorum periiſſe. Mutatur ars quotidie, toties interpollis et ingeniorum Graeciae flatibus impellimur, palamque eſt, vt quilibet inter iſtos loquendo polleat, imperatorem illico vitae necisque fieri.*

t) Ἠδηλφησμένοι καὶ ὁμότεχνοι ἰητροὶ illi appellati ſunt, qui ex Aſclepiadarum gente eſſent, et fraterna veluti cum collegis ſententiarum paritate in ſalutem aegrotantium conſpirarent. Hoc titulo PLATO *De Legib. I. et VIII.* medicos ingenuos ab illiberalibus diſtinguit: ἰητρὸς ἀγαθὸς ὁμότεχνος. *Medicus bonus, qui cum collegis eidem opinioni deditus.*

u) CELSVS *De Re Medica* L. I. Praef. p. 8. *Differunt pro natura locorum genera medicinae, et aliud opus eſt Romae, alium in Aegypto, aliud in Gallia.*

x) Μὴ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὶ νομίζονται· ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρός. Non ratiocinatione tantum, ſed et effectu medici iudicantur: imperitia malus theſaurus. HIPPOCR. *De Leg.* §. 3. p. 42.

Πολλὰ γὰρ ἐδὲ συλλογισμῶ, ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν πραγμάτων. Multa enim curationum non ratiocinio, ſed auxilio indigent. HIPP. *De Decore.*

dum ſit. Sunt et aliae virtutes, quae medicum ornant, quas HIPPOCRATES paſſim inculcat, inter quas Dei cultum et conſcientiae rectitudinem primo loco nominari fas eſt y). Quodſi ethnicos a vera religione remotos tales eſſe oportuit, ſi bonis placere vellent, vt praeſtantiſſimarum virtutum cum arte exercitium vna profiterentur, quid illos agere oportebit, quibus ſanctioris doctrinae ſtudium animos illuſtrat!

y) HIPPOCR. Ib. §. 5. p. 55. de medico ſui temporis poſtulat ἀφιλαργυρίην, ἐντροπὴν, ἐριθρύησιν, κατασολὴν, δόξαν, κρίσιν, ἡσυχίαν, ἀπάντησιν, καθαριότητα, γνωμολογίαν, ἀπεμπόλησιν, ἀδεισιδαιμονίαν, ὑπεροχὴν θεῖαν.

Auaritiae abſentiam, reuerentiam, verecundiam, patientiam, auctoritatem, iudicium, pacis ſtudium, familiaritatem, puritatem, ſcientiam, mercenariae artis odium, ſuperſtitionis defectum, diuinum cultum.

Et L. *De medico* §. 1. p. 44. I. vult:

Τοῦτον σκοπέοντα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν σώφρονα, — περὶ τὸν βίον πάνυ εὔτακτον, καὶ φιλάνθρωπον, ἐκ ἀνθαδέα ἢ μισάνθρωπον, τὸ γὰρ προπετὲς καὶ τὸ πρόχειρον καταφρονεῖται· ἐδὲ ἐς γέλωτα ἀνιέμενον καὶ λίην ἱλαρὸν, ὃ φορτικὸν ὑπολαμβάνεται.

Conſiderantem circa animam, quae ſapienter gerenda ſunt, ad vitam omnino ordinatum et manſuetum, nec ſuperbum aut ferocem: (Nam temeritas et audacia contemptui habetur;) nec ad riſus effuſum et nimis hilarem; id quod pro re oneroſa accipitur.

Idem *De Natura Muliebri*, §. 1. p. 358. II. Δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα χαρίζοντα πρῶτον μὲν ἐκ τῶν θείων ἄρχεσθαι. Oportet eum, qui recte manu vti velit, in medicina, a diuinis primordium ducere.

Et *De morbo ſacro*, §. 1. p. 324. ἄτι θεῖον ἔνεσι ἐν τῇσι νέσοισι. Eſt aliquid diuini in morbis.

Itidemque *De Natura Muliebri*, §. 1. p. 358. μάλιςα μὲν τὸ θεῖον ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν αἴτιον ἐςίν. Maxime τὸ θεῖον in hominibus agit.

Quidquid enim de iſto *diuino* HIPPOCRATIS alii ſentiant, diuinam naturam, rerum humanarum praecipuam cauſſam, hac voce intelligi recte putat FOESIVS Oecon. Hippocr. voce θεῖον.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN II.
DE OFFICIO MEDICI FORENSIS.

Nuper a) de medici clinici b) officio actum eſt, quo ille erga ſingulos aegrotantes ſuae curae creditos tenetur. Nunc autem, quid reſpublica, quid *forum* *) ab illo poſtulet, videbimus. Omni tempore medicis datum fuit, vt non ſingulorum tantum ſalutem curarent, ſed etiam ſecuritati publicae proſpicerent, et generales ſanitatis cauſſas ordinarent. Illud officium medicis iniunctum fuiſſe PLVTARCHVS docet c). Duo potiſſimum ſunt,

 quae

a) Specimine I. *De Officio Medici Clinici.*

b) Latius nunc terminus *medici clinici* accipitur, in oppoſitione *forenſis*, qui a iudice poſtulatus de artis ſuae momentis enunciat. *Clinici* olim dicti ſunt, qui morbis ſaltim internis curandis animum addicerent, vti alii erant chirurgi manuque medentes, quod diſcrimen in republica romana ſeruatum fuiſſe CICERO *De Orat.* III. docet; *ἀπὸ τῆς κλίνης*, a *lectulo*, ita dicti ſunt. Conf. HENR. LAMPE *Diſſert. Hiſtorico-iuridica de honore, priuilegiis et iuribus ſingularibus medicorum*, Groningae 1736. 4. §. 2.

*) In hac medicinae parte, quam forenſem dicunt, recentiores priſcis medicis longe antiſtant. Etſi enim negari non poteſt, proſtare quasdam de homicidio, parricidio ceterisque corporis vitiis definiendis leges; tamen hae fere ſancitae ſunt nec conſulto medico. Neque vero medicina forenſis vltra conſtitutionem Carolinam extenditur, et, praeterito ſeculo in artis formam redacta, hodie parum a perfectione abeſt. *G.*

c) In *Praeceptis Sanitat.* medicinam, tanquam reipublicae valde vtilem diſciplinam, commendans ait: Τῶν ἐλευθε-

ρίων

quae ſanitatis popularis negotium concernunt magiſtratus officia, alterum vt medicorum iudicio ordinetur victus, ne graues morbi oriantur, quibus hominum ſtrages edi poſſit [d]), quo et aquarum [e]) cura

ϱιῶν τεχνῶν ἰατρικὴ, τὸ μὲν γλαφυϱὸν, καὶ πεϱιττὸν, καὶ ἐπιτεϱπὲς, ȣ̓δεμιᾶς ἐνδεέστεϱον ἔχει. *Inter liberales artes, quantum ad nitorem, et ſcientiae apparatum, et iucunditatem, nullam aliam magis neceſſariam habet.*

d) GALENVS *De boni malique ſucci cibis*, c. 1. p. 417. VI. de morbis a victu ita habet: οἱ κατὰ τὴν χώϱαν ἄνθϱωποι τϱοφαῖς κακοχύμοις ἠναγκάζοντο χϱῆσθαι δι᾽ ὅλȣ τȣ͂ ἦϱος ἐσθίοντες ἀκϱέμονάς τε καὶ βλαστὰς δένδϱων καὶ θάμνων, καὶ βολβȣ̀ς, καὶ ῥίζας κακοχύμων φυτῶν. ἐμφοϱȣ́μενοι δὲ, καὶ τῶν ἀγϱίων ὀνομαζομένων λαχάνων, ὅτȣ τὶς ἔτυχεν εὐποϱήσας, ἀφειδῶς ἄχϱι κόϱȣ, καθάπεϱ καὶ πόας χλωϱὰς ὅλας ἕψοντες, ἤσθιον. παϱῆν ȣ͂ν ὁϱᾷν ἐνίȣς μὲν αὐτῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τȣ͂ ἦϱος, ἅπαντας δ᾽ ὀλίγȣ δεῖν ἐν ἀϱχῇ τȣ͂ θέϱȣς ἁλισκομένȣς ἕλκεσι παμπόλλοις κατὰ τὸ δέϱμα συνισαμένοις —, ἐνίοις δὲ τισι, ἀνθϱακώδη τε καὶ φαγεδαινικὰ γενόμενα μετὰ τῶν πυϱετῶν ἀπέκτεινε πολλȣ̀ς, μόγις ὀλιγίσθων σωθέντων.

Rure viuentes homines alimentis mali ſucci cogebantur frui, toto vere ſummitates et turiones arborum et fruticum edentes cum bulbis et radicibus crudarum plantarum. Fame excitati et agreſtibus dictis oleribus, quae quilibet caſu inuenerat, ad ſatietatem, veluti et herbis viridibus integris coctis, veſcebantur. Licebat ergo videre, omnes, paucis exceptis, in principio aeſtatis vlceribus multis in cute tactos, quibusdam autem ex his anthraces naſcebantur, et rodentia vlcera cum febribus multos interficiebant, vix paucis conualeſcentibus.

e) HIPPOCRATES toto L. *De Aere, Aquis, Locis*, docuit, quantum interſit, quibus aquis ciues vtantur.

Πότεϱον ἑλώδεσι χϱέονται καὶ μαλακοῖσιν ἢ σκληϱοῖσι τε καὶ ἐκ μετεώϱων, καὶ ἐκ πετϱωδέων, ἤ τε ἁλυκοῖσι, καὶ ἀτεϱάμνοισι. Vtrum aquis paludoſis vtantur et mollibus aut duris, ex ſublimi et ſaxeo loco ſcaturientibus vel ſalſis. Ib. §. 1. p. 328. I.

De aeris efficacia in corpora, morborum epidemicorum tempore, dubium vti nullum ſupereſt, ita cauendum, ait HIPPOCR. *De Morbo Sacro*, ἵνα μὴ πνεῦμα μεμιασμέ-

cura geratur, aer ſincerus conſeruetur; alterum, vt epidemici morbi vicinam prouinciam deuaſtantes arceantur, et graſſantium impetus infringatur f).

Veluti

μεμιησμένον νοσεροῖσι μιάσμασι ἐς τὸ σῶμα εἰσέλθῃ. Ne aer inquinatus morboſis effluuiis corpus ingrediatur. Accuſat GALENVS L. *De Vtilit.* Reſpirat. *βαροθμεῖα βάραθρα, Tetricum ororem ſpirantes foſſas*; Hae expleantur.

f) HIPPOCRATES, cum peſtilentia deuaſtaret ARTAXERXIS exercitum, inuitatus a rege, amore patriae ductus, haud comparuit, didicit autem a legatis:

Ὁκοίοις χρὴ τρόποις κακοῦ προσιόντος εὐλαβείην ποιέεσθαι καὶ συγγράφων θεραπείην ἐξετίθει περὶ τὰς πόλιας.

Quibus opus ſit modis accedentis mali receptionem facere, et conſcribens, methodum medendi expoſuit et transmiſit ad vrbes.

Quo autem auxilio ad depellendam peſtilentiam vſus ſit HIPPOCRATES, docet GALENVS:

Ὁ λοιμὸς πόλεις ὅλας ὑπηνενόμενος διαφθείρει κακῶς, τροπῆς τινὸς μοχθηρᾶς εἰς τὸ διαφθείρειν δύνασθαι περὶ τὸν ἀέρα γινομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ τῆς ἀναπνοῆς ἀνάγκῃ τὸ δεινὸν φεύγειν μὴ δυναμένων, ἀλλὰ αὐτὸν εἰς αὐτοὺς, ὥσπέρ τι δηλητήριον, διὰ στόματος ἑλκόντων τὸν ἀέρα: Διόπερ ἐπαινῶ καὶ τὸν θαυμασιώτατον Ἱπποκράτην, ὅτι τὸν λοιμὸν ἐκεῖνον τὸν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας εἰς τοὺς Ἕλληνας φθάσαντα, οὐκ ἄλλως ἐθεράπευσεν, ἀλλ᾽ ἢ τρέψας τὸν ἀέρα καὶ ἀλλοιώσας, ἵνα μηκέτι τοιοῦτος ἂν ἀναπνέηται. Κελεύσας οὖν ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην ἐξάπτεσθαι τὸ πῦρ οὐχ ἁπλὴν τῆς ἀνάψεως τὴν ὕλην ἔχον, ἀλλὰ στεφάνων τε καὶ τῶν ἀνθῶν τὰ εὐωδέστατα, τοιαῦτα συνεβούλευσεν εἶναι τοῦ πυρὸς τὴν τροφὴν καὶ ἐπισπεύδειν αὐτῷ τῶν μύρων τὰ λιπαρώτατα καὶ ἡδεῖαν τὴν ὀδμὴν ἔχοντα, ἵν᾽ οὕτω καθαρὸν γινόμενον οἱ ἄνθρωποι ἀναπνεύσωσιν εἰς τὴν ἀπαλλαγὴν τὸν ἀέρα.

Peſtis vniuerſas vrbes perflans corrupit male, contagioſa conditione, quae corrumpere poſſet in aere orta, hominibus, ob reſpirationis neceſſitatem, crudele malum effugere haud valentibus, ſed ipſum in ſe, veluti venenum aliquod, ore trahentibus aerem. Propterea laudo admiratione digniſſimum HIPPOCRATEM, quod peſtem illam ex Aethiopia Graeciam inuadentem non aliter curauit, quam conuertens aerem et mutans, vt neutiquam talis inſpirari potuerit. Iubens ergo per totam vrbem ignes accendi non vulgarem incendii ma-

teriem

Veluti autem imperiti homines, vbi medicinam facere temerario quodam auſu ſuſcipiunt, peſtiferum non minus ſunt reipublicae venenum; ita factum omni tempore fuit, quo nulli, niſi declaratae eruditionis et probatae fidei viro mederi liceret g). Nunc autem hominem occidendi ſumma eſt impunitas. Si enim ex lege Aquilia h) medici, quos artem callere praeſumitur, tenentur leuiſſimam culpam ferre, quod in rebus ſui officii deliquerint, quo magis animaduertendum eſt in friuolos impoſtores, qui artem, non niſi magno ſcientiarum apparatu exercendam, leuibus armis et noxiis omnino pharmacis aggrediuntur. Quapropter legibus cautum fuit

teriem habentes, ſed coronas et flores fragrantiores conſuluit eſſe ignis nutrimentum, et inſuper proiici aromatum pinguiſſima et fragrantem odorem habentia, vt ita purum aerem factum homines, data mutatione, inſpirarent.

g) Hac fece hominum, qui medicorum nomine abuterentur, nulla tempora caruerunt. Tales erant *pharmacopolae*, quos a *myrepſis* auctoritate publica medicamenta vendentibus diſcernere debemus. Illi enim per fora ambulantes impune perpetrabant homicidia, vt eſt apud CICERONEM, Orat. *pro A.* CLVENTIO: *Tum repente* OPPIANICI *pater Anconitanum quendam* L. CLODIVM, *pharmacopolam circumforaneum, qui caſu tum Larinum veniſſet, aggreditur et cum eo H-S. quadringentis tranſigit.* L. CLODIVS, *qui properaret, cui fora multa reſtarent, ſimul atque introductus eſt, rem confecit, prima potione mulierem ſuſtulit.* Nomine medicorum indignos hos declarant leges. Ita VLPIANVS in l. 1. §. 3. ff. *Non tamen medicus eſt, ſi incantauit, ſi imprecatus, ſi (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) exorciſauit, non ſunt iſta medicinae genera, tametſi ſint, qui hos ſibi profuiſſe, cum praedicatione affirment.* Habent et aliae diſciplinae ſua ſtercora. MAXIMVS TYRIVS Diſſ. X. Μιμεῖ τε καὶ φαρμακοπώλης ἰατρὸν, καὶ συκοφάντης ῥήτορα, καὶ σοφιστὴς φιλόσοφον. *Imitatur et pharmacopola medicum, et ſycophanta rhetorem, et ſophiſta philoſophum.*

h) *Si imperite ſecuerit vel perperam medicamentum dederit, vel curationem dereliquerit, vel ſimile quid admiſerit.*

fuit antiquiſſimis temporibus, ne vlli, niſi qui didicerat, mederi morbis integrum eſſet [i]).

Nec tamen omnia morborum auxilia ad ſe pertinere clinici putent. Quum enim, auctore SCRIBONIO LARGO [k]), vix hominis vitam omnibus medicae artis partibus addiſcendis ſufficere intelligerent Romani, factum eſt, vt illi demum plenum medici meruerint nomen, qui vnius partis ſanandae peritiam profiterentur. Hinc tolerandi ſunt in republica *ocularii*, *dentarii*, *iatroliptae* *); quos, cum varia a medico haud praeſtanda officia aegris

i) Lege Athenienſium, narrante HYGINO Fab. 274. cautum fuit, ne quis ſeruus vel femina medicinam diſceret, et HORAT. Epiſt. L. II. Ep. 1. v. 114. ſeq. ita habet:

Nauem agere ignarus nauis timet, abrotanum aegro
Non audet, niſi qui didicit, dare; quod medicorum eſt,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Imperatores *medicos* publica auctoritate conſtitutos ſtipendiis alebant, *collegiis* etiam *medicorum* conſtitutis, quae ſalutis publicae curam gererent. Leg. 8. 9. Cod. THEOD. *De Med. et Prof.* et Leg. 9. Cod. IVSTIN. *De Prof. et Med. Quot regionis vrbis ſunt, totidem conſtituantur archiatri, qui ſcientes annonaria ſibi commoda a populi commodis miniſtrari, honeſte obſequi tenuioribus malint, quam turpiter ſeruire diuitibus.* De Collegiis Medicorum ita eſt Leg. 9. Cod. THEOD. *De Med. et Prof. Si qui in archiatri defuncti eſt locum promotionis meritis adgregandus; non ante particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, ſeptem vel eo amplius iudicantibus, idoneus adprobetur.*

k) Epiſt. ad CAI. IVL. CALLISTVM, p. 5. ed. RHOD.

*) Hic veterum mos, quo cuique artis parti quidam ſe totos darent, laudabilis et imitatione dignus eſt, cum fere innumerae res ad medici perſonam rite tuendam requirantur Sed tales, quales hodie ſunt, nolim. Praecedat neceſſe eſt omnis natura et medicinae ambitus; quo perſpecto, ſpes eſt, fore, vt et ſibi honorificum illud nomen ſit, et patriae ars vtiliſſima. *G.*

aegris exhibeant, non tam contemptui habere, quam conſiliis et doctrina adiuuare medici debent. *Rem obſtetriciam* potiſſimum ad feminas abiiſſe, neminem fore, arbitror, qui inuidebit l). Heroicam tamen, quae ad difficiles partus attinet, obſtetriciam chirurgis dandam eſſe HIPPOCRATES iubet m). Quantae referendae ſunt gratiae magiſtratibus, qui feminarum iſtarum, quarum arbitrio ciuium naſcentium vita relinquitur, mores eruditis viris dedolandos tradunt, quo officio erga rempublicam vix aliud maius excellentiusue praeſtari poteſt.

Laudabili inſtituto iudices medicos poſtulant, et cauſſarum momenta, quae ex medicinae fundamentis erui debent, eorum arbitrio relinquunt. Id quod nouum non eſſe, Imperatoris voluntas docet, qui ſeptimeſtris partus vitalitatem auctoritate HIPPOCRATIS decerni iuſſit. Nunc etiam quam plurimae quaeſtiones forenſes medicis diiudicandae relinquuntur, quarum aliae ad ſexuum facultates, aliae ad hominem naſciturum, aliae naſcentem, aliae adoleſcentem et variis per vitam afflictionibus ab hoſte laceſſitum, hinc vindicandum, attinent. Haec argu-

l) Auctoritatem publicam habent obſtetrices, et earum teſtimonio res muliebres coram iudicio ſtant. Obſtetrices medicis annumerantur l. 9. ff. ad leg. aquil. L. 1. §. 2. ff. *De extraordin. Cognit.* Medicae ventres iubentur inſpicere: Anianus Interpr. IVLII PAVLLI Recept. Sent. L. II. T. 24. §. 8.

m) HIPPOCRATES vti paſſim, *De Nat. Mul.* et *De Mulier. Morb.* ſalutaria obſtetriciae artis praecepta tradit, ita L. *De Diſſectione Fetus*, obſtetricium medicum ſiſtit, traditque inſtrumenta muliebri manu minime tractanda, ἑλκυστῆρα, *vncum tractorium*, ἐμβρυοθλάσην, inſtrumentum, quo fetus in partes diſcerpebatur, μαχαίριον, cultrum ad iſtud negotium vtilem, vt dubium nullum ſuperſit, obſtetriciam a medicis tunc excultam fuiſſe.

argumenta, vtrum ex antiquae medicinae fontibus erui poſſint, tentabo.

Facultas maſcula deeſt pueritiae, nec pubertatem anteuertit [n]). Deſinunt generare ſenes, quamuis, maxime quod ad virum attinet, incerti ſint ſenectutis limites [o]), quos non anni, ſed vires ſtatuunt.

n) ARISTOTELES decimo quarto anno matureſcere pueros aſſerit. Hiſt. Anim. VII. 1.

Φέρειν σπέρμα πρότερον ἄρχεται τὸ ἄρρεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτὰ τετελεσμένοις· ἅμα τε καὶ τρίχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται, περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον, ὃ καλοῦσι τραγίζειν.

Semen ferre primum ſuſcipit maſculus vtplurimum annis bis ſeptem finitis. Simul pilorum eruptio ad pubem incipit. Circa illud ipſum tempus vox mutari incipit in grauius quid, quod caprire appellant.

ARISTOT. *De Generat. Animal.* V. 7. *ἡ φωνὴ μεταβάλλει, μᾶλλον μὲν τοῖς ἄρρεσι, συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν θηλείων, ἀλλ᾽ ἀδηλότερον.*

Vox mutatur plus quidem maſculis, accidit tamen illud etiam feminis, ſed obſcurius.

o) Quidquid annorum poſt *παρακμὴν* ſeu *virium leue decrementum* eſt, iam ſenectuti tribuitur. GALENVS *De Maraſm.* c. 4. p. 183. VII. ſenectutem appellat *λανθάνουσαν τῶν παρακμαζόντων ἐπὶ θάνατον ὁδὸν*, *occultam lentamque ab incipiente virium decremento ad mortem viam.*

Ἀρχὴν τῆς γήρως ὑποθέσθαι δυνατόν ἐστιν, ὅταν ἐπὶ πλεῖστον ἥκῃ τὸ σῶμα ξηρότητος.

Principium ſenectutis ſupponere licet, quando ad ſummam ariditatem corpus peruenit.

Saepe praecocius conſeneſcunt viri ob morbos, quod *προγηράσκειν*, *mature ſeneſcere*, GALENO eſt, qui L. *De Praeſagiis ex pulſibus* I. adducit *τὸ γῆρας ἐκ νόσου*, *ſenectutem ex morbo;* HIPPOCRATI Epid. VI. Sect. 8. pag. 822. mature conſenuit et elumbis factus eſt, *φθινώδης ἐγένετο*, SATYRVS quidam ob nocturnum ſeminis effluuium.

Elegans illud ex Anthol. L. VII. Epigr. 94. vbi ſenex amator de amore ita ſentit:

Ἐῤῥίφθω,

ſtatuunt. Feminae, poſtquam illis ſanguis fluere deſiit, vtero haud concipiunt [p]), veluti fluxus ille pubertatis femineae ſimulque aptitudinis ad coniugium index eſt [q]). Generandi praeterea facultas abeſt teſticulis orbato aut iisdem morboſis vtenti [r]), aut

Ἐῤῥίφθω, πολιὴ γὰρ ἐπείγεται ἀντὶ μελαίνης,
Θρὶξ ἤδη συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης,
Καὶ, παίζειν ὅτε καιρὸς, ἐπαίξαμεν, ἡνίκα δὲ νῦν,
Οὐκ ἔτι λῳοτέρης φροντίδος ἁψόμεθα.
Nunc iacet omnis amor, pro nigris cana capillis
Caeſaries, ſanae nuncia mentis, adeſt.
Tunc, cum tempus erat ludendi, luſimus; at nunc
Conformes curas tempora noſtra volunt.

Senex penes PLVTARCHVM L. *An ſenex ad magiſtratum admittendus ſit,* p. 789. II. ed. *Xylandr.* ad quaerentem,

Τίς δ᾽ ἄν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
Δέξαιτ᾽ ἄν; —
Quae nympha, quae iuuencula virgo
Te amplectetur? —

reſpondet,

Γαμῶ γέρων, εὖ οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.
Vxorem duco ſenex, bene ſcio, et vicinis.

p) PLIN. Hiſt. Nat. VII. 9. *Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit, maiori parti quadrageſimo profluuium genitale ſiſtitur.* PLVTARCHVS Sympoſ. III. Quaeſt. 4. p. 651. II. *Λήγουσι τίκτουσαι πολὺ πρότερον, ἢ γεννῶντες οἱ ἄνδρες. Deſinunt prius parere, quam generare viri.*

q) *Παρανδρούμεναι ὧραι τοῦ γάμου* HIPPOCRATI coincidunt cum apparitione menſium, *ὅταν τὰ γυναικεῖα κατέβη πρῶτον.* Eodem, quo pueri pubeſcunt, anno femellas pubeſcere quidem HIPPOCRATES *De Natura Pueri* §. 17. p. 145. I. vult, *ἅμα τριχοῦται ἡ ἥβη τοῦ παιδὸς καὶ τῆς παρθένου. Simul pilos nutriunt pubes pueri et virginis.* PLVTARCHVS autem Sympoſ. l. cit. *αἱ δὲ παρθένοι τῶν παίδων ὀργῶσι πρότερον καὶ σαλεύονται πρὸς τὸ γεννᾷν. Virgines pueris priores laſciuiunt et ad generandum incitantur.* At ne hic quidem annis, ſed viribus numerandum eſt.

r) GALENVS L. *De Semine* I. 15. p. 202. ſeq. VII. cum illo tempore eſſent, qui non intra teſticulum, ſed ἐν *ἀγγείοις κιρσοειδέσι, (in vaſis varicoſis)* ſemen fieri putarent,

aut virilium formam minus opportunam habenti [s]). Fabulam tamen narrant, quod GALENO iam viſum fuit, qui mixtum in homine ſexum eſſe poſſe ſtatuunt [t]). Impoſtorum fraudes et falſas apparitiones erudite collegit THEODORVS TRONCHIN [u]).

Femi-

tarent, contra eos, qui huic ſententiae dediti eſſent, diſputans, adducit, *ὡς ἐπὶ τῶν ἐκτμηθέντων τοὺς ὀρχίδας, ἄνευ τοῦ πσαῦσαι τῆς ἐπιδιδυμίδος, ἀπόλλυται τῶν ζώων οὐ τὸ σπερμαίνειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνδρεία, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀῤῥενότης. Quibus teſticuli exſciſſi fuerunt, ſine eo, quod epididymides tactae fuerint, animalibus periiſſe non tantum ſeminis producendi facultatem, ſed et robur, et, vt ita dicat aliquis, virilitatem.* Ibidem GALENVS meminit *θλαθέντων καὶ σκιῤῥωθέντων ὀρχίδων, contuſorum et induratorum teſticulorum*, tanquam ſterilitatis cauſae.

s) GALENVS *De Vſu Part.* XV. 3. p. 658. IV. *Τοῖς ὑποσπαδιαίοις ὀνομαζομένοις ἐπειδὴ διὰ τὸν ἐν τῷ τέλει τοῦ καυλοῦ δεσμὸν ὁ πόρος διέστραπται, γεννᾷν ἀδύνατον.* Hypoſpadiaei ita dicti, quia propter illud, quod ad finem colis eſt vinculum, canalis diſtortus eſt, generare haud poſſunt.

Οἷς ὁ βάλανος οὐ τέτρηται, οὐ τεκνοποιοῦσι. Imperforati haud generant. PAVLLVS VI. *νδ.*

Τὸ δὲ αἰδοῖον ἐν τῷ κατασπείρειν εἰς τὸ θῆλυ, πόῤῥω καὶ κατὰ εὐθὺ προπέμπειν ἀδυνατεῖ τὸ σπέρμα, διεστραμμένου τοῦ πόρου.

Pudendum, dum emittit ſemen in feminam, procul et recta via proiicere non poteſt ſemen, diſtorto canali. GAL. *De Morb. Diff.* c. 10. p. 12. VII.

t) Ibid. *οἵους οἱ πλάσται πλάττουσι τοὺς καλουμένους ἑρμαφροδίτας ἀμφότερα ἔχοντας τέλεα τὰ γεννητικὰ μόρια καὶ τὰ τῶν ἀῤῥένων καὶ τὰ τῶν θηλειῶν.*

Quales poetae fingunt ſic dictos hermaphroditas, vtraque habentes perfecta genitalia organa et virorum et feminarum.

u) Diſſert. *De Nympha*, Lugd. Bat. 1730. 8. Libidinis magis vitium et morum turpitudinem, quam naturae ludibrium hac voce notari aſſerit. Huius turpitudinis nota inclaruerunt SAPHO, ATTHIS, THELESIPPA, et aliae, vti eſt apud CLEMENTEM ALEXANDRINVM, *γυναῖκες ἀνδρίζουσαι παρὰ φύσιν γαμουμέναι τε καὶ γαμοῦσαι.*

Feminae ſterileſcunt organorum ineptitudine et menſtruorum vel aliarum, quae ad vterum attinent, conditionum praeternaturali ſtatu x). Quam variae ſint, quae circa vtriusque ſexus aptitudinem in foro tam ciuili, quam eccleſiaſtico mouentur quaeſtiones, Iuris conſulti docent. Mox diuortii

x) GALENVS *De Cauſſ. Symptom.* III. 11. p. 104. VII. ſub finem, varias adducit vteri aegritudines, et inter alias, imperforationem.

Ἐλάττονα φέρεται τὰ καταμήνια τοῖς ἀτρήτοις εὑρισκομένοις.
Parciores fluunt menſes illis, quae atretae inueniuntur.

HIPPOCRATES adducit pelliculam orificio vteri interno praetenſam, quae cauſſa ſit, cur vtero concipere femina nequeat. *De Nat. Mul.* §. 62. p. 401. II.

Ἢν τὴν γονὴν μὴ δέχεται (τὸ ϛόμα τῆς μητρὸς) ἢ μήνιγξ ἐπίπροσθεν τούτου γίνεται.

Si genituram non concipiat (vteri oſculum), membrana illi praetenſa erit.

Alias ſterilitatis cauſſas *idem* in prauo vteri ſitu quaerit. Ib. §. 8. p. 363. Μάλιϛα ἐκ ταύτης τῆς νόσου ἄφοροι γίνονται, ἢν αἱ μητραὶ πρὸς τὸ ἰσχίον ἐκνανθέωσι, τά τε ἐμμήνια οὐκ ἐγγίνεται, καὶ ἢν ἐσαφάσσῃ τῷ δακτύλῳ, ἅψῃ τὸ ϛόμα ἐν τῷ ἰσχίῳ.

Plurimum ob hunc morbum fiunt ſteriles, ſi matrices ad iſchium conuerſae fuerint; hinc menſes haud fluunt, et ſi digito explores, tangas oſculum iſchio obuerſum.

Ἢν αἱ μήτραι παρὰ φύσιν χάνωσι, καὶ τὰ ἐπιμήνια πλέω τοῦ δέοντος ἔρχεται, καὶ γλισχρότερα καὶ πυκνά, καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐμμένει· φύσει ἄγονος ἐοῦσα τὸ μὲν πρῶτον ὑπολείπει τὰ μήνια, καὶ ἐλάσσω γίνεται, καὶ τὸν χρόνον ὑπερβάλλει, ἐπειδὰ ἐξαπίνης ἐγένετο πολλὰ καθαρὰ καὶ ἰσχυρά.

Si matrices praeter naturam hiant, et menſes plus iuſto veniunt mucoſi et ſpiſſi, hinc genitura haud immanet. Natura ſterili mox deficiunt menſes, mox pauciores fiunt, et tempus transſcendunt, hinc ſubito copioſi fluunt puri et frequentes Ib. §. 13. p. 367.

Ἢν αἱ μήτραι ἐκ τῶν αἰδοίων ἐκπέσωσι ἐκκρέμανται, ὥσπερ ὄσχη.

Si matrices pudendis excidant et inſtar ſcroti dependeant. Ib. §. 5. p. 361.

uortii impetrandi gratia coniuges ſe inuicem impotentiae arguunt, morboſque, propter quos vna eſſe haud poſſint, allegant, mox de validitate matrimonii cum impubere contracti, de ſtupro in impuberem commiſſo, agitur, mox ſi partus ſuppoſitus fuerit, feminam natura ſterilem eſſe, vel ob aetatem parere haud potuiſſe adducitur. In quibus ſimilibusque aliis quaeſtionibus medici, et ob honorem ſexui habendum obſtetrices conſuluntur. Proxima ab his quaeſtio, frequens admodum, mouetur, de *grauiditatem* diſſimulantibus, vt famae ſeruandae gratia partum vel enecent, vel exponant, vel clam enutriant [y]), et virginibus intereſſe pergant, deque grauiditatem ſimulantibus eum in finem, vt priuilegiis et iuribus grauidae datis perfrui valeant [z]). Quapropter intereſt, vt de ſignis, quae vterum foetu plenum indicare poſſint, liquide conſtet, quorum quidem alia remotiora ſunt, menſium ſcilicet defe-

y) Ita eſt apud TERENTIVM Hecyrae Act. IV. Sc. I. v. 15. ſeq.

Sed demiror,
Quid ſit, quam ob rem tantopere hunc omnes nos celare volueris
Partum, adeone peruicaci animo, vt puerum praeoptares perire.

z) Varia ſunt vteri grauidi iura, in poſſeſſione bonorum manendi, a torturis et vltimo ſupplicio liberam eſſe, mitiore carcere detineri. Leges ne quaeſtionem quidem de praegnante haberi patiuntur L. 3. D. *de poenis.* Eadem immunitate gaudent lactantes, ablactatis etiam alumnis, quamdiu lac mammis ineſt, terreri torturis nequeunt ſine periculo. PLVTARCHVS *De illis, qui ſero a numine puniuntur*, τῶν ἐν Αἰγύπτῳ νόμον οὐκ εἰκότως ὑμῖν ἀπογράψασθαι δοκοῦσιν ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων, ὃς κελεύει τὴν ἔγκυον, ἂν ἀλῷ θανάτου, μέχρι τέκῃ, φυλάττειν; *Aegyptiorum legem nonne conuenienter vobis aſſumpſiſſe videntur quidam Graecorum, quae iubet grauidam, ſi damnata ſit morti, donec pepererit, cuſtodiendam?*

defectus [a]), vomitio [b]), oculorum languor [c]), appetitus erroneus [d]) et ventris tumor [e]), alia autem nullum

a) Grauidis nil minus menſes procedere, quamuis cum foetus detrimento, notauit HIPPOCRATES *De Morb. Mulier.*

Παραμεθίασι τȣ̃ αἵματος, ὥσπερ εἴωθε χωρέειν, καὶ τὸ ἐν τῇσι μητρῇσιν ἐὸν λεπτὸν γίνεται καὶ ἀσθενές.

Intermiſcent ſanguinem, vti ſolebat procedere, et; quod matricibus ineſt, tenue fit et imbecillum.

b) GALENVS *De Cauſſ. Sympt.* I. de Vomitu grauidarum agens illum ſalutarem pronunciat: *Τοῖς ἐμέτοις ἐκκενηθείσης τῆς κακοχυμίας: Euacuata vomitibus cacochymia.*

c) HIPPOCR. l. c. *Κυȣ̃σαν γυναῖκα ἢν μὴ ἄλλῳ γινώσκεις, ἐν τȣ́τῳ γνώσεις, ὁρῶνται οἱ ὀφθαλμοὶ εἱλκυσμένοι καὶ κοιλότεροι, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ȣ̓κ ἔχει τὴν φύσιν τῆς λευκότητος, ἀλλὰ πελιώτερα φαίνονται.*

Grauidam mulierem niſi aliunde cognoſcas, exinde cognoſcere poſſis: Oculi torui ſunt et concaui, et album oculorum non habet candidi naturam, ſed liuidum quid apparet.

d) *Καλεῖται κίττα τὸ πάθος, ὀρέγονται δὲ ἐν αὐτῷ μάλιστα μὲν ὀξέων τε καὶ ςρυφνῶν, ἔςι δὲ ὅτε καὶ δριμέων, ἐνίοτε ἤτοι κιμωλίας γῆς ἢ ὀςράκων ἢ ἐσβεσμένων ἀνθράκων, καὶ τȣ̃το πάσχȣσι πλεῖȣς αὐτῶν, ἄχρι τȣ̃ δευτέρȣ καὶ τρίτȣ μηνός. Γίγνεταί ποτε καὶ ἀνδράσιν.*

Vocatur pica morbus, appetunt autem in illo maxime acida et auſtera, aliquando et acria, aliquando etiam cimoliam terram, et teſtas, et carbones extinctos, illudque patiuntur plurimae earum vſque ad alterum tertiumque menſem. Accidit autem et viris.

PLVTARCHVS Quaeſt. Nat. p. 918. II. *Τὰς ὀρέξεις ἐπιφέρȣσι τοῖς ζώοις αἱ τῶν σωμάτων κράσεις, αἳ νοσοποιȣ̃σι ὡς δηλόν ἐςι ἐπὶ τῶν γυναικῶν, ὅταν κύωσι, καὶ λίθȣς, καὶ γῆν προσφερομένων.*

Appetitus inferunt animalibus corporum miſcelae, quae morbos faciunt, vti manifeſtum eſt in feminis, dum grauidae ſunt, lapides et terram loco cibi habentibus.

e) De vtero grauiditatem mentiente haec habet, quando *de molis grauidarum* agit, HIPPOCRATES *De Nat. Mul.* I.

Ἢδ

nullum de praeſentia foetus dubium ſupereſſe ſinunt, embryonis videlicet motus, lactis intra mammas, quod vltimis menſibus ſeſe manifeſtare ſolet, praeſentia f), et orificii manu obſtetricis contrectati forma; Hac enim plenitudo vteri, illis autem plenitudo vitalis deſignatur. Fetuum cura gerenda eſt magiſtratibus, ne ante diem pereant. Piaculum eſt, ait AVLVS GELLIVS g), *publica conteſtatione communique odio dignum, in ipſis hominem primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipſas naturae artificis manus interfectum ire*, nec excuſat homicidam fetus teneri parua vita, cum tantum ſit impedire, quo minus naſci poſſit, ciuem h), quantum

Ἡδὲ γαστὴρ ὁτὲ μὲν σκληρὴ, ὁτὲ δὲ μαλθακὴ ἐστὶ καὶ φυσᾶται, καὶ μεγάλη γίνεται τὸ πλήρωμα. ταύτῃ μέχρι μὲν τῶν δεκαμηνῶν τὸ οἴδημα κατ' ὀλίγον αὔξεται, οἵονπερ τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἐπὴν δὲ οἱ δέκα μῆνες παρέλθωσι ἐμπίμπλαται ἡ γαστὴρ ὕδατος. — —

Venter quandoque durus, quandoque mollis eſt, et inflatur ac grandeſcit plenitudine. Huic vſque ad decimum menſem tumor ſenſim augetur, ad inſtar eius, quae vtero gerit, poſtquam autem decem menſes effluxerint, vterus aqua repletus eſt. — —

Ἡ γαστὴρ πλήρης ὥσπερ κυούσης, κινέεται δὲ οὐδὲν ἐν τῇ γαστρὶ, οὐδὲ γάλα ἐν τοῖσι τιτθοῖσι ἐγγίνεται.

Vterus plenus inſtar grauidae, nihil autem mouetur in vtero, nec lac in mammis generatur. HIPPOCR. *De Morb. Mul.*

f) Ὁκόταν δὲ κινηθῇ τὸ ἔμβρυον, τότε δὴ ἐπισημαίνει καὶ τὸ γάλα τῇ μητρί· οἱ γὰρ μαζοὶ αἴρονται καὶ αἱ θηλαὶ ὀργῶσι.

Quando autem mouetur foetus, inſuper accedit ſignum, lac matri; mammae enim extolluntur, et papillae tumeſcunt.

g) Noct. Att. XII. 1. p. 162. ed. *Ald.*

h) Πολλοί εἰσι κίνδυνοι ἐν οἷσι τὰ ἔμβρυα φθείρονται, ἢν ἐν γαστρὶ ἔχουσα σείσῃ καὶ ἀσθενήσῃ καὶ ἄχθος βιήσηται ἢ πηδήσῃ ἢ διδήσσηται ἢ πτύρηται ἢ κεκράγῃ.

Multa ſunt pericula, in quibus foetus corrumpuntur, ſi vtero gerens moueatur, et aegrotet, et onus ferat, et

tum eſt, natum adultumque interimere. Quamuis autem viuere fetus etiam minores, inque illos homicidium committi poſſe nemo neget, vitae tamen in aere degendae non ſufficiunt, ante quam temporis, quod maturitati conſequendae Deus deſtinauit, menſuram expleuerint [i]). Si qui praecocius vtero exeunt, debilem omnino vitam agunt, et raro ſuper-

et ſaliat, aut tuſſiat, aut ſternutet, aut clamet. HIPPOCR. l. cit.

Iure iurando HIPPOCRATES ſuos obſtrinxerat, οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω, ipſe tamen muſurgae foetum ſexto a conceptione die, peſſime corrupit. v. *De Nat. Pueri*, §. 4. p. 136. Ἐκελευσάμην, ait, αὐτὴν πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι, καὶ ἑπτάκις ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδητο, ἡ γονὴ κατεῤῥύει ἐπὶ τὴν γῆν. Eiusmodi abortus paucis a conceptione diebus factos ἐκρύσεις, ἀλλ' οὐ τρωσμοὺς, *effluxiones, nec abortus* appellat, et abortuum τῶν τρωσμῶν titulum in eos cadere docet, qui quadraginta diebus maiores ſunt, quo tempore frequentius abortiant feminae. Φήσουσι τοὺς τρωσμοὺς πλείστους ἐν τῇ πρώτῃ τεσσερακοντάδι γίνεσθαι. *Perhibent abortus plurimos primo dierum quadragenario fieri.* HIPPOCR. *De Septimeſtri*, §. 3. p. 170. I.

i) Menſium, quorum decurſu maturi eduntur, enumeratio apud veteres alia eſt atque alia. GALENVS *De Cauſſ. Sympt.* III. 11. p. 104. VII. vult. ἐννεαμήνους, HIPPOCRATES vbique δεκαμήνους habet. Poetae etiam diſſentiunt. VIRGILIVS decem menſes cupit: Ecl. IV. 61.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

OVIDIVS nouem adducit Metam. L. X. 295. ſeq.

Iamque coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,
Illa Paphon genuit.

et Heroid. Epiſt. XI. 45. ſeq. decurrente decimo, partus fieri refert.

Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phoebi,
Denaque luciferos luna premebat equos
Neſcia, quae faceret ſubitos mihi cauſſa dolores,
Et rudis ad partus, et noua miles erat.

Sed facile conciliabis ſententias, ſi ſolares menſes lunaribus aequabis.

perſunt, vtpote quibus organa mollia ſint et robore deſtituta, veluti per externa quaedam ſigna conſtat [k]), quorum contemplatione medici, quaeſiti, vtrum maturus, an abortiuus in lucem editus infans fuerit, infanticidiorum et prolis legitimo connubio natae cauſſa [l]), magiſtratum erudiunt. Nec vexata minus eſt quaeſtio, ſi decimo aut vndecimo, ex quo maritus abeſt, menſe mulier pariat, vtrum legitime

k) Maturo foetui ἅμα τοῖσιν ὄνυξιν αἱ τρίχες ἐν τῇ κεφαλῇ ῥιζοῦνται. *Simul cum vnguibus et capilli in capite radicantur*, quorum abſentia hinc corporis marcidi forma et ſtatura tenuis, abortiuum arguunt.

l) Poſſe ſeptimeſtres organis ad vitam aptis naſci HIPPOCRATES *De Septimeſtr.* §. 7. p. 173. auctor eſt, cuius auctoritati leges parent: οἱ ἕβδομοι μῆνες ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις τὰ ἔμβρυα εἰς τὴν ἀρχὴν καθιστᾶσι τῆς τελειώσεως. *Septimi menſes vtero gerentibus foetus in principium perfectionis conſtituunt.* Octimeſtres, quos vti prouectiores, plus roboris habere decet, ille ipſe HIPPOCRATES viuere in lucem editos haud poſſe propterea opinatur, quod illo menſe verti incipiant, hinc aegrotent.

Περὶ τὸν ὄγδοον μῆνα τὰ ἔμβρυα ἐν τῇ μήτρῃ νοσεῖ, τῶν ὀκταμήνων οὐδὲν περιγίνεται, ἄρχεται γὰρ πονέειν τὸ παιδίον πρὸς τοῦ τόκου καὶ κινδυνεύει ἀπολέσθαι, ὅταν ἐν τῇ μήτρῃ στρέφηται, οἱ ὀμφαλοὶ πολλάκις ἤδη τῶν παιδίων ἐφάνησαν περὶ τοὺς τραχήλους.

Circa octauum menſem foetus in vtero laborant, et nullus eorum, qui octauo naſcuntur, ſupereſt. Incipit enim infans ad partum laborare, et periculum ſubire, ne intereat, quum in matrice vertitur. Funiculi ſiquidem infantum ſaepe reperti ſunt circa eorum colla. L. *De Octimeſtr.* *)

*) Conſtat inter omnes, hanc HIPPOCRATIS auctoritatem de partu ſeptimeſtri vitali, de octimeſtri non vitali, mire perturbaſſe iureconſultos. Sed hodie quisque tyro nouit, eo vitaliorem fetum eſſe debere, quo ſenior eſt, ideoque falſum fore hoc decretum. Rident bonum ſenem multi, quaſi vero in iſta artis infantia et rei obſtetriciae ruditate plus expectare liceat. In eo vitium eſt, quod a ſingulari obſeruatione generale placitum deducendum putaret. *G.*

gitime poſſit decimeſtris et vndecimeſtris partus natus dici [m]). Hinc, ſi mulier, defuncto marito, pepererit, ſoboles autem mox a partu moriatur, nouusque, haereditatis cauſſa, partus ſuppoſitus eſſe dicatur, lis eſt, vere pepererit mater, an ſuperfoetata [n]), an ſuppoſitus infans fuerit [o]). Fallax ſane, ſimilitudo cum parentibus, ſignum, genuinam prolem eſſe [p]). Alias de primogenito inter gemellos,

m) Δεκαμήνες καὶ ἑνδεκαμήνες quandoque naſci, HIPPOCRATES adducit ſub finem libri *De Octimeſtri*, ſed errare plerumque feminas in calculo, addit.

L. De Nat. *Pueri*. Ἀλλ' ὅσαι δὴ ἔδοξαν πλέονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν, κεῖναι διελήθησαν.

Sed quotquot putabant plus temporis decimeſtri vtero habuiſſe, falſae fuerunt.

n) Superfetationem fieri poſſe ſtatuit HIPPOCRATES L. *De Superfet.* alio tamen ſenſu, quam vulgo accipitur, dum multi in ea verſantur ſententia, intra duodecim menſium ſpatium, mulierem bis puerperam fieri poſſe, quod ſuperfetata fuerit. HIPPOCRATES ſaltim vult ſuperfetatas feminas, quibus ſero genitus perit, priore manente. *Vopiſcos* appellat PLINIVS Hiſt. Nat. VII. 10. e geminis, qui retenti vtero naſcerentur, altero interempto abortu.

Ἐπικυίσκεται γυνὴ, ἣν μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς μήτρης τὸ πρῶτον ἔχῃ παιδίον, καὶ τὸ ἐπικύημα προσπίπτει, ὑπὸ τῆς ἀρχαίης ἐξωθεύμενον.

Superfetata eſt femina, quando media vteri regione praeconceptum habet infantem, et ſuperfetatio accidit, a praeconcepto fetu (qui primus erat) expulſa. HIPP. l. cit. §. 1. p. 645. II.

o) Ita eſt apud PLAVTVM Trucul. Act. II. Sc. 5. vbi mater ſuppoſitum alens conqueritur:

Quae auſa ſum tantum clam dolum aggredi
Lucri cauſſa, auara, probrum ſum executa, alienos dolores
Mihi ſuppoſui.

p) In morum cum Parentibus ſimilitudine quaerebant Pſylli prolis ſuae τὸ γνησίον, vti eſt apud LVCANVM Pharſal. Lib. IX. v. 398. ſeq.

Fiducia

los q), de monſtroſo partu r), controuerſias nunc taceo. Trita magis et fere quotidiana eſt ob *infan-*

C 5 *ticidio-*

Fiducia tanta eſt
Sanguinis: in terram paruus dum decidit infans,
Ne qua ſit externae veneris mixtura, timentes,
Letifica dubios exponunt aſpide partus.

Aliquid cum parentibus ſimilitudinis partui ineſſe debere HIPPOCRATES vult περὶ γονῆς L. *De Genit.* §. 8. p. 130. I.

Ἔϛι δὲ ἐκ ἀνυϛὸν πάντα τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδὲν, ἢ τὸ ἐναντίον τἔτε, μηδ᾽ ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδὲν, ἀλλ᾽ ἀμφοτέροισιν ἀνάγκη τίς ἐϛὶν ἐοικέναι τινί.

Non eſt irreprehenſibilis ſententia, omnia in foetu matri ſimilia eſſe, patri autem nihil, aut in contrarium, aut neutri quidquam ſimile eſſe, ſed ex alterutro parentum neceſſitas eſt, ſimilem eſſe vni.

q) Ὅσοι τῶν διδύμων ἀνθρώπων ἀκριβῶς εἰσὶν ὅμοιοι, τοῖς μὲν ἀήθεσιν ἄγνωϛοι φαινόμενοι, πρὸς δὲ τῶν συνήθων ἐν τάχει διαγινωσκόμενοι.

Qui gemellorum perfecte ſunt ſimiles familiariter cum illis haud viuentibus, videntur haud dignoſcendi: illis autem, qui vna viuunt, ſtatim dignoſcuntur. GALEN. *Anat. Admin.* II.

Ei ſunt nati filii gemini duo,
Ita forma ſimili patri, vt mater ſua
Non internoſſe poſſet, quae mammam dabat. PLAVT. Men. Prol.

r) Qui a forma humana penitus abludunt partus, vt capitis forma mentem abeſſe indicet, *monſtra* dicuntur: reliquos organorum animalium integritate fruentes *male conformatos* dici fas eſt. PLVTARCHVS *in Lycurgo* de Spartanis refert, εἰδὲ ἀγενὲς καὶ ἄμορφον, ἀπέπεμπον εἰς τὰς λεγομένας ἀποθέτας παρὰ Ταΰγετον τὸν βαραθρώδη τόπον. *Degeneres et monſtroſos ablegabant in ita dictos apothetas prope Taygetum paluſtrem locum.* Interfici hos capitale: Ne autem eiusmodi terriculamenta ſaepe naſcantur, prouidendum eſt magiſtratibus et arcenda a conſpectu hominum naturae ludibria, ne matres offendantur, quas imaginationis vi foetus ſuos corrumpere, experimentis conſtat. Ita eſt penes HIPPOCRATEM *De Nat. Pueri.*

Ἢν τισὶ κυίσκεσι γῆν ἐπιθυμῆται ἐσθίεσθαι ἢ ἄνθρακας, καὶ ἐσθίονται, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τἔ παιδίε φαίνεται ὁκόταν τεχθῇ σημεῖον

ticidiorum *) frequentiam in foro quaeſtio, an viuenti vis illata ſit [s]), an per ſigna de mortuo ante partum foetu conſtare poſſit, an ſint, quae feminam paullo ante peperiſſe, foetumque vel expoſuiſſe,

σημεῖον ἀπὸ τῶν τοιούτων. Πηρωθεῖται τὸ παιδίον τῆς μητρὸς πληγείσης κατὰ τὸ ἔμβρυον ἢ ἄλλου τινὸς βιαίου παθήματος προσγινομένου.

Si grauidarum alicui appetitus oriatur edendi carbones edantque, in capite infantis, dum naſcitur, apparet naeuus, propter haec. Vitiatur infans, ſi mater perculſa fuerit erga fetum, aut aliud quoddam vehemens pathema enatum ſit.

*) Res obſtetricia, vt notum eſt, ad medicos olim non pertinebat. Hinc mirari deſinamus, quid ſit, quod veteres hac in re identidem errarint, quod ſigna conceptionis, grauiditatis et partus aut nulla habeant, aut longe fallaciſſima. *G.*

s) HIPPOCRATES ſigna mortui in vtero foetus deſumit a tumore abdominis et putredine. *De Morb. Mul. I.* οἰδαλέον γίνεται τὴν κοιλίην· *Ventre intumeſcit*, et *De Superfoet.* §. 6. p. 648. II. οἰδήσκεται, ἔπειτα τήκεται καὶ σήπεται τὰς σάρκας. *Intumeſcit, hinc colliqueſcit et putreſcit.* Nunc certiora ſunt homicidii in nato foetu commiſſi ſigna ex pulmonum conditione petenda. Si in aquam proiecti, integri atque diſſecti, natant, inſpirauit vixitque foetus: Neque enim ante partum, nec durante partu, ob vterum coſtas amplexantem, reſpirare infans poſſit. HIPPOCRATES *De Superfoet.* §. 7. p. 649. ſciebat, non ſtatim a natiuitate reſpirare foetus, iubetque ἀποτάμνειν τὸν ὀμφαλὸν ἀναπνέοντος παιδίου, *tunc demum reſecandum eſſe vmbilicum, quando infans reſpirare incepit.* Adeoque in viuente, nondum tamen reſpirante, mox a partu, homicidium committi poteſt: Hinc, pulmonibus in aqua ſubſidentibus, nondum liquet, foetum ante natales extinctum eſſe, liquet tantum, non reſpiraſſe. Aliud indubitatum extat vitae infantis poſt natiuitatem ſignum, ſanguinis haud obligato umbilico, vti ex vacuitate vaſorum colligitur, vel eiusdem inter cutem, carnes aut in caua effuſio, vtpote quae cordis motum ſeu vitam ſupponit. Cauendum tamen, ne manu illata violentia dicatur, quae, praecipiti inopinato violento difficilique partu fieri potuit.

ſuiſſe [t]), vel enecaſſe ſignificent. Praeterea a morte matrum, *foetus ex vtero caedi* [u]), ſeruandorum gratia, qui viuere poſſunt, leges imperant.

Aetatum

t) Thebani expoſitionem infantum lege ſuſtulerunt, capitis ſupplicio conſtituto, ſi quis infantem expoſuiſſet. Quo magis animaduertendum eſt chriſtianis in eas, qui infantes trucidant, eiurato naturali erga liberos amore, quem eleganter expoſuit PLVTARCHVS *De Amore Prolis*, p. 496. II.

Χαλεπὰς δὲ μᾶλλον, εἴποιμ᾽ ἄν, εἶναι καὶ μνησικάκυς τὰς τεκύσας τοῖς βρέφεσιν, κινδύνων τε μεγάλων καὶ πόνων αὐτοῖς γιγνομένων. — ἀλλὰ τὸ φύσει φιλόστοργον ἔκαμπτε καὶ ἦγεν. ἔτι θερμὴ καὶ διαλγὴς, καὶ κραδαινομένη τοῖς πόνοις ὐχ᾽ ὑπερέβη τὸ νήπιον, ὐδὲ ἔφυγεν, ἀλλ᾽ ἐπεστράφη, καὶ προσεμειδίασε, καὶ ἀνείλετο, καὶ ἠσπάσατο.

Iratas magis, dicerem fere, eſſe et memores mali, quae pariunt, erga infantes, grauibus periculis et laboribus illis factis; ſed qui a natura datus eſt parentum amor, flexit et duxit. Adhuc a partu calens et doloroſa, et fracta laboribus, non negligit foetum, nec fugit, ſed aduertit et abblanditur, et accipit, et deoſculatur.

Propterea officium magiſtratus exigit, vindicare innocentium mortes, in ius vocatis, in quas ſuſpicio cadit. Paullo ante peperiſſe, obſtetrix cognoſcit, explorato vteri orificio, deprehenſis, quae a partu ire ſolent, purgamentis, et lacte mammarum. Non tamen omnibus lac eſſe a partu, vult HIPPOCRATES *De Nat. Pueri*, §. 41. p. 161.

Μετὰ τὴν ἔξοδον τῦ ἰχῶρος, ἡ κάθαρσις γίνεται, ὅιτε μαζοὶ καταῤῥήγνυνται.

Poſt exitum impuritatum purgatio fit, et mammae aperiuntur.

Ἀγάλακτοι ταῦται αἱ γυναῖκες αἱ ὀλίγα τὰ καταμήνια μεθιέσαι, ξηρότεραι, καὶ πυκνοσαρκότεραι.

Lacte deſtitutae illae feminae, quibus pauca menſtrua abſcedunt, ſicciores et carnoſiores.

u) SCIPIO AFRICANVS primus Caeſarum a caeſo matris vtero dictus, qua de cauſſa et *caeſones* appellati. Simili modo natus et MANLIVS, PLIN. Hiſt. Nat. VII. 9.

Aetatum quoque *rationem* iudices habent. Veluti enim iuuenibus rei domeſticae praeeſſe haud licet, niſi ſe corporis et animi robore aetatem praeuertiſſe teſtimonium acceperint; ita quoque ſenibus ab officio vacuis eſſe licet, ſi vires eidem gerendo haud ſufficiant x). Deinde iudicium de *perſonarum, quoad mentem et corpus, facultatibus* medici, a iudice poſtulati, ferunt. *Mentis* integritate opus eſt, vt aliquis rei domeſticae praeeſſe, et negotia publica gerere poſſit. Saepiſſime euenit, quoad explorandum animi ſtatum eius, qui crimen commiſit, mentis compos, an amens male fecerit, medicus poſtuletur. Quo in negotio gerendo ad corporis conditionem, quae mentem euertere potuerit, reſpiciendum eſt, morbos ſcilicet, qui, intercepto ſanguinis circulo, eiusdem ad cerebrum appulſum augent y), hinc, inſtrumento ſenſionis communi oppreſ-

x) PLVTARCHVS L. *An ſeni respublica gerenda ſit*, adducit:

Ὑπὸ τῶν νȣ̃ν ἐχόντων τὰ μειράκια καὶ τȣ̀ς νέȣς ἀποτρεπομένȣς τȣ̃ τὰ κοινὰ πράττειν.

Quod a ſapientibus pueri et iuniores abeſſe iubeantur rebus communibus agendis.

Senes autem veniam aetatis ob ſenectutem, vt republica excedant, habere poſſe negat, *ἣν ȣ̓ πρακτικὰς, ἀλλὰ θεωρητικὰς τέχνας ἔχωσι*, *ſi non tam faciendo, quam deliberando vtiles eſſe debeant*, cum quantum viribus decedat, tantum accedat animi facultatibus, nempe

Ἡ *τῶν πολιτικῶν ἕξις εὐβȣλία, καὶ φρόνησις, καὶ δικαιοσύνη, πρὸς δὲ τȣ́τοις ἐμπειρία ςοχαςικὴ καιρῶν καὶ λόγων.*

Conſuetudo cum republica, conſiliorum facilitas et iuſtitia, et ad haec experientia, coniecturans tempora et rationes.

y) Ita HIPPOCRATES ſcite et recentiorum ſententiis conuenienter admodum rationem explicat, qua virgines in errorem mentis ob anomaliam menſium abire poſſint. *De Virgin.* §. 1. p. 356. II.

Φοβεῦνται οἱ ἄνθρωποι ἰσχυρῶς, ὥςε παραφρονέειν καὶ ὁρᾶν δοκέειν δαίμονάς τινας ἐφ᾽ ἑωυτῶν δυσμενέας, ὁκότε μὲν νυκτὸς, ὁκότε δὲ ἡμέρης. αἱ δὲ παρθένοι ὁκόσῃσιν ὥρη γάμȣ παρανδρȣ́μεναι τȣ̃-

το

oppreſſo, apparentium rerum vmbras excitant, vti quilibet circa hanc vel illam materiam deſipere primum inceperit. Videas enim, alios vni ideae fixos inhaerere, alios circa omnes res ſenſibiles alienari, alios certa periodo inſanire, alios perpetuis erroribus abripi. Sunt, qui furore, ſunt, qui triſtitia affliguntur z). Neutiquam autem ſufficit ad excuſanda

το μᾶλλον πάσχουσιν ἅμα τῇ καθόδῳ τῶν ἐπιμηνίων — ὕστερον γὰρ τὸ αἷμα ξυλλάβεται ἐς τὰς μήτρας —— ἀναΐσσει ὑπὸ πλήθεος ἐς τὴν καρδίαν· ἐμωρώθη ἡ καρδία, εἶτα ἐκ τῆς μωρώσεως νάρκη, ἐκ τῆς νάρκης παράνοια ἔλαβεν. ὁκότε δὲ ἄνευ φαντασμάτων ἡδονή τις, ἀφ᾽ ἧς ἐρᾷ τοῦ θανάτου, ὥσπερ τινὸς ἀγαθοῦ.

Timent homines valde, vt deſipiant, et videre putent daemones quosdam, ſibi infeſtos, quandoque de nocte, quandoque de die. — Virgines, quibus tempora nuptiis commoda ſine marito transacta ſunt, illud plus patiuntur iuxta menſium fluxum. — Nam retro confluit ſanguis in matrices, redundat ob copiam ad cor, cor fatigatur, ex fatigatione ſtupor, ex ſtupore deſipientia feminam capit, aliquando ſine deliriis voluptas quaedam, qua amant mortem, tanquam bonum quoddam.

Κλαίουσι οὐδενὸς λυποῦντος ἢ τύπτοντος, δεδοίκασί τε τὰ μὴ φοβερὰ, λυπέουσι ἐπὶ τοῖς μὴ προσήκουσι.

Plorant, nemine affligente, et timent minime horrida: Triſtitia afficiuntur ſuper rebus, de quibus haud par eſt. HIPP. *De Diaet.* I. 33. p. 206. I.

z) Varias impotentiae animi cauſſas modosque apud Veteres deſcriptos legas: Μαίνεσθαι καλοῦσιν τοὺς ἄνευ πυρετοῦ παραφρονοῦντας, φρενετίζειν δὲ ἐν πυρετῷ μαίνεσθαι. *Mania abripi illos appellant, qui ſine febre deſipiunt, phreneticos autem, qui in febre inſaniunt.* Gradus furoris conſtituit HIPPOCRATES *De Morb. Mul. II.* καὶ ἀλλοφροσύναι, καὶ παράνοιαι γίνονται μανιώδεες. *Et deſipientiae, et amentiae fiunt furori ſimiles.* Iuxta idearum diſcrimen, alii triſtitia, humani conſortii odio, ſolitudinis amore, taciturnitate, mentis errorem produnt, alii iucundo furore abrepti riſus et cachinnos edunt, qualis habitus fuit DEMOCRITVS Abderitanus. Sic *Auctori Defin. Med.* GALENI n. 247. p. 261. T. II. Μελαγχολία ἐστὶ πάθος βλάπτον τὴν γνώμην μετὰ δυσθυμίας. *Melancholia eſt morbus*

da atrociſſima crimina dementiam allegaſſe, ſed per ſigna certa [a]) ante crimen commiſſum illam conſtare oportet, quandoquidem haud deſunt, qui ſimulare illam didicerunt.

Supereſt, vt de *cenſura morborum*, vti illa a medico exigitur, quaedam dicam. Sunt enim haud pauci, qui morbos ſimulent, vt officiis publicis gerendis ſeſe abdicare, militiam detrectare, tortura immunes abire, et carceris mitiorem cuſtodiam obtinere valeant; Alii morbos diſſimulant, ne beneficio, quod ambiunt, propterea illis carendum ſit. Horum fraudes haud difficulter detegit, qui artem callet [b]). Difficilior eſt ſententia circa *noxas ab aggreſſo-*

bus laedens intellectum cum triſtitia. Eiusmodi aegroti paſſim appellantur μισάνθρωποι, σκύθρωποι, ἀπάνθρωποι. HIPPOCR. *Epiſt. ad* PHILOPOEM. p 906. II. de DEMOCRITO deſipere viſo multa furoris adducit ſigna: σιγηροί τε ἐνίοτε εἰσὶ καὶ μονηρέες, καὶ φιλέρεμοι. *Taciturni quandoque ſunt et ſolitarii, et abditorum locorum ſtudioſi.* Μετὰ γέλωτος παραφρονῆσαι, *cum riſu deſipere*, acutarum febrium eſt HIPP. Epid. VI. Praeterea et ſtupiditatis (τῆς νάρκης) et ſtultitiae (τῆς μωρώσεως) fit mentio. GALENVS L. *Quod mentis mores corporis temperaturam ſequantur*, poſt alia adfert: Μωρίαν ἐργάζεται κώνειον ποθὲν. *Stultitiam efficit cicuta epota.*

a) Inter ſigna, quibus impotentia animi cognoſci debeat, nominantur varia: τὸ ἀσαφῶς εἰρῆσθαι, *Loquelae abſurditas*, GAL. *Comm. II. in Prorrh. Hipp.* θράσος ὀμμάτων ἰλλωδέων, *Ferocia oculorum toruum videntium*, HIPP. *De Morb. Mul. I.*

b) GALENVS L. *Quomodo oporteat morbum fingentes arguere*, p. 916. VIII.

Διὰ πολλὰς αἰτίας ἄνθρωποι πλάττονται νοσεῖν· δοκεῖ δ᾽ ἰατρῷ προσήκειν ἡ τῆς ἀληθείας εὕρησις ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασι. Καὶ τούτων οἱ ἰδιῶται ἀξιοῦσι διακρίνειν τοὺς ψευδομένους τῶν ἀληθευόντων. Καὶ γὰρ φλεγμονὴ καὶ ἐρυσίπελας, καὶ οἰδήματα γεγονότα ἐξεπίτηδες διὰ τῶν ἔξωθεν φαρμάκων, ἔνεστι φωρᾶσαι καὶ διακρίνειν τοῖς ἰατροῖς, ἀπὸ τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ὁρμωμένων παθῶν· οὕτω δὲ καὶ πτύσιν αἵματος ἐκ τῶν κατὰ τὸ στόμα χωρίων γινομένην, ἀπὸ τῆς ἐκ στομάχου καὶ κοιλίας ἢ τινὸς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. ἐφωράθησαν γοῦν ἤδη τινὲς ἑκόντες ἀναβήτ-

greſſoribus illatas, earum letalitate vel nocumentis. Vt enim ſanguis humanus vindicetur, licet ſaepe animus

βήττοντες ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς βηχὸς, ἀναπτύοντες αιμα, φλεβὸς αὐτοῖς ἑτοίμως ἀνασομουμένης κατά τι μέρος τῶν οὔλων, ἣν ὅποτε βουληθεῖεν μυζήσαντες τὴν γλῶτταν καὶ βήξαντες δῆθεν ἀπέπτυον, ὡς κάτωθεν ἀνηνεγμένον αἷμα· καὶ παραληρεῖν προσεποιήσαντο καὶ μωραίνεσθαι, καὶ μωραίνειν ἑτέρους — Ἀναμνηστέον ὡς ἐμπειρία μετὰ τῆς εὐπορίας εὑρίσκει καὶ τοὺς ἄλλα τινὰ πλαττομένους, εὑρίσκει δὲ καὶ ἀλγεῖν προσποιουμένους σφοδρῶς· ἐφ᾽ ἑκατέρου ἄν τις φάσκων ὀδυνεῖσθαι σφοδρότατα γόνους, — τὸ προσποιητὸν τῆς ὀδύνης ἐφώρασα, τὴν μὲν ὑπόνοιαν λαβὼν ἐκ τοῦ ἔθους τοῦ νεανίσκου. τοιοῦτος γὰρ ἦν, οἷος καὶ ψεύσασθαι τὰ τοιαῦτα· καὶ μὲν δὴ καὶ τινὸς τῶν φιλούντων αὐτὸν ὁμοδούλων ἐρώμενος, ἅτις ἐρωτικὴ συνήθεια πρός τι γυναίκιον ἢ τῷ νεανίσκῳ, δι᾽ ἣν εἰκὸς ἦν αὐτὸν, εἰς ἀποδημίαν μακροτέραν κατὰ χώραν τοῦ δεσπότου στελλομένου, θελῆσαι μεῖναι. — Κατὰ δ᾽ αὐτὸ τὸ γόνυ μέγιστος ἦν ὄγκος ἰδιώτην εἰσπλῆξαι δυνάμενος, ἐμπείρῳ δὲ τοῦ πράγματος ἐναργῶς φαινόμενος, ὑπὸ θαψίας γεγεννημένος. — Τοὺς τοίνυν σκηπτομένους ὀδυνᾶσθαι σφοδρῶς, τὸ μέγεθος τοῦ πόνου, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας γνωρίσμασιν (ἐξελέγχειν δεῖ) ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ δυσφορεῖν καὶ καταψύξασθαι τὰ ἄκρα καὶ ὠχριᾶν ἐνίοτε καὶ ψυχρὸν ἐφιδροῦν, καὶ τοὺς σφυγμοὺς ἔχειν οὐ μόνον ἀνωμάλους, ὅπερ καὶ τοῖς μετρίως ὀδυνωμένοις ὑπάρχει, ἀλλὰ καὶ πλείους καὶ μικροὺς — —

Propter multas cauſſas homines fingunt aegrotare. Videtur autem medicos decere veritatis inuentio in hiſce omnibus, cum et plebeii pares ſint diiudicandi mentientes a verum loquentibus. Nempe phlegmonen et eryſipelas, et oedemata, quae facta ſunt admotis externe pharmacis, licet dignoſcere et diſtinguere medicis, ab illis, quae ex ipſo corpore irruunt, affectionibus, vti etiam ſputum ſanguinis ex locis in ore ſitis factum ab illo, quod ex ventriculo et ventre aut aliqua organorum reſpirationis parte fit. Deprehenſi ſcilicet ſunt ſponte tuſſientes ſub finem tuſſis ſanguinem exſpuiſſe, vena illis opportune adaperta in aliquo gingiuarum loco, quam, quoties vellent, lingua ſugentes et tuſſientes, ſtatim tuſſiuerunt, quaſi ex imo educentes, ſanguinem. Et ſe delirare ſimulauerunt et ſtultitia affici, cum aliis, tanquam ſtultis, imponere vellent. Memoria autem tenere oportet, quomodo experientia cum induſtria detegere poſſit illos, qui alia quae-

animus occidendi capitale iam crimen fecerit, iudices, vtrum ex laeſionis natura, an ex curae neglectu mors conſecuta fuerit, a medicis reſciſcunt. Quapropter ex laeſionibus illae mortem intuliſſe dicuntur, quae adynamiam curandi ſecum afferunt c).

Veneno-

quaedam fingunt; ita etiam inuenit illos, qui valde ſe dolere ſimulant. In altero aliquis praetexebat valde dolere genu; Fictum dolorem cognoui in ſuſpicionem adductus per mores iuuenis. Talis enim erat, qui mentiri haec omnia poſſet. Namque aliquem ex amicis eius vna ſeruientibus interrogaui, num amatoria conſuetudo cum femella quadam eſſet iuueni, propter quam probabile eſſet, illum, in longam peregrinationem ad prouinciam dimiſſo domino, domi velle manere. Ad ipſum quidem genu maximus erat tumor, qui ignorantem percellere potuiſſet, experto autem operis, facile apparens, vti per thapſiam excitatus. Detegere ergo oportet eos, qui valde ſe morbo affici praetexunt, ſecundum magnitudinem laſſitudinis, et aliis medicae experientiae cognitionibus, inter quas eſt, impatienter ferre, ad extrema refrigerari et pallere, quandoque et frigida ſudare, et pulſus habere non tantum irregulares, quod et mediocriter laborantibus accidit, ſed et plures, et paruos.

c) Laeſionum letalitates, vti nunc quoque fit, in poenarum ordinandarum gratiam, etiam HIPPOCRATES, ſecundum celeritatem, qua occidunt, in claſſes digeſſit. De abſolute letalibus agit Sect. VI. Aphor. XIIX. p. 99. I. *Κύστιν διακοπέντι ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες. Veſicam concidi aut cerebrum, aut cor, aut diaphragma, aut inteſtinorum tenuium quoddam, aut ventriculum, aut hepar, letale.* Aliae laeſiones lente occidunt, aliae cum obſcura quadam ſalutis fiducia, dum pauciſſimi euadunt. Sic HIPPOCRATES habet *De Vuln. Capit.* §. 3. pag. 689. ſeq. II.

Τρώματα τῶν κατὰ βρέγμα, ὃ φλᾶταί τε μᾶλλον ἢ ῥήγνυται, καὶ ἔσω ἐσφλᾶται, καὶ θανασιμώτερά ἐστιν καὶ χαλεπώτερα ἰητρεύεσθαι — ἐν τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα, ἐν πλέονι χρόνῳ ἀποθανεῖ, — καὶ πλείονες ἐκφυγγάνουσι τὸν θάνατον. Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων, ἢν τὶς ἐγκέφαλον τρωθῇ ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας.

Vul-

Venenorum vis *) ſimiliter ex effectu, eiusque celeritate, dum medelam afferri haud paſſa ſunt, iudicatur [d]), a quibus haud multum abſunt acria et inepta *ab empiricis propinata medicamenta* [e]), de quorum adminiſtratione iudices cognoſcunt medicosque conſulunt. Denique cum iudiciorum ſeueritas cum manſuetudine chriſtiano nomine digna bene ſtet, de praeſidiis explorandae veritatis [f]) deque poenis

Vulnera ex his, quae prope caluam data ſunt, ſi deprimitur magis, quam rumpitur aut intus deprimitur, et letalia magis ſunt, et curatu difficiliora. — Retro ad caput habens vulnus, longiore poſt tempore moritur, et multi euadunt. Moriuntur magis ex vulneribus, ſi quis ad cerebrum vulneretur, aut medullam ſpinalem, aut hepar, aut diaphragma.

De aliis capitis laeſionibus l. c. aſſerit: θάνατος ȣ γίνεται κατὰ δίκην, ἢν γένηται. Mors non fit neceſſaria ſequela, ſi fiat.

*) Doctrina de venenis apud veteres manca eſt, ſi curationis vias ſpectes, at vero ſatis curata ſi de ſignis, quibus quodque ſeſe prodit, quaeſtio oritur. In hac ergo parte eos ſequamur, in illa deſeramus. *G.*

d) In iudicio de venenorum noxis, ad viſcerum ſine morbo cognito deſtructorum conditionem reſpici et externarum etiam partium examen inſtitui vult GALENVS L. *De Mali Succi Aliment.* c. 4. p. 424. VI

Οἶδα γȣν ἐνίȣς μὲν αὐτίκα διὰ μυκήτων ἐδωδὴν ἀποθάνοντας, ἐνίȣς δὲ διὰ κωνείων ἢ ναρθήκων — ὥσπερ ἐκτὸς πολυειδεῖς μὲν ἑλκώσεις ἐγένοντο ποικίλα δὲ ὄγκων ἤδη φλεγμωδῶν τε καὶ οἰδημάτων ἐρυσιπελαδῶν τε καὶ σκιῤῥωδῶν· ȣ̔́τω καὶ κατά τινα τῶν ἐν βάθει μορίων, ὅσα κυριώτερα, τοιαύτας διαθέσεις ἐκχωρεῖν γεγονέναι.

Noui quosdam ſtatim a boletorum eſu defunctos, alios a cicutis et ſtupefactiuis herbis, vti et extus diuerſae formae vlcera facta ſint variique tumores, tam inflammatorii, quam oedemata eryſipelacea et ſcirrhoſa. Ita etiam iuxta quaedam in cauis ſita nobiliora viſcera ſimiles diſpoſitiones ſeſe manifeſtando euenerunt.

e) Medicamenti vox ἐκ τῶν μέσων in legibus ſaepe tantum eſt, quantum venenum, vti L. 3. §. 1. ff. ad Leg. Corn. de Sicariis.

f) Liberam confeſſionem criminis voluerunt iuſtiſſimi Romani, qui ſub tormentis quaeri reos nolebant. CICERO

nis afflictiuis g) corporum mitior ſententia obtinet, ſi in miſerabiles propter aetatem vel morbos homines animaduertendum eſt. Non enim tantum pueri, ſenes, puerperae, lactantes et morbis viſcerum alioue grauiore affecti mollius habendi ſunt, ſed et peſſimis hominibus parcendum eſt, ne, ſi poſt cruciatus, obſtinato animo perlatos, innocentes viſi, tortura exeant membris fracti, habeant, de quo iure conqueri poſſint.

RO in DEIOTARO: *More maiorum de ſeruo ne tormentis quidem quaeri licet, in qua quaeſtione dolor veram vocem elicere poſſit etiam ab inuito.* Rei, laxato equuleo, quaerebantur, vti eſt apud VALER. MAX. *De Patientia* L. III. 3. et QVINCTIL. *Declamat. vlt.* Dolor enim ſaepe ad pertinaciam reos excitat, vti eſt apud AMMIAN. MARCELL. XVIII. *Quanquam curuus ſub equuleo ſtaret, pertinaci negabat inſtantia.* Mulierum maior eſt in perferendis tormentis conſtantia, maxime illarum, quae partum iam expertae ſunt. Ita refert PLVTARCHVS L. *De Virtut. Mulier.* de ARETAPHILA quadam *φίλτρων ἕνεκα*, quod venenum amatorium miſcuiſſet, torturae ſubiecta: *διεφύλαττεν αὐτὴν ἀήττητον ἐν ταῖς ἀνάγκαις, ſe inuictam inter tormenta praeſtitit.* Varias torquendi rationes deſcripſit ANT. GALLONIVS ROM. *De SS. Martyrum cruciatibus* Libr. Pariſ. 1609. 4. et HIERON. MAGIVS *De Equuleo hactenus incognito.* 8. Habuit ſuos quaeuis aetas modos veritatem extorquendi, quo maius crimen et conuictio maior fuerit. Qui enim praefracti ſunt negatores, conuicti tamen, ne impunes exeant, torturam loco poenae accipiunt. *Imperatores ad Taurum praefectum* reſcripſerunt: *Si conuictus fuerit, et ad proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando, ſit equuleo deditus vngulisque ſulcantibus latera.*

g) SALVSTIVS *De Coniur. Catil.* c. 47. *Decreuit ſenatus, vt* LENTVLVS, *itemque ceteri, in libera cuſtodia habeantur.* VENVLEIVS ff. *de Cuſtodia reorum. Reus confeſſus, donec de eo pronunciaretur, in publica vincula coniiciendus.* Ad veritatis confeſſionem ſaepe ſqualor carceris ſufficit, vti SCAEVOLA: *Reus ob ſolam confeſſionem coniici in vincula conſueuit.*

BOSTON MEDICAL
MAY - 1 1921
LIBRARY

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE SPECIMEN III.

QVO PROPHYLAXIS MORBORVM SISTITVR.

Cum duplex ſit medici officium, alterum, quod reipublicae cauſſa gerit, alterum, quod ſingulis praeſtat; illud tamen primarium cenſetur, quo valentium ac aegrotantium ſalutem curat a). Sani-

tatis

a) Δύο ἐςὶν τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιςα μόρια τῆς τέχνης. Καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν ὑγιεινὸν, τὸ δὲ ἕτερον θεραπευτικὸν, ἔμπαλιν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα τὰς ἐνεργείας: εἴγε τῷ μὲν φυλάξαι, τῷ δὲ ἀλλοιῶσαι πρόκειται τὴν περὶ τὸ σῶμα κατάςασιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀξιώματι καὶ χρόνῳ πρότερόν ἐςι ὑγεία νόσυ, χρὴ δήπυ καὶ ἡμᾶς, ὅπως ἄν τις ταύτην φυλάξοιεν, ἐπισκέψαι πρότερον, ἐφεξῆς δὲ καὶ ὡς ἄν τις ἄριςα τὰς νόσυς ἐξιῶτο. Κοινὴ δὲ ἀμφοτέροις ὁδὸς τῆς εὑρέσεως, εἰ γνοίη μὲν, ὁποία τις ἐςὶ διάθεσις τῦ σώματος, ἣν ὑγείαν ὀνομάζομεν. ὔ γάρ τοι ἔτε φυλάττειν αὐτὴν παρῦσαν, ὔδὲ ἀνακτᾶσθαι διαφθειρομένην, οἷοιτ᾽ ἂν ὁ μὲν ἀγνοῦν τὸ παρὰ πᾶν.

Duae ſunt primae et maximae partes artis. Vocatur altera quidem illarum HYGIENE, altera THERAPEVTICE, quae mutuas erga ſe inuicem habent facultates: Nam illi quidem ſeruare, huic autem mutare incumbit corporis conſtitutionem. Quia autem et dignitate, et tempore prior eſt ſanitas morbo, oportet adeoque nos, qua ratione aliquis illam cuſtodire poſſit, conſiderare primo, deinde etiam quomodo quis optime morbos ſit expulſurus. Communis autem vtrisque via, inueniendi (auxilia), ſi quis cognoſcat, qualis ſit illa corporis conſtitutio, quam ſanitatem appellamus; Neque enim conſeruare praeſentem, nec recuperare amiſſam quis poterit, qui ignorat, qualia

ante

tatis tuendae negotium, ſit licet praeſtantior medicinae pars b), attingere nunc nolo, cum illud a therapia alienum c) ſuis propriis limitibus circumſcribatur. Cum autem Hygiene duplici ſenſu accipiatur,

ante fuerint omnia. GALEN. *De Sanit. Tuend.* I. 1. p. 40. VI.

Τῆς περὶ τὸ σῶμα τῦ ἀνθρώπε τέχνης μιᾶς ὄσης, δύο αὐτῆς ἐςὶ τὰ πρῶτα καὶ μέγιςα μόρια, τὸ μὲν πρῶτον ὑγιεινὸν, τὸ δὲ ἕτερον θεραπευτικόν· ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἀξιώματι καὶ τῷ χρόνῳ πρότερά ἐςι ὑγεία νόσε, χρὴ δήπε καὶ ἡμᾶς, ὅπως ἄν τις ταύτην φυλάξοιεν ἐσκέφθαι πρότερον.

Quae ad corpus hominis attinet, arte vna exiſtente, duae eius ſunt primariae et maximae partes, prima Hygiene, altera Therapia; cum autem et dignitate, et tempore prior ſit ſanitas morbo, oportet etiam nos, qua ratione quis eandem cuſtodire poſſit, diſpicere primum. AET. Tetrab. I. Serm. IV. Cap. I.

b) *Τὸ δ' ὑγιεινὸν ἐ μόνον ὡς μέρος ἰατρικῆς, ἀλλὰ καὶ ὡς κάλλιον τῦ θεραπευτικῦ, προτάττεται αὐτῦ. πολὺ γὰρ ἄμεινον τῦ ἀπαλλάξαι τῆς νόσε, τὸ μήτε τὴν ἀρχὴν ἐάσαι νοσῆσαι, ὥσπερ καὶ κυβερνήτῃ αἱρετώτερον, τὸ πρὶν ἐς χειμῶνα ἐμπεσεῖν διαπεραιώσασθαι, ἢ χειμασθέντα καὶ κινδυνεύσαντα ἐκφυγεῖν.*

Hygiene non tantum vt pars medicinae, ſed etiam, vt pulchrior, ipſi therapiae praeſertur. Multo enim melius, illo, quo quis morbum abigit, illud, non ſinere morborum fieri principium, vti et gubernatori praeſtabilius, ante quam in procellam incidit, ad portum deuehi, quam procellis exagitatum et pericula ſubeuntem vix effugere. GAL. *Introduct.* ſeu *Medicus* c. 8. p. 366. T. II.

c) *Τὸ ὑγιαῖνον σῶμα ἐδὲν τῆς ἰατρικῆς δεῖται ἐδὲ ὠφελείας, ἱκανῶς γὰρ ἔχει, ὥςε ὑγιαίνων ἐδεὶς ἰατρῷ φίλος.*

Sanum corpus medicina haud eget, nec miniſterio: bene enim ſeſe habet, vt ſanus nemo medicum amet. PLATO in LYSIDE.

Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες φαρμακεύεσθαι, ἐργῶδες.

Qui corporibus bene ſe habent, pharmacis vti negotioſum. HIPP. Aph. Sect. II. 37.

Τὰς ὑγιεινῶς ἔχοντας τὰ σώματα ἐργῶδες καθαίρειν.

Bene valentes ad corpus negotioſum nimis eſt purgare. AET. Tetrabibl. I. Serm. III. c. 23.

tur [d]), altero, quo abſolutiſſimam ſanitatem optimae diaetae legibus regit, altero, quo dubiam erigit, et morbos germinantes opprimit, oportet ſane alteram hanc eius partem therapiae tribui, quandoquidem ſola diaeta ad morborum cauſſas, in corpore iam praeſentes et effectum ſuum proxime edituras, penitus ſubigendas haud ſufficit, licet illa multum poſſit [e]). Proinde falcem in alienam meſ-

 ſem

d) Διαφέρει δὲ ἐν τῷ ὑγιεινῷ πάλιν, τὸ ἐν ὑγείᾳ διατηρῆσαι τοῦ προφυλάξαι νόσους ἐπιούσας, τὸ μὲν γὰρ διὰ τῆς συνήθους διαίτης περιγίνεται, — τὸ δὲ ἤδη δεῖται θεραπευτικῶν βοηθημάτων εἰς τὸ ὑποκαταλαμβάνεσθαι καὶ προδιαλύσαι μέλλουσαν συνίστασθαι νοῦσον. ὅσα γὰρ ἤδη γενόμενα πάθη ἰᾶται, ταῦτα καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, κωλύει σύστῆναι.

Differt in ſanitatis tuendae negotio iterum illud, quod hominem in ſanitate conſeruare dicitur, ab illo, quod eſt praecauere morbos imminentes. Illud enim per attemperatam diaetam perficitur, hoc autem therapeuticis auxiliis indiget ad praeuertendum et mature ſoluendum, conſiſtere volentem morbum. Quae enim iam factos morbos ſanant, ea etiam, priusquam fiunt, impediunt, ne conſiſtant. GAL. *Introductio* ſeu *Medicus*, cap. et pag. cit.

e) GALENVS, quod ad ſenectutem, nullo morbo oppreſſus, peruenerit, diaetae beneficio factum eſſe praedicat:

Κατά γε τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν καὶ πρὸς ἔτι τῶν ἐφήβων τε καὶ μειρακίων, οὐκ ὀλίγαις, οὐδὲ μικραῖς ἑάλωμεν νόσοις, ἀλλὰ μετά γε τὸ εἰκοστὸν ὄγδοον ἔτος ἀπὸ γενετῆς ἐμαυτὸν πείσας, ὡς ἐστί τις ὑγιεινὴ τέχνη, τοῖς προστάγμασιν αὐτῆς ἠκολούθησα παρ' ὅλον τὸν ἑξῆς βίον, ὡς μηκέτι νοσῆσαι νόσημα μηδὲν, ὅτι μὴ σπάνιόν που πυρετὸν ἐφήμερον.

Iuxta puerilem aetatem et prope pubertatis ac adoleſcentiae tempus non paucis, nec paruis capti fuimus morbis, ſed poſt vigeſimum octauum annum a natiuitate, mihi perſuadens, eſſe aliquam artem ſanitatis ſeruandae, illius praecepta ſecutus ſum per omnem abinde vitam, vt nullo morbo vnquam laborarem, praeter tenuem quandam aliquoties ephemeram. *De Sanit. Tuend.* V. 1. p. 139. VI.

Πολλοὶ

ſem miſiſſe haud videbor, ſi artem, quae ſanitatem labantem erigit, et morbos in ortu ſuo ſuffocat, *prophylaxin* *) puta, meam fecero, quandoquidem illa circa hominem verſatur, qui reſtituendus eſt, quique circa aliquam ſanitatis particulam iam deficit, dum errores commiſit, qui morbum inducere poſſunt ac ſolent, licet mutationem abinde factam nondum perceperit *f*). Veteres ſane prophylacticam artis partem ab illa, quae ſanitatem tuetur, ſeparauerunt, eique dederunt hominem nondum aegrotantem, in quo tamen iam cauſſae mor-

Πολλοὶ ἔθεσι μοχθηροῖς ἐντραφέντες ἀκολαστότερον ἢ ἀργότερον διαιτώμενοι, διαφθείρουσι φύσεις χρηστὰς, ὥσπερ ἂν πάλιν ἔνιοι βίῳ σώφρονι καὶ γυμνασίοις ἐυκαίροις ἐπανορθώσαντο τὰ πολλὰ τῶν ἐλαττωμένων.

Multi moribus turpibus innutriti, liberalius aut ſegnius victitantes, corrumpunt naturas optimas, ſicut iterum quidam vita ſapiente et exercitiis opportunis correxerunt multa eorum, quae infirmata erant. GALENVS Ibid. L. II.

*) Hac morborum per victum et quae huc ſpectant, praeſeruatione maxime praeſtantia veterum medicorum cernitur. In praeceptis fere toti erant, in medicamentis parci aut nulli, eaque in re etiam nunc tanquam exempla conſiderandi, in quae intueatur optimus quisque iuuenis. Dum enim valetudinis aduerſae cauſſas declinarent iubendo, quae fieri debebant in proſpera valetudine, quae vitari, non poterant non nobiliſſimi et principes medici videri. *G.*

f) *Ἦν ἂν ἐν πόσεσι καὶ προσφοραῖς ἢ τισὶ πόνοις καὶ ἀταξίαις ἑτέραις τυγχάνωμεν γεγονότες, τὸ δὲ σῶμα μηδεμίαν ὑποψίαν παρέχῃ, μηδὲ προαίσθησιν, ὁμοίως δὴ φυλάττεσθαι καὶ προκαταλαμβάνειν.*

Si in potu et cibo, aut quibusdam laboribus, aut erroribus aliis lapſi fuerimus, corpus autem nullam ſuſpicionem exhibeat, nec praeſenſum, nil minus cauere nos oportet et morbum praeuertere. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 129.

morbum facturae adſunt g). Licet enim actionum nulla hactenus ſubruta ſit aut penitus euerſa, eſt tamen alicubi in humoribus ac ſolidis abſcondita materies, quae magnos naturae motus proxime excitabit. Praeter ſanitatem et morbum nihil eius, quod ad medicum attinet, quidem eſſe videbitur. Verum rationibus haud carere arbitror veteres, quando ſtatum aliquem inter optimam ſanitatem et morbos medium h) nominant; id quod non vno ſenſu

g) Τὸ προφυλακτικὸν μέρος τῆς τέχνης, ὃ δὴ καὶ καλοῦσιν ἰδίως προφυλακτικόν. ὅταν γὰρ ἤτοι πλῆθός τι χυμῶν, ἢ φαυλότης ἢ ἔμφραξις ἢ φθαρτικὴ δύναμις ἐγγίνηται τῷ σώματι, κίνδυνός ἐστι νοσῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ἔνεστι γνωρίζειν αὐτὰ διά τινων συμπτωμάτων, ἃ μέσα πως τῶνδε τοῖς ὑγιαίνουσι ὑπαρχόντων καὶ τῶν τοῖς νοσοῦσι συμβαινόντων, οὕτω μὲν σμικρὰ τοῖς μεγέθεσι καὶ ἀσθενῆ ταῖς δυνάμεσι ὡς μηδέπω κωλύεσθαι πρὸς αὐτῶν τὰς συνήθεις ἑκάστῳ πράξεις, οὕτω σμικρὰ ὡς μήπω τὸν ἄνθρωπον ἀναγκάζεσθαι κλινήρη γενέσθαι.

Prophylacticam artis partem proprie omnino appellant eam, quae cauere docet. Quando enim iam plenitudo ſuccorum aut prauitas, aut infarctus, aut putrefaciendi vis infuerit corpori, periculum eſt, ne aegrotet homo. Licet intelligere ea per accidentia quaedam, quae media inter ea, quae ſanis fiunt, aut aegrotis accidunt, ita quidem tenuia magnitudine, et imbecillia viribus, vt ne impediantur quidem per illa conſuetae vnicuique actiones, ſic parua, vt nondum homo cogatur lecto affixus fieri. GAL. *De Conſtit. Med.* c. 19. p. 195. II.

h) Τῶν σωμάτων τινὰ τὰ δ' ὑγιεινὰ καὶ τὰ νοσώδη, καὶ τὰ οὐδέτερα τετύχηκεν ὄντα.

Corporum quaedam, illa quidem ſana, haec autem morbida, alia neutra vt ſint, factum eſt. GAL. *De Arte Medica*, c. 1. p. 197. ſeq. II. *)

*) Veteres recte adhibuiſſe putandi ſunt triplicem hominis ſtatum, ſanitatem et morbum, ac quendam quaſi medium ſ. neutrum, i. e. ſub quo homini liceat aliqualiter munia ſua obire, integris actionibus potioribus, ſed cum moleſtia quadam, et ſub quo facilis ad morbos tranſitus eſt. v. GAL. Definit. Hos vero hodie *debiles* nominamus. *G.*

intellectum volunt. Cum ad ſinceram integritatem virium animi et corporis exquiſitiſſima ea omnia eſſe debeant, quae ſanitatem faciunt [i]), fuerunt GALENI tempore, qui intemeratam actionum integritatem vlli hominum tribui poſſe negarent [k]). Corrumpimur a cauſſis domi et foris [l]). Ipſe aetatis progreſſus, noſtraeque actiones nos deſtruunt [m]). Noluit quidem GALENVS iſtam *ἀεπαθείαν*, largitur

i) Τὴν τοιαύτην κατάςασιν, ἐν ᾗ μήτε ὀδυνώμεθα, μήτε ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἐνεργείαις ἐμποδιζόμεθα, καλῦμεν ὑγίειαν.

Illam conſtitutionem, qua nec dolemus, nec in actionibus, per vitam fieri conſuetis, impedimur, vocamus ſanitatem. GAL. *De Sanit. Tuend.* I. 5. p. 45. ſeq VI.

Τῶν ὀργανικῶν σωμάτων ὑγίεια ἐν διαπλάσει καὶ ἀριθμῷ καὶ πηλικότητι καὶ συνθέσει τῶν ὁμοιομερῶν συνίςαται.

Corporum organicorum ſanitas, in ſitu, numero, qualitate et textura ſimilarium conſiſtit. GALENVS ibid et eodem ſermonis nexu:

Ἡ τῶν ὁμοιομερῶν εὐκρασία καὶ διάπλασις καὶ θέσις ἀριθμός τε καὶ πηλικότης τῶν ἐνεργειῶν ἐςὶν αἰτία, καὶ ὡς ἐν πλάτει ταῦτα πάντα ἐςὶ καὶ ὡς καθ' ἕκαςον ἄνθρωπον ἴδια.

Similarium aequalis miſcela et conformatio, ſitus, numerus, qualitas facultatum, cauſſa eſt, tam vti haec omnia in genere accipiuntur, quam veluti vnicuique homini ſunt propria.

k) Τὰ σπέρματα πάντων τῶν νοσῶν ἐνυπάρχειν ἡμῖν φασὶν οἱ τὴν ἀεπαθείαν ἀσάγοντες, ἀλλὰ διὰ τὴν σμικρότητα τὴν αἴσθησιν ἡμῶν ἐκφεύγειν αὐτά.

Semina omnium morborum ineſſe nobis perhibent, qui *ἀεπαθείαν* (perpetuum cum morbis conflictum in homine) introducunt, ſed propter tenuitatem ſenſum noſtrum ſubterfugere illa GAL. *De Sanit. Tuend.* I.

l) Ἐπεὶ δὲ διττὰς ἔχει τῆς φθορᾶς αἰτίας, τὰς μὲν ἔνδοθέν τε καὶ ἐξ αὐτῦ, τὰς δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ἀναγκαῖον, αὐτὸν δεῖσθαι προνοίας ὐ μικρᾶς.

Cum duplices ſint corruptionis cauſſae, aliae intus et ſpontaneae, aliae ex rebus, quae foris accidunt, neceſſum eſt, (hominem) indigere non mediocri prouidentia. GAL. Ib

m) Φθειρόμεθα ἢ διὰ γήρως ἐπὶ θάνατον προϊόντος ἢ διὰ τὸ ῥεῖν τὴν ὀσίαν, ἢ διὰ τῆς τῶν περιττωμάτων γενέσεως.

Cor-

gitur tamen, vti etiam res ipſa eſt, propter virium tenuitatem eſſe pleroſque, in quibus ſanitati quidpiam decedit [n]). In eiusmodi ſtatu verſantur conualeſcentes [o]) quique iam conſeneſcunt, quibus ad optimam ſanitatem [p]) ducendis ſingularem medicinae partem antiquitas ſanciuit [q]). Sunt praeterea

D 5 haud

Corrumpimur vel ſenectute, ſenſim ad mortem procedente, vel effluxu ſubſtantiae, vel excernendorum generatione. GAL. ibid.

n) *Εἴη ἂν καὶ ὑγιεινὴ συμμετρία διττή τις, ἡ μὲν γὰρ ἀκριβής τε καὶ ἀρίστη καὶ τελέα καὶ ἄκρα, ἡ δὲ ἀπολειπομένη μὲν ταύτης ȣ̓ μὴν ἤδη γέ πω τοσȣ́τω, ὡς λυπεῖσθαι τὸ ζῶον.*

Erit ergo et ſana conſtitutio duplex, alia quidem exquiſita, et optima, et abſoluta, et ſumma, alia autem ab hac quidem deficiens, non tamen eo vsque, vt triſte fiat animal. GAL. Ib.

Ex GALENO plurima habere AETIVM Tetrab. I. Serm. IV. c. 1. conſona priori, haec docet ſententia:

Λέγεται δὲ ὑγεία διττῶς, ἡ μὲν ἀκριβής τε καὶ ἀρίστη καὶ τελεία καὶ ἄκρα, ἡ δὲ ἀπολειπομένη μὲν ταύτης, ȣ̓ μὲν ἤδη γέ πως τοσȣ͂τον, ὥστε καὶ νοσεῖν τὸ ζῶον καὶ τῆς αὐτῆς ὑποβάσεως ȣ̓ μικρὰ διαφορὰ ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐν τοῖς σώμασιν ἐγγίνεται.

Dicitur autem ſanitas duplici modo, alia quidem exquiſita, et optima, et perfecta, et ſumma, alia autem ab hac quidem deficiens, non tamen eo vſque, vt laboret animal, et huius quidem declinationis (a ſtatu perfecto) non parua differentia ad maius et minus corporibus innaſcitur.

o) *Λόγος πρὸς τȣ̀ς ἐκ τῶν νοσημάτων ἀναλαμβάνοντας, ἐφ᾽ ὧν ȣ̓́τε αἴτιον ȣ̓δέν ἐστι παρὰ φύσιν, ȣ̓́τε διάθεσις, ἰσχνότης δὲ μόνη μετὰ δυνάμεως ἀσθενȣ͂ς.*

Cura eorum, qui ex morbis conualeſcunt, in quibus nec cauſſae quidpiam eſt praeter naturam, nec diſpoſitio, ſed tenuitas ſola cum virium imbecillitate. GALENVS *De Conſtitut. Medicinae* Cap. 19. p. 195. II.

p) *Τὸ ἀναληπτικὸν μέρος τῆς τέχνης.*

Eam artis partem, quae conualeſcentes nouis viribus implet. GAL. ibid.

q) *Τοῖς παρακμάζȣσι, illis, qui a vigore aetatis iam deflectunt,* peculiaris ad prophylacticam referenda medicinae pars

dedica-

haud pauci, qui per naturam infirmi r) aliqua parte in actionum exercitio delinquunt, nec ea, quae abſolutiſſimam ſanitatem decet, conſtantia easdem celebrant, licet ſanis intereſſe haud dum deſinant, propterea quod ſaltim in ſimilaribus minimisque corporis elementis inſit morbi leue rudimentum, quod etiam circa organa virtuti debitae nonnihil deſit. Ante enim, quam ad ſenſum facultas laeſa eſſet, morbum appellare ſtatum hominis debilem, antiquitas

dedicata fuit, quam τὴν γεροκομικὴν, *artem, quae ſeneſcentibus fomenta parat*, vocauit GALENVS; de qua ſuo ordine ſeorſim ſcribam. Huius diſciplinae ſcopus eſt τὸ μὴ ταχύγηρον γενέϑαι, *non cito conſeneſcere.* GALENVS *De Sanit. Tuend.* I. *)

*) Nec in hoc noſtris inferiores ſunt veteres, quippe diſerte ac diligenter regulas docent, quibus cum conualeſcentes tuto ac ſine offenſa peruenire poſſint ad perfectam ſanitatem, tum maxime ſenes proſpere viuere. v. Gal. l. c. et maxime ſeriores Graecos, qui vlterius progreſſi in finiendis praeceptis ſunt. Et ſi dicam, quod ſentio, hic longe antiſtant illi noſtris hominibus. Diaetetice enim rariſſime in academiis traditur, cum tamen nulla pars medicinae magis ſit ſcitu neceſſaria ad valitudinis vtriusque integritatem, et in libris practicis fere aut negligitur, aut oſcitanter ac ieiune memoratur, quaſi vero omnis medici vis re medicamentaria contineatur, neque *multi magni morbi*, teſte CELSO, *abſtinentia et quiete curentur*, immo vero et praecaueantur. Medicamentis ſaepe nihil proficitur, multum victu; quod ſi ſecum reputarent medentes, imitarentur veteres, non riderent; hoc enim hominem leuem, illiberalem ac plebeium denotat. *G.*

r) *Τὰς δὲ διὰ φυσικὴν ἀϑένειαν ἢ τῇ τȣ̃ σώματος ἅπαντος ἢ μορίων τινῶν ἑτοίμως βλαπτομένȣς εἰς τὴν προφυλακτικὴν ἀγωγὴν ἀξιȣ̃μεν ἕλκεϑαι.*

Illos autem, qui propter naturalem infirmitatem, aut ea, quae ad corpus totum, aut quasdam partes redit, debilitate, pro ſuo quilibet modo, laeſi ſunt, in prophylacticam tractationem putamus trahi. GALENVS Ib. L. VI. 2. p. 166. VI.

quitas noluit s). Medius ille hominis ſtatus, quo nec multum a ſanitate abeſt, nec ad morbum attinet, vario modo contingere poteſt. Multi a natiuitate languent, et morbidam vitam trahunt t); alii a vitae genere, quod ſibi ſeiegerunt, ſanitatem ſemper afflictam et in decliui poſitam habent u). His ipſa ſanitas nocet, vt propter plenitudinem, dum illa cordi obluctatur, ſalui diu eſſe nequeant x); alii diſpo-

s) Τῆς ἀρίστης κατασκευῆς τὰ διαγνωστικὰ σημεῖα ταῦτά ἐστι, κατὰ τὰς ἐνεργείας ἡ τελειότης, ἣν καὶ ἀρετὴν ὀνομάζομεν — τῶν δ' ἀπολειπομένων μὲν αὐτῆς ὑγιεινῶν δ' ἔτι, τὰ μὲν ἐν τῇ τῶν ὁμοιομερῶν ἔσφαλταί κράσει μικρόν τι σφάλμα, τὰ δὲ ἐν τῇ τῶν ὀργανικῶν μικρόν τι κἀνταῦθα — ὅρος δ' ἀμφοῖν (τῆς ὑγιεινῆς καὶ τῆς νοσερῆς διαθέσεως) διακριτικὸς ἡ τῆς ἐνεργείας αἰσθητὴ βλαβή.

Optimae conſtitutionis diſtinctiua ſigna ſunt, actionum perfectio, quam etiam virtutem appellamus, illis autem, qui ab illa quidem deficiunt, ſani tamen adhuc ſunt, partim in ſimilarium miſcela paruus error commiſſus eſt, partim in organicarum paruus aliquis itidem, terminus autem vtriusque (et ſanae et morbidae conſtitutionis,) diſtinctiuus, eſt actionis ſenſibilis laeſio. GAL. *De Conſt. Medica* c. 8.

t) Νοσῶδες δὲ ἐστὶ ἁπλῶς σῶμα τὸ ἐκ γενετῆς ἤτοι δύσκρατον τοῖς ὁμοιομερέσιν ἢ ἀσύμμετρον τοῖς ὀργανικοῖς — ὅτιπερ ἂν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις διαμένει τοιοῦτον, τὸ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ μεταβολάς τινας λαμβάνον.

Morbidum ſimpliciter corpus eſt, quod a natiuitate iam male mixtum in ſimilaribus, aut male conformatum in organicis; Aliud quidem vel omnibus aetatibus tale manet, aliud autem, fere ſemper, aliud autem mutationes patitur. GALENVS ibid.

u) Ὅσοι καὶ φύσει ξηρότεροι, καὶ μάλιστα εἰ σὺν τούτῳ θερμοὶ τὴν κρᾶσιν εἶεν, εἵλοντό τε βίον ἐν πόνοις, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ φροντίσι, καὶ διαίτῃ λεπτῇ, τούτοις εἴωθεν ἐσβάλλειν ἑκτικὸς πυρετός.

Qui, natura ſicciores, maxime ſi cum hoc mixtura calidi fuerint, vitam tranſigunt inter labores, vigilias et curas, et victum tenuem, his ſolet imminere hectica febris. GALEN. *De Different. Febrium*, I. 12. pag. 124. VII.

x) Αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν· οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ.

Qui

diſpoſitiones ad morbos clam enutriunt, et veluti morborum ſemina in ſinu latentia ferunt [y]). Non enim omnes morbi derepente irruunt. Reſiſtit vitae vis, nec ſuperari ſeſe ac opprimi patitur, donec coaceruata ſenſim materies actionem laedat aut auferat, quo morbus dici poſſit [z]). Videas etiam, qui inter curas et ſolicitudines et morborum, quos ſibi imminere putant, ſuſpiciones triſtiſſimam languidamque vitam ducunt, animo magis, quam corpore afflicti [a]). Ancipitem hanc vitae humanae conditio-

Qui ad ſummum iuerunt boni habitus, difficiles, ſi in extremo fuerint; nam nequeunt manere in eodem. HIPP. Aph. Sect. I. 3. p. 68. I.

Περιττωματικὰ καὶ πληθωρικὰ σώματα.

Abundantia ſuperfluitatibus et plethorica corpora. GAL. *De Diff. Febr.* II.

Πληθωρικὴ διάθεσις διὰ τὸ τῆς διαίτης πλημμελές.

Plethorica diſpoſitio propter luxuriem in diaeta. ib.

y) Τὰ τῶν νοσημάτων οὐκ ἐν δυσόπτῳ κείμενα οὐ πολλά, τάδ' οὐκ ἐν εὐδήλῳ πολλά ἐστι.

Morborum illi, qui non in obſcuro poſiti, non multi, eorum autem, qui non in propatulo, multi ſunt. HIPP. *De Art.* § 16. p. 9. I.

z) οὐ γὰρ εὐθέως αἱ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποις προσγίνονται, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ξυλλεγόμεναι ἀθρόως ἐκφαίνονται. πρὶν οὖν κρατέεσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγιαινὲς ὑπὸ τοῦ νοσεροῦ, χρὴ ταῦτα καθιστάναι ἐς τὴν ὑγείην.

Non enim celeriter morbi hominibus eueniurt, ſed ex minimo collecti, ſimul apparent. Ante ergo, quam ſuperetur in homine ſanum a morbido, oportet iſta reſtitui in ſanitatem. HIPP. *De Diaet.* I. 3. p. 182. I.

a) Ἡ μὲν οὖν ἀκριβὴς σφόδρα καὶ δι' ὄνυχος λεγομένη δίαιτα, τό τε σῶμα κομιδῇ ψοφώδεες παρέχεται καὶ σφαλερὸν, αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς τὸ γαῦρον κωλύει.

Exquiſita nimis et ad vnguem dicta diaeta corpus quidem iugiter turbulentum reddit et difficile, ipſius autem animae luminoſum illud cohibet. PLVTARCH. *Praecept. Sanit.* p. 128.

Οὐδένα γοῦν τῶν ἄμεμπτον ἐχόντων τὴν τοῦ σώματος ἕξιν οὔτ' ἀξιοῦμεν φάρμακα πίνειν οὔτε λεπτυνθῆναι διαίτῃ χρῆσθαι.

Nemi-

ditionem curat *prophylaxis* b), quae eſt morborum futurorum prouidentia; in cauſſarum, quae illos facere poſſunt, cognitione, et via errores, quantum fieri poteſt, ocyus corrigendi et dubiam ſanitatem reſtituendi conſiſtens. c) Illius terminos et confinia, quibus alias artis diſciplinas attingit; ita poſuit GALENVS, vt *phylaxin* ſanitati, *prophylaxin* morbis naſcentibus, *therapiam* iam factis tribui arbitretur.

Neminem ergo eorum, qui inculpatum corporis ſtatum habent, opus habere putamus, vt pharmaca bibat, et extenuante diaeta fruatur. GALEN. *De Sanit. Tuend.* VI.

b) Τό τοι προφυλακτικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰητρικῆς τῶν σωμάτων μεταξὺ τῶν τε ἀκριβῶς ὑγιαινόντων καὶ τῶν ἤδη νοσούντων διακειμένων προνοεῖται.

Prophylactica ergo dicta medicinae pars corporibus, inter perfecte ſana et iam aegrota poſitis, proſpicit. GAL. Ib. *)

*) Ex his et inſequentibus patet, quousque proceſſerint boni veteres. Quid enim iſtis placitis vel additum, vel demtum ſit recentiorum diligentia, equidem prorſus non video: Id vero perlubenter profiteor, hac via ſe oſtendiſſe viros magnos et artis ſuae gnaros, quia, experientia magiſtra et teſte, is demum bonus medicus eſt, qui morbos futuros ac imminentes dudum praeuidet, antequam incidunt, et praeſidia adfert. Qua de re quaſi parentem ac praeſidem venerati ſunt diuinum HIPPOCRATEM omnes omnium ſeculorum prudentiores medici, neque vnquam eos imitationis poenituit. *G.*

c) Χρὴ προμυθέεσθαι, πρὶν ἂν ἐς τὰς νούσους ἀφικνέωνται.

Oportet praemeditari, antequam ad morbos progrediantur. HIPP. *De Diaet. Sal.* III. §. 21. p. 254.

Χρὴ πρῶτόν μεν ἐπίστασθαι τὰς αἰτίας, ἐφεξῆς δὲ πειρᾶσθαι μήτε περιπίπτειν αὐταῖς, εἰ δὲ καὶ περιπέσοιμεν ποτὲ, διὰ ταχέως ἐπανορθοῦσθαι τὰ σφάλματα πειρᾶσθαι, τὸ μὲν δὴ μὴ περιπίπτειν ἐκ τοῦ γινώσκειν, πότερον αὐτάρκης ἀποκρίνεται, τὸ δὲ ἐπανορθοῦσθαι μεθόδου τινὸς προσδεῖ.

Oportet primum quidem noſſe cauſſas, exinde tentare, ne in illas incidamus; Quodſi inciderimus aliquando,

tur [d]). Duplici ſenſu, quantum ad res, in quibus verſatur, *prophylaxin* iſtam capi intelligo, altero, quo magiſtratuum et medicorum officium, morbos, qui in vulgus graſſantur, praeuidendi arcendique ſignificat [e]), altero, quo ad ſingulorum aegritudines refertur. Duae autem ſunt nobiliſſimae iſtius diſciplinae partes, altera, quae morbos imminentes, iam naſcentes aut incipientes praeſpicit, *prognoſtica*, altera, quae morbos vel diaeta, vel pharmacis opprimit, *therapia prophylactica* [f]). Illa pars, quae proſpicit, non tam ad medicos, quam ad omnes et ſingulos pertinet, quorum intereſt per ſigna ex tranquillitatis laeſae ſenſu deſumpta, minimum

quando, celeriter reſtitui errores tentandum. Illud autem, ne incidamus, ex cognitione, vtrum quid ſufficienter ſecretum ſit, illud autem, vt reſtituamur, methodi cuiusdam indiget. GAL. Ib. L. I.

d) Προσήκει καὶ τοὺς ὑποσυρομένους εἰς τὰ νοσήματα προφυλάττεσθαι τὰς νόσους, ἔτι δὲ τοὺς ἀμέμπτως ὑγιαίνοντας ἐν τούτῳ φυλάττεσθαι.

Conuenit et illos, qui lente trahuntur in morbos, *praeſeruari;* illos autem, qui inculpate valent, in hoc ſtatu *ſeruari. De Conſt. Med.* cap. 18. p. 193. II.

Ὅσα νοσήματα φανερῶς ἐστὶν, ἐκπέπτωκεν ὑγιεινῆς πραγματείας.

Qui morbi aperti ſunt, excidunt arte ſanitatem curandi. GALEN. *De Sanit. Tuend.* VI.

e) Ἡ τῶν κωλυθέντων ἁλῶναι τοῖς ἐπιδημίοις καὶ λοιμώδεσι νοσήμασι διάθεσις: εἷς σκοπὸς ἐπὶ πάντων κοινὸς, ἀπέριττον ὅτι μάλιστα καὶ εὔπνοον εἶναι τὸ σῶμα.

Illud, quod ad prohibendos, ne capiantur, epidemicis et contagioſis morbis, pertinet regimen. Vnus (eius) finis omnibus communis, a ſuperfluitatibus vacuum, quantum fieri poteſt, et tranſpirabile corpus ſeruare. GALEN. *De Loc. Affect.* c. 5.

f) Προγινώσκειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι, θεραπεύειν δὲ προσηκόντως τὸ γινόμενον ἤδη πάθος.

Praenoſcere, qui futurus eſt, morbum, curare autem conuenienter iam fientem aegritudinem. GALEN. Ib. Libr. I.

mum etiam non negligere, quod ſanitati decedit. Multi ſane, illarum in corpore ſenſionum parum curioſi, quas propathias ſeu *morborum nuntios* appellat PLVTARCHVS, huius negligentiae ſuae poenas ſummo ſaepe vitae periculo luunt, dum illis idem euenit, quod nautis ſignorum incuriis, quae tempeſtates praedicunt; vt, cum potuiſſent in portum reuerti, mare procellis turbidum nauigant g). Pauciſſi-

g) *Ὥσπερ γὰρ ἀμέλει πλέοντες ἔνιοι χειμῶνος ὄντος αἰδοῦνται ἐπ᾽ ἀκτῆς διατρίβειν, εἶτα ἀναχθέντες αἴχιστα διάκεινται βοῶντες καὶ ναυτιῶντες, οὕτως ἐν ὑποψίᾳ καὶ προπαθείᾳ σώματος, ἀγεννὲς ἡγούμενοι μίαν ἡμέραν ἐν κλίνῃ διάγειν, καὶ μὴ παρατιθέσθαι τράπεζαν αἴχιστα πολλὰς ἡμέρας κεῖνται.*

Veluti enim nauigantes quidam, tempeſtate exiſtente, turpe putant ad litus commorari, hinc in mare prouecti turpiter decumbunt, queruli et nauſeabundi; ita in prouidentia et futurorum corporis morborum praenotione ignobile putantes, vnum diem in lecto tranſigere, nec menſam ſterni, turpiter per multos dies iacent. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 128.

DIOCLES in Epiſt. ad ANTIGONVM regem, libro PAVLLI I. ſubnexa, ita habet:

Οὔτε γὰρ χειμὼν ἐν τῷ οὐρανῷ συσταίη ποτὲ, μὴ οὐχὶ σημείου τινὸς προγενομένου, οἷσπερ παρακολουθοῦσι οἱ ναυτικοὶ καὶ οἱ πολύπειροι τῶν ἀνθρώπων, οὔτε πάθος ἐν ἀνθρώπῳ φύσει συσταίη ποτὲ, μὴ οὐχὶ σημείου τινὸς προγενομένου.

Non enim tempeſtas in caelo orietur vnquam, niſi ſignis quibusdam ante euenientibus, quibus obſequioſi ſint nautae aliique experti homines, nec morbus in homine natura conſiſtit vnquam, nullo ſigno praeexiſtente.

Et PLVTARCHVS *Praec. Sanit.* p. 129.

Ἄτοπόν ἐστι κοράκων μὲν λαρυγγυσμοῖς καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων ἐπιμελῶς προσέχειν σημεῖα ποιουμένοις πνευμάτων καὶ ὄμβρων, τὰ δὲ τοῦ σώματος κινήματα, καὶ σάλους, καὶ προπαθείας, μὴ προλαμβάνειν, μηδὲ προφυλάττειν, μηδὲ ἔχειν σημεῖα χειμῶνος ἐν ἑαυτῷ γενησομένου καὶ μέλλοντος.

Abſurdum eſt graculorum quidem crocitationi et cantibus gallorum curioſius animum aduertere, ſigna facientibus ventorum et imbrium; at abſurdum eſt, corporis motus et tumultus, et propathias, non praenoſcere et praecauere, nec habere ſigna tempeſtatis in ſe ipſo futurae et iam imminentis.

ciſſimae ſane morborum cauſſae ita feriantur, vt, cum ſemel in corpore natae vel introductae fuerunt, aliquam actionem quodammodo haud laedant, ſed plerique morbi ſuos veluti nuntios mittunt, dum homini varia ſecus fiunt, quam fieri oportet [h]). Signorum iſtorum, quae flaccidam ſanitatem indicant, et ad quaerenda mature conſilia, quibus morbo naſcenti obuiam iri poſſit, vel aegrum ipſum, vel medicum excitant, duo potiſſimum ſunt fontes, alter, qui ex mutatis actionum conditionibus, alter, qui ex cauſſarum, quae laeſurae ſunt propediem, licet nondum laeſerint, praeſentia ſuſpicionem proximi mali ſuggerit. Quod ad *actiones* attinet, tam ad mentem, quam ad corpus reſpiciendum eſt, vt praeſentiat aliquis, ſibi morbum imminere. Enim vero quid meis ſuper hoc argumento verbis opus eſt, cum limpidiſſimae antiquorum ſententiae allegari poſſint [i])? Praeterea cauſſae, dum praeſentiam ſuam

h) Προφυλακτέον ἐν ταῖς προπαθείαις καὶ προαιϑήσεσιν. ȣ̓ γὰρ ἅπασαι κατὰ τὸν Ἡσίοδον ἐπιφοιτῶσιν αἱ νόσοι

Σιγᾷ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς,

ἀλλ' αἱ πλεῖςαι καθάπερ προαγγέλȣς καὶ προδρόμȣς, καὶ κήρυκας ἔχȣσιν ἀπεψίας καὶ δισκινησίας.

Curae priores eſſe debent in ſignis morbos anteuertentibus. Non enim omnes iuxta HESIODVM inuadunt morbi

Tacentes, quia vocem abſtulit ſapiens Iupiter,

ſed plurimi veluti nuntios, et praecurſores, et praecones habent, indigeſtiones et languores in motu. PLVTARCH. L. cit. p. 127.

i) Ἤδη δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα, τὸ σῶμα μηνύει πρὸς νόσον ἀσφαλῶς ἔχειν. ἄλογοι γὰρ ἴσχȣσιν ἀϑυμίαι καὶ φόβοι, πολλάκις ὑπ' ȣ̓δενὸς φανερȣ̃ τὰς ἐλπίδας ἄφνω κατασβεννύȣσαι. γίνονται δὲ καὶ ταῖς ὀργαῖς ἐπίχολοι καὶ ὀξεῖς, καὶ μικρόλυποι, καὶ δακρυῤῥοȣ̃σι καὶ ἀδημονȣ̃σι. διότι δεῖ σκοπεῖν. οἷς ἂν ταῦτα συμπίπτει, καὶ μνημονεύειν, ἂν μηδὲν ᾖ πνευματικὸν, ὅτι σωματικὸν ἐςιν αἴτιον.

ſuam effectibus arguunt, in decliui poſitam eſſe hominis

Iam autem et animae motus corpus indicant ad morbos ſe male habere. Sine enim ratione inuadunt deiectiones animi et timores, ſine vlla apparente cauſſa fiduciam ſubito extinguentes. Fiunt etiam, quantum ad iras, bilioſi et feruidi, et animo delinquunt, et illacrumant. et deſperant. Quare oportet diſpicere, quibus haec fiunt, et reminiſci, cum nihil adſit in ſpiritu, corpoream cauſſam eſſe debere. PLVTARCH. ibid. p. 129.

Οὐ περὶ τροφὴν μόνον, οὐδὲ γυμνάσια δεῖ φυλάττειν τὸ σῶμα, μὴ παρὰ τὸ εἰωθὸς ἅπτηται τούτων ὀκνηρῶς καὶ ἀπροθύμως, ἢ πάλιν διψῶδές ἐστι καὶ πειναλέον, οὐχ ὡς πέφυκε, ἀλλὰ καὶ τῶν ὕπνων τὸ μὴ συνεχές, μηδὲ λεῖον, ἀλλ᾽ ἀνωμαλίας ἔχον καὶ διασπασμοὺς, εὐλαβεῖσθαι.

Non circa victum tantum aut exercitia oportet obſeruare corpus, vtrum praeter ſolitum non afficiatur ab his languide, nec hilariter, vtrum iterum ſitibundum ſit et potus auidum, non vti a natura ineſt, hinc et illud, quod in ſomnis eſt, non continuum, nec leue, ſed irregulares motus habens, et pauores, probe conſiderandum eſt. PLVTARCH. ibid p. 129.

Ἀνορεξίαι, ὄρεξις ἐπιτεταμένη, ἄμφω γίγνεται τοῦ σώματος μὴ ἱκανῶς ὑγιαίνοντος, ὥσπερ γε καὶ ἀδίψους παρὰ λόγον ἢ διψώδεις ἢ δακνομένους τὸν στόμαχον ἢ τὴν κοιλίην ἢ κοπώδεις ἑαυτοὺς αἰσθάνεσθαι. τοιοῦτος γάρ τις ὁ τύπος ἐστὶ τῶν συμβαινόντων τοῖς ὑποφερομένοις εἰς νοῦσον.

Inappetentia, appetitus auctus, vtrumque fiunt corpore haud exquiſite valente, vti etiam praeter rationem haud ſitire, aut ſitibundos eſſe, aut ventriculo admorſos vel ventre, vel languidos ſemet ipſos ſentire. Hoc enim ſignum eſt eorum, quae accidunt ad morbum inclinantibus. GAL. *Conſt. Medic* c. 19.

Βάρος ἤτοι καθ᾽ ὑποχόνδριον, ἢ ἄλλο τι μέρος ἢ σπλάγχνον, οὐχ ἱκανὸν ἀποστῆσαι τῶν συνήθων, ἢ ὄγκος τοῦ σώματος ἢ ἰσχνότης ἢ ἄχροια ἢ ὁ πρὸς τὰς κινήσεις ὄκνος ἢ ὑπνώδης διάθεσις ἢ ἀγρυπνία.

Similiter grauans dolor ad hypochondrium, aut caput; aut aliam partem, aut viſcus non valens ſufficienter proiicere conſueta, corporis tumor, aut extenuatio, aut decoloratio, aut ad motus tarditas, aut ſomnolenta diſpoſitio, aut vigiliae. GAL. Ib. cap. 19.

minis ſanitatem, diſerte loquuntur, vt excuſandi non ſint, qui corpora ſua negligentius curant, et praepoſteram aliquam fortitudinem in ferendis malis ſimulant, cum natura ipſa loquatur, et maturum auxilium poſtulet. Vix humor acer, amarus, acidus, ventriculo ineſſe coepit, quam triſtis ſenſio oborta auxilium flagitat, grauioris mali auertendi cauſſa k). Eſt aliquid in homine, venae ſectionibus adſueto, quod illum, ſenſu plenitudinis oborto, ad celebrandam venae ſectionem excitat, quod GALENO, L. *De Plenitudine*, ἀνάμνησις κενώσεως, *reminiſcentia euacuationis*, dicitur, vt alia, quibus cauſſae morborum praeſentes ſeſe manifeſtare ſolent, documenta nunc reticeam. Sunt haud pauci, qui naturae omne id, quod in morbis minimum eſt, relinquendum eſſe ſtatuunt l), dum ipſi, otioſi ſpectatores,

k) Ὅταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, ἣν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, οἷαι ἆσαι καὶ καῦμα, καὶ ἀδυναμίαι κατέχουσιν; ἀπαλλασσόμενοι δὲ τούτου ἐνίοτε, καὶ καθαιρόμενοι ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢν ἐν καιρῷ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων, καὶ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται — οἷσι μὲν ὀξύτητες προσίσανται δριμεῖαι τε καὶ ἰώδεες, οἷαι λύσσαι καὶ δήξιες σπλάγχνων, καὶ θώρηκος, καὶ ἀπορίη; οὐ παύεται τούτου πρότερον, πρὶν ἀποκαθαρθῇ.

Si amaritudo quaedam effuſa eſt, quam bilem flauam appellamus, quales anguſtiae, et ardor, et debilitates eueniunt? Liberati autem abinde et purgati vel ſponte, vel a pharmaco, ſi tempeſtiue tale quid fiat, manifeſte et a doloribus, et a calore liberantur. — Et quibus acores praeſto ſunt et acrimonia, et bilioſitates, quales contorſiones et morſicationes inteſtinorum et thoracis, et deiectio animi? Nec quidquam horum prius ceſſat, quam purgatum ſit. HIPP. *De Vet. Medic.* §. 34. p. 33. I.

l) Αὐτῷ ἑαυτῷ πάντ' ἐξευρίσκει τὸ ὑγιαινὸν σῶμα ταῖς τῆς φύσεως ὁρμαῖς ἐπιτρεπόμενον καὶ μάλιστα ἢ καλῶς εἴη τὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ πεπαιδευμένα.

Sibi ipſi omnia inuenit ſanum corpus naturae viribus compulſum, maxime autem, ſi bene ſeſe habeant ea, quae

tores, tantum negotium, quod curioſius tractandum erat, caeco caſui relinquunt. Tentat quidem vitae vis, quam *naturam* appellamus, ſuisque viribus adaequat et corrigit humores, ſi quos conciliare et nutritioni aptos, poſtquam degenerauerant a bona indole, efficere poteſt, alios morborum euitandorum cauſſa reiicit[m]; verum, niſi ars illi in ſubſidium eat, metus omnino eſt, ne propter viarum anguſtiam et excernendorum obſtinatam tenacitatem ſuccumbat robur vitale, et corpus in perniciem ruat, veluti inſufficientes iſtos naturae conatus GALENVS erudite admodum et recentium auctorum

quae menti per doctrinam fuerunt indita. GAL. *De Sanit. Tuend.* V. *

*) Quidam veterum medicorum, maxime GALENVS, nimis laudant naturam, tanquam ſolam omnia molientem, otioſo etiamſi medico, et hinc materiam riſus dederunt criticaſtris ac tonſoribus, quaſi illi iuſſerint, medicum nihil prorſus facere, nihil tentare. In quo boni viri, qui, monimentis veterum ne inſpectis quidem, nedum lectis, praeclari iudices in domo quaſi aliena videri volunt, vehementer falluntur. Naturam ſi noſſent, quacum conſenuerunt veteres, aliter ſentirent ac iudicarent. Iubent illi naturam inſpicere, i. e. vt recte HEBENSTREITIVS, vim vitae et coniunctionum omnium actionum, nec non vim morbi, et tunc demum videre, quid factu opus ſit. Si illa hac ſuperior eſt, quid opus eſt medicamentorum farragine? Committe omne negotium naturae; Euadet aeger. Sin vero metus, ne aeger ſuccumbat, ſuccurrendum eſt illico. Rationem habeas febris ac ſymptomatum. Felix eris medicus, etiamſi cunctator. In quo quid inſit ridiculi vel falſi, equidem prorſum ignoro. Nam otioſum medicum tunc voluerunt, dum praeſtat quieſcere, quam agere. G.

m) Αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ ἁλίσκονται.

Qui haemorrhoidas habent, nec pleuritide, nec peripneumonia capiuntur. HIPP. *De Humor.* §. II. p. 326. I.

ctorum loquendi moribus conuenienter expoſuit n). Quapropter viribus naturae confidendum vnice haud eſt, nec negligenter curanda ſanitas, quod multi faciunt, dum vel negotioſam vitam, cur ad minimos motus animum aduertere nequeant, praetexunt o), vel magna temeritate, inconſultis medicis, ſibi ipſis, auertendi morbi cauſſa, medicinam parant, et ignorantia eorum, quae facienda ſunt, vti eſt apud ACTVARIVM p), ſalutem peſſumdant, et

n) *Πειρᾶται ἡ φύσις ἑαυταῖς χρωμένη δυνάμεσι, ὁμοιοῦν μὲν τοῖς τρεφομένοις ὅσον ἂν ἐγχωρεῖ γενέσθαι χρηστὸν, ἐκκρίνων δὲ τὸ μὴ τοιοῦτον· ἢν δὲ ποτὲ διὰ πάχος ἢ πλῆθος ἢ γλισχρότητα τοῦ περιττώματος ἢ τινὰ στέγνωσιν τῶν ὁδῶν, ἀδυνατήσει πᾶν ἐκκρίναι τὸ μοχθηρὸν, ἀναγκαῖον αὐτῷ χρονίζοντι κατὰ τὸ τοῦ ζώου σῶμα διαφθείρεσθαι.*

Tentat natura ſemper propriis vſa viribus, adaequans quidem nutriendis; quidquid adhuc infuerit optimi, eiiciens autem, qnod tale haud fuerit; Si autem propter craſſitiem, aut copiam, aut tenacitatem excrementitii, aut anguſtiam viarum, haud poterit omne eiicere turbidum, neceſſarium, hoc moram nectente in animali corpore, corruptelam fieri. GAL. *De Diff. Febr.* II. pag. 332.

o) Talis excuſatio eſt apud GALENVM *De Sanit. Tuend.* II.

Προσήκει ἡ τῆς ὑγιεινῆς πραγματεία μόνῳ σχολάζοντι τῇ τοῦ σώματος ἐπιμελείᾳ, τάδ᾽ ἄλλα πάρεργα τεθεμένῳ. —

Conuenit hygienes exercitium vni, cui tempus vacat, quod corporis curae impendere poſſit, et qui reliqua negotia inter ſecundarias operas ponit.

Et L. VI. *Πράττοντι δὲ ἀνθρώπῳ τὰ πολιτικὰ καὶ πολλαῖς ἀσχολίαις δουλεύοντι κάλλιόν ἐστι μὴ ἐπιχειρεῖν.*

Homini autem, negotia publica curanti, et multis officiis ſeruienti, ſatius eſt, nil ſuſcipere.

p) *Τὴν αὑτῶν ὑγίειαν ἀπολλύντες — ἀπεψίαις καὶ ἐμφράξεσι, καὶ ταῖς ἀλόγοις κενώσεσι — βοηθητέον τούτοις τῷ λόγῳ, ὡς μὴ τύχοιεν ἀγνοίᾳ τοῦ δέοντος ἀπολέσαντες τὸ πᾶν τῆς ὑγιείας καὶ μείζοσιν ἑαυτοὺς ἐμβάλωσι πράγμασι.*

Sanitatem propriam corrumpentes indigeſtionibus, et infarctibus, et euacuationibus ſine ratione ſuſceptis; his

et maxima ſibi propter ſuam inſcitiam negotia faceſſunt. Quamuis autem ſapientiſſimi medicorum *prophylaxin morborum* pauciſſimis et fere duobus his, ABSTINENTIA et QVIETE q), complectantur; Attamen cum efficaciore medicina et exquiſitiore victus regimine ad opprimendos mature morbos opus ſit, operae pretium omnino eſt, leges certas, iuxta quas in iſthoc negotio gerendo procedendum ſit, ſtabilire. Neminem enim, niſi artis principiis im-

his ſubueniendum eſt conſilio, ne ignorantia eius, quod fieri oportet, euertant penitus ſanitatem, et maioribus ſeſe implicent negotiis. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 11. p. 108. ed. *Fiſcher.*

Τὰ τῷ ὠφελεῖσθαι καὶ τὰ τῷ βεβλάφθαι ὡρισμένα ἐ πᾶς ἱκανὸς γνῶναι.

Ea, quae iuuando, et ea, quae nocendo definiuntur, non quilibet idoneus ſcire. HIPP. *De Arte,* §. 6. pag. 4.

q) *Φυλαττομένων ἡμῶν πᾶσαν ὑπερβολὴν, εἰ δέ ποθ' ἁμαρτηθείη καθ' ὁτιοῦν ἐπανορθέντων τὸ σφάλμα.*

Cauendum ab omni exceſſu; Si autem quid peccatum fuerit in vnaquaque re, corrigendus error. GAL. *De Sanit. Tuend.*

Πόνοι, σῖτοι, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια.

Labores, cibi, potus, ſomni, res venerea, omnia modica. GALEN. Ib. L. II.

Ἄριστα λέλεκται· τροφῆς ἀκορίην, καὶ πόνων ἀοκνίην ὑγιεινότατα εἶναι.

Recte dictum eſt, victus parſimoniam, laborem non citra defatigationem, ſaniſſima eſſe. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 129.

Ἐγκράτεια κάλλιστον ὑπὲρ ὑγιείας.

Continentia optimum in ſanitatis negotio. PLVTARCHVS ibid.

Ἡσυχίαι, θάλψις μετρία, σιτίων εὐχύμων ὀλίγων ἐδωδὴ, οἴνε πόσις θερμαίνοντος ὀλίγου, καὶ αἱ τῶν θερμῶν ὑδάτων σύμμετρος χρῆσις.

Quietes, modica fomentatio, ciborum nutrientium paucorum vſus, vini calefacientis potio modica, et calentium aquarum moderatae fruitiones. GAL. *De Conſt. Med.* c. 19.

butus ſit, ſapienter atque vtiliter aliquid in medium conſulere poſſe, vt morbus opprimatur, exinde liquet, quod ipſa conſilia ad ſtatum hominis attemperata eiusque temperiei, conſuetudinibus, aliisque, quae inſigniter variant conditionibus accommodata eſſe oporteat [r]. Veluti in morborum cura, ita et in prophylaxi ex duplici fonte auxilia petuntur, therapeutico aeque ac diaetetico. De *medicamentis*, quae morborum cauſſas mature opprimere valent, primum dicam. Accommodanda ſunt illa cauſſarum indoli, vti hae, cum corrigi non poſſint, vel vacuari merentur, vel in ſtatum naturae ſimilem conuerti, quo in caſu alterari inuertique eas fas eſt [s]. Oportet pharmaca quam proxime ad partem

r) *Δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.*

Dandum aliquid et moribus, et tempori, et regioni, et aetati. HIPPOCR. Aphor. Sect. l. 17 p 71. l.

Δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ὥρην, τὸ ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι.

Oportet ergo ad aetatem, et ad tempus, et ad conſuetudines, et ad regionem, ad mentis etiam ideas ſanitatis regimen componere. HIPPOCR. *De Diaet.* I. 2. p. 181.

Κάλλιστα δὲ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὡς ἕκαστα πειρωμένῳ χρήσιμόν ἐστι, εἰσάγοντα τὴν συνήθειαν εὐμενῆ καὶ γνώριμα τῇ φύσει καὶ οἰκεῖα παρασκευάζειν.

Optima circa corpus ſunt, vti quaelibet experto (applicare) vtile eſt, quae gratam conſuetudinem ſecum afferunt, et naturae cognita, et applicatu familiaria ſunt. PLVTARCH. L. cit.

Οὔτε μίαν ἅπαντες ἄνθρωποι ἐξ ἀρχῆς ἔχουσι κρᾶσιν, οὔτε εἰ καὶ μίαν ἔχωσιν οὔτε ἀμετάβλητον αὐτὴν ἐν ταῖς ἡλικίαις φυλάττουσι.

Non vnam omnes homines ab initio habent temperiem, nec ſi vnam habeant, immutabilem eam in aetatibus cuſtodiunt GAL. *De Alim.* I.

s) *Ἡ ἐπανόρθωσις τῶν ἐργαζόντων αὐτὰς (ἐνεργείας) διαθέσεων. Τὸ μὲν περιττὸν ἅπαν ἐκκενοῦν προσήκει· εἴτε ὡς πόσον, εἴτε ὡς ποῖον, εἴτε*

tem adducere, vbi cauſſae latent; quare alia primis viis danda erunt, alia remotioribus t). Poſtquam ergo per ſigna conſtat, crudos in ventriculo ſuccos vel introductos, vel ſponte natos eſſe u), quales illi ſint, diſcendum eſt, ſalſi, an auſteri, an acidi, qui omnium reliquorum ad vitalem circulum humorum ineptus maxime eſt x). Qui crudi dicuntur humores, licet morbus nondum ſint, tale tamen motibus humorum impedimentum ſiſtunt, vt morbos naſci oporteat. Sunt enim inertes et immobiles, infarciunt viarum anguſtias, excretiones cohibent, nec ſibi tantum, ſed et aliis ſuccis expellendis obſunt.

εἴτε ὡς ἄμφω, τὸ δ' ἐπανελθεῖν δυνάμενον εἰς τὸ κατὰ φύσιν, ἀλλοιοῦν διὰ τῶν ἐναντίων, τὸ μὲν παχὺ καὶ γλισχρὸν λεπτύνοντα, τὰς δ' ἐμφράξεις διαῤῥίπτοντα, τὰ δ' ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν, οἷα τε τὰ δηλητήρια καὶ ἰοὶ τῶν ἰοβόλων ζώων ἀλλοιοῦντα καὶ κενοῦντα.

Reſtitutio diſpoſitionum, quae iſtas actiones efficiunt. Omne, quod abundat, euacuare decet, ſiue ad quantum, ſiue ad quale, ſiue ad vtrumque. Quod autem reuerti ad ſtatum naturalem poteſt, mutare per contraria, quorum alia, quod tenax et viſcidum eſt, attenuant, et infarctus diſſoluunt: alia id, quod toto genere a natura abeſt, qualia ſunt venena et ſucci venenatorum animalium, conuertunt et euacuant. GALEN. *De Sanit. Tuend.* VI.

t) Ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ περιττώματα τοῖς ὑπηλάταις ἐκκαθαίρειν, τὰ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις δι' οὔρων, τὰ δὲ καθ' ὅλην τὴν ἕξιν, ὅσα μὲν λεπτὰ, δι' ἱδρώτων.

Quae in primis viis ſunt abundantiae, per aluum eiici oportet; Quae autem in reliquis, per vrinas, et quae per totum habitum, quae quidem tenuiſſima, per ſudores. GALEN. ibid.

u) Ὠμοὶ καὶ ἄπεπτοι χυμοί.

Crudi et indigeſti ſucci. GAL. Ib. L. IV.

x) Χυμοὺς adducit HIPPOCRATES *De Vet. Medic.* §. 24. p. 27. ex iis, qui de cibis fiant, πικρὸν ἢ ςρυφνὸν, ἢ ὀξὺ, additque ἄρα ὀξὺς ἀνεπιτήδειος προσφόρων τῶν λοιπῶν μάλιςα.

Amarum, ſalſum, auſterum, aut acidum. At acidus omnium, quae offeruntur, reliquorum ineptus maxime.

ſunt *y*). Nam quales in primis viis erant, paullo poſt etiam in ſanguine futuri ſunt *z*), et coenoſa illuuie immeabilia et difficulter mutanda reddent fluidorum minima. Quare quaedam in purgationibus fiducia eſſe poteſt. Satius enim eſt, non admittere pertinaces ſuccos, quam eosdem cum periculo eiicere *a*). Recte quidem PLVTARCHVS vomitus turpe repletionis ſolatium appellabat *b*). Non ita

y) Ὠμοὶ χυμοὶ, ἀργοὶ καὶ δυσκίνητοι, διὰ τὸ πάχος προσεμφράττουσιν ἁπάσας τὰς στενὰς ὁδοὺς δι' ὧν χρὴ τὸ κενούμενον ἐν ταῖς καθάρσεσιν παραγίνεσθαι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὔτ' αὐτοὶ κενοῦνται καὶ τοὺς ἄλλους ἐμποδίζουσι

Crudi ſucci, ſocordes et immobiles propter denſitatem, infarciunt omnes anguſtas vias, per quas oportet, quod commotum eſt, in purgationibus procedere, et propter hanc rationem nec ipſi purgantur, et alios impediunt GAL. l. c.

z) Τὸ πικρόχολον, τὸ μελαγχολικὸν, τὸ φλεγματῶδες, τὸ ἁλυκὸν, τὸ ὀξύ

Amarum felleum, melancholicum, pituitoſum, ſalſum, acidum. GAL. l. c.

a) Πλῆθος καὶ περίττωμα, οἷον ἰλὺς ἀναταραττομένη, μιαρὰ ποιεῖ πάντα, καὶ δυσχερῆ, καὶ δυσαπάλακτα. διὸ δεῖ, μὴ καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ ναύκληροι, πολλὰ δι' ἀπληστίαν ἐμβαλλόμενοι τοὐντεῦθεν ἤδη διατελοῦσιν ἐντλοῦντες καὶ ὑπεξαίροντες τὴν θάλατταν, οὕτως ἐμπλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύνοντας ὑποκαθαίρειν αὖθις καὶ ὑποκλύζειν, ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλές.

Plenitudo et abundantia, vti coenum cumulatum, omnia foedat, et immeabilia reddit, et immutabilia. Ideo non oportet, vti boni naucleri (faciunt), qui propter auaritiam nauem onerant, iterumque deplent exantlantes et eiicientes ſentinam, corpus onerare, iterumque expurgare, et clyſteribus leuare, ſed purum illud ſeruare PLVTARCH. *Praec. Sanit* p. 127.

b) Ἐμέτους δὲ καὶ κοιλίας καθάρσεις ὑπὸ φαρμάκων, μιαρὰ παραμύθια πλησμονῆς, ἄνευ μεγάλης ἀνάγκης οὐ κινητέον, ὥσπερ οἱ πολλοὶ κενώσεως ἕνεκα πληροῦντες τὸ σῶμα, καὶ πάλιν πληρώσεως ἕνεκα κενοῦντες, χώραν ἀεὶ ταῖς ἡδοναῖς παρασκευάζοντες, ταραχὰς τῷ σώματι παρέχουσι καὶ σπαραγμούς.

Vomi-

ita grauiter fert corpus aluum ducentia, quorum tempeſtiuus vſus vna cum aliis vacuantibus vehementes morbos in ortu ſuffocat c). Rebellis ſaepe bilis eſt, tenaciter adhaerens, vt facile per vomitus excuti haud poſſit. Quare in vomitu, prophylaxeos cauſſa inſtituto, cauendum omnino eſt, ne, dum morbum ſubſecare intendis, alterum facias. Reſpiciendum ad ea in homine, quae vomitum diſſuadere poſſint; ſatiusque omnino, pharmacis vti, quae humectando abſtergendoque, hinc laxando, bilem euacuare valeant d). Sapientiſſimi medicorum mitibus ſemper vſi ſunt conſiliis, cum naſcentium morborum ſtamina ſoluere vellent. Antiquiſſimus feri lactis et clyſmatum ad emolliendum ven-

 trem

Vomitus et aluinas purgationes per pharmaca, turpia ſolatia repletionis, ſine magna neceſſitate haud moueantur, vti multi, vacuationis gratia implentes corpus, et iterum repletionis cauſſa euacuantes, ſemper locum voluptatibus procurantes, turbas corpori praeſtant et diſtorſiones. PLVT. Ib. p. 134.

c) *Laudat* GAL. *De Cib. Boni Succi*, c. 2. pag. 420. VI. *τῆς γαστρὸς ὑπαγωγὴν, ὡραίας τε κενώσεις, ὑγιεινῶν τε τινῶν φαρμάκων, ἐν τοῖς προσήκουσι καιροῖς πινομένων χρῆσιν.*

Alui ductionem et tempeſtiuas euacuationes, et ſalubrium medicamentorum in competente tempore epotorum vſum.

d) *Καὶ χολὴ μὲν ἐπικρατοῦσα ξανθὴ, ἢν μὲν ἄνω ῥέπει, καὶ ῥᾴδιόν σοι ἐμεῖν, πειρῶ· εἰδ᾽ ἐμπέπλασται παλαιὰ οὖσα καὶ σεσηπυῖα, καὶ προσίσχεται εἰς τὸ τῆς γαστρὸς βάθος, μήτινος πυρετοῦ ἐνοχλοῦντος, ταύτην κενωτέον. καλὸν μὲν ὧδε ψύχειν καὶ ὑγραίνειν, ἄμεινον δὲ καθαρτικοῖς ἐξάγειν φαρμάκοις.*

Et bilis quidem flaua exſuperans, ſi ſurſum fertur, et ad vomitum facilis es, experire; Si autem impacta eſt, antiqua exiſtens, et putrida, et fundo ventriculi firmiter inhaerens, nulla adhuc febre tumultuante, mouenda erit; bonum autem, ante refrigerare, et humectare; ſatius vero, laxantibus educere. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 12. p. 109. ſeq.

trem vſus [e]. Securius omnino et reliqui primarum viarum humores mutantur, quam vacuantur. Si autem fluida per corpus circumducta ſuſpicionem faciunt, ſe quantitate, qualitate motuue peccare; hinc metus ſit, ne morbus exinde conſequatur; oportet omnino maturius conſulere, quam vbi aegritudo iam conſummata eſt, viamque deligere, qua educi humores poſſint, ex illis, quae per naturam datae ſunt, facillimam expeditiſſimamque [f]. Ad ſanguinem quod attinet, nihil vitae ſanae coniunctius eſt copia eius [g], ſed hac ipſa nihil etiam ad morbos inducendos aptius, vt ipſa bonitas onerosa ſit, et ſubitam defatigationem [h], quae morbi particula eſt, inducat. Proinde ipſa natura, cum morbos, ex plethora ſubſecuturos, proſpiciat, fontes excitat ſanguinis, quos ſponte ſcaturientes nefas eſt opprimere, vti haemorrhoidum ſiniſtra medicatio id clare docet [i]. Sequitur naturae doctrinam ars, et

e) PAVLL. Lib. I. *De ſubducentibus aluum et diureticis valentium* Capite, inter alia conſulit vſum ὀῤῥȣ γάλακτος σὺν ἅλσιν, *ſeri lactis cum ſalibus*.

Τοῖς φύσει δυσκοιλίοις, *natura ad aluum tardioribus*, conſulit PAVLL. *De Medicin.* I. τοῖς κλύσμασι χρηστέον, *clyſmatibus vtendum.*

f) Ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν, κοιλίης, ȣ̓ρων, ὑδρῶτος πτυάλȣ, μύξης, ὑστέρης, αἱμοῤῥοΐδων.

Excretiones ſecundum naturam, alui, vrinae, ſudoris, ſaliuae, muci narium, vteri, haemorrhoidum.

g) Σῶμα ἀταλαιπόρως διαιτωμένοις, πληθωρικὸν, ἔνδον μενόντων, ὧν ἐχρεῖν κενȣ̃σθαι.

Corpus hilariter nutritorum plethoricum, intus manentibus, quae oportebat vacuari. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 3. p. 21. VII.

h) Κόπος μετὰ πλήθεως αἵματος.

Laſſitudo cum plenitudine ſanguinis. GAL. *De Sanit. Tuend.* IV.

i) Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι ἢ φθίσιν.

Cui

et venae ſectiones auertendi morbi cauſſa, ſi corpus fert, inſtruit, annique aetatibus [k]) accommodat, ſi prophylacticae ſint. Nam venae ſectiones, morborum principiis oppoſitae, temporibus adſcribi haud poſſunt, valentque ſemper, vbi neceſſitas iſtas exigit, niſi ſatius ſit diaetae regimine ſanguinem imminuere [l]). Eſt tamen ad motus ſanguinis compeſcendos nihil his efficacius [m]), dummodo multi, dum ſibi ipſi conſulunt, venae ſectionis miniſterio abuſi, vires haud proſternerent; Debilibus enim haud conuenit ſanguinem effundere [n]). Non minore prouidentia opus eſt, quod ad reliqua ſanguinis vitia attinet, ne in flammam erumpant morborum

Cui haemorrhoides longae ſanatae ſunt, niſi vna (e multis) ſeruetur (fluens), periculum eſt, hydropem ſuperuenire, aut phthiſin. HIPPOCR. Aph. Sect. 6. 12. p. 99.

k) Πλῆθος μὲν ἀθροίζοντος τȣ̃ σώματος αἵματος ἀφαιρέσει κενȣ̃ν. ἐνίοις μὲν ȣ̃ν ἦρος εἰσβάλλοντος αὐτάρκης κένωσις μία καθ᾽ ἕκαστον ἔτος γινομένη, τισὶ δ᾽ ἐπίτηδες καὶ δευτέρας φθινοπωρινῆς.

Copia collecti in corpore ſanguinis, ablatione imminuenda. Quibusdam ergo, vere inchoante, ſufficiens euacuatio vna, ſingulis annis facta, quibusdam autem et altera autumnali opus eſt. GALEN. l. ſ. c.

l) Ἐι μὲν γὰρ πάντες ὁμόιως αὐξηθεῖεν χυμοὶ, διὰ φλεβοτομίας μὲν ἡ κυριωτάτη καὶ μεγίστη κένωσις, ἑξῆς δὲ διὰ τρίψεων καὶ γυμνασίων καὶ λȣτρῶν καὶ ἀσιτίας.

Si enim omnes ſimiliter augeantur humores, per venae ſectionem quidem princeps et maxima euacuatio, deinde per frictiones, exercitia et balnea, et inediam. GAL ibid.

m) Ἅιματος δὲ τȣ̃ ἐνοχλȣ̃ντος ὄντος, τί ἂν ἄη φλεβοτομίας ἄμεινον;

Sanguine tumultuante, quid venae ſectione praeſtantius? ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 3. p. 69.

n) Ἀσθενέα φλεβοτομεῖν ȣ̓χ ἱκανῶς.

Debili venam ſecare haud fas eſt.

rum igniculi, per vniuerſum vaſorum ſyſtema ſparſi. Inſunt enim pleriſque hominibus diſpoſitiones, quae aegritudinibus fauent, quarum aliae ad vaſorum illam conditionem redeunt, qua tranſitus humorum impeditur, aliae autem a ſanguinis ipſius textura pendent. Has diatheſes, vti in variis vario modo diſcrepant, veluti totidem morborum germina conſiderare licet, cum quibus in perpetuo conflictu eſſe debet, qui magnos morbos euitare cupit [o]). Huic ſcopo obtinendo generalia iſta medicamenta, quae propter tenuitatem, hinc diluendi atque aperiendi efficaciam, multum valent, inſeruiunt, aquas puta ſoterias, quarum in conuertenda morboſa diſpoſitione magna penes veteres fuit auctoritas [p]). Pharmacis

o) *Συμβαίνει δὲ στεγνωθέντων τῶν ἐκκαθαιρόντων πόρων, ἑτέροις ἐπιῤῥύειναι χώροις τὰ περιττώματα.*

Accidit autem anguſtiam habentibus, quibus humores purgantur, viis, ad alias partes defluere excernenda. GALEN.

Στέγνωσις βλάβη τῶν πόρων, ὑφ' ἧς κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα, γίνεται δ' αὐτὴ δι' ἔμφραξιν ἢ πύκνωσιν ἣν δὴ καὶ μύσιν ὀνομάζουσι τῶν πόρων. ἴασις τῆς ταύτης διαθέσεως θέρμανσις ἐστὶν, συντονωτέροις τε γυμνασίοις χρηστέον ἐστὶ, καὶ βαλανείοις θερμοτέροις.

Anguſtia vitium pororum, quo impeditur exhalari excernendum. Fit autem illa per infarctum vel condenſationem, quam et clauſuram pororum appellant. Cura eiusmodi diſpoſitionis ad morbos, calor eſt; Intenſioribus ergo exercitiis vtendum, etiam calidioribus balneis. GAL. *De Sanit. Tuend.* II.

p) *Τὰ λουτρὰ γλυκέων ὑδάτων θερμαινόμενα, ἑξῆς δὲ τὰ ψυχρὰ, εἶθ' οὕτως τὰ αὐτοφυέα ὀνομαζόμενα, τὰ δὲ ζέοντα, τὰ δὲ χλιαρὰ, τὰ δὲ ψυχρά.*

Balnea dulcium aquarum calefacta, inde frigida, hinc eodem modo ſponte naſcentia dicta tam calida, quam tepida, quam frigida.

Ψυχρο-

macis enim vti, therapiae magis, quam prophylaxeos negotium eſt. Plurimum tamen ad opprimendos morbos valet vitae regimen et ordinata diaeta, de qua, veluti ad prophylaxin facit, proxime ſcribam, cum ea, quae ſuper hoc argumento exponenda ſuperſunt, pagella haec haud capiat.

Ψυχρολουσία ἀρχομένου θέρους πρὸ τοῦ χειμῶνος ἐν ἅπαντι τῷ μεταξὺ χρόνῳ.

Frigida lauandum incipiente aeſtate ante hiemem omni quod intercedit tempore. GALEN. *De Sanit. Tuend.* I.

Conſulit GALENVS Ib. *αὐτοφυέα ὕδατα θερμὰ, ſponte naſcentes thermales*, et alibi L. VI. *πηγὴν φαρακώδεως ὕδατος, fontem medicatarum aquarum.*

Τῶν αὐτοφυέων λουτρῶν τὰ μὲν ἐστὶ νιτρώδη, τὰ δὲ ἁλμυρὰ, τὰ δὲ συπτηριώδη, τὰ δὲ θειώδη, τὰ δὲ ἀσφαλτώδη, τὰ δὲ χαλκώδη, τὰ δὲ σιδηρίζοντα. τὰ θειώδη νεύρων μαλακτικὰ καὶ θερμαντικὰ καὶ πόνων παρηγορικά. τὰ δὲ σιδηρίζοντα στομάχῳ καὶ σπληνὶ χρήσιμα.

Sponte naſcentium balneorum alia quidem nitroſa, alia ſalſa, alia de atramento quid habent, alia ſulphurea ſunt, alia bituminoſa, alia de aere, alia ferro participant. Sulphurea tendinum ſunt emollientia, et calefacientia, et dolorum lenitiua; Quae ferri partem habent, ventriculo et lieni vtilia ſunt. PAVLL. De Balneis ſponte naſcentibus L. I.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN IV.

QVO

DIAETA PROPHYLACTICA IN GENERE

S I S T I T V R.

Morbos imminentes plus ratione a), quae in recto vitae regimine conſiſtit, quam medicamentis auertimus. Quapropter nihil impedire arbitror, quo minus quaedam *diaeta prophylactica* *) dici

a) Ἐπεὶ δέ τινες ταῖς θύραθεν ἀνάγκαις, καὶ ἀκρατέσιν ὀρέξεσιν, ἢ ταῖς τῶν ὥρων μεταβολαῖς, ἤ τισὶ πλημμελήμασι καὶ διαφόροις αἰτίαις διαφόρως διατεθέντες, λανθάνουσι τὴν καθαρὰν αὐτῶν ὑγίειαν ἀπολλύντες δυσκρασίαις τισὶ καὶ κατάῤῥοις, καὶ ἀπεψίαις, καὶ ἐμφράξεσι, καὶ ταῖς ἀλόγοις κενώσεσι καὶ πληρώσεσι, βοηθητέον καὶ τούτοις τῷ λόγῳ, ὡς μὴ τύχοιεν ἀγνοίᾳ τοῦ δέοντος ἀπολέσαντες τὸ πᾶν τῆς ὑγιείας καὶ μείζοσιν ἑαυτοὺς ἐμβάλωσι πράγμασι.

Quia autem quidam foris ſtantibus calamitatibus et intemperatis cupiditatibus, aut temporum mutationibus, aut quibusdam repletionibus et variantibus cauſſis vario modo diſpoſiti, latenter puram ſuam ſanitatem corrumpunt, prauis quibusdam mixtionibus et fluxionibus, et indigeſtionibus, et infarctibus, et vacuationibus ſine ratione inſtitutis, et repletionibus; iuuandi et hi ratione, ne fiant inſcitia debiti, perdentes omne ſanitatis negotium, et magnis ſeſe intricent negotiis. ACTVARIVS *De Spirit. Animal.* XII. 11. pag. 108. ed. *Fiſch.*

*) Quae de hac medicinae parte praeſtantiſſima ſentiam, vberius, ſpero, antegreſſa ſcriptione dictum eſt. *G.*

dici poſſit, vti quaedam alia aegrotis[b]), alia conualeſcentibus accommodata eſt[c]). Sunt adeoque huius diſciplinae longe maiora in genus humanum merita. Vti enim therapiae, quantum ad ſcientias illi exercendae neceſſarias, nulla ratione cedit[d]); cum optimo ſanitatis cuſtodi ſcire interſit ea, quae corpus humanum faciunt[e]); Vti etiam eundem cum arte ſanandi finem agnoſcit, eum ſcilicet, qui in actionum robore partibus impetrando conſiſtit[f]); ita,

b) Ἡ τέχνη, καὶ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην.
Ars et aegrotantibus omnibus ad ſanitatem multum quid valet, et ſanis ad conſtantiam. HIPPOCRAT. *De Vict. Acut.*

c) Ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι τῇσιν ἐκ τῶν νούσων μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπαρατάξιες.
In refectionibus autem poſt magnos morbos fiunt magni rerum apparatus. HIPP. *De Vet. Med.*

d) Ἐστὶν ὑγιεινὴ πραγματεία ὥσπερ ἡ θεραπευτική.
Eſt hygiene ars, vti et Therapia. GALEN. *Sanit. Tuend.* I.

e) Συμμετρία τις ὑπάρχουσα ὑγρῶν τῶν δ᾽ ὀργανικῶν, ἐκ τῆς τῶν ὁμοιομερῶν συνθέσεώς τε καὶ ποσότητος καὶ πηλικότητος καὶ διαπλάσεως ἀποτελουμένη, ὃς ἱκανὸς ᾖ ταῦτα φυλάττειν, φύλαξ οὗτος ἀγαθὸς ὑγιείας εἴη.
Aequalis meſnura fluidorum et ſolidorum cum ſit ex ſimilarium compoſitione et qualitate, et quantitate, et textura effecta, qui idoneus erit haec cuſtodire, cuſtos ille bonus ſanitatis erit. GAL. Ib.
Τῶν ὑλῶν ἁπασῶν τῶν ὑγιεινῶν ἐπίστασθαι ἀναγκαῖον τὰς δυνάμεις τὸν τὴν ὑγιεινὴν τέχνην μετιόντα, καὶ γὰρ ἐπιδέξιος αὐτῶν χρῆσις ἐντεῦθεν ὅρμηται.
Materiae omnis, quae ſanitatem facit, ſcire neceſſarium virtutes, illum, qui ſanitatis tuendae artem aggreditur: nam dexter eorum vſus exinde conſequitur. GAL. Ib.

f) Ὁ σκοπὸς τῆς ὑγιεινῆς τε καὶ θεραπευτικῆς τέχνης ἐστὶ κατασκευὴν τοῦ σώματος πρὸς τὰς ἐνεργείας φυλάττειν.
Scopus hygienes et therapeuticae artis eſt, diſpoſitionem corporis ad actiones cuſtodire. GAL. Ib.

ita, quantum ad effectus, cum maior virtus ſit parta tueri, quam amiſſa recuperare, niſi diaetae ad morbos curandos cedit, par tamen illi aeſtimabitur. Enarrat GALENVS hygienes, quae tam ſeruandae ſanitati, quam eidem contra morbos tuendae, dedicata eſt, admirabilem in auertendis morbis vim, atque ſine doloribus conſeneſcendi artificium ſeu diaetam ad longaeuitatem in ea reponit (g), veluti, cum

g) Θαυμαστὰ τῆς (ὑγιεινῆς) τέχνης ταῦτ᾽ ἐστὶν ἔργα, γηράσαντα μέχρι πλείστου ταῖς αἰσθήσεσιν ἀπαθῶς ὑγιαίνοντα διὰ πάντων φυλάξαι ἄνοσον, ἀνώδυνον, ὁλόκληρον. — Πάνυ μοι δοκεῖ τινὰς ὑγιεινοὺς φύσει θεᾶσθαι παμπόλλαις νόσοις ἁλισκομένους, καὶ τελευτῶντας, κατά γε τὸ γῆρας ἀνιάτοις περιπεσεῖν πάθεσιν, οἷς ἐνῆν, ὅσον ἐν τῇ φυσικῇ τοῦ σώματος ἕξει, ταῖς δ᾽ αἰσθήσεσιν ἁπάσαις ἀπηρώτους διατελέσθαι μέχρι γήρους ἐσχάτου, καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις ἅπασι τοῦ σώματος ὑγιαίνοντας. Πῶς οὖν οὐκ αἰσχρόν ἐστιν, ἀρίστης φύσεως τύχοντα βαστάζεσθαι μὲν ὑπ᾽ ἄλλων διὰ ποδάγραν, κατατήκεσθαι δὲ ταῖς ὀδύναις λιθιῶντα, καὶ τὸ κῶλον ἀλγοῦντα, καὶ κατὰ κύστιν ἕλκος ἐκ κακοχυμίας ἔχοντα; Πῶς δὲ οὐκ αἰσχρὸν ἐστὶ, διὰ τὴν θαυμαστὴν ἀρθρίτην ἀδυνατοῦντα χρῆσθαι ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν, ἑτέρου δεῖσθαι τοῦ προσφέροντος τὴν τροφὴν τῷ στόματι, καὶ τοῦ τὴν μὲν ἕδραν ἀπονίζοντος ἐν τοῖς ἀποπάτοις;

Mirabilia (tuendi ſanitatem) artis haec ſunt opera; ſeneſcentem, plurima parte ſenſibus indolenter valentem, per omnia ſe conſeruare morbo vacuum, ſine dolore, intemeratum. Omnino mihi videtur, aliquos ſanos natura conſpici, multis morbis clam oppreſſos et extinctos, et prope ad ſenectutem intolerabilibus circumueniri morbis, quibus liceret, quantum in naturali corporis diſpoſitione eſt, et, ſenſibus omnibus intactis, tranſire vſque ad extremam ſenectutem, et reliquis partibus omnibus corporis ſanis. Nonne indecens optimae naturae eſt, ab aliis ob podagram geſtari, colliqueſcere autem doloribus calculo affectum et ad articulos afflictum, et ad veſicam vlcus ex cacochymia habentem? Nonne turpe eſt, ob mirabilem arthritidem defatigatum, propriis manibus vti non valentem, alio indigere, alimentum ori offerente, et podicem abſtergente in cloaca? GALENVS lb. L. V. I. p. 140. VI.

cum HIPPOCRATIS tempore eſſent, qui medicinam ad ſanitatem tuendam haud requiri contenderent, COVS [h]) non diſſimulat, ſolo vitae regimine eandem ſeruari poſſe. Quodſi enim ſenectus ipſa morbus eſt, cui fomenta parare docet *gerocomica* *), ſane ne ille morbus cito ingruat, vtque decrementum virium lentum ſit, efficiendum eſt: Id quod curioſiſſima legum prophylacticarum obſeruatione perficitur, quo fit, vt multi annos ſuos vix ſentiant, dum illud, naturae ſuaſu, multo magis ſana ratione inducti faciunt, quod morbis paruis omnibus iam inchoantibus generali quadam via opponendum eſt, ſcilicet, vt cauſſas noecentes intelligant, ſeſe in omnibus, quae modum tranſcendunt, contineant, diaeta humectante vtantur, et abundantes humores tenui diaeta abſumant [i]). Et haec quidem

h) Ἢ ἀσιτίῃ, ἢ πολυφαγίῃ, ἢ ποτῷ πλέονι, ἢ δίψῃ, ἢ λετροῖσιν, ἢ ἀλεσίῃ, ἢ πόνοισιν, ἢ ἡσυχίῃ, ἢ ὕπνοισιν, ἢ ἀγρυπνίῃ, ἢ τῇ ἁπάντων τέτων παροχῇ χρώμενοι, ὑγιάνθησαν.

Aut abſtinentia, aut vberiore eſu vel potu, aut ſiti, aut balneis, aut ab illis abſtinentia, aut laboribus, aut quiete, aut ſomno, aut pervigilio, aut omnium horum adminiſtratione vſi, conualuerunt. HIPP. *De Art.* §. 6. p. 4. I.

*) Quantum ad ſenectutem vegetam conferat obſeruatio praeceptorum diaeteticorum, hiſtoria abunde teſtatur. Senes enim, quique vixere ſobrii, rarius obnoxii motibus animi, ſine magnarum rerum concupiſcentia, et ambitione, ſua ſorte contenti, cum, qui contrariam viuendi rationem ingrederentur, multiplici errore effeminati ac morbis fracti mature diem ſuum obirent. Hinc praeclare Ill. Trillerus, interrogatus, vnde ſibi tam laeta ſenectus, mente ac ſenſibus integris, et ſpes ad futurum ſeculum perueniendi, reſpondit, victus ac quaedam quaſi *απαθεια*. G.

i) Καθαρὸν καὶ ἀπεριττὸν ἀεὶ τὸ σῶμα φυλάττεσθαι. καί σοι δύο μὲν ἤδη σκοπὲς, τὲς κατὰ δίαιταν ὑγιεινὴν, ὁ λόγος ὑφηγήσατο, τὸν μὲν ἕτερον ἀναπλήρωσιν τῶν κενεμένων, τὸν δὲ ἕτερον ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων, ὁ γὰρ δὴ τρίτος, ὁ περὶ τε μὴ ταχύγηρον γίνεσθαι τὸ ζῶον, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῖς εἰρημένοις.

dem auxilia, quae praeſentem ſalutem ſeruant, labantem reſtituunt, veluti antiquitas hygienen vtroque hoc modo vbique accipit, ad ſanitatem directa appellantur k). Verum vti *ſanitas* alia *omnium*, κα-

τὰ

Purum et excrementis vacuum corpus ſeruandum. Nam tibi duo fines ad diaetam valentium, ratio ſuppeditat, alterum repletionem euacuatorum, alterum ſecretionem excrementitiorum: nam tertius finis, ne ſenio confectum ſubito fiat animal, per neceſſitatem ex dictis conſequitur. GALEN. ibid.

Τοῖς οὖν ἀπὸ ψιλῆς ἐνοχλουμένοις δυσκρασίας φυλακτέον ἐστὶ πρώτως τὰ προκατάρξαντα αἴτια, ἔπειθ᾽ οὕτως τοῖς ἐναντίοις βοηθητέον, καὶ θέρμης μὲν πλεονεκτούσης, ἀφαιρετέον τοῦ τ᾽ οἴνου καὶ τῶν παχέων τροφῶν, καὶ ἐγκρατείᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ τὸ πλέον δοτέον — ὑγραινούσαις δὲ διαίταις ἀναληπτέον τοὺς ἐξηραμένους — χυμῶν δὲ τινῶν ἀκμασάντων, τῷ χρόνῳ διά τινα πλημμελήματα, ταῖς ἐναντίαις μὲν καὶ ὧδε χρηστέον διαίταις.

Illis ergo, qui a tenui perturbantur intemperie, cauendum, primum quidem a praecedentibus cauſſis, deinde ita per contraria iuuandum, et calori abundanti quid auferendum, vti et vino et craſſis alimentis, et continentiae et quieti plurimum tribuendum, humectantibus diaetis refici oportet exſiccatos, humoribus autem quibusdam auctis per tempus et quosdam largiores victus, contraria et hic diaeta vtendum. ACTVARIVS *De Spirit. Animal.* II. 12 p. 109.

k) *Τῆς ἰατρικῆς τέχνης σκοπὸς μὲν ἡ ὑγεία, τέλος δὲ ἡ κτῆσις αὐτῆς. ἐξ ὧν δ᾽ ἄν τις ἢ μὴ παροῦσαν ὑγείαν ἐργάζοιτο, ἢ παροῦσαν διαφυλάττοι, γινώσκεσθαι μὲν ἀναγκαῖον τοῖς ἰατροῖς. καλεῖται δὲ τὰ μὲν ἐργαζόμενα μὴ οὖσαν ὑγείαν ἰάματά τε καὶ βοηθήματα, τὰ δὲ φυλάττοντα τὴν οὖσαν ὑγείαν, ὑγιεινὰ διαιτήματα. Ταῦτ᾽ ἄρα καὶ αὐτὴν τὴν ἰατρικὴν ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν ἐπιστήμην ὁ παλαιὸς λόγος φησὶν, ὑγιεινὰ μὲν καλῶν, τά τε φυλάσσοντα τὴν οὖσαν ὑγείαν, καὶ τὰ τὴν διεφθαρμένην ἀνασώζοντα, νοσερὰ δὲ τ᾽ ἐναντία τούτων.*

Medicae artis finis quidem ſanitas, complementum autem fruitio eius; Ea, quibus aliquis vel non praeſentem ſanitatem procuret, vel praeſentem cuſtodiat, ſcire quidem neceſſarium medicis. Vocantur autem, quae faciunt non exiſtentem ſanitatem, MEDICAMINA et AVXILIA; quae autem cuſtodiunt exiſtentem ſanitatem,

τὰ τὰ κοινὰ, alia *indiuidualis*, κατὰ τὰ ἴδια *), recte penes omnem antiquitatem dicitur; ita primarium in diaeta prophylactica illud eſt, aetatibus, ſexui, moribus, conſuetudinibus, ſalutis conſilia accommodare poſſe [l]). Enimuero vt morbi, poſtquam illi praeſenſionibus, quas propathias appellant, ſeſe manifeſtare incipiunt, in ortu ſuffocari poſſint, primarium omnino eſſe debet, cauſſas, quae nos ambiunt, quaeque a nobis vel geruntur, vel ingeruntur,

tatem, SALVBRES DIAETAE. Propterea et ipſam medicinam ſalubrium et inſalubrium rerum cognitionem antiquus ſermo appellat, ſanitatem ſeruantia dicens, quae cuſtodiunt praeſentem ſalutem, et eandem corruptam reſtituunt; nocentia autem, quae his contraria. GALEN. *De Sect. ad Introduc.* c. I. p. 286.

*) In victu ordinando ſpectanda maxime eſt iſta veterum diſtinctio, ſine qua praecepta identidem fallere debent. Quae licet per ſe veriſſima ſint, tamen ob quasdam cuique homini proprias res vel falſa reperiuntur, vel arctius finienda. Libri diaetetici certe, quos vidi, hac in re vehementer vituperandi ac corrigendi ſunt; niſi de omni victus ratione eadem dicta velis, quae de *phyſiognomia*. Praecepta nimis generalia, ſuo quaeque loco quaſi conſtringenda, nec a LAVATERO, homine ingenio nimis indulgente, temere aſſumenda. Alias rixandi ac errandi materia multiplex eſt. *G.*

l) Ὥσπερ γὰρ ἑνὶ καλλιποδίῳ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀδύνατον χρῆσθαι τοῖς σκυτοτόμοις, οὕτω τοῖς ἰατροῖς ἰδέα βίου συμφερούσῃ μιᾷ.

Sicut enim vni pedi ligneo ad omnes homines vti impoſſibile ſutoribus, ita nec medicis vna competente vitae ratione.

GALENVS *Sanit. Tuend.* V. τὴν ὑγιεινὴν, πραγματείαν καθ' ἑκάστην φύσιν σώματος, *hygienen artem vnicuique corpori accommodatam* appellat.

Πάμπολλαι τινὲς συμμετρίαι τῶν κατασκευῶν ἔσονται, ὡς καὶ ὑγίειαι πάμπολλαι.

Multae menſurae apparatuum erunt, vti etiam ſanitates multae. GALEN. Ib. I.

tur, vel egeruntur [m]), ita ordinare, vt, quaecunque ex illis naſcenti aegritudini occaſionem ſuppeditaſſe putatur, vel euitetur, vel corrigatur, vtque ex optimo earum, vel omnium, vel vnius alteriusque, vti ad rem propoſitam facere videbitur, regimine illud efficiatur, quo, tantum abeſt, vt morbus ſuccreſcere poſſit, vt potius conueniente diaeta ſenſim decreſcat, mutetur vel eiiciatur, quod praeter

m) Τέτταρες δὲ τῆς τῶν αἰτιῶν ὕλης τὰς διαφορὰς οἱ δοκιμώτατοι τῶν νεοτέρων ἰατρῶν ἔθεντο, προσφερόμενα, ποιούμενα, κενούμενα καὶ ἔξωθεν προσπίπτοντα· προσφερόμενα μὲν ἐδέσματα καὶ πόματα καὶ εἴδη τινὰ τῶν φαρμάκων ἔσω τοῦ σώματος λαμβανόμενα, καὶ τὸν εἰσπνεόμενον ἀέρα, ποιούμενα δὲ τρίψεις καὶ περιπάτους καὶ ὀχήσεις καὶ ἱππασίας, καὶ κίνησιν ἅπασαν, καὶ ἐγρηγόρσεις καὶ ὕπνους καὶ ἀφροδίσια, (addit alibi θυμοὺς καὶ φροντίδας, καὶ λύπας,) τὰ δὲ ἔξωθεν προσπίπτοντα πρῶτον μὲν ὁ περιέχων ἀὴρ, ἔπειτα ὅσα προσπίπτει τῷ δέρματι· Τῶν δὲ ἔξωθεν προσπιπτόντων ἓν μὲν ἀχώριστόν τε ἐστὶ καὶ διαπαντὸς ὑπάρχει καὶ ὡς ἂν εἴποι τις σύμφυτον ὁ περιέχων ἀήρ: Τὰ δὲ οὐκ ἀναγκαῖα καὶ κατὰ χρόνους τινὰς ἀτάκτως ὁμιλοῦντα ὁ δὲ περιέχων ἀὴρ ἢ τῷ θερμαίνειν ἢ τῷ ψύχειν ἢ τῷ ξηραίνειν ἢ τῷ ὑγραίνειν: βλάπτοντα, τὰ δὲ τοῦ θλᾷν ἢ διασπᾷν ἢ τιτρώσκειν ἢ ἐξαρθρόν τι ποιεῖν. ἐστὶ μὲν οὖν τις ἐνταῦθα λογική.

Quatuor autem apparatus cauſſarum differentias praeſtantiſſimi recentium medicorum poſuerunt; INGESTA, GESTA, EVACVANDA et quae AB EXTRA irruunt: INGESTA quidem cibus et potus, et quaedam pharmacorum genera in corpus ſuſcepta et inſpiratum aerem: GESTA autem, frictiones, obambulationes, vectiones, equitatum et motum omnem, hinc vigilias et ſomnum, et rem veneream: (Iras, curas et moerores) Eorum, quae AB EXTRA incidunt, primum quidem eſt ambiens nos aer, deinde quae cuti accidunt, quorum, quae ab extra irruunt, vnum quidem inſeparabile et vbique exiſtens, et veluti connaſcens, ambiens nos aer; quae autem non neceſſaria, ſed per interualla ſine ordine nos attinent, ipſe aer, aut incaleſcendo, aut frigus habendo, aut areſcendo, aut humeſcendo; Alia nocent frangendo, diſtrahendo, vulnerando aut dearticulatum efficiendo. In his quaedam rationalis ars eſt. GALENVS lb. I.

ter naturam in vaſis viſceribusque vel ſponte natum, vel illuc introductum fuit. In perpetua contra cauſſarum iſtarum violentiam lucta illud eſt principium, quod naturam appellamus [n]), vtpote quae noxas voluptuariis rerum fruitionibus illatas eludit, et corpus laboribus fractum, vti illos negotia gerenda ſecum afferunt, erigit atque obfirmat. Quem virium naturalium impetum, vt ad morbos auertendos ſufficere poſſit, ſuſtinere debent omnes, qui valere recte cupiunt. Proinde primaria prophylaxeos lex eſt, temperanter viuere, luxui non indulgere, nihilque in ſe committere, ex quo morbus naſci poſſit [o]). Veluti autem virtutis affectatio vbique

n) Ἔστι δὲ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἄν, ὅσων ἡ φύσις δεομένη δέχεται τῶν ἡδονῶν· προσιέμενοι τῷ σώματι, μᾶλλον δὲ ἂν τὰ πολλὰ παρὰ τὰς πράξεις διαμαχόμενοι καὶ μόλις πάνυ ταῖς ἀνάγκαις χρηματίζοντες, ἢ, ὡς φησὶν Πλάτων, καὶ δάκνοντος, καὶ ἀποτάνοντος ἐνδιδόντες, ἀβλαβεῖς ἀπαλλάττομεν.

Magnum aliquid et admirabile, quorum natura innocenter excipit voluptates: Corpore laxi, maxime vt plurimum per labores expugnati et proſtrati, vt ne neceſſariis quidem fungi poſſimus, tamen, vti ait PLATO, frendente et obluctante natura, illapſi, ſine noxa euadimus. PLVT. *Praec. Sanit.* p. 125.

o) PLVTARCHVS ex CREONTE in Tragoedia, de compotationibus et conuiuantium luxu agens, ita habet:

Κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπεχθέσθαι ξένε,
Ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν.
Praeſtantius mihi nunc tibi inimicum videri, hoſpes,
Quam emollitum poſtea vehementer ingemiſcere.

additque:

Τὸ γὰρ, ἀγροικίας φοβηθέντα δόξαν, εἰς πλευρῖτιν ἢ φρενῖτιν ἐμβάλλειν ἑαυτὸν, ἀγροίκου τινὸς καὶ νοῦν οὐκ ἔχοντος, οὐδὲ λόγον. ἄνευ κύλικος καὶ κνίσσης ἀνθρώποις ἐπιστάμενον ὁμιλεῖν, ἥ τε γὰρ παραίτησις, ἂν τὸ ἐπιδέξιον καὶ τὸ ἀστεῖον ἔχῃ, οὐχ ἧττον ἔσται κεχαρισμένη τῆς συμπεριφορᾶς.

Illud, ruſticitatis opinionem pertimeſcere, ſeſeque in pleuritidem et phrenitidem coniicere, ruſtici eſt et mentem

que a vitio proxime abeſt; ita rigoroſior legum, quae ad diaetam attinent, obſeruatio et arbitraria corporis cum exquiſitiſſimo regimine cura hominem magis affligit, quam leuat; Proinde generalis et illa lex eſſe poteſt: Vti mollities et indulgentia, ita diaeta ſeuerior male conſulunt. Illa enim virium, quibus ad morborum prophylaxin opus eſt, inertiam, haec virtutis debilitatem nihil minus adducit. Laxius aliquando vitae genus eſſe poteſt, ſi ratio et mediocritatis ſtudium ſimul adſint, maxime penes illos, qui animum in ſeueriora ſtudia intentum habent [p]). Aequalitas et vniformis rerum ingeſtarum geſtarumque vſus tam hygienes, quam prophylaxeos baſis eſt atque fundamentum [q]). Difficilis quidem eſt iſtarum rerum, quas *non naturales* vocant, qua ratione ſub morborum apparitionibus regi debeant, expoſitio, cum propter vniuscuiusque idioſyncraſiam et propter alias conditionum diuerſitates, eadem non valeant in omnibus [r]), nec vitae genus con-

mentem non habentis, nec rationem. Sine poculis et epulis cum hominibus diſcendum conuerſari; nam excuſatio ſi dextrum quid et vrbanum habet, non minus grata eſt, acceptatione. PLVTARCH. Ib. p. 124.

p) Ἀνίαν ἐμποιεῖ καὶ μαλακίαν ἀγύμναστον ἡ περὶ τὸ ῥᾷστον ἀεὶ διατρίβουσα καὶ πρὸς τὸ ἥδιον ἀναχωροῦσα γλυκυθυμία τῆς ψυχῆς. Κακὸν ἀναισθησίας σώματι φάρμακον ἀπονία, οὐδὲν δὲ βελτίων ψυχῆς ἰατρὸς ῥαθυμίᾳ, μαλακίᾳ καὶ προσδοσίᾳ φίλων.

Remiſſionem facit et mollitiem motui ineptam, quae circa facillimas res verſatur, et ad voluptuoſum inclinat mentis tranquillitas. Malum, vt ſine dolore ſit, corpori medicamentum eſt ſocordia, aſt nullus praeſtantior animae medicus facilitate mentis, laxitate et conuerſatione cum amicis. PLVTARCH. ibid. p. 465. II.

q) Συμμετρία τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων πρὸς τὰ κενούμενα.

Vniformitas eorum, quae eduntur et bibuntur, cum euacuatis. GAL. *Sanit. Tuend.* VI.

r) Ὀυχ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ προσθεῖναι τοῖσιν ἡλικίαις τε καὶ φύσεσιν ὥραις καὶ χώραις καὶ βίοις, ὠφέλιμόν τι ἐστὶν ἢ βλαβερόν.

Non

conueniat vbique, ita quidem, vt his tenuis victus ad ſanitatem conſequendam praepoſterum ſaepe ſit conſilium, aliis ille ipſe ſuadendus ſit [s]), veluti vel vita laborioſa, vel parum negotioſa geritur [t]), et veluti vel athletico robore, vel commoda et vrbana ſanitate ad res gerendas opus eſt [v]). Sunt tamen iſtis rebus, quarum regimine ad opprimendos morbos vtimur, ſuae facultates, generales, quas differentia ſingulorum hominum attemperat, vt omnibus omnes ſperatos effectus edere haud poſſint: In eo quidem diſcrepant ſingulae, quod datam ſibi aliquam veluti prouinciam tueantur. Nutrientia quaedam humoribus conuertendis purgandisque prae-

Non ſimpliciter loquendo, ſed cum additamento aetatum et naturarum, et temporum, et regionum, et vitae generis, ſalubre aliquid eſt aut nociuum. GAL, *De Alim. Facult.*

s) *Ἀσφαλεςέρα ἐςὶν λεπτύνεσα δίαιτα προφυλακῆς ὑγείας ἕνεκα, τῆς παχυνέσης μᾶλλον, ὀλιγότροφος δὲ ἔσα τόνον ἐκ ἐντίθησιν, ἐδὲ ῥώμην τοῖς σώμασιν, μάλιςα δ' ἂν ἀκινδύνως μεταλαμβάνοιεν αὐτῆς οἱ γυμνασίοις τε προσέχοντες.*

Difficilior eſt extenuans victus, prophylaxeos ad ſanitatem cauſſa, illo, qui magis incraſſat: Parum enim nutriens cum ſit, tonum haud indit, nec robur corporibus, maxime autem ſine periculo illum ſuſcipient, qui exercitiis dediti ſunt PAVLLVS L. I. *ογ.*

t) *Πάντες δὲ ὅσοι πρὸ τῶν σιτίων ἐχ οἷοι τέ εἰσὶ γυμνάζεσθαι, φευγέτωσαν τὰς παχυχύμες τροφὰς, ἀργοὶ δὲ μὴ δ' τοι ἐτὰς τροφὰς ταύτας προσιέτωσαν.*

Omnes, qui ante cibos non conſueti ſunt exerceri, fugiant craſſi ſucci cibos, ignaui autem nec hi quidem eiusmodi alimenta admittant. PAVLL. L. I. *ογ. περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων.*

v) *Ὅςις ἐκ ἀθλητικὴν ἐνεξίαν, ἀλλ' ἁπλῶς ὑγίειαν ἔχει τὸν σκοπὸν, ἐ πολλῶν αὐτῷ χρεία γυμνασίων ἐςίν.*

Quicunque non athleticum habitum, ſed ſimpliciter ſanitatem pro ſcopo habet, non multis exercitiis indiget. GAL. *Sanit. Tuend.* I.

ſunt [x]), veluti experientia, plus ratione, efficaciam eorum in corpora docet [y]), motus autem fibrarum robur facit, magnumque eſt ſalutis conſequendae praeſidium [z]). Hinc excretorum aequalis ratio id efficit, ne vel ſubſtantiae quid decedat [a]), vel ignobilia, impedimentum mouendis humoribus afferentia et excernenda, retineantur [b]). Spirituum tandem animalium aequalis impetus a tranquillitate animi pendet [c]). Enimuero in eo omnes cauſſae, per leges

x) *Τρόφιμον διαχωρητικὸν ἢ διερητικόν.*
Nutriens aluo purgandae vel vrinae excernendae aptum. GALEN. *De Alim. Facult.* I.

y) *Ἐκ πείρας μόνης ἔγνωσαι αἱ ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεις καὶ μὴ ἐκ τῆς κατὰ κρίσιν ἐνδείξεως. ἡ πεῖρα διδάσκαλός ἐστιν ὥσπερ καὶ ἄλλων πολλῶν, οὕτω καὶ τῶν εὐπέπτων καὶ δυσπέπτων σιτίων, εὐστομάχων τε καὶ κακοστομάχων, ὑπακτικῶν τε καὶ λαπακτικῶν καὶ σταλτικῶν γαστρός.*
Experientia ſola cognoſcuntur, quae cibis inſunt, nec illa, quae iudicio fit, indictione. Experientia magiſtra eſt, vti et aliarum in alimentis multarum facultatum, ita et concoctu facilium aut difficilium ciborum, ventriculo acceptorum aut inimicorum, aluum ſubducentium et emollientium, et ventrem ſiſtentium. GALEN. Ib.

z) *Μέγιστον δὲ κακὸν εἰς τὴν τῆς ὑγείας φυλακὴν ἡ παντελὴς ἀργεία καθέστηκεν, ὥσπερ ἡ σύμμετρος κίνησις μέγιστον τῶν ἀγαθῶν.*
Maximum malum ad ſanitatis cuſtodiam perfectum otium conſtitutum eſt, vti mediocris motus maximum bonorum. PAVLL. L. I. *ογ. περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων.*

a) GALENVS *Sanit. Tuend.* I. fluxiones indecentes *ἀποῤῥοὴν τῆς οὐσίας*, *effluxum ſubſtantiae*, appellat.

b) *Στεγνωθησῶν τῶν ἀρτηριῶν ὑπὸ πλήθους αἵματος ἢ τινῶν ἐμφραγμάτων ἐν τοῖς στόμασιν αὐτῶν γινομένων, ὡς μηδαμῶς διαπνεῖσθαι.*
Arteriis autem anguſtatis a multitudine ſanguinis aut quibusdam infarctibus in oſculis earum factis, vt transſpirari nequeat. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 3. pag. 21. VII.

c) *Θυμηδίαι καὶ ἀνέσεις, καὶ ὕπνοι ὑγρότερον μὲν ἡμῶν ποιοῦσι τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, θερμότερον δὲ θυμοί.*

Oble-

leges regiminis prophylactici recte diſpoſitae, conueniunt, vt, dum illud minimum, quod ſanitati deceſſit, corrigere intendunt, ſtatum hominis reducant illuc, a quo receſſerat, quodque in partium ſimilarium ac organicarum aequali, quoad ſolida et fluida temperie, conſiſtit d). Vti enim in medicamentorum adminiſtratione ad minima elementa, ex quibus corpus humanum contexitur, attentum animum medentes habere debent, vtpote in quibus plerorumque morborum ſedes figitur; vti illuc deferuntur pharmaca, ſi talia ſint, quae mutare id, quod in corpore minimum eſt, poſſint; ita et diaeta, morborum prophylaxin intendens, cauſſas, quibus conualeſcendum eſt, ita ordinat, vt ſimilaribus aeque ac organicis partibus accommodatae ſint. Nam illud minimum in morbo, quod actionem nondum deſtruxit, ita ſeſe gerit, vt mox in minimis fibris, mox in minimis vaſis, mox in confectis exinde viſceribus ſedeat, veluti ante BOERHAAVIVM iamiam GALENVS illud ipſum ſubtili ingenio expoſuit, et antiquitatis in illa *μικρολογίᾳ* gloriam vindicauit e). Vtinam, qui iam inualeſcere coepit morbus

 ſemper

Oblectationes animi et relaxationes, et ſomni, humidiorem faciunt ſpiritum noſtrum animalem, calidiorem autem irae. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. cap. vlt. p. 124.

d) *Ὑγιεινὸν ἐςὶ ἁπλῶς σῶμα, τὸ ἐκ γενετῆς εὔκρατον μὲν ὑπάρχον τοῖς ἁπλοῖς καὶ τοῖς πρώτοις μορίοις, σύμμετρον δὲ τοῖς ἐκ τούτων συγκειμένοις ὀργάνοις.*

Sanum ſimpliciter corpus eſt, quod a natiuitate bene mixtum exiſtit ſimplicibus partibus, et bene confirmatum in organicis, quae ex his conſiunt.

e) *Ἀνόμαλαι δὲ κατασκευαὶ γίγνονται τριττῶς, διὸ καὶ ἡ τοῦ σώματος ἡμῶν σύνθεσις ἐςὶ τριττὴ, μία μὲν ἡ ἐκ τῶν πρώτων ςοιχείων, ἐξ ὧν γέγονε τὰ καλούμενα παρὰ Ἀριςοτέλους ὁμοιομερῆ· δευτέρα δὲ ἡ ἐκ τούτων αὐτῶν τῶν ὁμοιομερῶν, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ ςοιχεῖα πάλιν ἐςὶν αἰσθητὰ τῶν ὁμοιομερῶν, ὅθεν ἡ τῶν ὀργανικῶν*

ſemper diaetae regulis opprimi poſſet! Inueteratae ſaepe ſunt diſpoſitiones morboſae, vt ſatisfeciſſe officio putandus ſit medicus, ſi labantem ſanitatem vtcunque ſuſtinere, et veluti GALENVS habet, obſoletis veſtibus pannum aſſuere valeat f). In diſciplinae huius, quam PLATO g), aliter numeratis medicinae partibus, laudat, adminiſtratione ita procedendum eſt, vt, quem in finem diaeta ordinetur, primum eluceſcat. Hinc auxilia, quibus illum aſſequi

κῶν γίγνεται σύνθεσις ἐκ αὐτοῖς· ἡ τρίτη τȣ̃ παντὸς σώματος ἐκ τῶν ὀργανικῶν.

Inordinatae autem diſpoſitiones fiunt tripliciter, propterea et corporis noſtri diſpoſitio triplex eſt, *prima* quidem ex primis elementis, e quibus facta ſunt ab ARISTOTELE nominata Similaria: *Altera* autem illa, quae ex his ipſis ſimilaribus eſt, ipſa tamen iterum principium magis ſenſibile aliarum ſimilarium, ex quibus organicorum fit compoſitio: *Tertia* eſt corporis totius ex organicis. GAL. *De Sanit. Tuend.* VI 9. pag. 176. VI.

f) Ἐπὶ *μὲν γὰρ τῶν ἡμετέρων σωμάτων καὶ ὅλως τῶν ὑπὸ φύσεως διοικȣμένων ἡ μὲν οἷον δημιȣργικὴ ἡ φύσις ἐςὶν, ἀνάλογον ὑφαντικῇ καὶ σκυτοτομικῇ· τὸ πονῆσαν ἐπανορθȣ̃ται ἰατρὸς· ἀνάλογον τῷ ῥάπτοντι τὰ ἱμάτια καὶ τῷ τὰ παλαιὰ τῶν ὑποδημάτων ἐπανορθȣμένῳ.*

In corporibus noſtris, et in genere omnibus per naturam directis, ipſa veluti gubernatrix natura eſt, ſimili ratione ad textoriam et coriariam. Quod laborat, corrigit medicus ad modum eius, qui conſuit veſtes, aut eius, qui obſoletos calceos ordinat. GALENVS ad THRASYBVLVM: *An medicinae, an gymnaſticae ſit hygiene*, c. 17. p. 18. VI.

g) Τῆς *ἰητρικῆς ἐςιν εἴδη πέντε· ἡ μὲν φαρμακευτικὴ, ἡ δὲ διαιτητικὴ, ἡ δὲ νοσογνωμονικὴ, ἡ δὲ βοηθητική.* Ἡ *δὲ διαιτητικὴ διὰ τȣ̃ διαιτᾶν ἀπαλλάττει τὰς ἀῤῥωςίας.*

Medicinae quinque ſunt genera: pharmaceutice, diaetetice, (morbos cognoſcens) noſognomonica, et auxiliatrix. Quae vitam ordinat, diaetae regimine morbos auertit. PLATONIS Vita.

ſequi quis poſſit, facile inueniri poterunt [h]). Quamuis autem diaetae prophylacticae titulo omnes res, quae nos ambiunt, tangunt, ingrediuntur, et quocumque demum modo afficiunt, complectar, et quamuis de victu [i]) ſolo illa vox accipiatur, non tamen aliter, quam antiqui ſcribunt, me ſcripſiſſe arbitror. Eſt enim diaeta vitae ratio et inſtitutum, quod omnem modum, quem quis ſequitur in rerum omnium vſu et debili incolumitate, concernit [k]). Hinc morbum facile ſuſcipientibus marcidisque hominibus dedicatur [l]). Subtiliter omnino varios ſanitatis

h) Τὰς δυσκρασίας ἐν ὅλῳ τῷ σώματι γιγνομένας ἐπανορθοῦσθαι χρὴ πρῶτον μὲν, ὧν προσήκει πράττειν, εὑρίσκοντα τὸν σκοπὸν, εἶτα τὰς δυναμένας αὐτὰ δρᾷν ὕλας.

Prauas mixturas in toto corpore factas corrigere oportet, primum illos, quos facere illud par eſt, inueniendo ſcopum, deinde ſupellectilem, quae illum producere poſſit. GAL. *De Sanit. Tuend.* VI.

i) Hoc ſenſu accipitur ab HIPPOCRATE: *διαῖται ἀσθενέες καὶ ἰσχυραί*: *Victus imbecillus et fortis.* Epid. Aphor. 16. Sect. 4.

k) Λέγω δὲ δίαιταν οὐ τὴν ἐν τοῖς ἐσθιομένοις τε καὶ πινομένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οἷον ἀργίαις, γυμνασίοις, λουτροῖς, ἀφροδισίοις, ὕπνοις, ἀγρυπνίαις, ἅπασί τε τοῖς ὁπωσοῦν γινομένοις κατὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα.

Nomino autem diaetam non tantum illam, quae in cibo potuque conſiſtit, ſed et omnibus aliis, vti otiis, exercitiis, balneis, re venerea, ſomnis, vigiliis, et omnibus, quae vbicunque fiunt in hominum corporibus. GAL. Com. III. in III. Epid.

l) Ὑγιείας οὔσης διττῆς, ἑτέρας μὲν τῆς καθ' ἕξιν, ἑτέρας δὲ τῆς κατὰ σχέσιν ὀνομαζομένης. οὐ γὰρ δὴ πλέονι μὲν ἡ εὐεξία τὴν καθ' ἕξιν ὑγείαν, ἐλάττονι δὲ καὶ τὴν κατὰ σχέσιν ὑπερέχει. Γνοίης δ' ἂν ἐναργῶς, ἑκάστης αὐτῶν ἐπιμελῶς ἀνασκεψάμενος τὴν φύσιν· ἀνάσκεψη δὲ τόνδε τὸν τρόπον. ἥκετο τὶς εἰς ἔννοιάν σοι νῦν ὧν ἐθεάσω πολλάκις ἀῤῥώστων, ἰσχυρῶς μὲν διανοσησάντων, ἀπηλλαγμένων δὲ ἄρτι τοῦ νοσεῖν, οὔτος ἰσχνός τε καὶ ἀδύνατος εἰς τὰς κινήσεις, ὡς ἑτέρων δεῖσθαι τῶν μετακοσμούντων, οὔτος ἰάσεως

nitatis gradus GALENVS diſtinxit m), et ſingulis, vti gradu diſcrepant, peculiari prouidentia ſuccurrendum eſſe affirmat. Proinde debili et ſaepe inter-

σεως μὲν ἐκ ἔτι χρήσαι, μηκέτιγε νοσῶν, ἀνατρέψεως δὲ τινὸς καὶ ῥώμης, ἵν᾽ ἰσχυρός τε ἅμα καὶ πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας γένηται καὶ φέρειν ἱκανὸς τὰ προσπίπτοντα. δῆλον γὰρ, ὡς ἔτω διακείμενος, ὡς διάκειται νῦν, ὁπότε πρότερον ἀπήλλακται τἒ νοσεῖν, ἔτε θάλπος, ἔτε κρύος, ἔτ᾽ ἀγρυπνίαν, ἔτ᾽ ἀπεψίαν, ἔτε ἄλλο τῶν ἁπάντων ἐδὲν ἐνεγκεῖν ἱκανός ἐςιν, ἀλλ᾽ ἐκ τἒ ῥᾷςε νοσήσαι πάλιν, ὃς ἂν ἐκ ἀσφαλῆ τε καὶ μήπω πεπηγυῖαν κεκτημένος τὴν ὑγιεινὴν κατάςασιν.

Duplici exiſtente ſanitate, alia ſecundum habitum, alia iuxta diſpoſitionem ſaltim nominata. Non quidem multum, abſoluta natiua ſanitas, ſanitatem exercitio inductam, aliquo tamen modo, eam ſupergreditur, quae in diſpoſitione (non ſatis exculta) conſiſtit. Poſſis autem accurate vniuscuiusque earum, ſi attente conſideras, naturam cognoſcere: conſiderabis autem hoc modo. Veniat tibi aliquis in mentem eorum, quos ſaepe videris, infirmorum, vehementer quidem aegrotantium, paullo tamen ante a morbo conuerſorum. Ille tenuis et impotens ad motus, vt aliis indigeat, qui eius curam habeant: Ille quidem medela non indigebit porro, non porro ſcilicet aegrotans; aſt refectionis et roboris cuiusdam, vt valens ſimul ad naturales actiones fiat, et habilis ad ferenda ea, quae accidunt: Manifeſtum enim, quod qui, ita poſitus eſt, vti eſt talis, qui paullo ante e morbo euaſit, nec aeſtum, nec frigus, nec vigilias, neque crudos cibos, nec aliud omnium ferre poſſit, ſed facile iterum aegrotabit, vtpote qui nondum exquiſitam et obfirmatam acquiſiuerit ſanam conſtitutionem. GALENVS ad THRASYBVLVM, *An iatrice plus, quam gymnaſtice ad ſanitatem conferat*, c. 6. p. 11. VI.

m) *Ἐπανορθωτικὸν μέρος* reducendae ad illud, a quo ſeceſſit ſanitati, *τὸ εὐεκτικὸν* athletice valentibus, *τὸ ὑγιεινὸν* molliter valentibus, *τὸ δημιεργικὸν ὑγιεινῆς* impetrandae ſanitati, *τὸ φυλακτικὸν* ſeruandae, *τὸ προφυλακτικὸν* minimis morbis opprimendis, *τὸ ἀναληπτικὸν* conualeſcentibus aſſignauit. GALENVS ibid.

interruptae ſanitati fidendum neutiquam erit [n]), ſed in minimis etiam curioſum prouidumque medicum eſſe decebit [o]), quandoquidem a tenui primordio virtutis paullisper deficientis, aliquantulum mutatae formae, boni habitus parum deliqueſcentis, magni morbi excreſcere poterunt [p]). Mature capienda ſunt conſilia. Licet enim diaetas valentium innouare [q]) negotioſum eſſet et moleſte ſedulum; tamen easdem, ſi quae noxa exinde iam facta eſt, immutari, ante quam magna perturbatio enaſcatur, oportet. Illud pro differentia hominis aliter aliterque quidem perficitur, ſed quantum

n) Ὀυδεὶς γάρ ἐϛιν ἔτ' ἐλλιπῶς ἔτ' ὀλιγοχρονίως ὑγιαίνειν βελόμενος.

Nemo enim eſt, qui vel imperfecte, vel breuiter valere velit. GAL. ibid.

o) Τοιἕτόν τινα χρὴ τοῖς ὑγιαίνεσιν ἐφεϛῶτα τεχνίτην εἶναι, σμικρᾶς διαφορᾶς καὶ βλάϕης αἰσθητικόν τε ἅμα καὶ ἐπανορθωτικόν.

Talem eſſe oportet valentibus adſtiturum artificem, minimarum differentiarum et noxarum intelligentem ſimul et correctorem. GALEN. ibid.

p) Ἐι περὶ τὸ σῶμα καὶ τῶν ἐνεργειῶν ῥώμην καταλύομεν καὶ τῷ κάλλει λυμαίνέμεθα καὶ τὴν εὐεξίαν καθαιρήσαμεν: ἅπαντα γὰρ ταῦτα συναυξάνεται προσηκόντως.

Si circa corpus et virtutem actionum ſoluamur, ſi forma corrumpatur, ſi bonus habitus auferatur et ſanitati quid decedat: Haec enim omnia ſenſim augentur. Ibid.

q) Ἐπειδὰν μὲν ἀκριβῶς ἔχῃ καὶ ὑγιῶς, μηδὲν νεωτερίζειν, ἐπειδὰν δὲ κατά τι τῆς ἀκριβείας ἐξίϛαται συμμετρίας, εὐθὺς ἀνταπάγειν τὸ λοιπὸν, πρὶν μεγάλην γενέσθαι τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπήν.

Si quis exquiſite ſeſe habet et ſalubriter, nihil innouandum: ſi autem exquiſitae ſanitatis menſurae quid decedit, ſubito, quod exceſſit, reducendum eſt, priusquam magna fiat in praeternaturalem ſtatum conuerſio. GALENVS ibid.

tum etiam ille diſcrepet, ſanusne fuerit, an aliquantulum deficiens, iisdem tamen diaetae, vti illa res non naturales dictas ordinat, conſiliis valet, vel conualeſcit, vt hygiene et diaeta prophylactica, quantum ad praeſidia tuendae ſanitatis, nihil diſcrepent; Vtraque enim ex quatuor fontibus materiam ſalutis haurit r). Agam de ſingulis proxime.

r) Τὸ μὲν οὖν ἐν τοῖς προσφερομένοις τῆς ὑγιεινῆς τέχνης μέρος ἐδεσμάτων τ' ἐστὶ καὶ πομάτων ἐπιστήμη καὶ εἰς ὑγιείας φυλακὴν ἀνηκόντων, τὸ δ' ἐν τοῖς κενουμένοις, ἱδρώτων τε καὶ διαχωρημάτων, οὔρων τε καὶ ὅλως ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐκκενοῦσθαι δεομένων· τὸ δὲ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ἀέρος, ὕδατος, τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων τῶν τοιούτων. ἔτι δὲ καὶ τὸ τέταρτον καὶ λοιπὸν, ὅπερ ἐν γυμνασίοις ἐστὶ, καὶ τοῖς καλουμένοις ἐπιτηδεύμασιν, καὶ γὰρ ἐγρήγορσις καὶ ἀγρυπνία καὶ ὕπνος καὶ ἀφροδίσιά τε καὶ θυμὸς καὶ φροντὶς καὶ λουτρὸν ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶν, καὶ χρὴ διαγινώσκειν τῶν ὑγιεινῶν ἑκάστου τῶν εἰρημένων ποσότητά τε καὶ ποιότητα καὶ καιρόν.

Illa ergo ex alimentis ſalubris artis pars, ciborum et potus eſt ſcientia ad ſanitatis cuſtodiam: Quae autem ad euacuanda attinet, (eſt ſcientia) ſudorum, ſeceſſuum, vrinarum, et in genere eorum omnium, quae corpore expurgari oportet: Ea pars, quae extus accidentia tractat, eſt (ſcientia) aeris, aquarum et aliorum conſimilium. Accedit etiam quarta et vltima, quae in faciendis reponitur, (artis pars) in exercitiis, in ſic dictis negotiis neceſſariis; nam et peruigilium, et vigiliae, et ſomnus, et res venerea, et ira, et cura, et balneum, ex hoc genere ſunt. Et oportet cognoſcere ex ſalubribus rebus dictis ſingulae quantitatem, qualitatem, tempus. GALEN. ibid.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN V.
QVO
DIAETA PROPHYLACTICA
AD MORBOS PRIMARVM VIARVM
S I S T I T V R.

Quiam primum per ſigna *a*) conſtitit, in ancipiti ſtatu verſari ſanitatem, ex *diaetae prophylacticae* armamentario depromenda ſunt, quae in hoſtem vitae ac tranquillitatis humanae, morbum, eminus euibrari poſſint tela, efficaciſſima ſane, et illis, quae therapia ſuggerit, haud inferiora. Mentem

a) Signa imminentis morbi, praeter alia, vti ab HIPPOCRATE L. *De Humor.* §. 3. p. 317. ſeq. I. allegantur, ſunt:

Τὰ διαχωρέοντα ἄναφρα, πέπονα, ὠμὰ, δυσώδεα, ξηρὰ, ὑγρὰ, ὀδμηκακώδεα. Δίψα πρόσθεν μὴ ἐνεῦσα. — Ὄμματα προσηκκέμενα, χρώματος μεταβολὴ, σφυγμοὶ, ψύξις, παλμοὶ, σκληρυσμὸς φωνῆς, γνώμης. — Ὀδμαὶ χρωτὸς, σόματος, διαχωρήματος, ὠτὸς, φύσης, ὄρυ, ἕλκεος, ἱδρῶτος, πτυάλυ, ῥινός. Χρὼς ἁλμυρὸς, ἢ πτύαλον, ἢ ῥὶς, ἢ δάκρυον. — Ἐνύπνια, οἷα ἂν ὁρέῃ, καὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, οἷα ἂν ποιέῃ.

Feces aluinae non ſpumoſae, coctae, crudae, graues, aridae, fluidae, peregrino odore imbutae. Sitis antea non praeſens. Oculi languidi, coloris mutatio, pulſus, refrigerium, tremores, durities vocis, intellectus. Odores cutis, oris, fecum, auris, flatuum, vrinae, vlceris, ſudoris, ſaliuae, narium. Cutis ſalſa, ſaliua aut narium mucus, aut lacrymae. Inſomnia ſimilia illis, quae quis videat, et in inſomniis ſimilia illis, quae quis faciat.

tem quidem non curat medicus, licet et illa a virtute ad vitium defleɟtat, et morum doɟtrina, diaetae prophylaɟticae inſtar, ad vitam reɟte inſtituendam indigeat. Verum bona mente ad prophylaxin opus eſt, cum rerum non naturalium pro auertendis morbis vſus regimine conſtet, et in prudentia animi hominum ſanitatem affeɟtantium conſiſtat. Ergo ferina illa et ab omni ratione aliena, vti PLATONI [b]) dicitur, voluptas compeſcenda erit penitus, qua ſapientia non tantum, quae ſanitati imminent pericula, mature proſpici auertique poterunt, ſed etiam, ſi a ſanitate conſequenda diſcedas, maior hac felicitas, quae in virtutis conſecutione conſiſtit, obtinebitur [c]). Proinde cum ad ſanitatem ſtabiliendam opus ſit, vt, quae naturam faciunt, cauſſae ordinentur, et omnia tam ſolida, quam fluida, illi, a quo

b) *Τὴν τȣ̃ σώματος ἕξιν καὶ τροφὴν ȣ̓χ᾽ ὅπως τῇ θηριώδει καὶ ἀλόγῳ ἡδονῇ ἐπιτρέψας, ἐνταῦθα τετραμμένος ζήσει, ἀλλ᾽ ȣ̓δὲ πρὸς ὑγίειαν βλέπων, ȣ̓δὲ τȣ̃το πρεσβεύων ὅπως ἰσχυρὸς, ἢ ὑγιὴς, ἢ καλὸς ἔσαι, ἐὰν μὴ καὶ σωφρονήσειν μέλλῃ ἀπ᾽ αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι ἁρμονίαν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἁρμοττόμενος φαίνηται.*

Corporis culturam et nutritionem non ferinae veluti et irrationali voluptati committens, et ab ea agitatus viuat, ſed, neque etiam ad ſanitatem reſpiciens, neque illud primarium putans, vt fortis, ſanus aut pulcher ſit, niſi et ſapienter viuere vna cum his velit, ſemper eam, quae in corpore, conſonantiam ad illum mentis conſenſum accommodatam, demonſtret. PLATO *De Republ.* IX. ſub fine. p. 510. ed. Lugd. 1590.

c) *Ὅλη ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίσην φύσιν καθισαμένη τιμιωτέραν ἕξιν λαμβάνει, σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως κτωμένη, ἢ σῶμα ἰσχύν τε καὶ κάλλος καὶ ὑγίειαν λαμβάνον, τοσȣ́τῳ, ὅσῳπερ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα.*

Tota anima in optimam indolem redaɟta excellentiorem habitum acquirit, prudentiam et iuſtitiam, cum deliberatione acceptam, quam corpus robur et pulcritudinem, et ſanitatem adipiſcens, eo plus, quo anima corpore eſt excellentior. PLATO ibid.

a quo diſcedere inceperunt, aequilibrio reſtituantur d), oportet ſane mentem, quae nocentium iuuantiumque rerum notitiam ſibi ingenitam nacta eſt, corporis ſui curam in ſe ſuſcipere; Quae ſi ad rectam vitae rationem inſtituta fuit, nemine etiam ſuadente, habitura eſt morbi per diaetae leges opprimendi conſilium e). Intemperantia autem, vti PLATO f) ait, et iudicem, et medicum generi humano neceſſarium efficit. Quam inuidenda eſt pauperum ſors, ſi incolumitatem ſpectes, quibus contra ſe ipſos luxu deſaeuire propter inopiam haud licet g), vt inuiti fere valeant, et diaetae praeceptis volen-

d) *Ἐςὶ δὲ τὸ μὲν ὑγίειαν ποιεῖν τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιςάναι, κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ᾽ ἀλλήλων· τὸ δὲ νόσον, παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ᾽ ἄλλου.*

Eſt autem ſanitatem facere, ea, quae corpori inſunt, ad naturam componere, vt ad inuicem ſe vel ſuperent, vel ſuperari ſe patiantur: morbum autem, contra naturam imperare aliud alii et parere. PLATO *De Republ.* IV. p. 455.

e) *Ψυχὴ ἀγαθὴ τῇ αὑτῆς ἀρετῇ σῶμα παρέχει βέλτιςον. τὴν διάνοιαν ἱκανῶς θεραπεύσαντες παραδοῖμεν αὐτῇ τὰ περὶ τὸ σῶμα ἀκριβολογεῖσθαι.*

Anima bona ſua virtute corpus praeſtat optimum: quodſi intellectui ſufficienter medicinam parauerimus, tradamus illi ea, quae ad corpus, curioſius diſponenda. PLATO ib.

f) *Ἀκολασίας καὶ νόσων πληθυουσῶν, ἐν πόλει ἆρ᾽ οὐ δικαςήριά τε καὶ ἰατρεῖα πολλὰ ἀνοίγεται.*

Intemperantia hinc et morbis multiplicatis, in vrbe non dicaſteria tantum, ſed et medicorum tabernae, plus aperiuntur. PLATO ibid.

g) *Βέλτιον εἴη πρὸς ὑγίειαν, ἀπέχεσθαι σιτῶν καὶ ποτῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡδέων δοκούντων εἶναι, ὁ δὲ μὴ οἷος τ᾽ εἴη δι᾽ ἀκράτειαν, βέλτιον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ μὴ ὑπάρχειν ὁπόθεν ἐκποριεῖται ταῦτα, μᾶλλον ἢ πολλὴν περιουσίαν εἶναι τῶν ἐπιτηδείων, οὕτω γὰρ αὐτῷ οὐκ ἐξουσία εἴη ἐξαμαρτάνειν οὐδ᾽ εἰ σφόδρα βούλοιτο.*

Satius eſſet ad ſanitatem, abſtinere a cibis et potu, et aliis, quae iucunda videntur eſſe. Qui autem non

volentes obſequi, pharmaceuticis haud indigeant [h]). Admonendi adeoque omnes, qui opibus abundant, ne illis in perniciem ſuam vti velint, diſcantque, ex quo ſibi de tranquillitate ſanitatis aliquid decedere intelligunt, aliqua voluptatis parte mature carere. Quodſi autem animus ad id primum aduertendus eſt, quod maxime affligit [i]), plenitudinem ſane tam *primarum viarum*, quam vaſorum omnium ſollicite euitare debemus, qua diſpoſitione ad morbos, inter omnes iſtos ſtatus ſanitati morboque medios [k]); cum quibus potiſſimum rem habet prophylaxis, vix alia magnis morbis opportunior eſſe poterit [l]), cum, reple-

poſſit propter intemperantiam, praeſtantius eſſet eiusmodi homini, non illi eſſe, vnde poſſit haec acquirere, quam magnam abundantiam adeſſe rerum neceſſariarum. Ita enim illi non licentia eſſet peccandi, etiamſi vel maxime vellet. PLAT. in Eryx.

h) Ἰατρὸν δέ πȣ, μὴ δεομένοις μὲν σώμασι φαρμάκων, ἀλλὰ διαίτῃ ἐθελόντων ὑπακȣ́ειν, καὶ φαυλότερον ἐξαρκεῖν ἡγȣ́μεθα.

Medicum, non indigentibus corporibus pharmaco, ſed diaetae volentibus obſequi, viliorem ſufficere putamus. PLATO *De Republ.* L. IV.

i) Ἀτρεκέςατα δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖςον χρόνον τὰς φυλακὰς ἀεὶ τῶν δεινοτάτων ποιέεσθαι.

Diligentiſſime autem et diutiſſime aduerſus ea, quae maxime terrent, ſe munire aequum eſt. HIPPOCR. Prorrh. Lib II

k) Ὀνομάζω δὲ νοσώδεις διαθέσεις ȣ̓ μόνον ὅταν ἤδη νοσῶσιν, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἄρχεταί τις αὐτῶν ξυνίςασθαι.

Appello autem morboſas diſpoſitiones, non tantum, ſi iam aegrotent, ſed etiam, ſi quis morbus incipit conſiſtere. GALEN. Comm. V. *in Libr. Epid.* HIPP.

l) Μέγιςον ἐν σιτίοις ἁμαρτάνεται περὶ πλησμονήν εἰ γάρ τινι καὶ πέψοι χρηςῶς ἡ κοιλία, ἀλλ᾽ αἱ φλέβες ὑπερεμπιμπλάμεναι πονȣ̃σι καὶ διατείνονται καὶ ῥήγνυνται καὶ ἐμφράττονται καὶ πάνυ βρίθονται. Κάκιςον ἐν νοσήμασι, φλεβῶν πλησμονὴν εἶναι.

Plurimum in cibis peccatur circa repletionem. Quamuis enim alicui bene coquat venter; vaſa tamen vltra modum repleta laborant, et diſtenduntur, et rumpun-

repletionibus cumulatis, veluti ignis igni, vti eſt apud PLATONEM m), affundatur. Quamuis enim natura, maxime ſi aetatis vigore et excellentibus virtutis vitalis dotibus ſuſtineatur, onus circumducendorum, magno ſane cordis labore, ſuccorum patienter vtcunque ferat; inter colluctandum tamen ſaepe cadit, et a copia ſuperandorum eorundemque reſiſtentia ſuperatur n). Felices illos, qui obtinere a ſe poſſunt, vt temperantius ingerant, ſiquidem non tantum morborum cauſſa o), ſed etiam morbi

 parti-

puntur, et infarciuntur, et omnino affliguntur. Peſſimum in morbis, vaſorum repletionem adeſſe. PAVLLVS L. I. λβ. περὶ πλησμονῆς.

m) Ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πυρὶ (ὥς φασὶ) πλησμονή τε ἐπὶ πλησμονῇ γένηται.

Ne ignis ad ignem (vti aiunt), nec repletio ad repletionem fiat. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 123. II.

n) Τὸ δὲ ἀθροιζόμενον πλῆθος διττῶς λέγεται, ἢ γὰρ πρὸς δύναμιν λέγεται τὸ πολὺ, ἢ πρὸς τὴν ἐυρυχωρίαν τῶν περιεχόντων τὰς χυμὰς ἀγγείων· καθάπερ γὰρ ὁ τὸ φορτίον βαστάζων ἐκ ἐυθὺς ἅμα τῷ βαρύνεσθαί τε καὶ κάμνειν ἤδη καταπέπτωκε καὶ νενίκηται πρὸς αὐτᾶ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ πλήθας βαρύνεται, δυνατόν ἐστιν ἀντέχειν αὐτὴν ἐπὶ πολὺ καὶ μηδέπω νοσεῖν τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ πλέον δὲ ἀμεληθέντι καταπίπτει ἡ δύναμις.

Congeſta copia duplici ſenſu dicitur: aut enim AD VIRES appellatur vt plurimum, aut AD CAPACITATEM concludentium ſuccos VASORVM. Vti enim onus ferens, non ſtatim ſimul ac oneratur et laborat, ſuccumbit et ab eo vincitur, eodem modo, quando vis a multitudine grauatur, poſſibile eſt, eam reſiſtere diu, et nondum aegrotare hominem, ſed diu negligenti cadit vis. PAVLLVS L. I. λβ. de Repletione.

o) Ὅτι ἐκ ἀνέμεινε τὸν χρόνον τὸν ἱκανὸν μέχρις αὐτᾶς ἡ κοιλία τῶν τῇ προτεραίῃ προσενηνεγμένων σιτίων ἀπολαύσῃ τέλεως, καὶ ἐπικρατήσῃ, καὶ λαπαχθῇ τε, καὶ ἡσυχάζῃ, ἀλλ᾽ ἐπὶ ζέεσάν τε καὶ ἐζυμωμένην κοιλίαν καινὰ ἐπεισηνέγκατο, αἱ δὲ τοιαῦται κοιλίαι πολλῷ βραδύτερον πέσσασι.

Quia non exſpectatum fuit tempus conueniens, quousque ventriculus eos, qui prima cibatione oblati fuerunt,

particula eſt inſatiabilis edendi cupiditas p). Cum ergo intra ventriculum primasque vias naſcantur morborum ſemina, priusquam illa germen emittant, et radices agant, proſpiciendum eſt omnique cura illud agendum, vt victu conveniente corrigatur, quod praeter naturam ineſt. Euacuantibus ſolis negotium illud haud abſoluitur, quandoquidem, vti recte quidem GALENVS, iſtud vitium in repletione ventriculi *) non ſemper conſiſtit. Eſt enim in tuni-

runt, cibos abſoluerit perfecte et ſuperauerit, et emolliuerit, et iterum quieuerit, ſed, calente adhuc et fermentante illo, noui ſuperinducti ſunt, illi ſane ventres multo tardius coquunt. HIPPOCR. *De Vet. Medicin.* §. 20. p. 24.

Ὁι μὲν γὰρ ἢν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφερόντως ἑαυτοῖσιν, εὐθὺς βαρέες καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ, καὶ δίψης πλήρεας. ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, καὶ φῦσα, καὶ στρόφος; καὶ ἡ κοιλία καταῤῥήγνυται, καὶ πολλοῖσιν ἀρχὴ νόσου ἅυτη μεγάλης ἐγένετο.

Qui pranſi ſunt incompetente ſibi modo; ſubito graues et ſocordes, quoad corpus et mentem, oſcitationis et nauſeae, et ſitis pleni: Si etiam inſuper coenauerint, flatus et murmur, et aluus fluit, et multis magni morbi hoc initium fit. HIPP. Ib. § 19 p. 23.

Ἀναλίσκειν δ' οὐ δυνατὸς ὁ ἀριστιζόμενος, ἃ πρότερον ἐδείπνη, ταῦτα δὲ αὐτὰ μετὰ στρόφου καὶ ψόφου καταβαίνοντα συγκλείη τὴν κοιλίαν, δυσκοιτέουσί τε καὶ ἐνυπνιάζονται τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα.

Soluere non valens qui prandet, ea, quae ante coenatus eſt, haec ipſa cum ſonitu et murmure deſcendentia conſtipant ventrem. Difficulter dormiunt, et inſomniis agitantur terribilibus et tumultuariis. ibid. pag 24.

p) *Ἀκορίη τροφῆς, Inſatiabilis edendi cupiditas.* HIPP. Epid. VI Sect 4 p 809.

*) Praeclarius, ac multi recentiorum medicorum, GALENVS reſpuit medicamentorum purgantium vſum nimis generalem: nam nec ſemper fomes morbi in inteſtinis eſt, nec tuto exinde euerritur, etiamſi haud pauci hodie contra ſentiant. Interim ex iis, quae *Hebenſtreitius*

tunicis eius repoſitum ſaepe, quo humor lentus viſcidus *peculiaris* laudato GALENO dictus q), in cauum exſudet, cuius praeſentiam angor et debilitas, et moeror, hinc inappetentia et nauſeoſa diſpoſitio quandoque vomitus arguunt r). His adeoque ad morbos ſaepe lentos et generi neruoſo inimicos diſpoſitionibus ex fonte diaetetico opponenda ſunt euchyma s), pro moribus, conſuetudine et viribus

 homi-

tius attulit, documentis ſatis colligitur, veteres neque in hac parte generalem vbiuis docuiſſe medendi viam, ſed eam, quae cuique homini aptiſſima eſt atque conſentanea. *G.*

q) *Ἀλύειν μὲν οὖν λέγουσιν ἐκείνους τῶν ὑγιαινόντων, ὅσοιπερ ἂν ἀεὶ τοῖς παροῦσι δυσχεραίνοντες ἄλλοτε εἰς ἄλλα μεταβαίνουσι πράγματά τε καὶ πράξεις. Τοῦτο δὲ ἔγνωμεν ἐκείνοις μάλιστα συμβαῖνον οἷσπερ ἂν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, ὅπερ ἔνιοτε καταχρώμενοι στόμαχον ὀνομάζουσι, περιέχεταί τις ἰδιότης ὑγρότητος ἀνιαρᾶς οὔτε πολλῆς οὔτ' ἐμπλεούσης τὰ κύτη τῆς γαστρὸς, ἀνατρεπομένης δὲ εἰς τοὺς χιτῶνας αὐτῆς.*

Angorem habere dicunt illos valentium, qui ſemper ab obiectis affliguntur, et ab vno ad alia tranſeunt in negotio et expeditionibus. Iſtud ſcimus illis potiſſimum euenire, qui in ore ventriculi, quod quidem per abuſum ſtomachum appellant, habent peculiarem aliquam humiditatem difficilem, quae non multa eſt aut vtriculum ventriculi replens, ſed quae in tunicas eius conuerſa eſt. GAL. Comm. ad Epid. HIPPOCR. VII. Aph. 56.

r) GALEN. appellat, *De Loc. Affect.* V. 6. p. 492. VII. *στομάχου ἀνατροπὰς τάς τε ἀνορεξίας καὶ τὰς ναυτιώδεις διαθέσεις, ἐφ' αἷς ἐνίοτε μὲν συμβαίνουσι ἔμετοι.*

Ventriculi ſurſum factas commotiones inappetentias et nauſeoſas diſpoſitiones, a quibus quandoque eueniunt vomitus.

s) *Τῆς σκέψεως ἐστὶ κεφάλαιον ἤτε τοῦ σώματος φύσις, ἤτ' ἐπὶ τούτου συνήθεια.*

Meditationis ſummum caput eſt corporis indoles et conſuetudo eius. GAL. *De Tuend. Valet.* VI.

Τὰ καλούμενα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν εὔχυμα ἐκλέγεσθαι.

Appellata a medicis EVCHYMA ſeligenda ſunt. ibid.

hominis artemperanda [t]). Cum enim viſcidum illud ſit et glutinoſum mucidum, quod tantopere ventriculos affligit, vt ſenectus praecox, γῆρας ἐκ νόσου, *ſenectus ex morbido ſucco orta*, lentorque ſanguinis inducatur, haud ſane, quae ex animalibus deſumuntur euchyma, ſperatum finem aſſequuntur, ſed vegetabiles ſucci plantarum acidularum, et farinae teneriores, et opſonia, ſolantur eiusmodi ventriculos, lento tabo contaminatos, vt propterea ratione non deſtituatur PLVTARCHVS [u]), quando ſarcophagiam damnat. Alio tamen tempore, ab intemperantia verus ventriculi infarctus et repletio oritur, nondum quidem morbus, ſed ex qua propediem

t) Ζητῆσαι τροφὴν ἁρμόζουσαν τῇ φύσει.
Quaerendus victus conueniens naturae. HIPPOCR. *De Vet. Med.*

u) Καὶ κράτιστον μὲν ἐθίσαι τὸ σῶμα μηδεμιᾶς προσδεῖσθαι σαρκοφαγίας. πολλὰ γὰρ οὐ μόνον πρὸς διατροφὴν ἄφθονα, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐπάθειαν καὶ ἀπόλαυσιν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τοῖς μὲν αὐτόθεν ἀπραγμόνως χρῆσθαι παρέχουσα, τὰ δὲ μιγνύμενα καὶ παντοδαπῶς παρασκευαζόμενα συνηδύνειν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἔθος τρόπον τινα φύσις οὐ παρὰ φύσιν γέγονεν, οὐ δεῖ χρῆσθαι κρεοφαγίᾳ πρὸς ἀποπλήρωσιν ὀρέξεως, ὥσπερ λύκους ἢ λέοντας, ἀλλ᾽ οἷον ὑπέρεισμα καὶ διάζωσμα τῆς τροφῆς ἐπιβαλλομένους, ἑτέροις σιτίοις χρῆσθαι καὶ ὄψοις, ἃ καὶ τῷ σώματι μᾶλλόν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν, καὶ τῆς ψυχῆς ἧττον ἀμβλύνει τὸ λογικόν.
Praeſtantiſſimum ita adſuefacere corpus vt nullius carnis eſu indigeat. Multa enim non tantum ad nutritionem minime ſuſpecta, ſed etiam ad tranquillitatem et fruitionem (commoda) ſuggerit tellus, tum ea, quae ſine alia praeparatione in vſum conuerti poſſunt, exhibens, tum ea, quae mixta, vt vna ſtare poſſint, multis modis praeparata ſunt: Quia autem conſuetudo aliquid naturae ſimile, certe non praeter naturam, fit, non decet vti carnium eſu ad repletionem appetitus, luporum et leonum more, ſed veluti ad ſecundas menſas, et cibi complementum vltimo loco addentes. Alio victu vtendum et opſoniis, quae ſcilicet et corpori magis ad naturam ſunt, et animae minus obtundunt τὸ rationale. PLVTARCHVS *Praec. Sanit.* p. 131. ſequ.

pediem morbus ſit oriturus. Accidit illud quidem omnibus, qui ſibi ipſis imperare neſciunt, illis tamen prae ceteris, qui vitam exercitiis vacuam degunt[x]). Fit etiam, vt ſola qualitate noceant cibi[y]), vt ex eorum abuſu cuiuscunque demum conditionis oriantur ſucci, qui cum humoribus circumducendis ſtare nequeunt[z]), ſuntque inter medicos ipſosque valentes haud pauci, qui moleſta ſedulitate, id quod primis viis ineſſe putant, vnde morbus conſequi poſſit, purgantibus educendum eſſe arbitrantur, quod quidem culpandum non eſt, ſi robore valent purgandi, fiduciam in pharmaco poſitam habent, et ſigna adſunt, quae prauos humores indicant[a]). Enimuero

x) Περὶ διαίτας τοῖς ἐν ἀχόλῳ βίῳ διάγεσι. De diaeta eorum, qui otioſam vitam degunt. PAVLL.
Φευκτέον ἐςὶν ἕκαςον τῶν σιτίων τε καὶ πομάτων ὅσα πέφυκε γεννᾷν ἑτοίμως τὸν ἀθροιζόμενον αὐτοῖς χυμόν.
Quemlibet fugere oportet cibos et potus, qui ita nati ſunt, vt poſſint facile generare abundantem illis ſuccum.

y) Ἡ δὴ μὲν τῶν περὶ τὴν γαςέρα περιττωμάτων ἐπίσχεσις ἤτοι διὰ τὰ λαμβανόμενα σιτία τε καὶ ποτὰ γίγνοιτ᾽ ἄν, παρὰ τὴν ποιότητα καὶ ποσότητα τῶν ληφθέντων, ἔτι τε πρὸς τέτοις τάξιν τε καὶ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως.
Intra ventriculum, ſuperfluitatum collectio, mox ab acceptis cibis potibusque fieri poſſit, ob qualitatem et quantitatem aſſumptorum, inſuper tamen etiam ob ordinem et modum fruitionis. GALENVS *De Tuend. Valet.* I.

z) Ἀσῶδες καὶ κακωτικὸν τε̃ ςομάχε καὶ τῆς δυνάμεως καταβλητικὸν καὶ τῆς κακοχυμίας αὐξητικόν.
Angens illud et corrumpens ventriculi et virtutis deſtructorium, et cacochymiae augmentum praebens. GAL. Ib. IV.

a) Χρηςέον τοῖς καθαρκτικοῖς φαρμάκοις ἐπὶ τῶν εὐτόνων τῇ δυνάμει καὶ προθύμων τῇ προαιρέσει, ςόμαχόν τε εὔτονον ἐχόντων καὶ πολλὴν ὕλην ἀχρείαν ἐν τῷ σώματι συλλεγόντων
Vtendum euacuantibus pharmacis penes illos qui optimum virtutis tonum et praeconceptam mentem habent

uero multi euacuantium abuſu alui ſegnitiem lucrantur [b]). Satius eſt, caſtigare ventrem parco tenuique victu [c]), et aliquid alimentis ſubtrahere, quo vis vitae, quae chylopoeiticis organis ineſt, excoquere, et conuertere morbidum illud poſſit interea, dum cibo ex parte vacat. Magnae tamen valentium abſtinentiae, qua fortaſſe fuerint, qui vtendum eſſe putabunt, vt malus humor abſumatur, vehementer nocent [d]): deterit enim eſuriens ventriculus villoſam tunicam. Hinc probanda minus eſt eorum ſententia, qui inedia morbos auerti poſſe arbitrantur [e]). Sufficit aliquantulum minus eo, quod

bent ex praeiudicio, ventriculumque bono tono inſtructum poſſident, et multam materiam inutilem in corpore collegerunt. ibid.

b) *Χαίρουσιν ἔνιοι σφοδρῶς κενωθέντες· ὅσῳ δ' ἂν μᾶλλον ἐκκενωθῶσι, τοσοῦτον μᾶλλον ἡ γαστὴρ ἴσχεται κατὰ τὰς ἑξῆς ἡμέρας.*

Delectantur quidam, ſi valde purgati fuerint: Quo autem plus euacuentur, eo plus venter conſtipatur ſequentibus abinde diebus. AET. *Tetr.* I. *Serm.* IV. c. 30.

c) HIPPOCRATES *Praecept.* opponit *ξυνεσταλμένη διαίτη*, *victus rationi tenui*, *ξυγχωρίην*, *conceſſionem et indulgentiam.* CELSVS *De Medic.* II. 18. *valentiſſimum cibum* vocat, in quo plurimum alimenti ineſt, *imbecilliſſimum* vero, in quo paucius, vbi etiam eiusmodi cibos *infirmos* vocat.

d) *Τὸ τοῦ λιμοῦ μέρος δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὑγιῶσαι καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι. Πολλὰ δὲ ἄλλα κακὰ, ἑτεροῖα μὲν τῶν ἀποπληρώσεως, οὐχ ἧσσον δὲ ἅμα δεινὰ κενώσεως, δεῖ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάζεσθαι.*

Famis particula multum poteſt in natura hominis et ad ſanandum, et ad infirmandum: Multa etiam et varia mala ex repletione, non autem pauciora ſimulque peiora ex abſtinentia. Opus enim eſt aliquod medium inuenire. HIPPOCR. *De Vet. Medic.*

e) GALENVS adducit L. *De Rat. Victus in morbis*, *medicos diatritarios* dictos, qui inedia morborum vim frangi debere conſulebant: *βούλονται ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νόσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείονας. Conſulunt ſub initium morborum extenuandos eſſe homines duobus tribus pluribusue diebus.*

quod ſumi ſolitum eſt, capi f). Sufficit praeſcindere ex cibationibus alteram, hinc, vti commodum erit, vel coena, vel prandio carere g). In vniuscuiusque enim conſcientia repoſitum eſt, an aliquid alimentis detrahendum ſit, intelligere h), ſiquidem et aetas i), et anni tempora k) aliquid circa cibationum neceſſitates mutationis adferunt. Exſpectandum, nec praeuertendum eſt alimentorum deſiderium; Carent enim haud mediocri voluptatis parte l), qui ventrem ſubinde farciunt, dum neſciunt, quam dulce ſit, famem explere. Ante ergo ad capiendas eſcas animus aduertendus haud eſt,

 quam

f) Ἔλαττον ἢ ὡς μεμαθήκει, φαγέτω: *minus, quam conſuetum eſt, edat.* HIPPOCR. L. *De Intern. Affect.*

g) Μονοσιτίαν, *ſemel de die cibum capere*, de coena ſumitur: opponit enim HIPPOCRATES illi τὸ ἀριστᾶν, *prandere, De Antiqua Medicina*, ὁ μεμαθηκὼς ἀριστήζεσθαι, *qui prandere conſueuit.*

h) Σκεπτέον, πότερον ἅπαξ ἢ δὶς ἐσθίειν.
Diſpiciendum, vna vice, an bis cibandum. GALEN. *De Sanit. Tuend.* VI.

i) Τὰ αὐξανόμενα πλείστης δεῖται τροφῆς.
Quae in augmento verſantur corpora, plurimo alimento opus habent. HIPP. *Aphor.* Sect. I. 14.

k) Ἀι κοιλίαι χειμῶνος θερμόταται καὶ ὕπνοι μακρότατοι, ἐν ταύτῃσιν ἐν τῇσι ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλέω δοτέον.
Ventres hieme calidiſſimi, et ſomni prolixiores, in hiſce adeoque temporibus apparatus etiam alimentoſi plus dandum. ibid. Sect. I. 15.

Τοῦ χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα, πίνειν δ' ὡς ἐλάχιστα — τοῦ δὲ θέρεος τῇ δὲ μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι καὶ τῷ ποτῷ ὑδαρεῖ καὶ πολλῷ.
Hieme plurimum edendum, minimum bibendum, aeſtatis tempore molli maza veſcendum et potu aquoſo ac multo. HIPP. *De Diaet. Salubr.*

l) Καθαρὰ δὲ καὶ ἀκραιφνὴς ὄρεξις ὑγιαίνοντι σώματι πᾶν ἡδὺ ποιεῖ, καὶ ἁρπαλέον, ὡς Ὅμηρος φησὶ, καὶ πρόσφορον.
Pura et exquiſita appetitio ſano corpori omne gratum efficit, et raptim acceptum, vti HOMERVS ait, et oblatum. PLVT. *Praec. Sanit.* p. 126.

quam exinanitus fuerit ventriculus [m]), debetque pro iacturae virium et depletionis praegreſſae norma repletio inſtitui, quod *ἀντισηκῶσαι*, *nutritionem lance metiri*, ſignificanter admodum appellauit COVS [n]). Seruandus tamen in omnibus modus eſt, ne potu vel cibo quis excedat [o]). Eleganter ſane PLVTARCHVS tantum ait eſſe periculi illis, qui epulantur, quam qui turbidum procellis mare nauigant [p]). Seligenda, ſi cui ea fortuna eſt, vt optio detur, ſunt alimenta pro aetatis viriumque menſura, proque exercitiorum frequentia, maxime ſi

m) Μέχρις ἡ κοιλίη τῶν τῇ προτεραίῃ προσενηνεγμένων σιτίων ἀπολαύσῃ τελέως καὶ ἐπικρατήσῃ καὶ λαπαχθῇ τε καὶ ἡσυχήσῃ.
Donec ventriculus, priore cibatione oblata alimenta abſumpſerit perfecte, et vicerit, et emolliuerit, et quieuerit. HIPPOCR. *De Vet. Medic.*

n) Τὸν μὲν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι.
Ei, qui praeter conſuetudinem exinanitus eſt, conducit eodem die paria dari. HIPP. *De Diaet.*

o) Κατὰ δὲ τὴν τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων φύσιν, ἐν ποσότητι καὶ ποιότητι καὶ δυνάμει, σκοπός ἐστιν τὸ σύμμετρον, ὡς μήτε πλέω μήτ' ἐλάττω λαμβάνειν.
Secundum edulium et potulentorum indolem, in quantitate et qualitate et virtute finis poſitus eſt mediocritas, ne quid plus vel minus. GALEN. *De Sanit. Tuend.* VI.

p) Μάλιστα δὲ φυλακτέον πλησμονὰς καὶ μέθας, καὶ ἡδυπαθείας. Ἑορτήν τινα μέλλοντας ἢ φίλων ὑποδοχὴν ἐν χερσὶν ἔχοντας, — οἷον ἐπιόντος ἀνέμου καὶ κύματος, εὐσταλὲς τὸ σῶμα καὶ κοῦφον ἐν εὐδίᾳ παρασκευάζοντας.
Maxime cauendum a repletione et ebrietate, et fruitione voluptuaria. Feſtum diem futurum et amicorum receptionem ad manum habentes, vti ortis procellis et tempeſtatibus, ordinatum corpus, et leue, et ſerenum ſeruare debent. PLVT. *Praec Sanit.* p. 123.
Ὅκου ἂν τροφὴ πλείων παρὰ φύσιν εἰσέλθῃ, νόσον ποιέει.
Vbi plus alimenti praeter naturam ingreditur, morbum facit. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 17.

ſi debile et imbecillum corpus fuerit q). Simpliciſſimos eſſe cibos decet. Quamuis enim arti coquinariae ſuus habendus ſit honos r), nec leuis ſit ex grato ſapore et odore paropſidis ad hilarem fruitionem s) exhortatio; tranſcendit tamen ſanae voluptatis limites, artis peregrinos ſapores miſcendi lenocinium, et vires emollit ac frangit t). Quamuis autem intemperantia in vtroque alimentorum genere nocere poſſit; minus tamen officit potulentorum copia u). Horum ſelectus neceſſarius eſt, vti eundem

q) Τῶν μαλακοσάρκων τροφὴ καλλίστη τοῖσδε μὴ γυμναζομένοις ἐστὶ καὶ γέρουσι καὶ ἀσθενέσι καὶ τοῖς νοσηλευομένοις, οἱ γυμναζόμενοι δὲ τροφιμωτέρων ἐδεσμάτων δέονται.

Mollioris carnis alimentum optimum eſt illis, qui non exercentur; Eſt et ſenibus, et imbecillis, et morbidis: exercitati autem ſolidioribus cibis indigent. GAL. *De Alim. Fac.* III. 2. p. 373. VI.

r) Προπαρασκευάζει τῷ στόματι τὰ ἐδέσματα, τινὰ δὲ ὄπτησις, τινὰ δὲ ἕψησις ἢ ταγήνησις, ἢ ἁπλὴ βρέξις.

Praeparat ori cibos, quosdam elixatio, quosdam coctio, quosdam frixatio aut ſimplex aſſatio. GAL. *De Prob. et Mal. Aliment. Succ.* c. 5. p. 428. VI.

s) Τῶν ἐδεσμάτων ὅσα διασαπέντα κατὰ τὴν ὀσμὴν ἡμᾶς ἀνιᾷ, ταῦτα εὐθέως ἀποῤῥίπτομεν οὐδὲ ἐπιχειροῦντες γεύεσθαι, καὶ σχεδὸν ἐπὶ πάντων ὁμολογοῦσιν ἀλλήλαις ὄσφρησις καὶ γεῦσις.

Edulium quae putrida ad odorem, nos offendunt; proiicimus illico, nec guſtare ſuſcipimus, et prope in omnibus reſpondent inter ſe odor et ſapor. AETII *Tetrabibl.* L. I. *Serm.* I.

t) Τὰ γὰρ ἐντελῆ κρατεῖ τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῶν φυσικῶν μέτρων, ὀψοποιῶν δὲ τέχναι καὶ δημιουργῶν, καὶ τὰ πανοῦργα ταῦτα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα, κατὰ τὸν κωμικὸν, ἀεὶ τοὺς ὅρους τῆς ἡδονῆς μετατίθησιν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ παραλλάττει τὸ συμφέρον.

Exquiſitiora ſuperant appetitum vltra naturalem menſuram: coquorum artes et artificum cupediae, iſta opſaria et fercula, iuxta comicum, ſemper fines voluptatis transferunt praeuertendo, et conuertunt, quod vtile. PLVT. *Praec. Sanit.* p. 125.

u) Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου.

Facilius repleri potu, quam cibo.

eundem ſexus, aetas, regio, vitae genus et diſpoſitio ad morbos poſtulat. Antiquitas vini et aquarum vſum pro diuerſitate temperiei hoc illoue modo ſuaſit x). Quantum ad primarum viarum morboſas diſpoſitiones, cum de morbis ipſis imi ventris viſcerum diſpicere nondum liceat, duo ſaltim inuenio ſtatus ſanitati morboque medios, quos, ne in verum morbum exeant, matura prophylaxi, ſucculentorum maxime regimine, praeuertere poſſumus. Altera in roboris intra canalem alimentoſum vitalis defectu y), altera in praeſentia auſteri ſucci z) et abſentia corrigentis eum bilis et liquoris inteſti-

x) In vinorum ſelectu magno ſtudio verſati ſunt graeci medici. Rarius, nec, niſi cum intemperanter viuerent, meraco vſi ſunt. Commendat HIPPOCRATES *οἶνον ἴσον ἴσῳ πινόμενον* Epid. II. qui *ἰσοκρατὴς* dictus eſt, *οἶνον οἰνώδεα*, *vinoſius vinum*, quod vel meracius eſſet, vel, vti GALENVS interpretatur, generoſius: *ὀνομάζεται ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης, ὁ δ' ἀσθενὴς ὑδατώδης. Generoſius vinum vinoſius, imbecillum autem aquoſum vocatur.* Comm. in HIPPOCR. Libr. *de ratione diaetae in morbis.* Quandoque cum marina bibebant (*οἶνον τεθαλασσομένον*), cui opponitur *ἀθάλασσος.* DIOSC. Mat. Med. V. miſcendi modum docuit.

y) *Ἐπέχεται γαστὴρ τὸ δὲ πικρόχολον περίττωμα, διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς ἐκκρινούσης αὐτὸ δυνάμεως καὶ διὰ στενοχωρίαν.*

Continetur venter cum fecibus atris ob debilitatem excernentis easdem virtutis et ob anguſtiam. GAL. *De Sanit. Tuend.* I.

z) *Στρυφνὰ ἢ αὐστηρὰ ταῖς συστάσεσιν πλέονα ὑπάρχουσι, ὡς ἀσθενῆ φανερῶς ἐργάζεσθαι τὴν προωστικὴν δύναμιν ἤτοι τῆς γαστρὸς μόνης ἢ τῶν λεπτῶν ἐντέρων ἢ τῶν παχέων, ἢ συμπάντων ἅμα τῶν εἰρημένων ἢ τινῶν ἐν αὐτοῖς.*

Adſtringentia et auſtera ad conſiſtentiam multa inſunt, vt debilis manifeſte fiat propellens vis, mox ventriculi ſolius, aut inteſtinorum tenuium ac craſſorum, mox omnium ſimul, mox quorundam ex illis. GAL. Ibid. I.

inteſtinalis *a*) conſiſtit. Vtraque diſpoſitione, illinc laxitate *b*) inteſtinorum, hinc ſtrictura et ſiccitate, neceſſaria ad vitae tranquillitatem aluina excretio lenteſcit ſaepiſſime. Ex hiſce viſcerum imi ventris diſpoſitionibus languidi varii oriuntur ſtatus, nondum ſane morbi, cum nec perpetuus mali ſenſus, nec determinata actionum laeſio adſit, quos hypochondriorum affectiones appellamus *c*). Ne adeoque increbeſcat malum, prouidendum eſt. Quamuis enim modeſtae alui ſubductiones his non male reſpondeant ex mente AETII *d*); diſſuadet tamen

a) Ἡ μὲν ἀῤῥωστία τῆς κύστεως ὅλης καὶ τῶν ἐπὶ τῷ ἥπατι καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς εἰς τὸ σπλάγχνον ἀγόντων στομάτων καὶ τῶν εἰς τὸ ἔντερον ἐξερευγομένων πόρων.

Imbecillitas veſicae (felleae) totius, hinc eorum, quae ex hepate, et eorum, quae ex ipſa ad inteſtinum (tenue) ducunt, oſculorum, et eorum, quae ad inteſtinum euomuntur, tubulorum. GALEN. *De Sanit. Tuend.* I.

b) Προγαστέρες καὶ πρόκοιλοι.

Tumido ventre homines, aqualiculum alentes.

c) Ὑποχόνδρια μετέωρα.

Hypochondria elata. HIPP. *Epid.* I. Aegr. 8.

Ὑποχόνδρια διαβορβορίζοντα.

Hypochondria flatuoſa. Ib. L. V. ſq.

Ποικίλλοντα ὑποχόνδρια.

Variantem ſenſum imprimentia hypochondria. *Prorh.* et *in Coac. Praen.*

Κοιλίης ἄλογοι ἐπάρσιες.

Ventris elationes ſine cauſſa manifeſta. *Coac. Praen.*

Ζύμωσις ἥπατος.

Fermentatiuus circa hepar motus. *Epid.* IV. 47.

d) Ἐπὶ πάντων δὲ τούτων κοινὸν βοήθημα ἡ τῆς γαστρὸς σύμμετρος ὑπαγωγὴ, καὶ μάλιστα ὅσοις ἐστὶ φύσει σκληροτέρα ἡ γαστήρ.

In his omnibus commune auxilium, ventris mediocris ſubductio, maxime quibus natura ſiccior venter eſt. AET. *Tetr.* I. *Serm.* IV. c. 30.

tamen PLVTARCHVS e), et emollientia, a ſolidis alimentis abſtinentiam, hinc aquarum vſum, ex fonte diaetetico proponit. Auſtera mitiganda ſunt dulcibus et pinguibus f) alimentis, plus ſuccoſi, quam ſolidi habentibus, quorum alia regnum vegetabile ſuggerit, fructus ſcilicet horaeos, dummodo illis recte, nec ad luxuriem vti quis poſſit g); alia ex regno animali depromuntur. Laudat oſtrea GALE-

e) Ὑφισταμένης δὲ κοιλίας, ὀυδὲν φάρμακον, οἷα τῶν σιτίων ἔνια, μαλακὰς ἐνδίδοντα προθυμίας καὶ διαλύοντα πρᾴως, ὧν ἤτε πεῖρα πᾶσι συνήθης, καὶ ἡ χρῆσις ἄλυπος. ἂν δὲ τούτοις ἀπαθῇ, πλέονας ἡμέρας ὑδροποσίαν, ἢ ἀσιτίαν, ἢ κλυστῆρα προσδεκτέον μᾶλλον ἢ ταρακτικὰς καὶ φθαρτικὰς φαρμακείας.

Conſtipata aluo, nullum pharmacum praeter cibos quosdam irritantes et ſoluentes molliter, quorum experientia vnicuique ſit familiaris, et vſus commodus. Si iſtis non obſequatur (aluus), per plures dies aut aquae potum, aut abſtinentiam, aut clyſterem adhibere debemus, quam conturbantia et corrumpentia medicamenta. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 134.

f) Τὰ δ' αὐστηρὰ καὶ στρυφνὰ (τὰ περιττώματα) γλυκέσι τε καὶ λιπαροῖς ἐυδοκεῖν.

Auſterae et ſiccae impuritates dulcibus et pinguibus manſuefaciendae ſunt. GAL. *De Sanit. Tuend.* I.

g) Τὰ μόρα, καὶ τὰ γλυκέα κεράσια, τῶν ὄινων ὁι γλυκεῖς καὶ παχεῖς, ὁι δὲ πέπονές τε καὶ μηλοπέπονες ὀνομαζόμενοι, δι' ὑγρότητά τε καὶ γλισχρότητα πρὸς ὑποχώρησιν εἰσὶν ἐπιτήδειοί τε καὶ δύναμίν γε ἔχουσι μετρίως ῥυπτικήν.

Mora et dulcia ceraſa, ex vinis dulcia et denſa, pepones dictique melopepones, ſecundum humiditatem et mucilaginem ad ſeceſſum ſunt vtiles, et virtutem habent mediocriter laxantem. GAL. *De Alim. Fac.* I. 1. p. 304. VI

Ὡραῖοι ὀνομαζόμενοι καρποὶ ἀπὸ τῆς ὥρας. ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν ὁι Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει.

Horaei dicti fructus ἀπὸ τῆς ὥρας. ὥραν anni illud tempus Graeci nominant, in cuius medio canis ortum fieri contingit. ibid. L. II. 2. p. 335.

GALENVS, eademque lubricandae alui cauſſa proponit [h]). Quid ſero lactis efficacius eſſe poſſit [i])? Nocentium etiam rerum ratio habenda eſt, eorum ſcilicet alimentorum, quae aluum conſtipant [k]), et coctioni reſiſtunt, quam motus iuuat, vti ſine exercitiorum vſu motuque corporis flacceſcit digeſtio [l]).

h) Τῶν ὀστρακοδέρμων ζώων κοινὸν, ἁλυκὸν χυμὸν ἔχειν ἐν τῇ σαρκὶ λαπακτικὸν τῆς γαστρός. Τὰ μὲν ὄστρεα μαλακωτάτην ἔχει τῶν ἄλλων ὀστρακοδέρμων τὴν σάρκα.

Animalium marinorum teſtaceorum commune illud, ſalſum ſuccum in carne habere, quo aluus emolliatur. Oſtrea molliorem reliquis oſtracodermis carnem habent.

Τὰ δὲ ὄστρεα χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίουσιν, ἔνιοι δὲ καὶ ταγηνίζουσιν.

Oſtrea citra coctionem edunt, quidam et frigunt. ib. L. III. 33. p. 397. ſeq.

Τὰ ταριχευθέντα δύσπεπτα πάνυ ἐστί.

Frixa indigeſta omnino. ibid.

i) Τοῦ γάλακτος τὸ ὀῤῥῶδες.

Lactis feroſa pars. ibid.

k) Τῶν ὀσπρίων οὐ μέμνησθαι καλὸν εἰς εὐχυμίας λόγον, ὧν γε μηδὲ ἐσθίουσιν ἄνθρωποι πρὶν ὑπὸ λιμοῦ βιασθῆναι.

Leguminum mentionem facere non bonum ad optimi ſucci rationem, quibus etiam non veſcantur homines, niſi fame compulſi. GAL. *De Euchym.*

Στεγνωτικὰ τῆς κοιλίας, δύσπεπτα καὶ φυσώδεα.

Aluum conſtipantia, dyſpepta et inflantia.

l) Ἡ δὲ ἀσθένεια τῆς λυούσης θερμότητος ἀγυμνασίας ἔκγονος ὑπάρχει.

Debilitas ſoluentis cibos caloris inertiae ſoboles. GAL. *De Sanit. Tuend.* I.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN VI.

QVO

DIAETA PROPHYLACTICA AD MORBOS VIARVM REMOTIORVM

SISTITVR.

Non tantum primis viis inſtrumentisque chylopoieticis gratam operam praeſtat, dum inchoantis morbi ſcintillas ſuffocat, cauetque, ne in flammam erumpant, prophylaxis, ſed etiam ſecuritati *remotiorum viarum*, qua voce vaſa atque viſcera indicimus, proſpicit. Iſta, quae tubo alimentario dedicata eſt prouidentia, intra inteſtinorum limites ſeſe haud continet, ſed maximam vtilitatem vaſis organisque, humores circumducentibus, mutantibus et ſequeſtrantibus, ſimul adfert, dum illud abiicit aut corrigit, quod ſanguini datum, morbum facturum eſt [a]), veluti iſta curam corporis gerendi ratio, ſuperiore ſpecimine a me expoſita fuit. Peculiaris ergo prophylaxeos morborum pars illa erit, quae leges circuli humorum turbatas, anteaquam in

a) Ὁι συνεχῶς ἐτῶν ἐκ ὀλίγων ἐφεξῆς γενόμενοι λιμοὶ ἐναργῶς ἐπεδείξαντο τοῖς γε μὴ παντάπασιν ἀνοήτοις, ἡλίκην ἔχει κακοχυμία δύναμιν εἰς νόσων γένεσιν.

Continenter, annis haud paucis conſequentibus, orti contagioſi morbi efficaciter declarauerunt, non omnino nihil intelligentibus, qualem habeat cacochymia vim ad morborum generationem. GALENVS *De Bon. et Prau. Aliment. Succ.* c. 1. p. 417. VI.

in ſeditionem et inteſtinum bellum leues quidam in republica vitali motus efflagrent, reſtituit atque obfirmat. Sunt enim in partium ſolidarum corporis humani tam ſimilarium, quam organicarum inque earum cum fluidis commercio, certi quidam ſtatus, nondum morbi quidem ſed quos antiquitas conuenienter admodum *διαθέσεις* aut *diſpoſitiones* appellat, ſub quibus morbi, tanquam genere ſuo ſummo, ſiſtuntur b), dum aegritudo minima ſaepe ita adeſt, vt actionem aliquam, licet non frangat, infirmet tamen, quo media c) quaedam ſaepe ſit inter

b) *Γένος οὐδὲν ἐστὶ νοσήματος οὔτε ἐν τοῖς ἁπλοῖς οὔτ᾽ ἐν τοῖς συνθέτοις ἴδιον ἑκατέρως στεγνώσεως, συνίζησις, καὶ ἔμφραξις, εὐρύτητος, ἔντασις, ἔκπτωσις τῶν στοιχείων — ἔστιν ὅτε δὲ ῥύησις ὅτε δὲ ὄγκος.*

Nullum genus eſt morbi nec in ſimplicibus, nec in compoſitis proprium aliud, quam anguſtiae vaſorum, concretionis et infarctus, amplitudinis vaſorum, congeſtionis humorum, delapſus elementorum, aliquando et fluxio: Eſt et tumor. GALEN. *De Different. Morb.* c. 5. p. 5. VII.

Θερμότερα γίγνονται σφῶν αὐτῶν, (τὰ ὁμοιομερῆ) ἢ ἐκ κινήσεως τινὸς, αὐξανομένου τοῦ θερμοῦ, ἢ ἐκ σηπεδόνος, ἢ ἐξ ὁμιλίας ἑτέρου θερμοτέρου σώματος, ἢ ἐκ στεγνώσεως.

Calidiora ſe ipſis fiunt (ſimilaria) vel ex motu quodam, calore aucto, vel ex putredine ob commercium cum calidiore corpore, vel ob anguſtiam vaſorum. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 2. p. 16. VII.

c) *Μέση ἡ καθ᾽ ἕξιν ὑγίεια ταῖς ἐνεργείαις, ἐστὶ δὲ καὶ κατὰ σχέσιν ὑγίεια, καὶ τῆς εὐεξίας. εἰ μὲν γὰρ κατὰ σχέσιν, ἀῤῥώστους ἔχει τὰς ἐνεργείας· εἰ δὲ εὐεξία, ῥωμαλέας: εἰ δ᾽ ἂν καθ᾽ ἕξιν, οὔπω μὲν ἐῤῥωμένους, ἀῤῥώστους δ᾽ οὐκ ἔτι· χρήσιμος εἰς τὰς πάσας τοῦ βίου τὰς πράξεις ἐστὶν ἡ καθ᾽ ἕξιν, οὐ μὴν ἤδη τὸ κατ᾽ ἀρετὴν ἔχουσα, μόνη γὰρ ταῦθ᾽ ὑπάρχει τῇ εὐεξίᾳ*

Media, quae *καθ᾽ ἕξιν* ſeu ad ſufficientiam dicitur, ſanitas quaedam eſt. Eſt autem et alia ad *σχέσιν* ſeu ad mediocritatem ſanitas, et quaedam ad *εὐεξίαν* ſeu ad complementum boni ſtatus. Si ad ſchesin (*mediocritatem*), infirmas habet actiones; Si autem euexia, fortes;

ter ſanitatem morbumque vitae conditio, cui ad exquiſitiorem ſtatum reducendae prophylaxis famulabitur. Illud adeoque homini per naturam datum eſt, quandoquidem nemini illam, quae annorum lapſu conſequitur, virium humorumque ac ſolidorum mutationem euitare licet, vt certe illos, quos errore vel caſu ſibi inductos eſſe intelligit, ſtatus ad morbum decliues mature corrigat. Quodſi ergo fluant alicubi humores, quos manere ſatius foret, opus eſt, vt ſubſtituantur deperditis ſimiles, cibo potuque ſelectiore, quo ſolidorum fluidorumque aequilibrium ſeruetur. Opus etiam, vt igneae illi, qua viuimus, parti, ſubinde aliquid accedat, vnde illud augmentum capere poſſit. Enimuero cum ex altera parte ſinceritas ſimilarium corporis noſtri partium in conformi legibus naturae turpium abundantiumque ſuccorum expulſione conſiſtat, et maximorum morborum primordia ab inſtrumentorum excernentium infarctu pendeant, hac etiam ratione labanti ſanitati ſuccurrimus, ſi viarum iſtarum, depellendis noxiis humoribus deſtinatarum, libertatem conſeruare quouis modo ſtudemus, veluti haec prophylaxeos conſilia ſapienter omnino GALENVS [d]) nobis ſuggerit. Praeterea ſunt diſpoſitiones

tes; Si ad *ſufficientiam*, actiones habet non firmas, nec tamen et debiles. Non omnino vtilis ad omnis vitae functiones ea eſt, quae *κάθ' ἕξιν* dicitur, nondum illud, quod ad robur requiritur, habens, quod ſoli euexiae ineſt. GAL. ibid.

d) *Γῆρας, σύμφυτος ἀνάγκη φθορὰ ἅπαντι τῷ γεννητῷ σώματι. ταύτας τὰς βλάβας ὀυδενὶ γεννητῷ σώματι φυγεῖν ἐγχωρεῖ. τὰς δ' ἄλλας βλάβας ὅσαι ταύταις ἕπονται, δυνατὸν φυλάξασθαι προμυθούμενον. Ῥεούσης γοῦν τῆς συςάσεως, εἰ μή τις ἑτέρας ὁμοίας ἀντεισάγει τῷ ἀποῤῥέοντι, διαφθαρήσεται καὶ σκεδασθήσεται σύμπαν οὕτως τὸ σῶμα. Διὰ μὲν οὖν τῆς ἐδωδῆς ἀναπληροῦμεν ὅσον ἀποῤῥυῆ τῆς ξηροτέρας οὐσίας, διὰ δὲ τοῦ πόματος τὰς ὑγροτέρας ἀντεισάγομεν, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγοντες ἄμφω συμμετρίαν.*

οὕτω

tiones ad morbos, quae in virium corporis tenuitate *e*) conſiſtunt, licet earum vix vlla ſit, quae ſpirituum defectui ſola tribui poſſit, quin alia in ſoli-

 dis

οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀερώδους καὶ πυρώδους οὐσίας τὴν συμμετρίαν ἀναπνοαῖς καὶ σφυγμοῖς διασώζομεν. Ἐπειδὴ μὲν οὖν τὸ πίνειν καὶ τὸ ἐσθίειν ἀναγκαῖα τοῖς ζώοις ὑπάρχει ἀκολουθεῖ δὲ τούτοις ἡ τῶν περιττωμάτων γένεσις ὄργανά τε πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν ἡ φύσις παρεσκεύασεν, καὶ χρὴ δήπου καὶ ταῦτα μήτ᾽ ἐμφράττεσθαι κατά τι, μήτε ἀῤῥωστεῖν κατὰ τὰς ἐνεργείας, ὑπὲρ τοῦ καθαρὸν ἀεὶ καὶ ἀπέριττον φυλάττεσθαι τὸ σῶμα: Καί σοι δύο μὲν ἤδη σκοποὺς τοὺς κατὰ δίαιταν ὑγιεινὴν, ὁ λόγος ὑφηγήσατο, τὸν μὲν ἕτερον ἀναπλήρωσιν τῶν κενουμένων, τὸν δ᾽ ἕτερον ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων, ὁ γὰρ δὴ τρίτος ὁ περὶ τοῦ μὴ ταχύγηρον γίνεσθαι, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῖς εἰρημένοις.

Senectus connaſcens neceſſitate corruptio omni nato corpori; Has corruptelas nulli nato corpori effugere licet: alias autem noxas, quae ex ſe inuicem ſequuntur, poſſibile praecauere, mature cogitando. Fluente adeoque ſubſtantia, niſi quis alias ſimiles res introducat iterum, corrumperetur et diſſiparetur totum corpus. Cibis adeoque quidem replemus, quidquid abſceſſerit de ſolidiore ſubſtantia, potu autem fluidiora iterum inducimus, vtrumque in priſtinam reſtituentes aequalem menſuram Sic etiam aetherei et ignei entis aequilibrium, reſpiratione pulſuque integrum ſeruamus. Quoniam autem et vt bibant, et vt edant, neceſſarium eſt animalibus, conſequitur autem ex his abundantium rerum generatio, organa etiam excretioni eorum natura praeparauit, et oportet omnino iſta haud obſtrui, etiam in minimo, nec laborare ſecundum actiones, quo purum ſemper et abundantibus rebus liberum conſeruetur corpus. Et tibi duo quidem ſcopos diaetae ad ſanitatem ratio propoſuit, alterum repletionem euacuatorum, alterum excretionem abundantium rerum; tertius enim, qui ad illud attinet, ne ſubito conſeneſcas, per neceſſitatem ex dictis conſequitur. GALEN. *De Maraſmo* c. 3. p. 181. VII.

e) Τί γὰρ ἄλλο τὴν ἀτονίαν λέγειν ὑπολαμβάνοι, πλὴν τῆς ἐνεργείας ἀῤῥωστίαν;

Quid enim aliud atoniam dicere conueniat, quam actionis debilitatem? GAL. *De Morb. Diff.* c. 7. pag. 8. VII.

dis fluidisque vitia [f]) ſimul ſupponat. Haec eſt illa corporum atonia, nondum quidem morbus, ſed quae ſubinde augeri, et lentam corporis tabem et praecox ſenium [g]) inferre poſſit. In debili eiusmodi ſtatu verſantibus, vt parua negotia vix ſuſtineant, cibis offendantur non admodum facilibus, leuiſſimas aeris mutationes grauiter ferant, quibus ſanitatis definitio, ob conſtantiae in laboribus ferendis defectum haud omnino competit, opus eſt auxiliis, quae vitale robur augeant. Euchyma illis ciborum genera [h]) conueniunt, potusque meracior, dummodo abſit luxuries. Tantum enim abeſt, vt robur addat vini generoſioris potus, vt debilitet potius [i]), et pharmacorum ardentium ritu, motus febriles ſuccendat.

f) *Πᾶσα δυσκρασία λανθάνȣσα ἀτονια ὀνομάζεται, ȣ̓δὲ μίαν τȣ̃ μὴ πέπταν ζητȣ̃σα αἰτίαν.*

Omnis mala miſcela latens atonia appellatur, non aliam, quam quae ex coctione laeſa eſt, quaerens cauſam. ibid.

g) *Γαςρὸς ἀτονίαι καὶ φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας καὶ μυὸς καὶ παντὸς ἁπλῶς ὀργάνȣ ζωτικȣ̃ τε καὶ ψυχικȣ̃.*

Ventriculi atoniae et venarum, et arteriarum, et muſculorum, et omnis ſimpliciter organi vitalis ac animalis. GALEN. ibid.

h) *Ἔυχυμα ἐδέσματα ἄρτοι κατειργασμένοι ζύμῃ συμμέτρῳ καὶ ἁλῶν μίξει.*

Digeſtu faciles cibi, panes fermento pauco et ſalis mixtura facti. GAL. *De Sanit. Tuend.* IV.

Χυλὸς πτισσάνης: Χόνδρον ἠρτημένον τῇ πτισάνῃ.

Ptiſanae mucilago; alica ptiſanae accommodata. ib.

Ἁι σάρκες ὅταν καλῶς πεπεφθῶσιν, αἵματος εἰσὶν γεννητικαὶ καὶ μάλιςα ἐπὶ τῶν ἐυχύμων ζώων.

Carnes bene coctae ſanguinem generant, maxime animalium boni ſucci. GAL. *De Alim. Facult.*

i) *Ὄινος ἄκρητος πολὺς ποθεὶς διατίθησι τὸν ἄνθρωπον ἀσθενέα.*

Vinum meracius multum epotum efficit hominem debilem. HIPP. *De Vet. Med.*

dat[k]). Moderata fruitio vini ſecuram eius voluptatem reddit, veluti PLVTARCHVS [l]) vini commoda noxasque ſapienter deſcripſit. Nam ne vegetis quidem intemperantius vina bibere et impune licet [m]). Quodſi ergo modice bibas, caloris augmentum [n]) et humorum nocentium expulſiuum pharmacum vino habiturus es [o]). Parum a debilibus atque infirmis abſunt illi, qui mollem placidamque inter litteras et philoſophiae ſtudium domi vitam degunt, dum ſubtili meditatione abrepti corporis curam

 ram

k) Ὄινου παλαιοῦ καὶ δριμέως προσενεχθέντος πλέονος ἀσθενεῖ σώματι, καὶ φαρμάκων δριμέων ἀλεξητηρίων τε καὶ δηλητηρίων ἐπύρεξαν ἄνθρωποι.
Vino vetuſto et forti plus oblato infirmo corpori, vti pharmaco forti alexiterio et nociuo, febriunt homines. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 2. p. 17. VII.

l) Πρὸς τὸν ὄινον, ἅπερ Εὐριπίδης πρὸς τὴν ἀφροδίτην, διαλεκτέον: εἴης μοι, μέτριον δέπως εἴης, μηδ᾽ ἀπολείποις. Καὶ γὰρ ποτῶν ὠφελιμώτατον ἐςὶ, καὶ φαρμάκων ἥδιςον. — Τὸν ὄινον ἢ παντελῶς ἀφαιρετέον, ἢ προσοιςέον πολλῇ κατακεραννύμενον διὰ μέσου, καὶ κατακλυζόμενον ὑδροποσίᾳ.
De vino, quae EVRIPIDES de venere, pronuntianda: ADSIS MIHI, PARCIVS TAMEN ADSIS, NEC DEFICIAS. Nam et potuum maxime vtile eſt, et ex medicamentis iucundiſſimum. Aut omnino carendum eſt vino, aut offerendum multa aqua ad mediam partem mixtum, aut aquae potu elotum. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 132. II.

m) Οὐδὲ τοῖς τελέιοις ἄνευ τοῦ προσήκοντος μέτρου πινόμενος ὄινος ἀγαθός.
Nec conſummatae ſanitatis hominibus ſine conueniente menſura potum vinum bonum. GALEN. *De Sanit. Tuend.* I.

n) Αὔξει τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ὁ σύμμετρος ὄινος, ὡς ἂν οἰκειοτάτη τροφή.
Auget inſitum calorem moderatum vinum, veluti familiare alimentum. GAL. *De Cauſſ. Morb.* ib.

o) Δι᾽ ὑδρώτων τε καὶ οὔρων ἐκκενῶν ὄινος.
Per ſudores et vrinas purgans vinum.

ram negligunt p). Maximam ſane illi ad roboris vitalis conſecutionem impedimentum habent in quiete et laxitate corporis poſitum, cum labor vim inſtrumentis ingeneret q), debilitatis cauſſa ſit quies r). Non tantum alimenta ad ſanitatem his parum accommodantur s), ſed etiam tarditas humorum, infarctus viſcerum et minimorum immeabilitas, quietos homines inſectatur t). Recte adeoque PLATO u) corporis et animae motus ſimul eſſe debere vult. In qua *eruditorum* prouidentia morborum, qui a vita quieta inſeparabiles ſunt, prophylaxis ponitur. Immobilem vitam agentibus abſtinentia quandoque ſalubris

p) Φιλολόγοις καὶ πολιτικοῖς φυλακτέον ἐστὶ, δριμυτέραν ἐν γράμμασι καὶ μαθήσεσι μικρολογίαν, ἀφ' ἧς ἀφειδεῖν καὶ ἀμελεῖν τοῦ σώματος ἀναγκάζονται.

Literariis et rempublicam curantibus cauendum a ſubtili in ſtudiis et meditationibus ſpeculatione, qua negligentius habere et non curare corpus coguntur. PLVTARCH. L. cit p 137.

q) Τοῖς γυμνασίοις ῥώμη τοῖς ὀργάνοις ἐγγίνεται.

Exercitationibus robur organis inditur. GALEN. *De Sanit. Tuend.* I.

r) Μέγιστον κακὸν εἰς ὑγείας φυλακὴν ἐστὶν ἡσυχία παντελὴς τοῦ σώματος, ὥσπερ καὶ μέγιστον ἀγαθὸν ἡ σύμμετρος κίνησις.

Maximum malum ad ſanitatis cuſtodiam eſt quies abſoluta corporis, vti et maximum bonum moderata commotio. GAL. *De Euchymis*, c. 12. p. 438. ſeq. VI.

s) Οὐ δύναται ἐσθίων ἄνθρωπος ὑγιαίνειν ἢν μὴ πονέῃ.

Non poteſt edens homo valere, niſi laboret. HIPP. *De Diaet. Salubr.*

t) Σκιῤῥὸς, ἔμφραξις, θλίψις καὶ μύσις.

Scirrhus, infarctus, attritus vaſorum, obturatio. GAL. *De Sanit. Tuend.* I.

u) Ὀρθῶς οὖν ὁ Πλάτων παρῄνεσεν, μηδὲ σῶμα κινεῖν ἄνευ ψυχῆς, μηδὲ ψυχὴν ἄνευ σώματος, ἀλλ' οἷον τινα συνωρίδος ἰσοῤῥοπίαν διαφυλάττειν.

Recte igitur PLATO monuit, nec corpus mouendum ſine anima, nec animam ſine corpore, ſed veluti ad normam aliquam aequilibrium ſeruandum eſſe. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 137.

lubris eſt [x]). Auocandus ſaepe eſt a ſeriis negotiis animus [y]), quem a paſtu omni meditationi vacare decet [z]). Exercendum corpus obambulationibus; a turbidi aeris allapſu cauendum ſedulo [a]). Commoda tempeſtate ruſticandum [b]). Prae ceteris iuuat equitatus, vtpote quo imi ventris viſcera, eruditis plerumque infarctui obnoxia, ſuccutiuntur quam ſaluberrime [c]). Supplet motus muſcularis defectum penes eruditos, qui vitae academicae ſeſe deuouerunt, intenſior loquelae vſus ac declamatio, quam *ἀναφώνησιν* antiqui appellant. Non enim tantum, muſculis ad loquelam adſtrictis, imi ventris viſcera ſalubriter commouentur [d]), ſed etiam pul-

 monum

x) *Διακενῇ καὶ ἡσυχία.*
Abſtinentia et quies. PLVT. Ib.

y) *Ἑκάστῃ κατασκευῇ σώματος μοχθηρᾷ βίος ἐλεύθερος μεμιγνύσθω.*
Vnicuique conditioni corporis laborioſae vita liberaliter agenda intermiſcenda eſt. GALENVS *De Sanit. Tuend.* II.

z) *Περιπάτοις τὰς ψυχὰς διαφέρειν μετὰ δεῖπνον, μήτε πράγμασι μήτε φροντίσι μήτε σοφιστικοῖς ἀγῶσι.*
Obambulationibus animas occupare poſt paſtum oportet, non negotiis, nec curis, nec philoſophicis concertationibus. PLVTARCH. L. cit.

a) *Πρωῒ δὲ χρέεσθαι τοῖσι περιπάτοισιν, ἡλίους δὲ φυλάσσειν καὶ τὰ ψύχεα τάτε ἐν πρωῒ καὶ τὰ ἐν τῇ ἑσπέρῃ.*
Mane fruendum eſt obambulationibus; Solares aeſtus vitentur, vti et refrigeria, quae mane et veſpera. HIPP. *De Diaet. Salubr.*

b) *Σκάπτειν, κλᾶν ἀμπέλους, ἁμᾶν, ἱππεύειν, ὁδοιπορεῖν, κυνηγετεῖν, ξύλα σχίζειν.*
Fodere, vites ſerere, curru vehi, equitare, iter facere, venari, ligna findere. GAL. *De Sanit. Tuend.* II.

c) *Ἐν ἱππασίαις σείεται τὰ σπλάγχνα.*
In equitatibus commouentur viſcera. GAL. Ib. L. I.

d) *Συγκινοῦσι μέν πως τὰ κατὰ τῶν φρένων σπλάγχνα αἱ μέγισται τῶν ἀναπνοῶν καὶ φωνῶν.*
Commouent viſcera ſub diaphragmate ſita inſpirationum et vocum maximae. GAL. Ib.

monum frequens, modeſta tamen. actio ſanguinem circuli legibus e) accommodat. Quapropter, quid metuant haud eſt illis, qui docendo diem terunt, dummodo, quod in omni labore fieri opus eſt, inter-

e) PLVTARCH. *De Exercitiis, quae philologis conueniunt*, ita habet:

Ἡ καθ' ἡμέραν τȣ̃ λόγȣ χρεία διὰ φωνῆς παραγινομένη θαυμαςὸν, οἷον ἐςὶ γυμνάσιον, ȣ̓ μόνον πρὸς ὑγίειαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχύν. — ἡ φωνὴ τȣ̃ πνεύματος ȣ̃σα κίνησις, — τὸ θερμὸν αὔξει καὶ λεπτύνει τὸ αἷμα, καὶ πᾶσαν μὲν ἐκκαθαίρει φλέβα, πᾶσαν δ' ἀρτηρίαν ἀνοίγει.

Qui quotidie fit ſermonis vſus, voce celebratus admirabile quoddam eſt exercitium, non modo ad ſanitatem, ſed etiam ad robur. Vox ſpiritus cum ſit commotio, calorem auget, rarefacit ſanguinem, omnes venas deplet, arteriam omnem aperit. PLVT. *Praec. Sanit.* p. 130.

Ἐν ταῖς ἀναφωνήσεσιν ἡ μὲν ἐμμέλεια χρησοφωνία ȣ̓δὲν ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὑγίειαν, ὁ δὲ τῶν βαρυτέρων ἤχων φθόγγος χρήσιμος, ὥςε τȣ̃τον ἀσκητέον, ȣ̃τω γὰρ πλεῖςος ἀὴρ εἰς τὸ σῶμα κατ' ἀναπνοὴν ἑλκόμενος, διαςέλλει τόν τε θώρακα καὶ τὴν κοιλίαν καὶ τȣ̀ς καθ' ὅλον τὸ σῶμα πόρȣς ἀνευρύνει καὶ διίςησι· διόπερ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν ποιεῖται τὰς ἐκκρίσεις: τοῖς μὲν ȣ̃ν τονώτερον ἀναγινώσκȣσι μᾶλλον καὶ δι' ἱδρώτων, τοῖς δὲ ἐπιεικέςερον ἐντεινομένοις διὰ τῆς ἀδήλȣ ἀποφορᾶς Συμβαίνει γὰρ διὰ τὸν λεπτισμὸν πολλῶν περιττωμάτων ἀναχρεμπτομένων καὶ πτυέλων καὶ μύξης καὶ φλέγματος, ἔκκρισιν γίγνεσθαι καὶ ἀναπάλωσιν.

In declamationibus modulata vox et tenera loquela nihil conferre poſſit ad ſanitatem; aſt grauium ſonorum accentus vtilis, quare talis vſu acquirendus eſt. Hoc enim plurimus aer in corpus inſpiratione tractus diſtendit thoracem, et abdomen, et omnes corporis poros dilatat et disgregat. Quapropter in ipſis praelectionibus abundantium humorum ſeceſſus fiunt, illis quidem, qui grauiore tono praelegunt, per ſudores, illis autem, qui magis intendunt vocem, per occultam tranſpirationem. Accidit enim attenuatione, multorum abundantium ſuccorum ſcreatu reiectorum, et ſaliuarum, et muci, et phlegmatis euacuationem fieri et abſumptionem. PAVLLVS l. Θ. περὶ ἀναφωνήσεως.

terquieſcant f), et noctes tranquillas, nec peruigiles turbidasque g), magno ſanitatis incommodo lucubrationibus tranſigant, cum ſomni vigiliarumque viciſſitudines ordinatae ſanitatem faciant, interruptae corpus infirment h). Habent quidem eruditi, dum animo ſublimibus intento, corpore deficiunt, excuſationem; at deridendi omnino ſunt, qui ob ignauiam virtute vitali ad ſanitatem carent i). Illos nunc non attingo, qui ob morum ſqualorem flaccidi ſunt inertesque, ac inutilia terrae pondera, ſed eos volo, qui a cauſſa corporea torpidi fiunt, ſanguinis ſcilicet copia k) et ſpiſſitudine humorum. Hos ex-

H 5 tenuari

f) Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.
In omni motu corporis, vbi laborioſus ille eſſe incipit, ſubito quieſcere, laſſitudinem leuat. GAL. *De Sanit Tuend.* II.

g) Ὕπνοι φαντασιώδεες καὶ ταραχώδεες, νὺξ κοπώδης, ἀσσώδης, ἄγρυπνος.
Somni imaginibus pleni et terribiles, nox laborioſa, inquieta, peruigil. GALEN. Ib. IV.

h) Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν.
Somnus, vigiliae, vtrumque menſura plus factum, malum. HIPP. *Aph.* Sect. II. 3.
Περὶ ὕπνου, κατὰ φύσιν σύνηθες ἡμῖν ἐστὶ τὴν ἡμέρην ἐγρηγορέναι, τὴν δὲ νύκτα καθεύδειν, ἢν δὲ ᾖ τοῦτο μεταβεβλημένον, κάκιστον.
Quod ad ſomnum attinet, ſecundum naturam conſuetum nobis eſt diem vigiliis abſumi, de nocte dormire. Si illud fuerit inuerſum, peſſimum. HIPPOCR. *Progn.*

i) Ῥαθυμίη ὑγραίνει καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα ποιεῖ.
Ignauia humectat et debile corpus efficit. HIPP. *De Diaet.* I.
Ἀργὸν βίον βίοντες opponuntur τοῖς ὑπερπονοῦσι, *illis, qui laboribus franguntur.* GAL. *De Sanit. Tuend.* VI.

k) Ἀργότεροι πρὸς τὰς κινήσεις εἰσὶν οἱ πληθωρικῶς διακείμενοι, καθάπερ καὶ οἱ θερμότεροι τὴν κρᾶσιν.
Ignaui magis ad motus ſunt plethorice conſtituti, vti et qui calidiores miſcela ſunt. GAL. Ib. II.

tenuari oportet [l]) victu macilento et aquae potu, quo tamen vno, nec per vinum temperato victitare incongruum [m]) eſt. Maxime autem laboribus addicendus eſt animus, quoscunque vitae ratio fert, quo abundantes ſucci imminuantur [n]), ſolida ſubigendis humoribus accommodentur [o]), et attritu ad praeſtantiſſimum robur ſenſim inducantur, a qua fluidorum legitima mutatione laudabilis nutritio vnice pendet [p]). Debilibus etiam annumerantur illae homi-

l) Εἰ δὲ ἐμφραχθῶσιν οἱ πόροι διὰ πάχος ἢ πλῆθος ἢ γλισχρότητα περιττωμάτων, ἡ λεπτύνουσα δίαιτα τούτοις ἁρμόσει.
Si infarcti fuerint pori ob ſpiſſitudinem vel copiam, aut lentorem abundantium humorum, extenuans diaeta his conueniet. GAL. lb. I.

m) Ταῖς θερμαῖς φύσεσιν ἁπάσαις οὐκ οἰκεῖος οἶνος, ἀλλ᾽, ἄμεινον ἐπ᾽ αὐτῶν ἐστὶν ὕδωρ ποτόν — ἄτοπον ἐφ᾽ ὕδατος μόνου διαιτᾶσθαι.
Calidioribus naturis omnibus non familiare vinum, ſed melior eſt illis aquae potus. Inconditum tamen, aqua ſola victitare. GAL. lb. V.

n) Γυμνάσια λύειν δύναται τὰ περιττώματα καὶ διὰ πόρων ἐκκενοῦν.
Exercitia ſoluere poſſunt abundantes ſuccos et per poros euacuare. GAL. lb. I.

o) Παρασκευάζει (ἡ κίνησις) τὰ ὀργανικὰ μόρια εὔτονα πρὸς τὰς ἐνεργείας, τὴν δὲ τῆς τροφῆς ἀλλοίωσιν ἑτοιμοτέραν καὶ τὴν θρέψιν βέλτιον ἐργάζεται, ἐκκαθαίρει δὲ καὶ τοὺς πόρους, κενῶν τὰ περιττώματα διὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἰσχυρὰν κίνησιν.
Efficit (motus) organicas partes ad actiones robuſtas, alimenti mutationem aptiorem, nutritionem rectius perficit, expurgat poros, vacuans ſuperfluitates per ſpiritus validam commotionem. PAVLL. I. 15. περὶ γυμνασίων.

p) Ἀνάγκη τρία ταῦτα γενέσθαι πρὸς κίνησιν, κατὰ τὸ γυμναζόμενον σῶμα, τὴν δὲ σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, τὴν δὲ ἐμφύτου θερμότητος αὔξησιν, τὴν δὲ τοῦ πνεύματος κίνησιν.
Oportet tria iſta fieri per commotionem, in exercitato corpore, firmitatem organorum ad inuicem attritorum, inſiti coloris augmentum, ſpiritus commotionem.

Τὴν

hominum conditiones, quae inter tranquillitatis exquiſitae eiusdemque quodammodo laeſae ſtatum medio modo ſeſe habent [q]); Quibus adeoque, ne vacillent cadantque penitus, prophylaxis conſulit. *Grauidae*, ſuo quidem modo ſanae, in decliui tamen ſemper poſitae ſunt, et faſtidiis aliisque incommodis, quae illas hilares omni ratione eſſe haud ſinunt, exercentur. Quarum adeoque ſimulque foetuum curam gerere iuſſit PLATO [r]), et diaetam illis ordinauit, animi tranquillitatem corporisque motum [s]), quibus

Τὴν πρὸς ἐνεργείας εὐτονίαν, τὴν τῶν ἀναδιδομένων ἀλλοίωσιν ἑτοιμοτέραν, καὶ τὴν θρέψιν βελτίονα, καὶ τῶν περιττωμάτων κένωσιν.

Ad actiones robur, aſſumptorum mutationem praeſtantiorem, nutritionem meliorem, et excrementorum euacuationem. GAL. Ib. II.

q) *Ὁ γὰρ ἐμὸς δὴ λόγος ἐδ' ἡδονὰς φησὶ δεῖν διώκειν τὸν ὀρθὸν βίον, ἔτ' αὐτὸ παράπαν φεύγειν τὰς λύπας, ἀλλ' αὐτὸ ἀσπάζεσθαι τὸ μέσον.*

Sermo meus non voluptates dicit eſſe quaerendas per optimam vitam, neque omnino carendum eſſe afflictionibus, ſed illud optandum eſſe, quod medium. PLAT. *De Leg.* VII. p. 629.

Τί ἐστὶ κίσσα; Ὄρεξις τῆς ἀσυνηθεστάτης τροφῆς, ἡ καιρῷ τινὶ ταῖς ἐγκυέσαις γυναιξὶ συμβαίνει σὺν πλεονεξίᾳ τῶν χυμῶν καὶ ναυτίᾳ.

Quid eſt Pica? Appetitus non conſueti alimenti, qui tempore aliquo grauidis feminis accidit cum abundantia humorum et nauſea. MOSCHION L. *De Muliebr.* p. 5. T. I. Gynaec. ed. WOLPH.

r) *Θεραπείαν τοῖς ἐντὸς τῶν αὐτῶν μητέρων τρεφομένοις καὶ τοῖς κυεμένοισι ποιεῖν.*

Curam foetuum intra matres nutritorum ipſarumque grauidarum habere. PLAT. l. cit.

Τὴν μὲν κύεσαν περιπατεῖν.

Grauida ambulet. ibid. p. 628.

s) *Δεῖ καὶ τὰς φερέσας ἐν γαστρὶ πασῶν τῶν γυναικῶν μάλιστα θεραπεύειν ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν, ὅπως μήτε ἡδοναῖς τισι πολλαῖς ἅμα καὶ μάργοις προσχρήσεται ἡ κυέσα, μήτε ἂν λύπαις, τὸ δὲ ἵλεων καὶ εὐμενὲς πρᾶόν τε τιμῶσα διαζήσῃ τὸν τότε χρόνον.*

Opor-

quibus decens victus et ex pharmacis quaedam, quae ſanguinem imminuere aluumque liberam ſeruare poſſint, ad latus ponenda erunt. Longe imbecillior, adeoque curae prophylacticae indigentior eſt ipſe *foetus*, cuius debilem vitam ſuſtinere, mollitiem partium, ne creſcendo deflectant, ſtabilire iuſſit PLATO [t]). Qua ratione illud fieri ſtatim a natiuitate oporteat, MOSCHION [u]) docet. Maxime eo dirigenda cura eſt, vt optimi lactis *nutrix* tenello procuretur, eademque prouide regatur, vt habeat, ex quo robur et incrementum capere poſſit alumnus [x]).

Qua-

Oportet vtero ferentes plus reliquis feminis curare per hunc annum, ne voluptatibus quibusdam et nimiis et vehementibus fruatur praegnans, neque afflictionibus, ſed placidum, et modeſtum, et manſuetum affectans viuat per hoc tempus. PLAT. Ib. p. 629.

t) Τὸ γεννώμενον πλάττειν καὶ μέχρι δυοῖν ἐτοῖν σπαργανᾶν.

Natum foetum componere et per duos annos ligare faſciis. PLATO Ib. p. 628.

u) Ἡ δὲ στρωμνὴ τῆς κοίτης αὐτῷ οὕτως ἔστω ἐστρωμένη, μαλακὴ, ἀλλὰ μὴ σφόδρα, ἵνα μὴ πολὺ κείμενον τὴν ῥάχιν τὸ νήπιον ἢ τὸν τράχηλον διαστρέψῃ. οὕτως μετρίως καθιδρυμένης καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ νήπιον κεῖσθαι δεῖ.

Sratum lectuli (neogenito) ita praeparetur, vt molle ſit, nec tamen nimis, ne inclinetur valde ſpina infantulus, et collum diſtorqueat. Ita etiam mediocriter obfirmato capite infantulus iacere debet. MOSCHION l. cit. Quaeſt. ξϑ. p. 13.

x) (Ἡ τρόφος) κοινῶς, καθὼς πάντες οἱ ἄνθρωποι, ὑγιεινὴ εἶναι δύναται· γυμνάζεσθαι τοίνυν τὸ σῶμα αὐτῆς ἀνακτῶν, καὶ τροφὴν ἱκανῶς λαμβάνειν αὐτὴν δεῖ, καὶ ἀεὶ τὴν μέθην καὶ τὴν ἀπεψίαν ἀποτρέπειν — τὰ ἀνωτέρα μέρη καὶ τὰς χεῖρας ὅτι μάλιστα γυμνάζειν, ὅπως πλέον τὸ γάλα καὶ πεπεμμένον τοῖς μαστοῖς ἐπιρρέυσῃ· — εἰς τὸν ἴδιον ἄνδρα καθ᾽ ὅλου μὴ προσπελάσῃ, μήπως τῇ ἀφροδισίων χρήσει τὴν κάθαρσιν ἀναμνησθῇ, ἧς ἐπερχομένης τὸ γάλα ἐξαφανίζεται καὶ ἀποσβέννυται. Ταῖς δὲ πρώταις ἡμέραις, αἷς θηλάζειν ἄρχεται, ἁπλὰς τροφὰς λαμβανέτω, καὶ ὕδωρ πινέτω, μὴ στερεὸν τὸ γάλα τῷ ἀρτιγενεῖ νηπίῳ σὺν δυσχερίᾳ διὰ τοῦ στενοῦ λάρυγγος καθέλθῃ, καὶ καθάπερ τὸ βρέφος παρερχο-

Qualem hanc eſſe deceat y), ipſiusque boni lactis ſigna eleganter PAVLLVS expoſuit z). Praeſtat tamen

ῤερχομένων τῶν ἡμερῶν καὶ μηνῶν ςερεοῦται, οὕτως καὶ ςερεὰς τροφὰς λαμβάνειν ἄρξηται αὐτή.

(Nutrix) ſimiliter, vti omnes homines, ſana eſſe poterit. Vt adeoque corpus exerceat, adigenda eſt, et victum decenter capere debet, et ſemper ebrietatem et indigeſtionem vitare: Superiores artus et manus maxime exercere debet, vt maiore copia lac coctumque mammis influat. Marito non accedat, ne veneris vſu menſes prouocet: Quibus ſuperuenientibus, lac euaneſcit et extinguitur. Primis diebus, quibus lactare incipit, ſimplices cibos capiat, et aquam bibat, ne ſpiſſum lac recens nato cum difficultate ad anguſtum laryngem deſcendat, et veluti infans, transeuntibus diebus et menſibus, obfirmatur, ita et ſolidiores cibos ſumere incipiat. MOSCHION Ib. ος. p. 14.

y) Αἱρεῖσθαι οὖν χρὴ τιτθὴν μήδ' ὁτιοῦν νόσημα ἔχουσαν, καὶ μὴ ἄγαν πρεσβυτέραν, μήτε δὲ νεωτέραν· Στῆθος μέγα ἐχέτω καὶ τιτθοὺς μεγάλους, καὶ θῆλας μήτε μεμυκυίας μήτε ἀπεςρεμμένας. ἔςω δὲ τὸ ἄλλο σῶμα μήτε πιὸν ἰσχυρῶς, μήτε ὑπέρλεπτον· Χρὴ τὴν τιτθὴν μὴ πάλαι τετοκυῖαν εἶναι, φυλάσσεσθαι δὲ τὰ ξηραίνοντα καὶ τὰ ἁλυκὰ καὶ δριμέα καὶ ςρυφνὰ καὶ ὀξέα καὶ πικρὰ, ἀπεχέσθω καὶ λαγνείων, καὶ πονείτω διὰ τῶν χειρῶν καὶ ὤμων· ἐπὶ ἀγκάλης ἔχουσα τὸ παιδίον περιαγέτω.

Seligere adeoque oportet nutricem, nullum, qualis ſit, morbum habentem, non valde annoſam, nec iuuenculam. Thoracem elatum habeat, mammas magnas, et papillas nec elatas, nec diſtortas. Reliquum corpus ſit nec vehementer pingue, nec vltra modum tenue. Oportet nutricem non longo ante tempore peperiſſe. Vitare debet deſiccantia et ſalſa, et acria, et auſtera, et acida, et amara. Abſtineat a venere, et laboret manibus atque humeris, vlnis geſtans infantulum circumferat. PAVLL. Libr. I. β.

z) Γάλα δὲ βέλτιςον ἐςὶ τὸ σύμμετρον πάχει, πλήθει, χρόᾳ, ὀσμῇ, γεύσει, χρήσιμον δέ ἐςι καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ ὄνυχος ἐπιςαζόμενον τοῦ μεγάλου δακτύλου, ὅταν δὲ ἐν τῷ κάμπτειν τὸν ὄνυχα μήτε ταχέως μήτε βραδέως ἀποῤῥέῃ; χρήσιμον, δοκιμάζειν δὲ καὶ οὕτως, ἐγχέοντα τοῦ γάλακτος εἰς ἀγγεῖον ὑάλινον, ἐμβάλλειν τοῦ ταμίσου σύμμετρον, καὶ διαθλίψαι τοῖς δακτύλοις. εἶτα ἐάσαντες ἕως οὗ παγῇ

men lacte matris nutriri infantes, tanquam familiari ipſis alimento, quo ſcilicet per ſanguinem adducto in vtero etiam materno vixerant [a]). Maxima abinde cura habenda eſt, ne debilia infantum oſſicula neglectu nutricum vitium capiant [b]), neque, vbi ſenſus

παγῆ θεωρεῖν ἐν ἔλαττον τὸ τυρῶδες τοῦ ὀῤῥώδους, τὸ γὰρ τοιοῦτον γάλα ἄχρηστον, τὸ δὲ ἐναντίον δύσπεπτον, ἄριστον δὲ τὸ σύμμετρα ἔχον ἀμφότερα.

Lac optimum eſt mediocre, ſpiſſitudine, copia, colore, odore, ſapore, vtile eſt illud, quod ſuper vnguem pollicis conſiſtit, vt, dum flectitur vnguis, nec celerius, nec tarde defluat, vtile autem comprobandum ita, infundendo de lacte, quid in vas vitreum, adde coaguli lactis parum et digitis miſce. Hinc relinquentes, donec coaguletur, videndum, an minus caſeoſi eſt, quam ſeroſi: Tale enim lac inutile, et contra, indigeſtum. Optimum vtrinque partem aequalem habens. PAVLLVS L. I. γ.

a) Ἄριστον ἅπασι βρέφεσι τὸ τῆς μητρὸς ἐστὶ γάλα, πλὴν εἰ μὴ τύχῃ νενοσηκὸς, ἐξ αἵματος ἔτι κυουμένοις ἡμῖν ἡ τροφή.

Optimum omnibus infantibus eſt matris lac, niſi ſit morboſum. Ex ſanguine nobis adhuc in vtero verſantibus nutritio erat. GAL. *De Sanit. Tuend.* I.

Ἐξ αἵματος δὲ καὶ ἡ τοῦ γάλακτος γένεσις ὀλιγίστην μεταβολὴν ἐν τοῖς μαστοῖς προσλαβόντος, ὥσθ᾽ ὅσα παιδία τῷ τῆς μητρὸς γάλακτι τρέφεται συνηθεστάτῃ δὲ ἅμα καὶ οἰκειοτάτῃ τροφῇ χρῆται.

Ex ſanguine etiam lactis generatio, parum mutationis in mammis paſſi, vt, quicunque infantes matris lacte enutriuntur, vtantur conſueto ſimulque domeſtico alimento.

b) Τὰς τροφοὺς ἀναγκάζομεν, νόμῳ ζημιοῦντες, τὰ παιδία — ἀεί πη φέρειν, μέχρι περ ἂν ἱκανῶς ἵστασθαι δυνατὰ γένηται, καὶ τότε διευλαβουμένας ἔτι νέων ὄντων, μήπως βίᾳ ἐπερειδομένων στρέφηται τὰ κῶλα.

Nutrices adigimus, lege poſtulantes, vt infantes continenter geſtent, donec, vt ſuſtineant ſe ipſos, habiles efficiantur. Illud etiam curent, ne violentia ſuo pondere preſſis flectantur artus. PLATO *De Leg.* VII. pag. 628.

Τα

ſus eorum robur acquirunt, terroribus, et, quam fletu ſignificant, triſtitia grauius, quam ſanitas fert, afficiantur, ſiquidem ad animorum etiam culturam haud parum confert blanda cum infantibus viuendi ratio [c]). Veluti ergo ſenſim per annorum ſucceſſiones robur humanum creſcit; ita debiles eſſe nondum deſinunt minores, et culturam tam corporis, quam animi annis ſuis parem et profeſſioni, quam quilibet amplexurus eſt, conformem poſtulant [d]). Illa ſcilicet aetate, optimo vitae regimine, obfirmandum corpus bonisque ſuccis replendum eſt, vt vel morbis penitus carere, vel eosdem minimos breues ac ſalutares habere, ſicque ad ſenectutem perdu-

Τὰ τρία ἔτη παρῶτο πᾶσαν μηχανὴν προσφέρων, ὅπως τὸ τρεφόμενον ὡς ὀλιγίστῃ προσχρήσεται ἀλγηδόνι, καὶ φόβοις, καὶ λύπῃ πάσῃ κατὰ δύναμιν· ἆρ' ἐκ οἰόμεθα ἔνθυμον μᾶλλόν τε καὶ ἵλεων ἀπεργάζεσθαι τηνικαῦτα τὴν ψυχὴν τε͂ τρεφομένε;

Tribus annis tentet, omni ſtudio annitens, vt alumnus minima afficiatur triſtitia et timoribus et dolore quocunque, quoad eius fieri poſſit. Nonne putandum, manſuetam magis et molliter elaborari poſſe hoc modo animam alumni? PLATO Ib. p. 629.

c) *Τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν ἅμα καὶ εὐεξίαν ἀσκεῖν, τήν τε ψυχὴν εἰς εὐπείθειάν τε καὶ σωφροσύνην.*

Corpus ad ſanitatem ſimul et robur exercere, animam autem ad obſequium et manſuetudinem. GALEN. *De Sanit. Tuend.* I.

d) *Ἄχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκαετίδος ἡλικίας φυλαττέσθω γυμναζόμενος μήτε πάνυ πολλὰ μήτε βίαια, μήπως αὐτε͂ τὴν αὔξησιν ἐπισχῶμεν. μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα μέχρι τῆς τρίτης, εἰ μὲν εἰς τὴν ἄκραν εὐεξίαν ἄγειν αὐτὸν ἐθέλεις, γυμνάζειν τὸ σῶμα.*

Ad vſque decimum quartum annum aetatis cauendum, ne (puer) nec omnino frequenter, nec violenter exerceatur, ne eius incrementum cohibeamus. Poſt alterum autem annorum ſeptenarium ad tertium vſque, ſi ad ſummam ſanitatem eum educere velis, exercendus. GALEN. Ib. I.

perdurare poſſit e). Haec ex neceſſitate conſequitur f), nec tam morbus eſt, quam inſeparabilis vitae debilitas, ex fibrae rigiditate ſenſim inducta naſcens g), cuius, ſi ad ſummum profecta eſt, imaginem ex HIPPOCRATE GALENVS h) ſiſtit. Omnium

e) *Τὶς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς φιλοσόφων ἔγραψε βιβλίον, ἐπιδεικνὺς, ὅπως ἔνεστιν ἀγηρόν τινα μεῖναι τὸ πάμπαν. —— Δευτέραν ἔκδοσιν ἐποιήσατο, περὶ τῆς θαυμαστῆς ἀγηρασίας, ἐπιδεικνὺ, ὡς οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἄγηρος δύναται διαμένειν, ἀλλὰ δέοι μὲν εἰς τοῦτο κατὰ φύσιν ἔχειν ἐπιτηδείαν. μάλιστα δὲ ἂν, εἰ πρώτῃ τροφῇ τοιαῦτα βάλλοιτο θεμέλια, καὶ ἐπηγγείλατο, τῶν ἐπιτηδείων εἰς τοῦτο βρεφῶν εὐθὺς αὐτῷ ἐπιστατῶν, αὐτῶν ἀθάνατα ποιήσειν τὰ σώματα.*

Aliquis noſtratum philoſophus librum ſcripſit, demonſtrans, qua ratione liceat alicui non ſeneſcenti manere omnino. Aliam editionem fecit DE ADMIRABILI NON SENESCENDI ARTE, demonſtrans, non omnem hominem poſſe haud ſeneſcentem manere, ſed opus eſſe ad id aliqua naturae conuenientia. Maximum illud eſſe, ſi primis alimentis eiusmodi fundamenta iacta fuerint, et denunciauit, ſi apti ad hoc infantes ſibi traderentur, ſe eorum immortalia facturum corpora. GAL. *De Maraſm.* c. 2. p. 179. ſeq. VII.

f) *Γῆρας πάθος ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον.*
Senectus paſſio ex neceſſitate ſequens.

g) *Μαρασμός ἐστι φθορὰ ζῶντος σώματος ἐπὶ ξηρότητι.*
Maraſmus eſt corruptio viuentis corporis ex ſiccitate. GAL. Ib.

Ἄρχεσθαι χρὴ τὴν τοῦ ζώου γένεσιν ἐκ μαλακῆς οὐσίας, τελευτωμένην δὲ γίνεσθαι σκληρήν.
Oportet oriri animalis generationem ex molli ſubſtantia, eamque ſub finem fieri duram. GAL. Ibid.

h) *Ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα καὶ οἱ λόβοι τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα περὶ τὸ μέτωπον ξηρόν τε καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον ἐόν.*
Naſus acutus, oculi caui, tempora collapſa, aures frigidae et contractae, et lobi aurium diſtorti, et cutis circa

Omnem debilitatum confluxum propterea ſenectutem PLATO [i]) eſſe dicit, qui primus ſenes bis pueros eſſe ſcripſit. Quamuis enim ſanitas *ſenibus* derogari haud poſſit, eſt tamen infirma [k]). Quo plus obrigeſcunt minima, quae inſtrumenta ſenum faciunt, eo plus flacceſcunt actiones, carnes deſiccantur, motusque fit inertia [l]), ſiquidem et vaſa ſanguiflua denique ſenibus indurantur, vti iam a GALENO [m]) obſeruatum eſt. Eſt adeoque quaedam pro-

circa frontem ſicca, denſa et aſpera. Ex HIPP. *Progn.* GAL. *De Maraſm.* c. 2. p. 179. VII.

i) Ἐις τὸ γῆρας πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές: Δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίνονται.

In ſenectutem omne confluit, quod in natura eſt infirmum et inſanabile. Bis pueri ſenes fiunt. PLATO in AXIOCHO. Cf. *De Legib.* I. p. 573.

k) Ὑγίεια γέροντος, οὐχ ἁπλῶς ὑγίεια. ἐκείνη γὰρ ἄμεμπτός ἐστι διὰ τὴν τῶν ἐνεργειῶν ἀρετὴν, μεμπτὴ δὲ ἡ τῶν γερόντων.

Sanitas ſenis, non ſimpliciter ſanitas. Illa enim inculpata eſt ob actionum robur, culpanda autem ea, quae ſenum. GAL. *De Sanit. Tuend.* VI.

l) Περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἤδη ξηροτέρων ἁπάντων τῶν ὀργάνων γιγνομένων, αἵ τε ἐνέργειαι χεῖρον ἐπιτελοῦνται, καὶ ἀσαρκώτερόν τε καὶ ἰσχνότερον ἑαυτοῦ γίνεται τὸ ζῶον. ἐπὶ πλέον δὲ αναξηρόμενον οὐκ ἀσαρκώτερόν τε μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥυσσὸν ἀποτελεῖται, καὶ τὸ κῶλον ἀκρατὲς καὶ σφαλερὸν ἐν ταῖς κινήσεσι.

Plus, quam par eſt, ſiccis omnibus organis factis, actiones in peius eunt, et macilentius tenuiusque ſe ipſo fit animal. Plus autem exſiccatum, non macilentius tantum, ſed et rugoſum fit, et articulus infirmus in motibus. GALEN. *De Maraſm.* l. c.

m) Ἀναγκαῖον ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ ξηρότερον γίνεσθαι σφῶν αὐτῶν οὐ τὰ σπλάγχνα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας.

Neceſſarium, ſuccedente tempore, ſicciora fieri ſe ipſis non viſcera tantum, ſed et arterias et venas. ib.

prophylaxeos pars, *Gerocomica* *), cuius finis in eo ponitur, vt prohibeantur fibrae cordis eo vſque exſiccari, vt illis a motu vitali quieſcendum ſit [n]). Soli diaetae illud artificium relinquendum eſt, videndumque, an talia adduci ſanguini poſſint, quae formam minimorum elementorum mutare, et aequalem illis vim conciliare ad humores mouendos valeant [o]). Pharmaca ſane ad ſenectutem nihil faci-

*) Veteres et omnem victus rationem bene deſcripſerunt, et maxime eam, quae aetati cuiusque hominis conſentanea eſt, in qua haud vltima pars erat, docere, quid ſeni faciendum vel fugiendum ſit, vt ſenectus, ni prorſum auertatur, ſaltem leniatur. Hinc paſſim apud philoſophos haud leuia praecepta legas, quae ex natura depromta videntur, apud medicos, quae vſu et experientia comprobata nouerant, ideoque quam diligentiſſime commendabant. In eo ſolo deliquiſſe putandi ſunt, quod interdum explicent, quae ſola obſeruatione conſtant. *G.*

n) Κωλῦσαι ξηρανθῆναι σφοδρότερον τὰ ὁμοιομερῆ.
Impedire, ne deſiccentur nimium ſimilares partes. ibid.

Τὸν δὲ τοῦ γήρως μαρασμὸν ἀδύνατον δήπου καταλῦσαι, βοηθεῖσθαι δὲ, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐκταθεῖναι, δυνατὸν, καὶ τόγε γηροκομικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰατρικῆς τοῦτ' ἐστὶ, σκοπὸν ἔχον, ἐνίστασθαι καὶ διακωλύειν ὡς οἷόν τε, μὴ ξηρανθῆναι τὸ σῶμα τῆς καρδίας εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐνεργοῦν ποτε παύσασθαι.

Senectutis marcorem impoſſibile eſt ſoluere, iuuari autem, vt in longum differatur, poteſt, et haec quidem fomenta ſenibus parans medicinae pars illa eſt, quae ſcopum habet ſiſtere et cohibere, quantum poſſibile, ne deſiccetur corpus cordis in tantum, vt laborare deſinat. GAL. *De Maraſmo*, c. 6. p. 186.

o) Ἑτέραν ἐνθεῖναι στοιχείωσιν ἀναλόγως ἴσην κατὰ δύναμιν, οὕτως ἂν μόνως ἀγηρόν τε καὶ ἄφθαρτον φύσεως δημιούργημα ἔμενε.
Aliam indere elementarem conſtitutionem conuenienter aequalem ad vires. Sic forte tantum ſenectutis expers et incorruptibile naturae aedificium maneret. GAL. Ib.

faciunt [p]). Hanc non tam annis, quam viribus metimur. Quapropter erunt, qui citius tardiusque conſeneſcunt, vti vel naturae vis naſcentibus indita, vel diaeta, vel morbus, vel turbulenta vita, vnum alterumue fieri permittit [q]). Illos autem ſero mori ſcribit GALENVS, qui, praeſtantiſſimo robore nati, ſibi ſolis viuere, et a publicis negotiis abeſſe poſſint [r]), quam ſenectutem, otio acquirendam, nemo ſapientum optabile quid eſſe putauerit. Ex HOMERO curam corporis ſenilis adducit GALENVS, et omnium cauſſarum bonum ordinem, maxime quietem et balnea [s]), laudat, quae ad

 emol-

p) Ἤκουσα Τιβέριόν ποτε Καίσαρα εἰπεῖν, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρας, καταγέλαστός ἐστιν.
Audiui, TIBERIVM quondam Caeſarem dixiſſe, quod vir ſexaginta annos natus, praebens medico manum, ridiculus ſit. PLVTARCH. *Praec. Sanit.* p. 136.

q) Ἡ κρᾶσις ἐστὶ δι᾽ ἣν καὶ γηρῶμεν ἄλλος ἐν ἄλλῳ χρόνῳ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον, ὡς ἂν καὶ φύσεως ἔχωμεν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπιτηδεύματος ἢ δίαιταν ἢ νόσους ἢ φροντίδας ἤ τι τοιοῦτον, ξηρανθέντες ἀμετρότερον, τύχωμεν.
Temperamentum eſt, per quod et ſeneſcimus, alius alio tempore, et citius, et ſerius, vti naturae quid habemus ab initio, vel diſpoſitionis, vel diaetam, vel morbos, vel curas, vel aliquid ſimile, immoderatius exſiccati, nacti fuerimus. GAL. *De Sanit. Tuend.* V.

r) Ὅπως ἄν τις ἀρίστης τυχὼν κατασκευῆς τοῦ σώματος, ἀποχωρήσας ἁπάντων τῶν κατὰ βίον εἰς τὸ κοινὸν συντελούντων, ἑαυτῷ μόνῳ ζήσαι, μήτε νοσήσας μήτε ἀποθανὼν ἔμπροσθεν τοῦ μηκίστου χρόνου τῆς ζωῆς.
Vti aliquis optimam nactus conſtitutionem corporis, ſecedens ab omnibus (negotiis), quae per vitam in communem vſum ſuſcipiuntur, ſibi ſoli vixerit, nec aegrotabit, nec morietur ante ſummum tempus vitae. GAL. Ib. I.

s) Κωλῦσαι μὲν τὸ γῆρας ἀδύνατον, ἐπισχεῖν δὲ τὸ τάχος αὐτοῦ δυνατόν. ἔοικε τοίνυν Ὅμηρος, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ τοῦτο μαντικῶς περὶ τῶν γερόντων;

ἐπεὰν

emolliendam rigidam fibram plurimum conferunt [t]). Molles cibi [u]) ſunto; lac forte proficuum fuerit, cuius vſu aliquis penes GALENVM ad ſummam ſenectutem euectus eſt, dum alter imitaturus noxam abinde paſſus fuit [x]). Abſtinentia

— — ἐπεὰν λέσαιτο, φάγοιτο
εὑδέμεναι μαλακῶς, οἷα δίκη ἐςὶ γερόντων.

Καὶ γὰρ τὸ λετρὸν, τῶν ὑγραινόντων ἐςὶ, καὶ ἡ μαλακὴ κοίτη καὶ ὁ ὕπνος, ἡ δὲ τροφὴ πρώτη καὶ μάλιςα. μόνη γὰρ αὕτη μέρος γίνεται τῶν τρεφομένων σωμάτων.

Impedire quidem ſenectutem impoſſibile, continere autem celeritatem eius, poſſibile videtur. Propterea HOMERVS, ſi quid vnquam, hoc poëtice de ſenibus:

— — Inde lauetur edatque,
Molliter atque cubet, ſenibus lex conuenit iſta.

Nam balneum ex humectantibus eſt, et cubatio, et ſomnus, victus autem primum et maxime: Solus enim ille pars fit nutriti corporis. GAL. *De Maraſm.* c. 5. p. 184.

t) Βαλανεῖον φαίνεται ἐναργῶς ὑγραίνων τὲς κατεξηραμένες, ὡς ἔνεςιν ἐπί τε τῶν ὁδοιπορησάντων. ἐν ἡλίῳ θερινῷ ἢ καὶ ἄλλως ὁπωσῦν γυμνασαμένων ἢ ἐγκαυθέντων θεάσασθαι. Τέτες γὰρ ἅπαντας, ἔτι τε πρὸς αὐτοῖς ὅσοι διψώδεις εἰσὶν, ὑγρὲς καὶ ἀδίψες καθίςησι καὶ ἐργάζεται.

Balneum videtur efficaciter humectare deſiccatos, vti licet penes viatores, inque ſole aeſtiuo aut alio modo exercitatos aut aduſtos videre. Hos enim omnes, et praeterea, quotquot ſiticuloſi ſunt, humidos et ſiti vacuos ſiſtit atque efficit. GAL. *De San. Tuend.* II.

u) Μηδὲν τῷ γέροντι προσφέρεσθαι παχύχυμον, ἐμφράττεται γὰρ ἐξ αὐτῶν ἧπαρ τε καὶ σπλὴν καὶ νεφροί· κἀντεῦθεν οἱ δὲ ὑδεριῶσιν, οἱ δὲ λιθιῶσι.

Nihil ſeni offerendum ſpiſſi ſucci: infarciuntur enim ex his hepar, et ſplen, et renes. Quare exinde quidam hydropici fiunt, quidam calculos gignunt. GAL. Ib. V.

x) Γέροντά τινα γεωργικὸν ἔγνωμεν, ἔτη πλείω ρ̄ βιώσαντα κατ' ἀγρὸν, ᾧ τὸ πλεῖον τῆς τροφῆς αἴγειον ἦν γάλα, πότε μὲν ἄρτε θρημμάτων ἐν αὐτῷ διαβρεχομένων, ἀλλὰ τἔτόν γε τὶς μιμησάμενος

tia [y]) ſenibus prodeſt; vina hos iuuant veterana [z]). Nocet venus [a]). Licet autem quies ſenectutis fomentum ſit; oportet tamen et illos conuenienter moueri, aut fricari [b]). Cute enim a frictionibus calente, auctor eſt GALENVS, tonum vitalem ſuſcitari, et nutritionem, calore vitali aucto, iuuari, vt multos tabidorum hoc auxilio carnibus repleuerit.

μενος διὰ παντὸς ἐβλάβη, ἐβαρύνετο γὰρ αὐτῷ τὸ ςόμα τῆς γαςρὸς καὶ μετὰ ταῦτα τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον ἐτάνετο.

Senem quendam agricolam nouimus, qui plus annos centum vixerat ruri, cui plurimum alimentum erat lac, aliquando panis micis illi intritis, ſed illum aliquis imitatus, penitus laeſus eſt. Grauatum enim illi fuit os ventriculi, et abinde dextrum hypochondrium illi tumefactum fuit. GALEN. Ib.

y) *Γέροντες εὐφορότατον νηςείην φέρεσι.*

Senes facile ieiunium ferunt. HIPP. *Aph.* Sect. I. 13.

z) *Οἶνον μετρίως παλαιωθέντα πίνειν χρὴ τὲς πρεσβύτας.*

Vina mediocriter vetuſta bibere decet ſenes. GALEN. Ib.

a) *Τὰ δ' ἀφροδίσια μόνης τῆς τῶν ἀκμαζόντων ἡλικίας ἐςὶν, ταῖς δὲ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν ἡλικίαις ἐ δεῖ ὅλως σπερμαίνειν.*

Venerea ſaltim vegetae aetatis hominum ſunt: Quae ante et poſt aetates ſunt, generare haud debent. GAL. Ibid. II.

b) *Δέονται οἱ γέροντες ἐδὲν ἧττον τῶν νέων εἰς κίνησιν ἄγειν τὸ σῶμα γερόντων ἐδεὶς χρήζει παντελῶς ἡσυχίας, ἡ τρῖψις ἐπεγείρεσα τὸν ζωτικὸν τόνον αὐτῶν καὶ θερμαίνεσα τὰ μέτρια, τὴν δ' ἀνάδοσιν εὐπετεςέραν ἐργάζεται καὶ τὴν θρέψιν ἑτοιμοτέραν. ἔτω διαιτώμενοι πολλοὶ τῶν ἀτροφέντων ἐσαρκώθησαν.*

Debent ſenes non minus, quam iuuenes ad motum ducere corpora. Senum nemo proficit perfecte quietus. Frictio excitat vitalem tonum eorum, et calefacit mediocriter. Hinc applicationem alimenti faciliorem efficit, et nutritionem promtiorem. Ita gubernati multi tabidorum carne repleti fuerunt. GAL. Ib. V.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN VII.
DE TEMPORE IN MORBIS.

§. I.
CVRA CORPORIS EXQVISITISSIMAM TEMPORIS RATIONEM POSTVLAT.

Quam in aeternae felicitatis conſecutione habendam temporis rationem ſacra oracula praecipiunt [a]), illam negotia quaeuis domeſtica aeque ac publica, quotquot eorum prudente animi deſtinatione ſuſcipiuntur, niſi a ſcopo aberrare velit, qui facit, pariter poſtulant. Omne enim, quam minimum fuerit, opus, multo magis, quod arduum et magna contentione gerendum, per ſucceſſiones naturali nexu iunctas ita decurrit, vt ſint eius momenta, quae primo, ſint, quae propiore huic loco, ſint, quae vltimo et ad ſcopum propius attinente, expediri oporteat, veluti leges vnicuique arti ac diſciplinae familiares, ſcientia ac rerum vſu comproba-

a) Ἐιδότες τὸν καιρόν.
Tempus inſpicientes. Rom. XIII. 11.
Τῷ καιρῷ δȣλέυοντες.
Tempori inſeruientes. Rom. XII. 11.
Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν.
Ex tempore lucrum capientes. Eph. V. 16. et Coloſſ. IV. 5.

probatae, id exigunt [b]). Quae cum ita ſint, vt quilibet, in facultatum vitae beatitudinem facientium et extra hominem poſitarum acquiſitione, magna cura et ſolicitudine ſupellectilem naturae operi accommodet, quo maiore circumſpectione ac prouidentia ſuſcipiendae, maturiore conſilio exſequendae erunt, quae internam, propter quam reliqua omnia fiunt, hominis ſecuritatem ac tranquillitatem, reſpiciunt expeditiones? Cum enim nemo facile inueniatur, quin ſanitatis praeſentis conſeruationem, amiſſae recuperationem, omni rerum lucro pluris

b) Κατά τε ναυπηγίαν καὶ κατ᾽ οἰκοδομίαν καὶ ἐν πολλοῖς ἄλλοις τῆς ξυλουργικῆς, κανόνι καὶ τόρνῳ χρῆσθαι, καὶ διαβήτῃ, καὶ στάθμῃ, καί τινι προσαγωγίῳ κεκομψευμένῳ. Καὶ μὴν ἰατρικὴν ὡσαύτως εὑρήσομεν ἔχουσαν.
In architectura nauium, aedium ſtructura, et in multis aliis ligneae fabricae negotiis regula et torno opus eſt, et amuſſi circino, et perpendiculo, et vecte ad ligna regenda commodo. Similiter inueniemus medicinam ſeſe habere. PLATO in PHILEBO, p. 90.

Χρὴ γὰρ οἶμαι τὰ θεμέλια τοῖς οἰκοδομήσασιν ἰσχυρὰ προκαταβεβλῆσθαι καὶ τὴν τροπὶν τοῖς σκάφεσιν, εἰ μέλλει τι τῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς οἰκοδομουμένων τε καὶ πηγνυμένων ἀσφαλὲς γενήσεσθαι.
Oportet enim arbitror) fundamenta aedes ſtruentibus ſolida ante ſterni, et carinam nauibus, ſi quid eorum, quae ab iis exſtructa vel compacta ſunt, exquiſitum fieri debet GALEN. *Method. Medendi* II. 7. pag. 48. T. X.

Οἰκίαν κατασκευαζόμενός τις οὐκ ἀγνοεῖ δήπουθεν, οὔθ᾽ ὡς πρῶτα χρὴ θέσθαι τὰ θεμέλια τῶν τοίχων, οὔθ᾽ ὡς ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ ἀκλινεῖς ἐγεῖραι τοὺς τοίχους, οὔθ᾽ ὡς κατὰ τοῦτον πήξασθαι τὴν ὀροφήν, οὔθ᾽ ὡς θύρας τε καὶ θυρίδας, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων μερῶν τῆς οἰκίας, ἐν οἰκείῳ τάξαι χωρίῳ.
Domum exſtructurus non ignorat quidem, nec, fundamenta primum iacienda eſſe murorum, nec, ſuper his ad perpendiculum erigendos eſſe parietes, nec compingendum eſſe faſtigium, nec ianuas feneſtrasque, et ſingulas alias domus partes, ſuo quamuis ordinandas eſſe loco. GAL. Ib. VI. 2. p. 132.

ſit facturus [c]), neminem etiam fore arbitror, qui vllibi plus diſpendii aut commodi in temporum adminiſtratione, quam, vbi de corio humano luditur, eſſe exiſtimet. Soli famae et vitae, illi perpetuae, huic breui ac fluxili, datum eſt, ſemel interire poſſe. Omnium felicitatum iacturae habent, de quo ſarciri poſſint; At vero quae vtramque hominis partem ſpectant proſperitas, ſocordia neglecta aut errore peſſumdata, nunquam recuperabitur, cum experimentorum ſiniſter euentus nouo tentamine corrigi haud poſſit. Quapropter recte quidem arbitror, artem, grauiſſimo huic labori dedicatam, *medicinam, breuis temporis operam* [d]), ipſaque eius, quae inſumi poſſunt, *tempora velociſſima* [e]) dicta fuiſſe. Quo breuiora ergo ſunt temporum momenta, quae ad ſalutem homini procurandam faciunt, eo maiori cura atque ſollicitudine obſeruanda ſunt eadem [f]), ne quid negligatur eorum, quae fieri oportet, ne etiam praecoci conſilio aliquid agendum ſuſci-

c) Πλουσιότατος, ὅστις πλείστου ἄξια κέκτηκε. οὐκ οὖν οἱ ὑγιαίνοντες τῶν καμνόντων πλουσιότεροι ἂν εἴησαν, εἴπερ ἡ ὑγίεια πλείονος ἄξιον κτῆμα ἢ τὰ τοῦ κάμνοντος χρήματα; οὐ τις γὰρ, ὅστις οὐχὶ προτιμήσειεν ὑγιαίνειν, ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον, μᾶλλον ἢ τὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου χρήματα κεκτημένος νοσεῖν.

Ditiſſimus, qui pluris aeſtimanda poſſidet. Nonne valentes aegrotantibus locupletiores erunt, ſiquidem ſanitas maiore in pretio habenda poſſeſſio, quam aegrotantis opes? Nemo enim eſt, quin praeoptabit valere, parum poſſidens argenti, potius, quam regis magni pecunias lucratus aegrotare. Auctor ERYXIAE apud PLATONEM.

d) Ἡ ἰητρικὴ ὀλιγόκαιρος.

Medicina breuis temporis negotium. HIPP. *De Loc. in Hom.*

e) Καιροὶ ὀξέες.

Tempora velociſſima. HIPP. *Praedict.* II.

f) Καιροφυλακῆσαι, καιρὸν ἐπιτηρῆσαι.

Tempori animum aduertere, tempus obſeruare. HESYCH. Lexic.

ſuſcipiatur ante, quam res id exigit g). Vti enim natura ipſa inſtar opificis et magiſtri, artis gnari h), corpus ſedulo curat, ſiquidem ſpontanei morborum decurſus clare docent, in ſingulis eorum aetatibus ſingulas mutationes, verſus ſalutem directas, appoſite fieri; ita ad normam illius principii actiones ſuas ſapiens componit medicus, cuius in transducendo i) per ſua tempora morbo ſollertia ipſaque medicina, *rerum domeſticarum intra aegrotum quaedam veluti eſt adminiſtratio* k).

§. II.

TEMPORIS SIGNIFICATVS IN MORBO VARIVS.

Tempus in morbis vario ſenſu acceptum penes antiquos eſſe legimus. Enimuero vna eademque ſignificatus iſtius ratio eſſe ex natura morborum nequit. Totius *morbi duratio* et negotii ſalutis ad finem deductio tempus eſt omnibus morbis commune l), dum ab inuaſionis tempore ad finem vſque

g) Μηδὲν ὑπεροράν, μηδὲν εἰκῇ.
Nihil fugitiuo oculo inſpiciendum, nihil temere. HIPP. Epidem. VII.

h) Οἷον δημιουργός τε καὶ τεχνίτης ἡ φύσις.
Inſtar opificis et artificis, natura. GAL. *Meth. Medendi* III. 1. p. 54.

i) Ἡ θεραπεία ἀγωγή τις ἐστί.
Sanatio eſt quaedam conductio. GAL. ibid.

k) Οἰκονομία πρὸς τὸν νοσέοντα.
Adminiſtratio rei domeſticae penes aegrotum. HIPP. *Epid.* VI. Sect. 2. p. 803. T. I.

l) Οἱ ὅλου τοῦ νοσήματος καιροί.
Communia totius morbi tempora. GALEN. L. *De Totius Morbi Tempor.* c. 1. p. 304. T. VII. *)

*) Docuit haec omnia ſcitu perneceſſaria docte atque appoſite GALENVS, quem legiſſe poenitebit neminem. Magna certe temporum vis eſt et ad cognoſcendum morbi

vis vitae, veluti via quadam regia, procedit [m]), celeriori tardioriue decurſu, vti vel cauſſa mouenda plus minusue reſiſtit, vel virtus ipſa viget aut flaccet [n]). Proinde temporis iſtius ſollers obſeruatio, methodus et veluti viarum recta ratio appellatur [o]). Cum autem morbi haud pauci, interea dum decurrunt, exacerbentur ſaepius, iterum quieſcant, illiusque conflictus quaedam peculiaris ſit duratio, *paroxyſmorum* nomine celebrata, horum etiam progreſſus

morbi initium, et ad diiudicandum decurſum ac euentum, eaque de re (puto) factum eſſe, vt multi recentiorum plura veterum placita, v. c. ordinem dierum decretoriorum, recidiuas, niſi rite eueniant morborum ſtadia rel. praefracte negent. Accedit, quod nemo feliciter mederi morbis poteſt, ſine hac temporum cognitione, nam quae, incipiente morbo, conueniunt, non item conueniunt ſub augmento, ſtatu vel fine. *G.*

m) Ἡ ἐπὶ τὰς ἰάσεις ὁδός.

Via ad curationes. GAL. *Meth. Med.* VIIII. 8. pag. 212.

n) Ἢ μέγεθος νοσήματος ἢ ῥώμην δυνάμεως ἀσκεῖν διαγινώσκειν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν προγινώσκειν· καὶ μὴν ἄνευ τῆς τῶν τριῶν τούτων ἀκριβοῦς διαγνώσεως, οὐκ ἐνδέχεται περὶ σωτηρίας οὐδὲν δυνατὸν ἐξευρεῖν, οὐ μᾶλλον ἤ, εἰ φορτίον τὶς ἱκανὸς κομίζειν ἔσοιτο, χωρὶς τοῦ καὶ τὴν ῥώμην εἰδέναι τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ φορτίου, καὶ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ.

Et magnitudinem morbi, et robur virtutis adſueſcendum eſt diſcere, et id, quod in morbo ſummum erit, praenoſcendum. Et quidem ſine horum trium exquiſita cognitione non ſperandum, circa ſalutem aliquid poſſe inueniri, non plus quis intelligat, vtrum aliquis onus aptus ſit ferre, niſi et robur hominis ſciat, et oneris magnitudinem, et durationem viae. GAL. *De Criſib.* III. 4. p 432. T. VIII.

o) Deſcribitur ab HIPPOCR. *methodus*, quod ſit ὁδὸς καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος.

Via, et recte ſeſe habentium rerum exploratio, et non ita ſeſe habentium correctio. *Epid.* VI. Sect. III. p. 805. T. I. ed. *Lind.*

Μεθ' ὁδὸν, ἐν ἴσῳ τῷ καθ' ὁδόν.

Methodus, quod in recto viae eſt. HESYCH. Lexic.

greſſus tempus dicitur p). Deinde omnes in morbo ſingulares *euentus*, qui aegroti praeſentem ſtatum quocunque modo inuertunt, tempora audiunt q), maxime autem temporis nomine inſignitur illa *morbi aetas*, qua, quod mouendum erat, vi vitae ſuperatur atque matureſcit r). Senſu magis ad praxin accommodato, ab illa, qua quid fieri vel expectari oportet, opportunitate tempus a PLATONE s) definitur, cuius momentum in ordinatis rerum ſucceſſionibus quaerendum ſit t). Haec eſt illa εὐκαιρία, qua ad auxiliorum aegris ferendorum adhibitionem in morbis deſtinamur u). Enimuero in medicorum arbitrio poſitum haud eſt, quandocunque velint, agere, ſed circumſpicienda illis, et ex natura morbi arripienda erit occaſio x). Nulla ſane eſt morbi parti-

p) Οἱ τῶν ἐν μέρει νκσῶν καιροί.
Morborum per partes tempora. GAL. ſingulari libro hunc titulum habente.

q) Αἱ μεταβολαὶ φυλακτέαι.
Mutationes ſunt obſeruandae. HIPP. *Epid.* VI. Sect. III. p. 805. T. I.
Ἄκεσις χρόνῳ, ἐςὶ δὲ ἡνίκα καιρῷ.
Sanatio tempore fit, ſed magis opportunitate. HIPP. *De Vet. Medicina.*

r) Καιρὸς χρόνε ἀκμὴ πρὸς τὸ σύμφερον.
Maturitas, temporis ſummum, ad vtilis conſecutionem. Auct. Definitionum apud PLATONEM.

s) Καιρὸς, ἐν ᾧ ἕκαςον ἐπιτήδειον παθεῖν, ἢ ποιῆσαι.
Tempus eſt, in quo commodum pati aut facere. Ib.

t) Εὐκαιρία, χρόνε ἐπίταξις ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι.
Temporis opportunitas, eſt ordo, ſecundum quem conuenit pati aut agere. Ibid.

u) Προσήκων χρόνος, ὑπὲρ ȣ̃ τὰ βοηθήματα σκοπέμεθα.
Conueniens tempus, ſecundum quod de auxiliis meditamur. GAL. *De Tempor. in Morb.* c. 1. p. 292.

x) Τὰς ἰδίας ἐπισκέψαι καιρὰς, ἀναγκαίας ὑπάρχοντας εἰς τὴν τῶν βοηθημάτων εὕρεσιν.
Propria (vnicuique morbo) inſpicienda ſunt tempora, neceſſaria ad auxiliorum inuentionem. GAL. *De Totius Morbi Tempor.* c. 7. p. 311.

particula, cui non ſua attemperanda conſilia [y]) ſint quam curioſiſſime, illud puta durationis, quae aegritudinibus data eſt, punctum, in quo vis vitae, quae natura eſt, determinatum aliquod per leges praeſtabilitas opus ſuperandae cauſſae morbificae gratia in ſe ſuſcipit, motibus ordinatis et ſerie connexa contingentibus [z]). In iſta temporum vſurpatione conſiſtit medici rationalis prouidentia [a]), qua ille a ſtupido empirico diſtat, et cuius miniſterio adiutus ſupellectilem ita ordinat, quo adſint in eius mente ſingula, quae ſingulis morbi euentibus mutationibusque ſeu temporibus reſpondent, quod *προπαρασκευάζειν* et *προβȣλέυεσθαι* appoſite omnino a graecis

y) *Διορίσασθαι καιρȣ̀ς ἕνεκα τῆς τῶν βοηθημάτων ἐυκαίρȣ χρήσεως.*

Diſtinguenda ſunt tempora propter auxiliorum tempeſtiuum vſum. GAL. *De Tempor. in Morb.* c. 6. p. 299.

Καιρὸν τῆς δόσεως τȣ̃ ῥοφήματος μάλιςα φυλάττεσθαι.

Tempus, quo ſorbitio danda eſt, obſeruari oportet. HIPP. *De Vict. Acut.* §. 10. p. 276. II.

z) *Τεταγμένον τὶ χρῆμα ἐςὶν ἡ φύσις, κἀπειδὰν κρατῇ τῆς ὕλης, ἀναλογίαις τισὶν ὡρισμέναις καὶ περιόδοις τεταγμέναις αἱ κινήσεις αὐτῆς γίνονται.*

Ordinatum quoddam negotium eſt natura, et poſtquam ſuperauerit materiam (morbificam), determinata paritate et certis circuitibus motus eius fiunt. GAL. *De Dieb. Crit.* II. 2. p. 475. T. VIII.

Ὡρισμέναι καὶ τεταγμέναι εἰσὶ τῆς φύσεως αἱ κινήσεις, ὅταν ἐυρωςῇ τε καὶ κρατῇ τῆς ὕλης, καὶ τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐνεργῇ, ἀόριςοι δὲ καὶ ἄτακτοι, καὶ διὰ τȣ̃το ἄγνωςοι, κρατȣμένης.

Definiti et ordinati ſunt naturae motus, ſi valet, et materia morbifica ſuperior eſt, et familiaribus ſibi legibus agit: Sed indefiniti ſunt, et inordinati, et propterea obſcuri, ſi ſuperetur. GAL. *De Criſib.* III. c. 10. p. 442. T. VIII.

a) *Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριςον εἶναι, πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν.*

Optimus mihi videtur medicus, qui prouidentiae ſtudet. HIPP. Prognoſt. §. 2. p. 447. T. I.

graecis medicis paſſim dicitur [b]). Nihil ſane in adminiſtrationibus medicis vnquam, niſi recto tempore oblatum, iuuat [c]), quod poëtae etiam ita viſum eſt:

Temporis ars medicina fere eſt, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent *).

Ex opportunitatis, qua quid efficaciter agendum ſuſcipi poſſit, conſecutione fluunt agendorum mutuae ſucceſſiones [d]), ordinem puta, qui conſultatione antea, quam facias [e]), et rectae rationis exercitio [f]) ſtabilitur. Impoſſibile ſane eſt, ex PLATONIS [g]) ſententia, rei variabili ſimplex et conſtans

b) Προνοεῖσθαι, ῥῆμα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐςὶν ἐπὶ τοῦ φροντίζειν τινὸς ἢ προπαρασκευάζειν ἀεὶ τὸ συμφερόμενον, λεγόμενον: ἀλλὰ καὶ τὸ προνοίᾳ τὸν κόσμον διοικεῖσθαι, τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον πρόβλημα.
PROVIDERE, verbum apud Graecos eſt, *curam gerere et praeparare ad rem vtilia*, ſignificans, ſiquidem et mundum prouidentia regi tritum illud eſt, quod dici ſolet. GAL. Comm. in Prognoſt. HIPP.

c) Τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα, τῷ ὀρθῶς προσενεχθῆναι ὠφέλησαν.
Quae iuuant, eo, quod recto tempore oblata fuerint, iuuant. HIPP. *De Arte* §. 7. p. 5. T. I.

*) OVID. Remed. Amor. v. 131.

d) Τάξις ἐργασίας, ὁμοιότης τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων.
Ordo negotii eſt conuenientia eorum, quae fiunt, inter ſe. *Auct. Definition.* ap. PLATONEM.

e) Συμβούλευσις παραίνεσις πρὸ πράξεως τίνα δεῖ τρόπον πράττειν.
Conſultatio, eſt meditatio, ante quam facias, qua ratione faciendum ſit. Ibid.

f) Γυμνάζειν τὸν λογισμόν.
Ratio exercenda eſt. GAL. *De Loc. Affect.* II. 1. pag. 401. T. VII.

g) Ἀδύνατον εὖ ἔχειν πρὸς τὰ μηδέποτε ἁπλᾶ, τὸ διαπαντὸς γιγνόμενον ἁπλοῦν. ἰατρὸς μέλλων ὑπομνήματα γράφειν, οὐκ ἂν τολμήσειεν ἄλλα ὑποτίθεσθαι, ξυμβαινόντων ἄλλων βελτιόνων τοῖς κάμνουσι διὰ πνεύματα ἤτι καὶ ἄλλο παρὰ τὴν ἐλπίδα τῶν ἐκ

Διὸς

ſtans conſilium deſtinari poſſe, qui ridiculum exiſtimat fore medicum, ſi ſententiam, a principio morbi latam, obſtinato animo ſeruare, nec voluntatem contingentibus accommodare velit. Abſit in tanti momenti negotio intempeſtiua temeritas [h]), ſed generalis GALENI [i]) lex: *Qualis morbus, qua vi vitae, quo tempore ſit ſuſtinendus, videndum*, omnium artem facientium animis inſcripta eſto. Ne autem aliquid omiſiſſe videar eorum, quae ad temporis rationem in morborum cura habendam ſpectant, illud etiam addendum eſſe puto, praeter illa quae morbi decurſum emetiuntur tempora, ad *vitae* etiam humanae et *annorum aetates*, vtpote quae morbi

Διὸς ἑτέρως πως τῶν ἐιωθότων γενέϑαι. καρτερῶν δ᾽ ἂν ἡγοῖτο δεῖν μὴ ἐκβαίνειν τὰ ἀρχαῖα ποτὲ νομοθετηθέντα, μήτε αὐτὸν προστάττοντα ἄλλα, μήτε τὸν κάμνοντα ἕτερα τολμῶντα παρὰ τὰ γραφέντα δρᾷν, ὡς ταῦτα, ὄντα ἰατρικὰ καὶ ὑγιεινὰ, τὰ δὲ ἑτέρως γιγνόμενα, νοσώδη τε καὶ ἐκ ἔντεχνα. ἢ πᾶν τὸ τοιῦτον ἔνγε ἐπιςήμῃ ξυμβαῖνον καὶ ἀληθεῖ τέχνῃ περὶ ἅπαντα, παντάπασι γέλως ἂν ὁ μέγιςος γίγνοιτο.

Impoſſibile eſt bene ſeſe habere ad res nunquam vniformes rem ſemper inuariabilem. Medicus, qui ſecum ſtatuit conſilia ſcribere, nec animo ſecum reputare, qua ratione his alia ſubiungenda ſint, dum alia et meliora aegris eueniunt, ob ventos, aut quid aliud, praeter ſpem dei voluntate aliter, quam conſuetum eſt, fieri. Obſtinatum etiam, ſi ſe putet oportere eſſe, nec diſcedendum a primis ante ordinatis, niſi alia ipſe imperet, nec ab aegro alia praeter ſolita obſeruari tam curatiua, quam diaetetica, quae vero aliter accidant, noxia et praeter artem. An potius quicquid eiusmodi circa ſcientiam artemque veram accidit, omnibus ſane magno riſui erit. PLATO in Politico, p. 185.

h) Μὴ παρὰ καιρὸν ποιέειν.

Nihil praeter tempus agendum. HIPP. *De Vict. Acut.*

i) Ἀκριβῶς ςοχάζεϑαι, πηλίκον νόσημα, πηλίκῃ ῥώμῃ δυνάμεως, ἐν πόσῳ χρόνῳ διενεγκεῖν ἱκανόν.

Curioſiſſima coniectura intelligendum, qualis morbus, quo robore virtutis, intra quod tempus, transduci ſit commodus. GAL. *De Criſib.* IIII. 9. p. 469.

morbi indolem ſimulque medici conſilia haud parum mutare poſſunt, reſpici oportere. Non illud nunc innuo, quod a ſcopo alienum foret, qua ratione morbi aetatibus humanis annique temporibus addicti ſint. ſed illud volo, plurimum intereſſe, cum quo aegroto rem habeas,

Maturuſne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus; *)

qua etiam *tempeſtate aërisque temperie* **) morborum cura ſuſcipiatur, eo magis, cum ipſorum morborum duratio ab rebus circumſtantibus pendeat. Obſeruandae proinde erunt ſedulo illae mutationes in morbis, quae ab annorum vigore vel marcore pendent. Facilius quidem morbos, ob vim vitae magnam [k]), quodque heroica auxilia fortius ſuſtinent [l]), ferunt iuuenes, verum et flaccidae aetati ſua eſt commoditas, ſiquidem illa ob refraenatum ſanguinis atque humorum impetum ex acutis euadit felici-

*) HOR. *De Arte Poët.* v. 115.

**) Mire falluntur medici, qui, poſthabita et neglecta ſaniori diſciplina, maximeque differentiis iſtis, putant ſatis eſſe, noſſe remedia qualiacunque. Mutant enim identidem iſtae iudicium prudentis medici, et alia medicina eſt aeſtate, alia hieme, alia in iuuene, alia in ſene, alia, ſi ſimplex morbus eſt, alia ſi complicatus vel epidemicus. Obſeruatoris praeclari eſt, haec penitius indagare, empirici vero, crepare medicamenta. *G.*

k) *Φυλάττειν τὴν ἰδίαν τῆς ἡλικίας κρᾶσιν.*
Obſeruanda eſt propria vnicuique aetati temperies. GALEN. *Method. Curand.* VIII. 1. p. 179. T. X.
Ἡ τοῦ νοσοῦντος ἡλικία τε καὶ φύσις βεβαιοῦσα τὴν ἐλπίδα.
Aegri aetas et natura obfirmat fiduciam. GALEN. *Therapeut.* ad GLAVCONEM I. 1. p. 344. T. X.

l) *Τὰ δὲ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτοῖς.*
In acutis paſſionibus vena ſecanda, ſi validus morbus, et qui eum habent, adoleuerint aetate, et robur illis adfuerit. HIPP. *De Vict. Acut.*

felicius, vtut ex longis morbis eluctari adeo facile haud poſſit [m]). Nihilo ſecius aduertendus eſt animus ad aegroti cum aëre commercium, ſecundum anni viciſſitudines. Hiems ſane, licet magnos inque vulgus graſſantes morbos ſecum haud adferat, omnibus tamen, quos adducit, morbis inimica eſt, ideo, quod iuſta aëris ad gradum caloris vitalis exiſtimatio, quacunque etiam induſtria, intra aegrotantium ſtationes ſeruari haud poſſit, proinde euitari nequeat, quo minus leue etiam admiſſum frigus cutem ſtringat, ſi morbus ſudoribus ſanandus eſt [n]). Multo magis liberior hiemis aer morbis obeſt tardis, pectora oppreſſa vrget [o]), neruorum oſſiumque morbos grauat [p]), et intermittentium febrium [q]) decurſum detinet. Nihilo minus tempus, quod phaſi lunari aeſtimatur, in mutandis morbo-

m) Ὁι πρεσβύται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὁκόσα δ' ἂν αὐτέοις χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκουσιν.

Seniores iunioribus plerumque aegrotant mitius. Quicunque autem illis chronici morbi accidunt, plerumque ad mortem durant. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 39. p. 75. T. I.

n) Τὸ ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα ἐπισκληρύνει.

Frigus mordax cutem indurat. HIPP. *Aph.* Sect. V. 20. p. 92.

o) Τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν καὶ κρύσταλλος, τῷ στήθει πολέμια.

Frigida, vti nix et glacies, thoraci inimica. HIPP. *Aph.* Sect. V. 24. p. 92.

p) Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον.

Frigidum infeſtum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, medullae ſpinali, calidum autem vtile. HIPP. *Aph.* Sect. V. 18. p. 91.

q) Ὁι θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Aeſtiuae quartanae plerumque fiunt breues, ſed autumnales longiores, maxime, ſi hieme accendantur. HIPP. *Aph.* Sect. II. 25. p. 74.

Ad-

morborum periodis valet [r]), vti, quod per ſolis ortum atque occaſum diſterminatur tempus, viciſſitudines haud leues in morbis, maxime acutis, ſecum adfert [s]). Hinc temporis illius, quod morbum praeceſſit, neceſſaria eſt medentibus recordatio, et eorum, quae aegro haud ita pridem euenerunt, vti ad praeſentis mali negotium attinent, *memoria* [t]), cum vis aegroti iam fracta ſiniſtrum morbi euentum, vel in alium morbum conuerſionem denuntiet [u]), longe autem difficilius eluctantur illi, qui omne a natiuitate tempus vno veluti morbo longo conſumſerunt [x]).

§. III.

Addit GAL. in Comm.

Ὀυ μόνον τεταρταῖοι βραχεῖς γίνονται τȣ̃ θέρȣς, ἀλλὰ καὶ τ' ἄλλα νοσήματα διὰ τὸ χεῖσθαι περιττȣ̀ς χυμȣ̀ς, καὶ πάντη τȣ̃ σώματος φέρεσθαι.

Non tantum quartanae fiunt breues aeſtate, ſed et alii morbi, propterea, quod colliqueſcant ſuperflui humores, et vbique de corpore decedant.

r) *Γυναικὶ αἷμα ἐμεȣ́σῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις.*

Mulieri ſanguinem vomenti, menſibus erumpentibus, ſolutio. HIPP. *Aph.* V. 32. p. 93.

s) *Ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τȣτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τȣ̃ παροξυσμȣ̃, ἡ δ' ἐπιȣ̃σα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.*

Quibus criſis imminet, illis nox grauis, quae ante exacerbationem; ſed quae proxima eſt, tolerabilis maxime vt plurimum. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 13. p. 73.

t) *Τρεῖς χρόνοι παρὰ τοῖς νοσȣ̃σι, τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι.*

Tria tempora ſunt conſideranda penes aegrotos, et praeſens, et praeteritum, et futurum. GALEN. in Prognoſt. HIPP.

u) *Ἤν προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τȣ̃ νοσεῖν, ἐνταῦθα ϛηρίξει ἡ νȣ̃σος.*

Si ante morbo affecta fuerit quaedam pars, in illa morbus figitur. HIPP. *Aph.* IV. 33. p. 85.

x) *Ὅσα δὲ σώματα νοσώδη κατασκευὴν ἔσχηκεν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει, ταῦτα τὴν ἀρχὴν μὲν ȣ̓δ' ἀφικνεῖταί ποτε εἰς τὸ γῆρας, εἰ δ' ἀφίκοιτο, πάντα ἕν τέ τι νόσημα χρόνιον ἔχει.*

Quaecunque corpora morbidam conſtitutionem nacta ſunt ſtatim in prima generatione, illa ne ad principium qui-

§. III.

DE MORBI DECVRSV PER SVA TEMPORA.

Ex quo actiones, quae ſanitatem faciunt, impedimentum habent, quo fiat, vt exerceri nequeant [y]), *morbus* naſcitur. Eſt quidem haud raro praeceps et ſubitanea tranquillitatis humanae in doloris aut cuiuscunque alius languoris ac triſtitiae ſenſum conuerſio [z]), verum in quamplurimis ſanitatis mutationibus obſcura ſunt morborum primordia, quae, veluti ſenſim fiunt, ab homine rerum ſuarum curioſo obſeruatore, non imminere tantum, ſed etiam prope adeſſe, hinc in aliqua corporis parte ſedem ſtruxiſſe intelliguntur [a]). Tametſi enim cauſſae

quidem deueniunt ſenectutis, et ſi peruenerint, omnia vnus continuus chronicus ſunt morbus. GALEN. *De Tuend. Valetud.* VI. 2. p. 166. T. VI.

y) *Νόσημά ἐϛι διάθεσις σώματος ἐνεργείας ἐμποδιϛική.*

Morbus eſt diſpoſitio corporis actiones impediens. GAL. *De Sympt. Different.* III. 1. p. 30. T. VII.

Ἡ τὴν ἐνέργειαν ἐμποδίζουσα διάθεσις ὀνομαζέσθω νοῦσος.

Actionem impediens diſpoſitio morbus appelletur. GAL. *Meth. Medendi*, I. 5. p. 14.

z) *Ἐξαίφνης εἰσέβαλε νόσημα, καθάπερ καὶ Ἱπποκράτης ἐπὶ πολλῶν ἀῤῥώϛων ἔγραψεν, ὅτι πρὶν ὑπάρξασθαι νοσεῖν, ὀρθοϛάδην ἠνοχλοῦντο.*

Derepente inuaſit morbus, veluti HIPPOCRATES de multis infirmis ſcripſit, quod, anteaquam laborare inciperent, deambulantes adhuc, iam perturbati fuerint. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 6. p. 460.

a) *Ἐπειδὰν τινες ἀνεμπόδιϛοι ταῖς ἐνεργείαις ἁπάντων ὦσι τῶν τοῦ σώματος μορίων, ὑγιαίνειν τε σφᾶς αὐτοὺς τηνικαῦτα φασὶ, καὶ οὐδὲν οἴονται δεῖσθαι τῶν ἰατρῶν, ἐπειδὰν δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἔργων τοῦ σώματος ὁτιοῦν αἰσθάνονταί σφισιν, ἢ κακῶς ἢ μηδόλως ἔτι γινόμενον, ἡγοῦνταί γε νοσεῖν ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος, οὗ τὴν ἐνέργειαν ὁρῶσι βεβλαμμένην, ἰατρῷ δὲ συμβούλῳ χρῶνται περὶ τῆς ἰάσεως.*

Si

ſae [b]) aliquo ante, quam actionem laedunt, tempore in corpore adſint; hominem tamen latenter affligunt, eumque ita nondum conſtituunt, vt aeger dici poſſit [c]). In ſimilaribus corporis partibus deliteſcunt morboſae diſpoſitiones, quae ſuo tempore in morbos organicos ſunt erupturae, vt adſit fibra laxa vel rigida, adſit minimorum anguſtia, reſiſtentia humorum contra vim cordis et alia morborum elementa, cognitu omnino difficilia [d]). Enimuero

 a na-

Si qui haud impediti ad actiones partium corporis ſunt, ſe ipſos valere propterea afferunt, nec putant indigere medicis: Poſtquam autem actionem corporis ſecundum naturam quamcunque ſibi ſentiunt aut male, aut non perfecte fieri, putant ſe aegrotare in illa parte corporis, cuius facultatem videant laeſam, et medico conſiliario vtuntur ad ſanationem. GAL. *Meth. Med.* I. 5. p. 14. T. X.

b) Προηγȣμέναι αἰτίαι.

Praecedentes cauſſae. GAL. Ib.

Προκαταρκτικαὶ αἰτίαι.

Praeparantes cauſſae. GAL. *De Morb. Cauſſ.* c. 2. p. 17. T. VII.

c) Σκιῤῥώδεις ὄγκοι τρισί γε ἐνίοτε καὶ τέτταρσιν ἔτεσιν αὐξανόμενοι κατὰ βραχὺ, χωρὶς τȣ̃ παρεμποδίζειν αἰσθητῶς τὰς ἀναγκαίας τȣ̃ σκέλȣς ἐνεργείας.

Scirrhoſi tumores tribus quandoque et quatuor annis increuerunt, ſine eo, quod impediuerint ad ſenſum neceſſarias corporis actiones. GAL. *De Tot. Morb. Tempor.* c. 4. p. 308. T. X.

d) Ἀνώμαλοι ἢ νοσώδεις κατασκευαὶ γίνονται τριττῶς· μία μὲν ἡ ἐκ τῶν πρώτων ςοιχείων, ἐξ ὧν γέγονε τὰ καλȣ́μενα παρὰ Ἀριςοτέλȣς ὁμοιομερῆ· δευτέρα δὲ ἡ ἐκ τȣ́των αὐτῶν τῶν ὁμοιομερῶν, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ ςοιχεῖα πάλιν ἐςὶν αἰσθητὰ τῶν ὁμοιομερῶν, ὅθεν ἡ τῶν ὀργανικῶν γίγνεται σύνθεσις· ἐπ' αὐτοῖς ἡ τρίτη τȣ̃ παντὸς σώματος, ἐκ τῶν ὀργανικῶν· εὐκολωτέρα μὲν ȣ̃ν ἐςιν ἡ τρίτη λεγομένη καὶ διαγνωσθῆναι, καὶ προνοίας τυχεῖν, δυσκολωτέρα δὲ ἡ δευτέρα, χαλεπωτέρα δὲ ἡ πρώτη.

Inordinatae et morboſae conſtitutiones fiunt tribus modis; *vna* quidem eſt primorum elementorum, ex quibus fiunt dicta ARISTOTELI ſimilaria; *altera* eorum, quae

a natura morbi eiusmodi diſpoſitiones abſunt ideo, quod nulla hactenus earum facultatem laeſa ſit, quae ſanitatem efficiunt, licet languida ſit vita, et medius veluti inter bonam valetudinem morbumque ſtatus. Proinde a vi vitae, ad conflictum cum cauſſis morbificis propius adducta, *morbi initium* capiendum eſſe, recte omnino GALENVS e) autumat. Ab eo, quo principium morbi ductum fuit, tempore, quam breuis etiam illius futura ſit duratio, multo magis, ſi mora opus ſit, vt illud negotium abſoluatur, pro breuitate aut diuturnitate mali, increſcunt aegrotantium calamitates. Sentiunt enim miſeri partim cauſſae vrgentis nocendi vim, partim virtutis vitalis conatus, ſuperandi id, quod cum vita et tranquillo actionum exercitio ſtare nequit. Quamuis enim ſint, qui ſubito aegrum proſternant, morbi f), in quorum decurſu nulla temporum ſucceſſio adeſſe videbitur; nullus tamen eorum, qui ob cauſſas internas fiunt, erit facile, quin mora opus ſit, quo fieri poſſit vitae ſanae cum debili permutatio. Etiamſi enim apoplexiam g) diuerſum quid docere poſſe

quae ex his fiunt, ſimilarium, quae tamen adhuc elementa ſunt, ſed magis ſenſu percipienda, ex quibus fit organicarum partium compoſitio; ex his *tertia* totius corporis ex organicis contexti. Facilior quidem ergo tertia haec dicta, et ad cognitionem, et ad id, vt curam ſortiatur; difficilior autem altera, longe difficilior prima. GAL. *De Sanit. Tuend.* VI. 9. p. 176. T. VI.

e) *Πρὸς τὴν ῥώμην τῆς φερούσης ῥαδίως ἢ νικωμένης ἤδη δυνάμεως ἤτοι νόσος ἐςὶν, ἢ οὐδετέρα διάθεσις.*

Secundum robur facile ferentis aut victae iam virtutis, aut morbus eſt, aut neutra diſpoſitio. GAL. *Ars medica*, c. 21. p 214. T. II.

f) *Ἡράκλειος νοῦσος, ἰσχυρὴ, μεγάλη, κακοήθεις, θηριώδης.*

Herculeus morbus, fortis, magnus, malignus, ferinus. Paſſim apud Graecos.

g) *Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων, ὡς ἡ ἀποπληξία, ἅμα τῇ προσβολῇ τὴν ἀκμὴν ἀπολαμβάνει.*

Acuti

poſſe putes; nec illa tamen fulminea adeo celeritate inuadit, vt non, ſi memoria repetas, quae ante, quam morbus inuaderet, facta ſunt, intelligas, infirmatum, flaccidum, aut vertigine tentatum fuiſſe hominem antea, quam concideret. Nihil adeoque impedit, quo minus morbus naſci, cum aliqua mora adoleſcere h), tandemque ſeneſcere dicatur. Ita enim et antiqui loqui i) ſolent, et recentiores con-

Acuti morbi, vti apoplexia, ſimul cum inuaſione et ſummum ſtatum acquirunt. GAL. *De Opt. Sect. ad Thraſybul.* c. 21. p. 318. T. II.

h) *Ἡλικίαν δ᾽ οὐδεμίαν ἀθρόως πεσοῦσαν ἴσμεν, ὥστε τὸν παῖδα κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἄνδρα γενέσθαι, μὴ κατὰ βραχὺ διά τε τῆς τῶν ἐφήβων καὶ τῶν μειρακίων ἡλικίας ὁδοιπορήσαντα. ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς νόσοις.*

Aetatem nullam celeriter decedentem nouimus, vt puer altero die iam vir fiat, vt non potius ſenſim per epheborum et adoleſcentium aetates iter faciat. Similiter et in morbis. GALEN. Comm. in VI. Epidem. HIPP.

i) *Οἷόν τι τοῖς ζώοις ἐστὶν ἡ κατὰ τὰς ἡλικίας διαφορὰ, τοιοῦτον τοῖς νοσήμασιν, οὓς ὀνομάζουσι καιρούς. δηλοῦται διὰ τῆσδε τῆς προσηγορίας ἡ τῶν νοσημάτων ἡλικία χρόνων ἀμοιβαῖς ὑπαλλαττομένη. — οὐδεὶς χρόνος ἐστὶν ἴδιος, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς αὐξάνεται, καὶ τοῦτ᾽ εἰκότως γίγνεται. τοὐντεῦθεν ἕτερος ἐφ᾽ ἑτέρῳ καιρὸς ἐκδέχεται τὴν αὔξησιν τοῦ πάθους ἄχρι τῆς παντελοῦς ἀκμῆς· ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς τὸ μεταξὺ πᾶν ἐπίδοσις, καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἀνάβασιν αὖτ᾽ ἀκμὴ, ἐφ᾽ ᾗ δηλονότι ἡ καλουμένη παρακμή. εὔδηλον δὲ, ὅτι τὴν αὔξησιν ἐπίδοσιν ὀνομάζουσιν ἔνιοι, καθάπερ ἄλλοι τινὲς ἀνάβασιν, ἡμεῖς δ᾽ ἅπασι τοῖς ὀνόμασι, ὡς ἂν ἐπέλθῃ, χρησόμεθα, δηλοῖ γὰρ ἓν πρᾶγμα πάντα.*

Veluti animalibus ſecundum aetates eſt differentia, ita morbis, quae appellantur tempora: Declaratur hac elocutione morborum aetas temporum more mutata. — Morborum nullum tempus ſeparatum eſt, ſed ſtatim ab inuaſione augmentum eſt, et illud conuenienter fit. Idcirco alterum propius alteri tempus excipit augmentum mali ad completum vſque incrementum. A prima inuaſione ad vſque ſtatum, quod intercedit omne, eſt addi-

ſentiunt, vt *quatuor* [k]) *morbis tempora* adſignanda eſſe exiſtiment. Secundum iſtas morborum aetates, ſi ex voto aegri atque medentium res ſuccedit, vt ille ad plenum, quod ante morbum erat, robur euehatur, et ex morbo eluctetur penitus, aliud tempus praeter illa, quae nominata ſunt, ſtatuendum eſt, illud ſcilicet, quod in *reſtauratione virium* [l]) conſumitur, omnium ſaepe longiſſimum, cui peculiarem therapiae partem, *ἀνακομιδὴν* ſeu *reſtauratoriam* dictam, dedicauerunt veteres [m]). Illi adeoque, qui morbum ſuperant, has quatuor eius aeta-

additamentum, et poſt hunc progreſſum deinde ſtatus, a quo deinde ſic dictum decrementum. Apparet autem, augmentum additionem appellare quosdam, vti alii adſcenſum. Nos autem omnibus his nominibus, veluti commodum erit, vtemur: vnam enim rem omnia denotant. GALEN. *De Tempor. in Morb.* c. 1. p. 292.

k) *Τέσσαρα ἅπαντα τὰ μόρια τῶν νόσων ἐστὶν, ἀρχὴ, καὶ ἄυξησις, καὶ ἀκμὴ, καὶ παρακμή.*
Quatuor in vniuerſum partes morborum, PRINCIPIVM, AVGMENTVM, STATVS, DECREMENTVM. GAL. *De Criſib.* I. 2. p. 377. T. VIII. *)

*) In hac cognitione omnis medici, bene de febrium acutarum euentu iudicaturi, vis et praeſtantia cernitur. Sine hac luſcus et haud raro caecus, ideoque infortunatus eſſe debet. *G.*

l) *Κατάστασις τοῦ σώματος μία μὲν τῆς ὑγιεινῆς, ἑτέρα δὲ τῆς ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος ἄχρι τῆς ἀκμῆς, εἶτ᾽ ἄλλη ἄχρι τῆς παντελοῦς λύσεως, καὶ μετ᾽ αὐτὴν τῆς ἀναλήψεως ἄχρι τῆς καθ᾽ ἕξιν ὑγείας.*
Status corporis, vnus quidem ſanitatis, alter principii morbi ad vſque ſtatum eius, hinc alius vſque ad plenariam morbi ſolutionem, et poſt illum, refectionis ſtatus vſque ad ſtabilem ſanitatem. GAL. in HIPP. *De Vict. Acut.* Comment. II.

m) *Ἀνακομίζειν, reficere, reſtaurare aegrum. Ἀνακομιδὴ, reſtauratio ex morbis per victum,* quae fit *τῷ ἀνατρέφεσθαι ἐκ νόσου.* HIPPOCRATES paſſim.

aetates emetiuntur [n]), aliis in aliquo trium priorum vi mali oppreſſis, aliis, noui morbi ex priore, vti cauſſa, naſcentis primo labore nondum abſoluto, initia celebrantibus [o]), ſiquidem morborum triplex eſt, *in ſanitatem*, *mortem*, *nouumue morbum* expeditio.

§. IV.
DE PRINCIPIO MORBORVM, QVO INVADVNT.

Quandoquidem ſingulae morbi aetates ſingularia conſilia poſtulant, plurimum omnino refert limites conſtituere, qui ſanitatem et morbum dirimant, quos ſupergreſſus homo in principio morbi conſtitutus recte dicatur. In aprico haud ſemper res ponitur, quandoquidem nondum aegrotare eum, qui ad actiones hebeſcit, alibi diximus [p]). Tametſi enim illud tempus, quo cauſſae praeſentes eminus tela euibrant, nondum tamen, ob vim vitae ſuperiorem, leges oeconomiae animalis euertere potuerunt, non mediocrem prouidentiam poſtulat; attamen maturiora ſint oportet conſilia, ſi conditiones adfuerint, quibus datis, morbus eſt. Sunt autem

n) Ὁ σωζόμενος ἅπαντα διέξεισι τῆς νόσου τοὺς καθ᾽ ὅλου καιροὺς, ἀρχὴν καὶ ἀνάβασιν καὶ ἀκμὴν καὶ παρακμήν.
Conualeſcens omnia tranſit morbi communia tempora, PRINCIPIVM, AVGMENTVM, STATVM, DECREMENTVM. GAL. *De Criſib.* III. 9. p. 441.

o) Ἢ ἀπόλλυνται κάμνοντες, ἢ ἄνευ ἄλλων κακῶν οὐ γίνονται ὑγιέες, ἀλλ᾽ ἀποστηρίζει τὰ τοιουτότροπα.
Aut pereunt aegroti, aut ſine aliis malis non conualeſcunt, ſed obfirmantur morbi ita conuerſi. HIPP. *De Victu Acut.*
Πολλάκις ὑπὸ νοσήματος γίνεται νόσημα.
Saepe ex morbo fit morbus. GALEN. *De Different. Morb.* c. 2. p. 2. T. VII.

p) Vide Programmata *De Prophylaxi morborum* conſcripta.

tem ex illis haud pauci, qui, quandoquidem actiones animales vitaleſque haud affligunt, homini ſanitatis ſpeciem ſupereſſe patiuntur Quapropter circa initia tranquillitatis laeſae ſenſus obſcurior eſt q) et obſcurum morbi primordium r). Id quod tunc maxime ita fit, quando, prout quilibet valentior eſt, et obſtinato magis animo obluctatur, corpus erectum ſeruandi habitus ſeu ὀρθοστάδία manet s). Illi quidem hac ſua praepoſtera fortitudine, dum ſanos ſe mentiuntur, plus peccant illis meticuloſis ac ſuſpicioſis hominibus, qui, leuiſſima corporis mutatione perterriti, adeſſe morbum ſignificant t), quam minimarum afflictionum animaduerſionem PLATO u) caſti-

q) Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα.

Circa initia aut fines omnia (mala) debiliora, ſed circa ſtatus morborum validiora. GAL. *De Totius Morbi Tempor.* c. 8. p. 311. T. X.

r) Ἀι δὲ γὰρ ἀρχαὶ τῶν νοσημάτων ἀσαφεῖς ἐνίοτε.

Principia morborum quandoque obſcura. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 6. p. 459.

s) Καρτερικὸς ὑπάρχων καὶ ἀταλαίπωρος δύναταί τις οὔπω μὲν κατακεκλίσθαι, κεκακῶσθαι δέ.

Fortis exiſtens et haud facile frangendus aliquis poterit quidem nondum decumbere, attamen infirmari. GAL. L. cit.

t) Καὶ μέν γε καὶ μαλακός τις τὴν γνώμην καὶ ταλαίπωρος καὶ δειλὸς καὶ ὕποπτος ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν εὐθὺς κατακλίνεται.

Enimuero et mollis aliquis animo, et fragilis, et meticuloſus, et ſuſpicioſus ad minimas apparitiones ſtatim decumbit. GALEN. Ib.

u) Ἡ περιττὴ ἐπιμέλεια τοῦ σώματος, πρὸς οἰκονομίας, πρὸς στρατείας, καὶ πρὸς ἑδραίους ἐν πόλει ἀρχὰς δύσκολος, τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι καὶ πρὸς μαθήσεις ἁστινασοῦν, καὶ ἐννοήσεις καὶ μελέτας χαλεπὴ, κεφαλῆς τινὰς ἀεὶ διατάσεις καὶ ἰλίγγους ὑποπτεύουσα, καὶ αἰτιωμένη ἐκ φιλοσοφίας ἐγγίγνεσθαι, ὥστε ὅπῃ ἀυτη ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντῃ ἐμπόδιος. κάμνειν γὰρ οἴεσθαι ποιεῖ ἀεὶ καὶ ὀδυνώμενον μήποτε λήγειν περὶ τοῦ σώματος.

Super-

caſtigat. Alii autem ſunt morbi, qui ſubita inuaſione x) clariſque ſignis praeſentiam ſuam arguunt, dum hominem porro ὀρθοστάτην eſſe haud ſinunt, et ſtatum eius a naturali prorſus diſceſſiſſe variis actionum laeſionibus y) denuntiant. Cum autem per integrum morbi decurſum in labore ſenſim aucto, crudorum quorumuis coquendorum gratia, natura verſetur, oportet omnino ad morbi principium cauſſam morbificam quamuis crudam eſſe, id eſt, mo-

 tibus

Superflua cura corporis, ad negotia domeſtica, ad militiam, ad conſeſſuum vrbanorum praeſidia difficilis, quod autem maximum eſt, et ad ſcientias quasuis et doctrinas et occupationes grauis, capitis ſemper quasdam tenſiones et vertigines ſuſpicata, et cauſſata ſtudium ſapientiae, quaſi inde naſcantur. Hinc omni virtuti impedimento futura. Nam aegrotantis opinionem facit ſemper, vt aegrotare putemus, neque deſinamus vnquam de habitu corporis conqueri. PLATO *De Republ.* III. p. 440.

x) Ἀρχὴν τῦ νοσεῖν ἐκεῖνον εἶναι νομιστέον τὸν χρόνον, ἡνίκα σαφῶς πυρέττειν ἀρξάμενοι κατεκλίθησαν.

Principium morbi illud eſſe putandum tempus, vbi aperte febrire incipientes decumbunt. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 6. p. 459.

y) Ἥτις ποτὲ τῶν νοσημάτων ἡ ἀρχή· Ἀγρυπνῦσι καὶ ἀνορεκτῦσι καὶ κεφαλὰς βαρύνονται, καὶ νωθροὶ, καὶ δυσκίνητοι, καὶ κοπώδεις γίνονται, καὶ μυρία τοιαῦτ᾽ ἕτερα πάσχυσιν οἱ πλεῖστοι τῶν μελλόντων νοσήσειν, καὶ ταῦτ᾽ ἐσβάλλει μὲν αὐτοῖς τὴν πρώτην σμικρὰ, παραύξεται δ᾽ ἀεὶ καὶ μᾶλλον κατὰ βραχὺ, περιερχομένοις ἤδη καὶ τὰ συνήθη πράττυσιν. Ἐπειδὰν δὲ πρῶτον νικηθῶσιν ὑπὸ τῦ δυσχερήματος, τηνικαῦτα κατακλίνονται.

Quale eſt morborum primordium: Vigilant, nauſeant, capite grauantur, lenti ad negotia et immobiles, et doloribus oppreſſi fiunt, et mille eiusmodi alia patiuntur plures eorum, qui in eo ſunt, vt aegrotent, et haec quidem accidunt illis ab initio minuta, augentur autem ſemper et magis et ſenſim circumeuntibus adhuc et conſueta facientibus. Quam primum autem victi fuerint a calamitate, deinde decumbunt. GAL. L. cit.

tibus cordis obnitentem, viſceribus aut ſanguini alte inradicatam [z]).

§. V.
DE INCREMENTO MORBI.

Quamprimum res eo deducta fuit, vt cauſſa vel ſponte naſcens, vel introducta, mortem vel languidam vitam illatura, expugnanda ſit, conflictus ille, quem morbum appellamus, vti ſuſceptus prouidentia naturae eſt, pro reſiſtentia impedimenti plus minusue durat, et ab illa natura, quae neceſſitatibus corporis noſtri proſpicit, ſapienter ita quidem dirigitur, ne vnius certaminis dubio euentui tota ſalus hominis committatur. Leues adeoque fiunt concertationes et quaſi velitationes, et ſenſim ad deciſoriam pugnam deuenitur. Intenditur cordis, ſpiritibus animalibus adiuti, in cauſſam rebellem actio, et ſenſim morbus creſcit [a]). Paciſcitur haud raro interquieſcens natura inducias, vt morbus lento progreſſu naſcatur atque increſcat [b]). In decurſu

z) Ἱπποκράτης καλεῖ ἀρχὴν ἐκεῖνον ἅπαντα τὸν χρόνον τοῦ νοσήματος, ἐν ᾧ παντελῶς ἐστὶν ἄπεπτον.

HIPPOCRATES appellat principium illud morbi tempus, in quo quid crudum omnino eſt. GALEN. *De Iudicat.* I. 9. p. 389. T. VIII.

a) Ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς τὸ μεταξὺ πᾶν ἐπίδοσις.

A prima inuaſione vſque ad ſummum morbi ſtatum, omne, quod intercedit, augmentum eſt. GAL. *De Tempor. Morb.* c. 9. p. 303.

b) Ἵσταται ποτὲ τὸ νόσημα καὶ παύεται τῆς αὐξήσεως καὶ φαίνεται διαμένον ἴσον ἑαυτῷ κατά τινα χρόνον, ἤτοι μακρότερον ἢ βραχύτερον· εἶτ᾽ ἐντεῦθεν ἔλαττον ἑαυτοῦ γινόμενον ἤτοι διὰ ταχέων, ἢ χρόνῳ πλείονι.

Subſiſtit aliquando morbus, et deſiſtit creſcere, et ſpeciem habet manentis in ſtatu ſui ſimili per aliquod tempus, mox longius, mox breuius; deinde ſe minor euadit ſiue celeriter, ſiue tardius. GAL. Ib.

ſu temporis illius conualeſcere aegroto, ex morbi natura, haud licet: Salutis enim conſecutio decremento morbi relicta eſt vnice [c]. Durante conflictu, dubius manet exitus. Nemo, niſi victrice natura, eluctatur [d]. Quare ſi qui intereunt durante morbi incremento inque ipſo eius ſtatu, vita excedunt [e]) non ſufficiente vitae robore, quo id, quod cum vita ſtare nequit, coquatur, matureſcat et penitus exſoluatur [f]. Fit tamen, quo incerto marte dubiaque victoria deſinat certamen, morbus haud ſoluatur, languida vita maneat, dum *quartum*, *decrementi*, *tempus* haud decurrit, et ob virium debilitatem cauſſa humoribus ſolidisque infixa manet, vt noui eiusque longe periculoſioris morbi ſuperſit occa-

c) Ὁ τέταρτος τῆς παρακμῆς καιρὸς, ὅτάν γε μέλλωσιν ὁι κάμνοντες σώζεσθαι.

Quartum, decrementi, tempus, dum in eo ſunt aegri, vt conualeſcant. GAL. *De Criſib.* III. 9. p. 441.

d) Μὴ σωθῆναι δύναταί τις ἢ μὴ κρατήσειεν ἡ φύσις τῆς νόσου, μήτε ἀπόλλυσθαι, χωρὶς τοῦ νικηθῆναι μὲν τὴν φύσιν.

Nec conualeſcere poteſt quispiam, niſi ſuperet natura morbum, nec perire, niſi ſuperetur natura. GAL. *De Totius Morbi Tempor.* c. 8. p. 311.

e) Θάνατος δὲ ἐν τοῖς τρισὶ καιροῖς, ἀρχῇ, καὶ ἀναβάσει, καὶ ἀκμῇ.

Mors autem in tribus temporibus, principio, augmento et ſtatu. GALENVS *De Criſib.* l. cit. c. 6. p. 437.

Φθασάντων γὰρ ἀποθανεῖν τῶν καμνόντων ἤτοι κατὰ τὴν ἀνάβασιν ἢ τὴν ἀκμὴν, ἔυδηλον ὡς οὐ διεξῆλθεν ἅπαντας τοὺς καιροὺς ἡ τοιαύτη νοῦσος.

Cum aegri moriantur, aut circa morbi augmentum, aut ſtatum, manifeſtum eſt, talem morbum omnia tempora haud abſoluiſſe. GAL. *De Totius Morbi Tempor.* c. 5. p. 297.

f) Μηδενὸς ἀγαθοῦ σημείου ὄντος, τεθνήξεται ὁ κάμνων μὴ δυναμένης τῆς δυνάμεως ἐξαρκέσαι τῇ πέψει τοῦ νοσήματος.

Nullo bono exiſtente ſigno, morietur aeger, virtute haud valente, vt ſufficiat coctioni morbi. GALEN. Comm. IV. in Libr. HIPP. *De Vict. Acut.*

occaſio, vti quotidiana experientia ſatis ſuperque docet, non tam expugnatos morbos, quam palliatiua curatione ſemiſopitos quieſcere [g]).

§. VI.
DE EO, QVOD IN MORBIS SVMMVM [h]) EST.

Cum autem in morbis, naturae ſtatutum ſit, aut vincere, aut mori, adeſt denique tempus, quo vis cordis ſumma contentione *mutando*, *euacuando*, *ſubſtituendo in locum deperditi rem ſimilem* [i]), cauſſam morbi debellare ſuſcipit. Felicem, ſi ad praecoces et praepoſteros conatus excitata ante haud fuit, quo adſint ad ſuſtinendum extremum huncce impetum facultates. Eſt enim haec ſumma certaminis [k]). Hoc morbi tempore *diuinum* illud *in morbis* [l]) ſe clare

g) *Μὴ λυόμενα νοσήματα, διὰ τὴν τȣ̃ κάμνοντος ἀδυναμίαν ἢ διὰ τὴν τῶν νοσημάτων ἰχὺν, ἢ διὰ τὰ συναμφότερα.*
Non ſoluti morbi, ob aegri debilitatem, aut ob morbi vim, aut per vtrumque. GAL. *De Temporib. Totius Morbi*, c. 9. p. 303.

h) *Μῆκος τῆς νόσȣ.*
Summum in morbo. ARETAEVS.

i) Tres conualeſcendi modos, *ἀλλοίωσιν*, *(mutationem)* *κένωσιν*, *(euacuationem)* *πλήρωσιν*, *(repletionem)* antiquitas paſſim proponit.

k) *Ἑκάςȣ δὲ πάντων τῶν ἐόντων ἰσχυρότατον ἡ ἀκμή.*
Omnium, quaecunque ſunt in morbo, temporum valentius, ſtatus. HIPP. *De Vet. Medicina*.

l) *Τὶ θεῖον ἔνεςι ἐν τῇσι νȣ́σοισι.*
Aliquid diuini eſt in morbis. HIPP. in Prognoſt. *)

*) Diu multumque olim diſputatum eſt de hoc *diuino in morbis*; Alii enim deum quendam ſoſpitatorem ac medicum ſibi fingebant, alii morborum popularium generationem, vt GALENVS, alii aëris conſtitutionem, vt FERNELIVS et GORRAEVS, (cf. FOES. Oecon. HIPP. ſub hac voc. p. 267.) alii ſupernaturalem affectionem aſtrorum, et daemonum, artes magicas, faſcina

clare manifeſtat, dum, rebus in ancipiti poſitis, parua licet ſuperſtite vita, maximi tamen momenti negotia gerantur, remittentibus ſeſe ſubitanea aliqua conuerſione [m]) truculentis ſymptomatis, niſi in ipſa lucta homo perit. Stupendum illud naturae Deique naturae auctoris opus CRISIS eſt, cuius indolem indagandam ſingulari commentatione, deinde ſubnectenda, dignam iudicauimus [n]).

§. VII.

DE MORBI DECREMENTO.

Ab illo tempore, quo per criſes, naturae morbi conſentaneas, morbidum a ſano ſeparari, vel quaecunque ea eſt alia morborum forma, immutari atque in ſtatum naturae propiorem conuerti incipit, quod quidem negotium non tam dierum et communium aliorum temporum numero, quam ſignis, cauſſae fugam nuntiantibus, aeſtimatur, tunc quarta morbi aetas, quae παρακμή, *decrementum*, *decur-*

na cet. vt IORDANES, (L. *De eo, quod diuinum aut ſupernaturale in morbis eſt*, Frft. 1651. 4.) alii aliter ſentiebant. At vero reputanti mihi animo eos locos, in quibus τὸ θεῖον memoratur, videtur intelligenda aut incomprehenſibilis rerum morbificarum mutatio, vt certo ſtatoque tempore expellatur, quod ſuperfluum vel noxium eſt, aut ipſa vis vitae tunc demum quaſi inualeſcens, dum periculum ſummum imminet. G.

m) Αἱ ἐν ταῖς νόσοις μεταβολαὶ ἢ ἐξαίφνης εἰς ὑγείαν μεταπίπτουσιν, ἢ ἐξαίφνης ἀποκτείνουσιν, ἢ κατὰ βραχὺ τούτων ἑκάτερον, ἢ μικτῶς γίνεται.

Mutationes in morbis aut derepente in ſanitatem tranſeunt, aut ſubito perimunt, aut ſenſim alterutrum efficiunt, aut mixtim. GALEN. *De Criſib.* III. 1. pag. 428. T. VIII.

n) Κρίσις μὲν γὰρ ἤτοι κατὰ τὴν ἀκμὴν, ἢ μικρὸν πρὸς αὐτῆς γίνεται.

Criſes aut in ſtatu, aut paullo propius ab illa fiunt. GAL. L. cit.

decurſus et decliuis in ſanitatem via, dicitur, progredi ad finem vſque aegritudinis incipit. Conſtitutionis iſtius indoles in ſuperioribus ad reſiſtentiam materiae morbificae viribus naturae ponitur o). Eſt ſua etiam iſti tempori duratio. Saepe fit, quo breuioribus morbis breuis etiam ſit et ſubitanea a ſumma afflictione ad optimam ſanitatem conuerſio, vt videantur eſſe, qui hac quarta ſui aetate p) deſtituantur, morbi ſubito ſcilicet et optima quidem ratione ſoluti, verum, cum ex natura temporis haud ſit q), ſine morarum ſucceſſionibus ad propoſitum finem deduci, nullum ſupereſt dubium, omnibus morbis in ſalutem abeuntibus datum eſſe, vt decreſcant. At in mortem qui deſinunt, hoc decrementi, quod ſalutare eſſe debet, tempore omnino deſtituuntur r). Ipſa enim mortis natura, cum vim morbi auctam ſupponat, mali incrementum ſecum adfert. Proinde eluctati periculo cenſentur, quibus ad *παρακμὴν* accedere licuit s). Licet enim haud deſint, qui iſto tempore verſantes pereant; recte

o) Παρελθέσης τῆς ἀκμῆς τȢ νοσήματος, ἡ μὲν φύσις ἤδη κεκράτηκεν, ȣ̓δὲ μὲν γὰρ ἄλλως παρήκμασε τὸ νόσημα.

Poſtquam id, quod in morbo ſummum eſt, tranſiit, natura quidem iam obtinuit; Aliter enim decreſcere morbus haud poſſet. GAL. Ibid.

p) Καί τισιν μὴ δοκεῖ γίγνεσθαι παρακμὴν κατὰ τὰς αἰφνιδίȢς κρίσεις.

Quibusdam videtur haud fieri morbi decrementum tunc, cum ſubitanea ſit in ſanitatem conuerſio. Ibid.

q) Ἐάν τι ᾖ ἐν χρόνῳ, ἀεὶ αὐτὸ αὑτȢ̃ πρεσβύτερον γίγνεσθαι ἀνάγκη.

Si quid in tempore eſt, ſe ipſo ſenius fieri ſemper oportet. PLATO in PARMENIDE, p. 60.

r) Τῷ τεθνηξομένῳ δὲ εἰς μὲν τὸν τῆς παρακμῆς καιρὸν ἀδύνατον ἐξικέσθαι, ȣ̓δ' ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸν τῆς ἀκμῆς.

Morituro impoſſibile tempus decrementi accedere, nec de neceſſitate quidem incrementi. GAL. Ib.

s) Κίνδυνος θανάτȢ μετὰ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν ȣ̓κ ἔςι.

Periculum mortis poſt ſummum morborum ſtatum haud eſt. GAL. ibid.

recte tamen monet GALENVS [t]), non illo, qui ab initio erat, ſed nouo morbo illos abripi, quem praua quaedam cauſſae ad diuerſas corporis partes translatio, hinc aegrotantium atque ipſius medentis grauis aliquis error induxerint [u]). Verum etiamſi res ita ſe habeat, vt omnia poſt ſtatum morbi mitiora eueniant; ipſum tamen decrementum haud deſtituitur perturbationibus ſuis, quibus, veluti ſuppletorio opere, cauſſarum reliquiae [x]) conquiruntur, expelluntur, aut quouis alio modo corriguntur, vt propterea placidum et motuum expers morbi decrementum eſſe ſemper haud poſſit, quin eueniat, quo illud tempus haud raro in longum producatur [y]).

§. VIII.

t) Καὶ τοι δοκοῦσι τινὲς ἑωρᾶσθαι τεθνεῶτας ἐν ταῖς παρακμαῖς, ἀλλ᾽ εἴτε τῇ πείρᾳ χρὴ κρίνειν, εἴτε τῷ λόγῳ, κατ᾽ ἄλλό τι τούτους ἀποθανόντας οἶδα, καὶ οὐ κατ᾽ αὐτὸ τὸ νόσημα. πάντες γοῦν ἐφ᾽ ἁμαρτήμασιν ἀπώλοντο, καὶ μάλιστα μὲν τοῖς ἑαυτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς τῶν ἰατρῶν.

Putant multi, ſe vidiſſe defunctos in morborum decrementis, verum ſiue experientia decet iudicari, ſiue ratione, ex alio morbo hos mortuos eſſe noui, nec ex eodem, qui ab initio erat. Omnes ergo ob peccata perierunt, et maxime quidem propriis, aliquando tamen et medicorum. Ib. c. 5. p. 436.

u) Ἡ μετάστασις ἑτέρων ἴσχει ἀρχὴν παροξυσμῶν καὶ πόνων, ὡς δεῖσθαι πάλιν ἄλλου χρόνου πρὸς τὴν πέψιν τοῦ τόπου τοῦ σώματος εἰς ὃν ἡ μετάστασις ἐγένετο.

Translatio materiae morbificae de parte ad partem exacerbationum cohibet primordia, vt opus ſit nouo tempore ad coctionem in illo loco corporis, ad quem translatio facta eſt. GAL. Comm. IIII. in HIPP. *De Vict. Acut.*

x) Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

Reliquiae in morbis poſt criſin, expergeſiunt facile. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 12. p. 73.

y) Παρακμαὶ ἀρχόμεναι, ἢ προϊοῦσαι, ἢ προσελθοῦσαι ἐπὶ πλέον.

Decre

§. VIII.
SIGNA QVAE AETATES MORBI DEFINIVNT.

Incerta omnino eſt et lubrica *aetatum morbi* definitio, ſi illas ex temporis vulgaris, quod ſolis ſiderumque motu aeſtimatur, rationibus metiri quis velit, licet febrium acutarum decurſus dierum numero magis adſtrictus ſit. Quapropter ex natura ipſorum morborum ſigna, quae tempora morborum definiant, petenda erunt. Veluti ergo morbi inuaſio per ſua ſigna conſtat; ita *augeri morbus* tamdiu dicitur, quamdiu cruda manent, et immota perſiſtunt omnia. Quare etiam quo plus illa reſiſtunt, diuturniorem ἀναβάσεως durationem, maiorem luctam et maius vitae periculum eſſe omnino oportet [z]). At virium imbecillitas cum magna mouendae materiae reſiſtentia breuem et letalem iſtius temporis moram fore praeſagiunt [a]), licet illud ſibi arrogare medicus haud debeat, quo omni ſpe vacuos eſſe, qui vehementer aegrotant [b]), aut procul

Decrementa morborum, inchoantia, aut procedentia, aut progreſſa magis. GAL. *Method. Med.* X. 1. p. 223. T. X.

z) Ἐὰν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἄπεπτον διαμένῃ τὸ νόσημα, κίνδυνος ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἰ μή τι ἄρα τὴν ἀντέχουσαν τῷ νοσήματι δύναμιν ἰσχυροτάτην ἔχει.

Si longiore tempore crudus manet morbus, periculum eſt, interire hominem, niſi in contrarium morbo obnitentem vim habeat fortiorem. GAL. Comm. in HIPP. Progn.

a) Ἄνευ κρίσεως ἐν τοῖς ὀλεθρίοις νοσήμασιν κατὰ τὰς ἀκμὰς, θάνατος, τῇ σφοδροτάτῃ τοῦ παροξυσμοῦ νικηθείσης τῆς φύσεως.

Sine criſibus in pernicioſis morbis prope ſtatum, mors, vehementia exacerbationis victa natura. GAL. *De Criſib.* III. 5. p. 436.

b) Κινδυνῶδες νόσημα ἐστὶ τὸ ῥοπὴν ἴσην ἔχον, καὶ πρὸς ὄλεθρον, καὶ πρὸς σωτηρίαν. λέγοιτο δ' ἂν τοῦτο καὶ ἀμφίβολον.

Peri-

cul abeſſe periculo, qui praeter temporis rationem valent, declarare velit. Quamuis enim interquieſcat morbus; non tamen propterea, ſi ſigna critica haud adfuerint, morbum decreſcere quis recte putabit c). Verum *ad ſummum* iuiſſe *morbos* exinde intelligas, ſi criſeos nuntii adfuerint, nec tamen morbus remittat, veluti eius praeſentia, iunctim cum aegroti euphoria, *decrementum aegritudinis* laeto augurio deſignat. Haud enim ſolae criſes, ſaepe praecoces et praepoſterae, ſolatium adferunt, quas, creſcente interea malo, vana ſpe medicum lactare videmus quam ſaepiſſime, vt, rebus apparenter bene ſtantibus, in ipſo portu fiat naufragium d). Plurimum etiam ad internoſcenda tempora confert ſollers

Periculoſus morbus eſt, qui aeque pendet ad interitum et ad ſalutem, ac ſi quis diceret, dubius. Auct. *Definit. Med. apud* GAL. n. 145 p. 250. T. II.

Οἷον καταπνιγείσης καὶ ἀποσβεσθείσης τῆς φύσεως.

Veluti ſuffocata et extincta natura. GAL. *De Criſib.* III. c. 9. p. 442. T. VIII.

Ἀποθανεῖν ἀναγκαῖον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ νοσήματος ἡττηθῇ.

Mori neceſſe, ſi vis a morbo victa eſt. GAL. ibid. c. 5. p. 436.

Τὰ πάθεα ὑπὲρ τὴν δύναμιν τῶν σωμάτων.

Morbi vltra vires corporum. HIPP. Progn.

c) Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγείης.

Acutorum morborum non omnino expeditae praedictiones, nec in mortem, nec in ſanitatem. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 19. p. 73. I.

d) Ὁκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύονται μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν.

Quibuscunque febres quieſcunt, nec ſignis ſolutiuis factis, nec in diebus iudicatoriis, reuerſionem expectare oportet. HIPP. Prognoſt.

ſollers *ſymptomatum contemplatio* e). Haec enim, vti ex morbo, tanquam cauſſa ſua, propullulant, et ab ipſo morbo, tempore acceſſionis, facile dignoſcuntur, dum, veluti vmbra corpus, primarium malum ſequuntur f), et, quando adſunt, increſcere morbum arguunt, mox ſalubria morbumque ſolutura, mox inſalubria, eumque grauantia g). Tunc vero ad ἀκμὴν morbus perueniſſe, ſi omnia contentioſa et luctuoſa fuerint h), exiſtimabitur, cum nulla decreſcenti morbo, vtpote iam victo, quae ex eius natura conſequantur, adeſſe poſſint ſymptomata, quamuis caſu illatis i) haud deſtituatur.

§. IX.
DE MORBORVM DVRATIONE.

Maximum illud naturae, quo conualeſcimus, negotium, veluti mox ſuperioribus cordis viribus et minore cauſſarum reſiſtentia, mox iisdem inferioribus,

e) Λαθραίως τελευτῶντες.
Latenter morientes. HIPPOCR. Coac. Praenot.
Exponit GALENVS, μηδὲν ἔχειν δοκοῦντες κακὸν καὶ ὡς ἐν ἀκινδύνῳ καθεστῶτες.
Nihil habere viſi mali, et veluti extra periculum conſtituti.

f) Συμπτώματα νοσημάτων ἔκγονα.
Symptomata ex morbis naſcentia. GAL. *De Cauſſ. Symptom.* I. 1. p. 64. T. VII.

g) Συμπτώματα χρήσιμα, ἄχρηστα.
Symptomata vtilia et nocentia. GAL. *De Opt. Sect.*

h) Ἀθροισμὸς καὶ συνδρομὴ συμπτωμάτων.
Frequentia et concurſus ſymptomatum. GAL. *De Sectis*, c. 1. p. 286. T. II.
Ἕπεται πολλάκις ἕτερον ἑτέρῳ συμπτώματι.
Sequitur ſaepe aliud ſymptoma aliud. GALEN. *De Cauſſ. Symptom.* l. cit.

i) Συμπτώματα μήτ᾽ ἴδια, συμπίπτοντα δὲ κατά τινα τύχην.
Symptomata non propria, ſed ex aliquo caſu. GAL. *Meth. Med.* I. c. 8. p. 23. T. X.

ribus, geritur, citius tardiusue abſolui ſolet [k]). Proinde, qui a partibus debilis vitae ſtat medicus, illud ſibi datum eſſe intelligit, quo conſilia ſua breviori longiorique morborum durationi accommodet, et tempori hac etiam ratione inſeruiat. Eſt quaedam a ſana etiam vita inſeparabilis rerum viciſſitudo, qua, ceteroquin ad actiones quasuis recte valentibus, eueniunt tranſitoriae quaedam dolorum aut alius triſtis cuiusdam ſenſus perceptiones, quas inter morbos, ob breuitatem, numerari GALENVS [l]) noluit. Verum paruo etiam temporis ſpatio haud raro maximae res geruntur, deque vita ac morte, morbis, vti breuibus, ita valde ancipitibus, decernitur; id quod et ratione temporis, quo colluctandum eſt, et ratione celeritatis, qua mutationes fieri ſolent, acutum, ipſeque *morbus acutus* appellatur [m]). Hoc *febribus* potiſſimum, fulminea

 aliqua

k) *Τῶν νοσημάτων τὰ μὲν ἐστὶ συνεχῆ, τὰ δὲ διαλείποντα, τὰ δὲ ὀξέα, τὰ δὲ κατοξέα, τὰ δὲ χρόνια.*

Morborum alii quidem ſunt continui, alii autem intermittentes, alii acuti, alii peracuti, alii autem tardi. *Auctor Definition.* apud GALENVM, n. 135. pag. 249. T. II.

l) *Δῆξις δὲ γαστρὸς ἢ κατὰ στόμαχον, ἢ κατά τι τῶν ἐντέρων, ἢ ἐπὶ τοῖς διαχωρουμένοις, ἢ ἐμουμένοις, ἢ οὐρουμένοις, ἤ τις ἕτερος μέτριος πόνος, ἐκ τοῦ γένους μέν ἐστι τῶν παρὰ φύσιν: οὔπω δὲ νοσεῖν οἱ οὕτως ἔχοντες λέγονται, καθάπερ οὐδ᾽ οἱ βαρυνόμενοι τὴν κεφαλὴν ἢ ἀλγοῦντες, ὅταν γε μηδέπω διὰ ταῦτα πρὸς τὰ συνήθη τῶν ἔργων ἐμποδίζονται.*

Morſicatio ventris aut in ventriculo, aut in aliquo inteſtinorum, aut aluo deiicienda vel vomitu reddenda, aut vrinis expellenda attinens, aut alius aliquis dolor, ex genere eorum quidem eſt, quae praeter naturam fiunt. Nondum autem aegrotare, qui ita ſeſe habent, dicuntur, vti nec, qui grauantur capite aut dolent, quandoquidem nondum propterea in conſuetis negotiis impediuntur. GAL. *Ars Medica,* c. 21. p. 214. T. II.

m) *Ὁ καιρὸς ὀξύς.*

Tempus ſubito decurrens. HIPP. *Aph.* Sect. I. 1. p. 68. T. I.

Τὰ

aliqua celeritate inuadentibus n), proprium eſt, vt breui temporis ſpatio in mortem vel ſanitatem, aliquando in ſtatum vitae medium exeant. Alia omnino eſt illarum aegritudinum ratio, quae in abſoluendo ſuae durationis ſtadio diu ſunt, nec certo tempori, intra quod finiri illas oporteat, adſtringuntur o). Sunt tamen ex illis, qui menſibus p) aeſti-

Τὰ ὀξέα νοσήματα μεγάλα τέ ἐςὶ καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπαγόμενα διὰ ταχέων, ἀκότως ἐν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ τὰς μεταβολὰς ποιεῖται μεγάλας.

Celeriter decurrentes morbi et magni ſunt, et ſubito ad culmen deuecti. Similiter etiam intra paruum tempus magnas mutationes faciunt. GALEN. Comm. II. in HIPP. Aphor. I.

n) Πυρετὸς ὀξὺς εὐθὺς ὑπὸ τὴν πρώτην εἰσβολὴν ἀκμάζων, καθάπερ ὑπὸ κεραυνῦ πληγέντος τ' ἀνθρώπυ.

Febris acuta ſtatim ad primam inuaſionem creſcens, veluti fulmine tacto homine. GAL. *De Criſib.* I. 3. p. 379. T. VIII.

o) Βραδέες νῦσοι.

Tardi morbi. ARETAEVS.

Ἁλίσκεσθαι, παράτασιν δηλοῖ τῦ χρόνυ.

Senſim capi, extenſionem ſignificat temporis. GAL. *Comm. in Epid.* V.

Ἀῤῥώςημ' ἐςὶ νόσημα ἐγκεχρονισμένον μετ' ἀσθενείας πλείονος.

Valetudo aduerſa eſt morbus in longum protractus cum infirmitate plurima. *Auct. Defin.* GAL. n. 148. p. 250. T. II.

Χρόνιον νόσημα ἐςὶ τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον, κρινόμενον ἐν μησὶ καὶ ἐνιαυτοῖς, ἢ καὶ συναποθνήσκον τῷ ἀνθρώπῳ.

Tarda affectio ea eſt, quae alternis vicibus in peius et melius vertitur, ſoluta menſibus et annis, vel etiam commoriens homini. ibid. n. 141. p. 249.

p) Μέσον νόσημα ἐςὶ τὸ μεταξὺ χρονίυ καὶ ὀξέος, μεταβάλλον ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον, κρινόμενον τὐπίπαν ἐν ἡμέραις ἑξήκοντα ἢ ὀγδοήκοντα.

Medius (duratione) morbus eſt, qui tardo et acuto intereſt, alternis vicibus in peius et melius vertens, plerumque diebus ſexaginta vel octoginta. ibid. n. 142. p. 250.

aeſtimantur, ſunt qui annum q) emetiuntur, aliis aetati cuidam humanae ſynchronis r), aliis denique nunquam ſoluendis atque perennibus s). Tametſi autem *morbus longus* ille eſt, qui lento paſſu ſuas aetates abſoluit, fieri tamen etiam ſolet, quo plures morbi, ſua natura breuiores, diuerſo tempore

L 3 nati,

q) *Νόσοι εἰς ἐνιαυτὸν παραμένοντες, ὥσπερ καὶ ὁ τεταρταῖος ἐστὶν ὅτε.*

Morbi in annum durantes, vti et quartana quandoque eſt. GAL. *De Totius Morbi Tempor.* c. 4. p. 308.

Ἐνιαύσια ἕλκεα.

Annoſa vlcera. HIPP. Epid. VI.

Παλαιὸν ῥεῦμα ἐν τῷ μορίῳ.

Antiqua fluxio in parte. GAL. ad GLAVCON. Therap. II. 2. p. 370. T. X.

r) *Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθη κρίνονται τὰ μὲν ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δ' ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν, ὅσα δ' ἂν διαμένῃ τοῖσι παιδίοισι πάθεα καὶ μὴ ἀπολυθῇ παρὰ τὸ ἡβάσκειν ἢ τοῖσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.*

Plurimi, qui pueris accidunt morbi, hi quidem ſeptem menſibus, illi ſeptem annis abſoluuntur: alii prope ad pubertatem accedunt. Quicunque autem manent pueris morbi, nec ſoluuntur pubeſcendo, aut femellis, prope ad menſium eruptiones, in longum trahi ſolent. HIPP. *Aph.* Sect. III.

Ἐπαυξέες νοῦσοι.

Morbi ſubinde aucti. HIPP. *Epid.* VI.

Exponit GALENVS Comm. V. *τὰς αὐξανομένας ἐν τῷ χρόνῳ καὶ χείρονας ἀεὶ γενομένας, ἢ μὴ φθάσειε λυθῆναι.*

Cum tempore aucti et peiores ſemper facti, niſi eueniat, quo ſoluantur.

Adducit autem et aliam interpretationem, nimirum intelligi hac voce *νόσους τὰς τοῖς παιδίοις γινομένας καὶ συναυξανομένας.*

Morbi pueris facti ſimulque adoleſcentes.

s) *Περιεστηκὸς νόσημα ἐστὶν, ὅπερ οὐδέποτε ἀναιρετικὸν γίνεται, ὅσον ἐφ' ἑαυτὸ, ἐπειδὴ πολλάκις δι' ἁμάρτημα κινδυνῶδες γίνεται.*

Conſtans morbus eſt, qui nunquam fit peremtorius, quantum per ſe, quoniam multoties ob errorem periculoſus euadit. *Auct. Defin.* ap. GALENVM, n. 144. p. 250.

nati, quos propterea *complicatos* appellamus, dum vnus alteri intexitur, concatenatis afflictionibus [t]) in longum aliquem morbum euadant, veluti illi, qui oppreſſi magis, quam curati ſunt, ſubinde reuertentes, in longum ſimiliter extenduntur. Quodſi ad illud, quod vtrique morborum acutorum atque tardorum familiae intercedit, diſcrimen reſpicias, illud partim in cauſſarum maiore vel minore ad vires cordis reniſu, partim in criſium lentore [u]) conſtitutum eſſe deprehenditur.

§. X.

DE CAVSSIS, QVAE DVRATIONEM MORBORVM DEFINIVNT.

Non temere et caeco veluti quodam euentu accidit, quod aliis morbis datum ſit, paruo temporis ſpatio abſolui poſſe, aliis, non ſine argumento et ratione, in longum protractis, ſed cauſſae in vtramque partem adſunt, quae acutis tardisque paſſionibus menſuram durationis ſuae largiuntur. Breuitatem morbis neceſſariam facit, cauſſae talis in fluidis ſolidisque praeſentia, quae, niſi ſubito amoueatur aut inuertatur, corpori interitum allatura eſt. Quare

t) Ἐνδέχεται ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ δυσὶ, καὶ τρισὶ νοσήμασιν ἔχεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὧν τὸ μὲν ἤδη παρακμάζει, τὸ δὲ τὸν τῆς ἀρχῆς ἔτι μένει καιρὸν, ἢ τὰ πρῶτα τῆς ἀναβάσεως.

Accidit, quo vno eodemque tempore et duobus et tribus morbis detineatur homo, quorum hic quidem decreſcit, ille in principio eſt temporis, aut in prima parte augmenti. GAL. *De Totius Morb. Tempor.* c. 7. p. 310. T. X.

u) Συμβαίνει δὲ, χρονιζόντων τῶν νοσημάτων, τὰς κρίσεις ἀποτίθεσθαι μὲν τὸ τῆς ταραχῆς σφοδρὸν καὶ τῆς ἀλλοιώσεως τὸ σύντομον.

Accidit autem, in longum protractis morbis, quo criſes deponant perturbationis vehementiam et mutationis compendium. GAL. *De Dieb. Crit.* II. 5. p. 481.

Quare etiam poſt acrem breuemque luctam vel perire, vel eluctari, hominem oporteat x)). Et tunc quidem maxime cum breuitate coniunctus eſt ambiguus aegri ſtatus, ſi cum cauſſae ferocia y) ſimul

 adſit

x) Ὅτι δ' ἀνάγκη διὰ τὸ μέγεθος τῶν νοσημάτων καὶ τὴν σφοδρότητα τῶν συμπτωμάτων ἢ νικηθῆναι διὰ ταχέως τὴν δύναμιν, ὥς τ' ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ πρὸς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν ὁρμήσασαν, εἰ μὲν κρατήσειεν ὧν προὔθετο, κρίσιν ἀγαθὴν, ἢ δὲ κρατηθείη, κακὴν ἐργάσασθαι, πρόδηλον παντὶ, διὰ τοῦτ' οὖν ἀδύνατον εἰς μακρὸν χρόνον ἐμπεσεῖν τὴν κρίσιν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι.

Quandoquidem neceſſum eſt, propter magnitudinem morborum et vehementiam ſymptomatum, aut vinci ſubito vim *vitae*, quo pereat homo, aut eandem, verſus affligentium rerum expulſionem, magno impetu delatam, ſi obtinuerit ea, quae ſibi propoſuit, CRISIN BONAM; ſi victa fuerit, MALAM elaborare. Proinde manifeſtum eſt vnicuique, propterea impoſſibile eſſe, quo in longum tempus incidat criſis in acutis morbis. GALEN. *Comment.* II. *in* HIPP. *Aphor.*

GALENVS febrium acutarum, celeriter et periculoſe homines in illa peſtilentia romana inuadentium, rationes in cauſſarum acerbitate quaerit, quod alii fame compulſi, nocentibus herbis vſi eſſent, alii ſolidorum viſcerumque graui noxa afflicti L. *De Bon. et Mal. Succ.* c. I. p. 418. T. VI.

Οἶδα γοῦν, ἐνίους μὲν αὐτίκα διὰ μυκήτων ἐδωδὴν ἀποθανόντας, ἐνίους δὲ διὰ κονείων ἢ ναρθήκων — ἅπασιν οὖν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐναργῶς ἐφαίνετο, τῷ λογισμῷ σκοπουμένοις, ὥσπερ ἐκτὸς πολυειδεῖς μὲν ἑλκώσεις ἐγένοντο, ποικίλα δὲ ὄγκων εἴδη φλεγμονωδῶν τε καὶ οἰδηματωδῶν, ἐρυσιπελατωδῶν τε καὶ σκιρρωδῶν.

Noui adeoque, quosdam ſubito poſt boletorum eſum defunctos, quosdam ob comeſtas cicutas aut triticum temulentum. Omnibus reliquis hominibus deprehenſum eſt, cum ratione inſpectis, quare abhinc multiuaria vlcera facta ſint et variae tumorum ſpecies, inflammatoriorum, oedematoſorum, eryſipelaceorum, ſcirrhoſorum.

y) Γίνεται δὲ τοῦτο, μεγάλως τῆς φύσεως ὑπὸ τοῦ νοσήματος κρατηθείσης. τηνικαῦτα γὰρ οὐδ' ἐπιχειρεῖ διαγωνίζεσθαι πρὸς αὐτό. χωρὶς δὲ τοῦ διαγωνίζεσθαι κρίσις οὐ γίνεται.

Fit

adſit debilis vitae vis [z]), ob humorum lentorem, aetatis imbecillitatem [a]), innatam forte humorum turpitudinem, et, quae morbum praecedat, viſcerum labem, propter alia etiam, quae ſanguinis expedito motui ſeſe obiiciunt, impedimenta [b]). Sunt quoque viſcera excellentiora, quae morbos grauiter ferunt, ea maxime, quae actiones perpetuas exercent, quorum inflammatorii affectus celeriter, ſed raro feliciter, exeunt [c]). Habent autem, quo bene

Fit autem hoc, natura vehementer morbo oppreſſa. Propterea enim ne ſuſcipit quidem colluctari contra illum: Sine lucta autem criſis haud fit. GAL. *De Criſib.* III. 9. p. 441.

z) Ἡ δύναμις ἀσθενὴς γίγνεται ἐνίοτε, καὶ διὰ καχεξίαν τῦ κάμνοντος, καὶ διὰ γῆρας.

Vis vitae imbecillis fit quandoque, et propter viſcoſos laborantis humores, et propter ſenium. GAL. *Method. Medend.* X. c. 1. p. 223. ſeq.

a) Νοσῶδες ἁπλῶς σῶμα τὸ ἐκ γενετῆς ἤτοι δύσκρατον τοῖς ὁμοιομερέσιν ἢ ἀσύμμετρον τοῖς ὀργανικοῖς, ἢ ἀμφότερα.

Morbidum ſimpliciter corpus, quod a natiuitate iam male mixtum in ſimilaribus, aut male conſtructum in organicis, aut vtroque modo comparatum eſt. GAL. *Ars Med.*

b) Οἱ παχέες σφόδρα, κατὰ φύσιν ταχυθάνατοι μᾶλλον γίνονται τῶν ἰσχνῶν.

Perquam obeſi ſecundum naturam magis ſubito moriuntur, quam tenues. HIPPOCR. *Aphor.* Sect. II. 44. p. 76.

Rationem addit GALENVS: Μοχθηρὰ δὲ ἡ εἰς πάχος ὑπερβολή· στεναὶ γὰρ εἰσὶν τέτων αἱ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες.

Oneroſa his in craſſitiem vergens abundantia; anguſtae enim ſunt eorum arteriae venaeque.

c) Ὁ τόπος ὁ πεπονθὼς ἐν κινήσει πολλῇ, καὶ θερμὸς, καὶ μανὸς, καὶ κύριος, ὀξυτέραν ἔσεσθαι προδηλοῖ τὴν νόσον. ὁ δὲ μὴ ἐν κινήσει συνεχεῖ, καὶ ψυχρὸς, καὶ πυκνὸς, καὶ ἄκυρος, εἰς χρόνον ἐκπέμπεσθαι μακρότερον.

Pars affecta multis motibus obnoxia, et calida, et ſenſilis, et princeps, acutiorem fore praenuntiat morbum:

bene ſperare poſſint, morbos, licet acutos, bene ceſſuros eſſe, illi, quibus intra humores tantum cauſſa latet [d]), quibus excellentior eſt naturae impetus [e]) viſcerumque integritas [f]). Hi enim ex periculoſiſſimis ceteroquin afflictionibus breui tempore euadunt [g]). Tunc maxime illud euenire poteſt, ſi viae, quibus humores purgari debent, apertae, ipſique humores expediti [h]) et facile mouendi fuerint. Quodſi ex altera parte ad morborum, tardo gradu per aetates ſuas proficiſcentium, indolem reſpicimus, cur in iſto labore diu naturam eſſe oporteat, cauſſas non minus euidentes adeſſe cognoſcimus. Quo enim altius inradicata, denſior et proinde difficilius commouenda fuerit materia, eo etiam maius faceſſere negotium illam oportet, dum prudenti conſilio, lenta motuum ſalubrium ſucceſſione, ſecurius efficitur, quod tumultuaria breuique expeditio-

bum: Quae autem haud in motu continuo et frigida, et denſa, et minus princeps eſt, in tempus emitti longius. GAL. *De Criſib.* II. 11. p. 423.

d) Νοσήματα εὔλυτα καὶ εὐκίνητα, ὧν αἰτίαι ἐν τοῖς ὑγροῖς.
Morbi ſolutu faciles, quorum cauſſae in fluidis. *Auct. Definit.* GAL.

e) Μεγάλη ῥώμη τῆς φύσεως.
Magnum robur naturae. GALEN. Comm. II. in Progn. HIPP.
Εὔτονα σώματα.
Optimi toni corpora.

f) Εὔσπλαγχνοι.
Qui viſcerum bonitate pollent.

g) Εὐανάληπτοι, εὐανάσφαλτοι.
Facile reficiendi, facile conualeſcentes.

h) Εὔρουν τὸ σῶμα.
Fluxile corpus. HIPP. *Epid.* II.
Exponit GALENVS: εὔρουν ἐστὶ τῶν μὲν πόρων ἁπάντων ἀναστομωθέντων, τῶν δ' ὑγρῶν τμηθέντων καὶ λεπτυνθέντων.
Fluxile eſt, poris omnibus apertis, fluidis conciſis et attenuatis.

ditione male cedere poterat [i]). Fit adeoque, quo intra viſcerum minima vaſa adſit infarctus, mox nunquam ſoluendus, mox difficulter excutiendus, ſi viſcidus tenaxque humor, ſenſim ibi collectus, aliquando etiam adſtringentium, veluti ſcite GALENVS [k]) monet, ſiniſtro vſu, magis obfirmatus eſt, quo tandem magno eodemque inflammatorio motu opus ſit, vt, dubia tamen ſemper lucta [l]), et ſummo cum vitae periculo [m]) nodus iſte ſoluatur. Eſt etiam, cur morbi obluctentur, in eo aliquid poſitum, quod coctioni reſiſtant humores, aut copia viri-

i) Ἡ διάθεσις ἡ δυσκινητοτέρα, καὶ ψυχροτέρα, καὶ πυκνοτέρα, χρονιεῖ.

Diſpoſitio motu difficilior, frigidior et denſior, longa eſt in morbis. GAL. *De Criſib.* II. 11. p. 423.

Εἰδ᾽ ἰσχυρῶς οἱ χυμοὶ σφηνωθεῖεν, ὡς μοχλέως δεῖσθαι σφοδροτέρας, ἐκτείνεσθαι μὲν ἀνάγκη τοὺς τοιούτους πυρετούς.

Si fortiter ſucci incuneati fuerint, vt vecte indigeant efficaciore, extendi quidem neceſſe has febres. GAL. *Method. Med.* IX. 1. p. 202. T. X.

k) Ὁ ἀναίσθητος σκιῤῥὸς ἀνίατος, ὁ δὲ δυσαίσθητος οὐκ ἀνίατος μὲν, οὐ μὴν εὐίατος. γίγνεται γὰρ ἐκ γλισχροῦ καὶ παχέως χυμοῦ δυσλύτως ἐμπλαττομένου τοῖς σκιῤῥουμένοις μορίοις. Ἐνίοτε μὲν οὖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κατὰ βραχὺ συνίσταταί τε καὶ αὐξάνεται, τὰ πολλὰ δ᾽ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν κατασκευάζεται στυψάντων καὶ ψυξάντων σφοδρῶς.

Qui ſenſu haud percipitur, ſcirrhus inſanabilis; qui obſcure tamen ſentitur, non inſanabilis, nec tamen curatu facilis. Naſcitur enim ex viſcido tenacique ſucco, compulſo intra ſcirrhoſas partes. Aliquando quidem ſtatim ab initio ſenſim augetur, ſaepe tamen et a medicis efficitur adſtringentibus et refrigerantibus nimium. GALEN. ad GLAVCONEM Therapeut. II. 6. p. 378. T. X.

l) Ἡ δύναμις οἷον μάχην τινὰ ἔχει ἰσοσθενῆ.

Vis *vitae* veluti luctam habet, incerto marte ſuſceptam. GAL. Comm. II. in Progn. HIPP.

m) Ἐὰν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἄπεπτον διαμένῃ τὸ νόσημα, κίνδυνος ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ ἄρα τὴν ἀντέχουσαν τῷ νοσήματι δύναμιν ἰσχυροτάτην ἔχει.

Si longiore tempore crudus manſerit morbus, periculum perire hominem, niſi reſiſtentem morbo vim fortiorem habeat. GAL. L. mox cit.

viribus maiores, diuturno conflictu expugnandi ſint [n]). Accedit colatoriorum, maxime eius, quod halitum inſenſibilem diſiicit, reſiſtentia [o]), qua fieri ſolet, quo, ſi quis mole corporis grauior eſt, eundem etiam, ob cutis ſpiſſitudinem, in morbis ſuperandis tardiorem eſſe oporteat [p]).

§. XI.
DE EO QVOD RECTVM IN MORBIS [q]) EST.

Quae cum ita ſint, vt opus illud, quo vel priſtina ſanitas reſtituenda, vel hac melior alia procuranda eſt, certae momentorum temporis ſucceſſioni, ex voluntate creatoris, per inſitas naturae potentias [r]) adſtringatur; propterea etiam eſt aliquis ordo, ſecundum quem, a principio, per reliquas morbi aetates, motus legitimi atque ſalutares, quibus criſis vel quaecunque alia ſolutio fit, ſe inuicem excipiunt. Generalem iſtas viciſſitudines ſignificandi valorem habent [s]) *typus* atque *periodus* [t]), vt, qui legi-

n) Ἀκατέργαστόν τε καὶ ὠμὸν τοῖς μὲν διὰ τὴν ἀργίαν, τοῖς δὲ διὰ τὴν πλησμονήν.
Male elaboratum et crudum, aliis quidem ob ignauiam *humorum*, aliis ob plenitudinem *vaſorum*. GAL. *De Criſib.* I. 5. p. 382.

o) Οἱ ἀραιότεροι φύσει διαφοροῦνται καὶ συγκόπτονται ῥαδίως, οἱ δὲ πυκνότεροι χρονίζουσιν ἐν ταῖς νόσοις.
Tenuiores natura ſudoribus diffluunt, et deficiunt facilius, craſſi autem tarde procedunt in morbis. GAL. Comm. in HIPP. *De Vict. Acut.*

p) Στενότης δέρματος διαφορῆς ἐμποδιστική.
Anguſtia cutis tranſpirationis impedimentum.

q) Τὸ ὀρθὸν ἐν νόσοις.
Rectum in morbis. HIPP. *De Arte.*

r) Προθεσμία.
Praedeſtinata lex in morbis. ARETAEVS.

s) Ὅμοια καὶ ἀνόμοια νοσήματος.
Aequalitas et inaequalitas morbi. GAL. Comm. I. in Prognoſt. HIPP.

t) Τύπος ἐστὶ τεταγμένη ἀνταπόδοσις ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως· περίοδος δέ ἐστι χρόνος ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως ἐν νοσήματι γενόμενος.

TYPVS

legibus, ex natura machinae fluentibus, obſequuntur morbi, *regulares*, at vero *irregulares*, qui diſſonant, appellentur. Diuerſa tamen eſt vtriusque illius ordinis, qui, ſeruatus, ſanitatem ſperare iubet, ratio. *Typus* enim actionem cordis liquido nerueo adiuti ſignificat, qua repetito iterumque ſeruandarum virium cauſſa quieſcente impetu, res mortem vel grauiorem morbum, ſi maneret, illatura, tandem debellatur; at *periodus* temporis totius, intra quod iſtas mutationes fieri oportet, durationem et menſuram determinatis interuallis definitam, et circuli rationes habentem [u]) explicat, quocumque demum modo labor vertatur, vt vel diurna, vel menſtrua, vel annua etiam viciſſitudine, vel aetatum rationibus illud negotium, quod exemplis illuſtrare longum nunc foret, abſoluatur. Quodſi haec, quam diximus, vtraque motuum ſanitatem reſtaurantium permutatio corporis vnius cuiusque, intra quod fiunt [x]), neceſſitati reſpondet, recte ordinateque, et proinde ſalubriter [y]) morbus ire dicitur.

. TYPVS eſt ordo augmenti et remiſſionis: PERIODVS autem eſt tempus incrementi et remiſſionis in morbo eueniens. *Defin. Med.* ap. GALENVM, n. 198. p. 255. *)

*) Conf. prae ceteris GALEN. L. *De Typis* T. VII. ed. CHART. in quo quae huc conferre aliquid poſſe videantur, luculenter explicantur. *G.*

u) Περιερχομένης τῆς νόσȣ κατά τινα κύκλον ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ διὰ τῆς αὐτῆς τάξεως, ὀνομάζȣσι τὸν τοιȣ̃τον κύκλον ἕκαςοι οἱ ἰατροὶ περίοδον.

Circumeunte morbo per aliquem circulum ex iisdem in eadem eodem ordine, appellant eiusmodi circulum omnes medici PERIODVM. GAL. *De Tempor. Totius Morb.* c. 4. p. 307.

x) Ἀδύνατον ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μὴ ὅτι πλείοσιν, ἀλλὰ καὶ δυσὶν ἀῤῥώςοις πάντα ὁμοίως συμβῆναι.

Impoſſibile in omni vita, non dicam pluribus, ſed nec duobus infirmis omnia ſimiliter procedere. GAL. *De Optima Diaeta.*

y) Ἔςι τὰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα, εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, εὐπνο-

ον

citur. Tametſi autem in morborum expeditione nulla lex adeo firma eſt atque ſtabilis, quin eandem aetas, ſexus, hominis temperies, et alia [z]), quodammodo mutent; omnium tamen afflictionum, vt recta via procedant, regula quaedam veluti eſt et lex perpetua, quod adeſſe oporteat, ex quo affligitur homo, cauſſam morbi, viribus vitae inferiorem et ſenſim ſuperandam, actionum vitalium libertatem, triſtium ſenſionum ſtato tempore abolitionem, excretionum libertatem, quietem a labore, intermixtam tranquillitatis perceptionem, hinc motuum cordis aequalitatem, cum ſignis, quae ſufficientiam virium indicant [a]). His ſtantibus, de ſalute

ον εἶναι, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τὸ πτύελον ῥηιδίως ἀναβήσσειν, τὸ σῶμα πᾶν θερμόν τε ὁμαλῶς εἶναι καὶ μαλθακὸν, καὶ δίψην μὴ ἔχειν, ἔρα δὲ καὶ διαχωρήματα, καὶ ὕπνες, καὶ ἱδρῶτας.

Haec quidem bona ſunt, facile ferre morbum, reſpiratione libera vti, dolores habere mutabiles, ſputum facile tuſſire, corpore omni aequaliter calidum eſſe et mollem, et ſitum haud habere, vrinas autem, et deiectiones, et ſomnos, et ſudores. GAL. *De Criſib.* I. 5. p. 383. T. VIII.

Εὐτάκτως ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος (εἰς ἀκμὴν ἐπαυξάνεται ἡ νῦσος).

Ordinate a prima inuaſione ad ſummum morbi ſtatum augetur morbus. HIPP. *Epid.* I.

Ἀκίνδυνον νόσημα ἐςὶ τὸ ἀεὶ ῥέπον εἰς σωτηρίαν, ὅσον ἐφ' ἑαυτὸ, τῇ δυνάμει ταὐτὸν ὑπάρχον τῷ περιεςηκότι.

Periculi expers morbus, qui ſemper verſus ſanitatem pendet, quantum in ipſo eſt, idemque facultate cum ſalutari eſt. *Auct. Defin.* GALENI, n. 146. p. 250.

z) *Ἡλικία, ὥρα, καὶ χώρα.*

Aetas, tempus, regio. HIPP. paſſim.

a) *Τὸ ἐῤῥῶσθαι τε τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ εὔπνοια, καὶ ἡ εὐσφυξία, καὶ ἡ εὐφορία, καὶ τὸ τοῖς ὑγιαίνεσιν ὁμοιότατον πρόσωπον, εὐσχήμων τε κατάκλισις, ὁμαλότης τε τῦ σώματος σύμπαντος — κακὰ δὲ τἀναντία τέτε, τῦτ' ἐςὶ, δυσφορία, κακοσφυξία, δύσπνοια καὶ μάλιςʼ ἡ ψυχρῦ τῦ πνεύματος ἐκπνεομένυ γινομένη.*

Valere

lute acquirenda deſperandum haud eſt. Id quod, quamuis ad omnes morbos pertineat, vt ordinate procedere dicantur, attamen *febribus* b) prae reliquis datum eſt, bene ordinari, repetito cordis poſt quietem impetu, quem *paroxyſmum* appellamus, mox vni tempori addictum, mox variantem *), veluti ſeparata enarratione illud a nobis indicandum erit poſtea.

§. XII.
DE FALSO IN MORBIS c).

Ita comparatum eſt vbique cum negotiorum adminiſtrationibns, vt male fiant, ſi, ſtabilito legibus vel natura ordine, haud fiunt d). Quapropter etiam in morborum expeditionibus metus eſt, ne exitus voto haud reſpondeat, ſiquidem motus illi, qui ad rem faciunt, debitis temporum ſucceſſionibus haud reſpondent, ſi fluant ſtatim ab initio cruda, quae ſero magisque commota fluere debebant, ipſa-

Valere quoad intellectum, et poſt medicamentorum oblationem bene ſe habere, bonum. Bonum etiam, libera reſpiratio, pulſus rectitudo, et in melius conuerſio, et ſanis ſimilis vultus, et bene digeſtae deiectiones. Mala autem contraria his, id eſt, in peius conuerſio, pulſus prauitas, difficilis reſpiratio, maxime ea, quae frigido ſpiritu efflato contingit. GAL. *De Criſib.* I. 14. p. 398. T. VIII.

b) Πλέονα τῶν παθῶν τυπȣ̃νται μὲν, ἀλλὰ σπανιώτερον, πάντων δὲ μάλιστα πυρετοὶ τυπȣ̃νται.

Plures morborum typum quidem habent, ſed rarius, omnium autem maxime febres. GAL. *Ars Medica.*

*) Πυρετοὶ ἑστῶτες, κινȣ́μενοι.

Febres ſtabiles, mobiles. GAL. ibid.

c) Τὸ μὴ ὀρθὸν ἐν νȣ́σοις.

Quod non rectum in morbis. HIPP. *De Arte.*

d) Καλὸν, ἕκαστον μένειν, ἐφ᾽ ἧς τετύχηκε τάξεως· τὸ δὲ ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρὴ, λύοντός ἐστι τὸ δίκαιον.

Bonum, vnum quodque manere in illo, quem ſorte datum habet, ordine. Tranſire autem ad ea, quae non oportet, ſoluere eſt rectitudinem. LVCIANVS.

ipſarum criſium confuſa ſit apparitio, duratio iuſto breuior longiorue, exacerbationum inuaſio momentis temporum haud addicta, lentum morbi ſit incrementum, vt paruus ille videatur eſſe e) ab initio, ſuccedente mox ſubitanea in ſummas perturbationes conuerſione, ſi conſequatur mendax ſine criſibus conualeſcentia, et praeceps conuerſio ab eo, quod in morbo ſummum eſt, ad fallacem tranquillitatis ſenſionem. Quae omnia *in morbis falſiſſima* aeſtimari debere ratio et experientia loquitur. Morbos male ordinatos GALENVS f) appellat, quorum ſolemnis progrediendi finiendique ratio ſeu typus fluctuat g), veluti, qui nullo magiſtrae ac principis naturae arbitrio dirigatur. Praeterea adhuc varias, quae morborum decurſus in obliquum flectunt, falſitates obſeruare liceat. Nolim in anomalorum numerum referre morbos compoſitos h), quando cum diuerſis ſua natura hoſtibus vis vitae confligit, hinc, in quam partem ſeſe vertere debeat, neſcit. Eſt enim et in mixtis ſuus ordo, veluti febrium typi luculenter docent, quarum, ſi duplicatae ſunt, admirabilis quaedam eſt et concinna ad horas inuaſionum deſtinatio. Verum iſtud erroneum omnino eſt, temporum ſollemnium viciſſitudines haud ſeruare, vltra conſuetum durationis tempus progredi; quieſce-

e) *Κακόηθες νόσημα ἐστὶ τὸ δυνάμει μὲν μέγα καὶ χαλεπὸν, φαντασίᾳ δ' ἀσθενὲς, οὐκ ἔχων κρίσεως χρόνους ὡρισμένους.*
Malignus morbus ille eſt, qui potentia magnus et grauis, primo intuitu autem leuis eſt, non habens criſeos tempora definita. *Defin. Med.* apud GALENVM, n. 140. p. 249.

f) *Ἄτακτοι τὸν τύπον νοῦσοι.*
Inordinati, quoad typum, morbi. GAL. *Ars Medica.*

g) *Ἀλλοιοτροπεῖσθαι, ποικίλως τρέπεσθαι.*
In aliam faciem conuerti, vario modo verti. HIPP. *De Intern. Affect.*

h) *Συνθέτου τοῦ νοσήματος ὑπάρχοντος οὐ κατ' εὐπετὲς ἡ διάγνωσις.*
Compoſito morbo exiſtente, non facilis dignotio. GAL. *De Criſib.* I. 3. p. 378.

quieſcere re nondum confecta [i]), vana ſpe ſalutis imponere, iterumque exacerbari, vel, tempore toto nondum abſoluto, ſine ratione et praecipitantius deſinere, mox reuerti, deque nouo inuadere [k]), inque alium peiorem conuerti [l]). Quae omnia erroribus, ab aegro et medente commiſſis, vel rebus extrinſecus irruentibus plerumque tribuuntur [m]), licet etiam ſpontaneae ſint iſtae mutationes quam ſaepiſſime.

i) Ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως.
Inordinate et confuſe. HIPP. *Epid.* I.
Χρόνια μὲν ἦν καὶ δυσχερέα καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τούτων νούσων διετέλει γινόμενα.
Diuturni quidem, et difficiles, et omnino inordinate et confuſe, et ſine criſibus, plurimi horum morborum finiebant, ex quo fieri coeperant. GAL. in Comm. ad hunc locum.

k) Τὰ ἀλόγως ῥαστωνήσαντα φιλυπόστροφα.
Qui ſine ſufficiente ratione ceſſant morbi, facile iterum reuertuntur.
GAL. Comm. III. in HIPP. Progn. explicat: Ἀλόγως ῥαστωνῆσαι λέγοιτ' ἂν, ὅσα μήτε μετὰ σημείων λυτηρίων, μήτ' ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔδοξε πεπαῦσθαι.
Sine ratione reſtitui, dici poſſent, quae nec poſt ſigna ſolutiua, nec in diebus criticis, videntur quieuiſſe.
Damnat HIPP. in Prognoſt. πλευροῦ ἄλγημα ἀλόγως ἀφανισθέν.
Lateris dolorem ſubito diſparentem.

l) Τὰ τελέως ἀκίνδυνα, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐφεξῆς γεγενημένων ἁμαρτημάτων, εἰς τὴν τῶν ὀλεθρίων μεταπίπτει φύσιν.
Omnino periculi expertes morbi, multis magniſque abinde commiſſis peccatis, in pernitioſorum delabuntur naturam. GAL. *De Dieb. Decret.* I. 9. p. 469. ſequ. T. VIII.

m) Ἡ τῆς φύσεως κίνησις γίνεται μὲν ἐν περιόδοις τεταγμέναις κατά γε τὸν ἴδιον λόγον, κωλύεται δ' ἐνίοτε φυλάττειν τὰς περιόδους ὑπὸ τῶν ἔξωθεν εἰς αὐτὴν ἁμαρτανομένων.
Naturae motus quidem fit in ordinatis circumductionibus, et ſecundum propriam aliquam rationem, impeditur autem quandoque ſeruare periodos ab illis, quae externe in ipſam peccantur. GAL. L. cit.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN VIII.
DE TEMPORIBVS FEBRIVM PROPRIIS.

Si vllibi, ſane in doctrina de *febribus*, non reticendae ſunt laudes, quas priſcae medicinae ſtatores [a]) iure poſtulant, quorum, circa rationes *temporum* et *mutationum*, quibus iſti morbi addicti ſunt, curioſiſſimas et acri iudicio inſtitutas obſeruationes, nemo recentium eſt, ſi ſapit, quin magno in honore habendas exiſtimet. Tametſi autem, quod ad communia morborum tempora attinet, nihil adſit, quod ad febres ſimiliter haud referatur, cum et illae, cuiuscunque durationis fuerint, per ſuas aetates ferantur, vt, ex quo inuaſerunt, aucto calore vitali [b]) creſcant, ſubſiſtant, et ſi ſuperari ſe cauſſa

a) Ὀυ δὴ διὰ τῦτο δεῖ τὴν τέχνην ὡς ἐκ ἐῦσαν, ὐδὲ καλῶς ζητεκμένην τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκριβίην, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τῦ ἀτρεκεςάτυ, ὁμῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης, θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται, καὶ ἐκ ἀπὸ τύχης.
Non propterea oportet artem priſcam, tanquam quae nuſpiam fuerit, nec bene inuenta, contemtui habere, quandoquidem non circa omnia accurationem habet, ſed potius propterea, quod prope ſit ad exquiſitiſſimum, quodque ſimul peruenire ad rationem potuerit in tanta ignorantia, admirari inuenta, vtpote quae bene et recte, nec caſu inuenta ſint. HIPP. *De Priſca Medicina.*

b) Ἡ τῦ πυρετῦ γένεσις ἐκτροπὴ τῆς ἐμφύτυ θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδες.

cauſſa morbi paſſa eſt, decreſcant [c]). Eſt tamen in febrium decurſu ſingularis quaedam menſura momentorum, quae durationem earum conficiunt, non tantum propterea, quod *communia* iſta *tempora* illis ſint, quam in reliquis aegritudinibus eſſe ſolent, luctuoſiora et in ancipiti magis poſita, ſed ideo etiam, quod *propria* quaedam habeant [d]), *paroxyſmos* puta, quorum, vti in variis febribus aliter ſeſe aliterque gerunt, morae, interualla, ſymptomata, effectus, mutationes ſubitaneae, hinc, quae pro hiſce differentiis diſcrepat et prudenter arripi debet, vtpote celeriter euaneſcens, curandi opportunitas [e]), tale quid ſua natura habent, quod a reliquis morborum negotiis toto genere diſcrepat. Quapropter opus etiam eſſe videbatur, quo de *temporibus febrium propriis* ſeorſim quaedam exponerem. Qui febrem pulſum cordis et arteriarum auctum eſſe aſſerunt, nihil quidem noui afferunt, quod non ſcriptum ſit prius [f]). Nullo certe ſigno febrem adeſſe clarius intelligas, quam illo, quod a pulſus

Febris generatio conuerſio innati calidi ad igneum. GAL. Comm. I. in HIPP. *De Vict. Acut.*

c) *Τῶν πυρετῶν τέσσαρες εἰσὶν καιροὶ, ὃς καὶ χρόνους προσαγορεύομεν, εἰσβολὴ, αὔξησις, ἀκμὴ, παρακμή.*

Febrium quatuor tempora, inuaſio, augmentum, ſtatus, decrementum. *Auct. Definit.* apud GALEN. n. 136. p. 249. T. II.

d) *Οἱ ἐν μέρει καιροὶ τῆς νόσου.*

Tempora ſingularia morbi. GALEN. *De Tempor. in Morb.* c. 3. p. 294. T. VII.

e) *Χρόνος ἐστὶν ἐν ᾧ καιρὸς, καὶ καιρὸς ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς.*

Tempus eſt, in quo opportunitas, et opportunitas, in qua non multum temporis. HIPP. *Praecept.* §. 1. p. 60. T. I.

f) *Πυρετὸς ἐστὶ πλεονασμὸς θερμασίας νοσώδους ἀναφερομένης μετὰ παραλλαγῆς σφυγμῶν ἐπὶ τὸ πυκνότερον καὶ σφοδρότερον.*

Febris eſt abundantia caloris morboſi, auctioris, cum conuerſione pulſuum in frequentius et vehementius. *Auct. Defin. Med.* ap. GAL. n. 185. p. 254. T. II. *)

pulſus mutatione deſumitur, cuius aucta celeritas inuaſionis momentum clare deſignat; quod bene noſſe, plurimum refert. Quamuis enim nec alia deſint, quae primordium morbi indicere valeant, argumenta, horror ſcilicet, hinc aeſtus, cum nulla facile febris ſit, nec continens quidem ipſa, quin a leui horrore initium capiat [g]); nihil tamen ad primam morbi huius aetatem deſignandam pulſus exploratione, vtpote qui, inhorreſcente aegroto, nil minus celer eſt, habetur efficacius. Verum non ita eſt cum reliquis febrium temporibus, quae *communia* vocantur. Nam certis omnino ſignis illa haud conſtant, cum incrementi ſtatus ac decrementi, veluti febres vel duratione [h]), vel typo [i]) ac perio-

 do

*) Inde a priſcis temporibus ad noſtra vſque diſceptatum eſt de notione, maximeque definitione febris, nec conuentum, quia ſingula ſymptomata ſaepenumero inſunt febri, at non ſemper. Hinc peruelim adeant cupidi hunc ipſum Galeni locum, in quo plures allegantur definitiones, ad naturam febris plenius perſpiciendam, ni fallor, ſatis accommodatae, item L. *De Febr. Different.* et inter recentiſſimos auctores C. ERN. KRIEGER Diſſ. De Morbor. Tempor., Poſon. 1773. 8. *G.*

g) *Μετὰ βραχέως ἄρξεται ῥίγεε ἐκ ἀμφημερινὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμιτριταῖος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν συνεχῶν. τάδ' ἄλλα γνωρίσματα τό τε τῆς θερμασίας ἐςὶ ποιὸν καὶ πόσον, καὶ ἡ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις.*

Cum breui inuadunt horrore non quotidiana tantum, ſed et hemitritaea, et aliae quaedam continentium: Alia (febrium) ſigna ſunt, caloris quantum et quale, et arteriarum motus. GAL. *De Different. Febr.* II. 8. p. 138. T. VII.

h) *Πυρετὸς ἐςι χρόνιος καὶ ὀξύς.*

Febris eſt vel tarda, vel acuta. GAL. ad GLAVCON. Therap.

i) *Τύπος ἐςὶ χρόνος πάθες, ᾧ καὶ παροξυσμὸς, καὶ διάλειμμα τεταγμένον συμβαίνει.*

Typus eſt tempus morbi, cui et exacerbatio, et remiſſio ſtata accidit. *Auct. Defin.* GAL. n. 196. p. 255.

do [k]) diſcrepant, ſingulares omnino ſint rationes, ad vnam legem vix reuocandae. Interea tamen omnibus *febribus* quaedam *communia* eſſe puto *ſigna*, quae certiores medentes reddere poterunt, in qua aetate illae, nec intermittentibus quidem exceptis, verſentur. In *augmento* febres nondum eſſe tunc intelligas, ſi illae ſibi ſint ſimiles, excretis, maxime vrina, nondum mutatis [l]). Verum vbi vis vitae colluctari cum cauſſa febrili incipit, et contentioſe agere, augmentum tunc eſt in omnibus [m]). Quo in negotio, cum aequa vi penes omnes, ob virium diuerſitatem, natura haud progrediatur, aequales etiam temporum morae, quae interea, dum *ſtatus* ingruit, abſoluuntur, definiri nequeunt [n]). Ad ſummum iuiſſe febrem, ſuperatos eſſe ſcopulos, et victricem exiuiſſe hoc certamine naturam, docent ſymptomatum, quae, durante incremento, circa

k) *Πυρετὸς οὐκ ἔχων διάλειμμα: Διαλείποντες πυρετοί.*
Febris haud habens intermiſſionem: Intermittentes febres. GAL. *Method. Med.* II. 2. p. 29. T. X.

l) *Μενόντων ὁμοίως τοῦ τε πυρετοῦ καὶ τῶν οὔρων, οὔπω τῆς ἀναβάσεως ἡ νοῦσος ὑπήρξατο.*
Iisdem manentibus febre et vrinis, nondum adſcenſum morbus exorſus eſt. GAL. *De Criſib.* I. 12. p. 393. T. VIII.

m) Ἡ *ἀρχὴ τοῦ κριτικοῦ παροξυσμοῦ.*
Principium exacerbationis criticae.
Ἡ *ἀρχὴ τοῦ κριτικοῦ κινήματος.*
Principium critici motus. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 6. p. 459. T. VIII.
Σάλος ὁ προηγούμενος τῆς λύσεως.
Tumultus praecedens ſolutionem. GAL. ib.

n) *Διαγνῶναι, πότερον ἄῤῥωστος ἢ εὔρωστος ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ κάμνοντος, ἐν πόσαις τε τῶν ἡμερῶν ἡ πέψις ἔσται τοῦ νοσήματος.*
Cognoſcendum ex eo, vtrum debilis vel fortis vis vitae penes aegrotum fuerit, intra quot dies futura ſit morbi coctio. GAL. In HIPPOCR. *De Vict. Acut.* Comm. II.

circa tempora critica [o]) acerbiora erant [p]), remiſſior ſtatus, hinc humorum purgandorum libera fluxio, quam *coctionem* appellant [q]). Abhinc, quod in febre reliquum eſt, mitioribus motibus, durante *decremento*, perficitur, vt ſenſim illa ſoluatur [r]), in qua ſucceſſione non tam ad temporum abſolutos numeros, quam ad vires aegroti reſpiciendum eſt.

Non autem tantum illa tempora, quae omnium morborum ſunt, tranſigit, ſed etiam aliquam propriam, ſibique vnice relictam temporis rationem febris habet, quod *παροξυντικὸν* [s]) appellatur. Quamuis enim alii etiam morbi exacerbentur, vt a ſtatu dolorum aliarumque ſenſionum triſtium acri ac luctuoſo, ad tranquillitatis aliquam fruitionem delabantur, iterumque per vices affligantur aegroti [t]); Attamen, cum ad *paroxyſmi* indolem, praeter ſenſum mali reuertentem, ordo requiratur, quilibet

o) *Τὰ συμπτώματα μοχθηρὰ μέζονα δύναμιν ἔχει ἐν κρισίμοις ἡμέραις φαινόμενα.*

Symptomata laborioſa maiorem vim exercent, in diebus criticis comparentia. GAL. Comment. IV. in HIPP. cit. Libr.

p) *Νόσου ἀταραξίη μῆκος σημαίνει νόσου.*

Morbi perſeuerantia in ſymptomatibus, ſummum ſignificat morbi. HIPP. *Praecept.* §. 12. p. 67. T. I.

q) *Ἀκμῆς καὶ πέψεως γνωρίσματα δι᾽ οὔρων, ἢ πτυσμάτων, ἢ ἀποστημάτων.*

Summi ſtatus et coctionis ſigna ex vrinis, ſputo, et iis, quae abſcedunt. GAL. ad GLAVCON. Therap.

Ἀκριβὴς πέψις ἐν ταῖς ἀκμαῖς γίνεται.

Exquiſita coctio in ſummis morborum ſtatibus fit. GAL. *De Criſib.* III. 5. p. 435.

r) *Κρίσις ἀπόλυσις νόσου.*

Criſis ſolutio morbi. HIPP. *Praecept.* l. cit.

s) *Παροξυντικὸς καιρός.*

Tempus exacerbationis. GAL. *Method. Med.*

t) *Ἑτεροῤῥοπέες οἱ κάμνοντες.*

Aegri in hunc aliumue ſtatum per vices proiecti. HIPP. *Prognoſt.*

libet intelligit, qui fiat, quod τὸ παροξύνεσθαι καὶ τυπȣσθαι, ad tempora febrium propria referatur. Eſt enim in iſto cordis motu, ſe ſenſim augente, iterumque remittente, non tantum ad dies et horas determinata conditio, ſed etiam illud tempus, quod paroxyſmum deſcribit, in ſua ſubdiuiſa tempora denuo abit u), in quibus ſingulis, variis molimini-bus, natura cauſſam morbificam excutere, et verſus organa, criſeos cauſſa, dirigere allaborat. — Duplici autem ſenſu *febres exacerbari* dicuntur. Aut enim

u) Πρῶτος χρόνος ἐστὶ τῆς ὅλης περιόδȣ, καθ᾽ ὃν ἐψύχθη τὸ σῶμα σὺν ταῖς τȣ̃ σφυγμȣ̃ μεταβολαῖς, ἤτοι ἐξ ὑγείας, ἢ ἐκ διαλείμματος εἰς τȣ̃το ἀφικνόμενος. Ἕτερος δ᾽ ἐπὶ τȣ́τῳ δεύτερος ὁ τῆς εἰς τὰ ἐναντία μεταβολῆς τῶν τε σφυγμῶν καὶ τῆς θερμασίας, ἄχρι περ ἂν ὁμαλῶς γένηται θερμὸς ὁ σύμπας ὄγκος τȣ̃ σώματος· εἶτ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ τρίτος, αὐξανομένης μὲν ἔτι τῆς θερμασίας, ἀνάλογον δ᾽ αὐτῇ καὶ τῶν σφυγμῶν ἐπιδιδόντων εἰς μέγεθος, καὶ τάχος, καὶ πυκνότητα. Τετάρτη δὲ κατάστασις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις τρισὶν ὁρᾶται, τῶν εἰρημένων πάντων ἴσον ἑαυτοῖς φυλαττόντων τὸ μέγεθος, ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν· εἶτ᾽ ἐντεῦθεν ἄλλος πέμπτος, ὅταν ἤδη μὲν ἐλάττων ἡ θερμασία γένηται σαφῶς, ἀτμὸς δὲ ἐκκρίνηται διὰ τȣ̃ δέρματος, ὁ σφυγμὸς δὲ ἐπὶ τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχηται κατάστασιν. ἐν τȣ́τῳ τῷ χρόνῳ καὶ ἱδρὼς τοῖς πλείστοις γίνεται, καὶ μετὰ τȣ̃τον ὁ τȣ̃ διαλείμματος ἀφικνεῖται χρόνος.

Primum tempus totius periodi illud eſt, ſecundum quod friguit corpus, cum pulſus mutationibus, ſiue ex ſanitate, ſiue poſt intermiſſionem id factum ſit. Aliud tempus, poſt hoc, alterum, conuerſionis pulſuum et caloris in diuerſum ſtatum, donec aequaliter incaluerit volumen corporis; abhinc, poſt hoc, tertium, quando calor augetur pariter pulſibus elatis ad magnitudinem, celeritatem et frequentiam. Quarta conſtitutio poſt dictas tres conſpicitur in eo poſita eſſe, quod dicta omnia aequalem ſibi ipſis ſeruent magnitudinem, quantum ad noſtram perceptionem; Abinde aliud quintum tempus, quando iam remiſſior calor manifeſte factus eſt, vapor excernitur per cutem, et pulſus ad naturalem conſtitutionem redit. In hoc tempore et ſudor plurimis fit, et deinde intermiſſionis ſuccedit tempus. GAL. *De Morb. Temp.* c. 3. p. 295. T. VII.

enim paroxyſmus pro illa mutatione, qua per ſenſum frigoris ad perceptionem caloris aeger tranſit, accipitur, aut, etiamſi frigoris, hinc caloris nulla ſit viciſſitudo, quin etiam, inſidioſe omnino, remiſſior ſit aeſtus x), pro noua ſymptomatum haud ſolemnium apparitione y) paroxyſmus capitur, qui licet ſemper ſit vehementior et dubius magis, niſi cum horrore ingruat, attamen, ex voluntate naturae, criſin procurare non minus intendit. Hoc duplici paroxyſmi ſignificatu nulla erit febris, quin exacerbetur interea, dum per ſuas aetates decurrit, ea quidem ratione, vt tamdiu oporteat inſultus manere acerbos, donec cauſſa cedat; qua vacillante, illi ſenſim miteſcunt z).

Sine remiſſione caloris, ex quo cum horrore inuaſerunt a), ad complementum aetatis ſuae, quae ſepti-

x) Μὴ πιςεύειν τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν.

Non fidendum remiſſioni febrium. HIPP. *De Vict. Acut.*

Addit GALEN. *in Comm.* IV. ὅταν μετὰ συμπτωμάτων καὶ σημείων μοχθηρῶν γίγνονται.

Si cum ſymptomatibus et ſignis luctuoſis fiant.

y) Παροξυσμὸς, ὅταν εἰσβάλλει ἅμα νεωτέροις τισὶ συμπτώμασι. ἐν ἐκείνῳ τῷ παροξυσμῷ γενέσθαι τὴν κρίσιν ἀναγκαῖον, ὁποία τις ἔςαι, τουτέςι εἰ δι᾽ αἱμοῤῥαγίας, ἢ ἐμέτων ἢ ἱδρώτων ἢ τινὸς ἄλλου.

Paroxyſmus, quando febris inuadit cum nouis quibusdam ſymptomatis. In hoc paroxyſmo fieri aliquam criſin neceſſe eſt, quaecunque ſit, ſiue per haemorrhagias, ſiue per vomitus, ſiue ſudores, aut alio modo. GAL. *De Criſib.* III. 11. p. 446. ſeq. T. VIII.

z) Ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς παροξυσμὸς ἄχρι τῆς ἀκμῆς ἐν πολλῷ χρόνῳ παραγίνεται κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀπὸ τῆς ἀκμῆς κατὰ βραχὺ μειοῦται.

A prima (febris) inuaſione, ad eius ſummum ſtatum, diu eodem modo paroxyſmus celebratur; at a ſummo ſtatu ſenſim ille imminuitur. GAL. *De Morb. Tempor.* c. 9. p. 303. T. VII.

a) Φρικώδεες πυρετοὶ συνεχέες ὀξέες.

Cum

ſeptimum diem [b]) haud excedit, graſſantur *continentes*, nec illo quidem modo, quo reliquae *febres*, de calore interdum remittunt, ſed homotonae ſemper manent, donec, quocunque demum euentu, ſoluantur [c]). Haud paucae ex illis, ſeptimo die priores, cedunt [d]), ſed raro ſalubriter, tunc maxime, ſi inflammatoriae ſint [e]), et ita comparatae, vt earum ferociam ſuperare vires vitae ſuperſtites haud poſſint.

Cum horroribus inuadunt continentes acutae. GAL. *De Differ. Febr.* II. 9. p. 139. T. VII.

b) Τῶν συνεχῶν πυρετῶν ἡ ἀκμὴ τȣ̃ νοσήματος ȣ̓ πορρωτέρω τῆς ἑβδόμης ἔσεσθαι μέλλει, ἥν ἐστιν ἡ δύναμις ἰσχυρὰ καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ὁμολογεῖ, ὅσοις δὲ πορρωτέρω τῆς ἑβδόμης ἡ ἀκμὴ τȣ̃ ὅλȣ νοσήματος, τὰ τῆς δυνάμεως ȣ̓κ ἔρρωστα.

Continentium febrium ſummus ſtatus non vltra ſeptimum diem futurus eſt, ſi virtus robuſta eſt, et aetas conſentit. Quibus autem vltra ſeptem dies ſumma eſt totius morbi, virtus haud eſt bene valens. GAL. ad GLAVCONEM Therap. I. 14. p. 357. T. X.

c) Συνεχής ἐστιν, οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει.
CONTINENS eſt, ſi quibus, a quo incipit, ſtatim viget et augetur. GAL. *De Criſib.* I. c. 3. p. 379.

Μηδεμίαν αἰσθητὴν ἑτέραν παροξυσμȣ̃ λαβὼν εἰσβολήν.
Nullam ſenſibilem aliam paroxyſmi ſuſcipiens inuaſionem. ibid.

d) Οἱ δὲ κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνȣσιν ἢ πρόσθεν.
Ferociſſimae et cum ſignis atrociſſimis factae febres, quarta die aut ante occidunt. HIPP. Progn.

e) Φλεγματώδης συνεχής.
Inflammatoria continens. GAL. *De Different. Febr.* I. 1. p. 107.

Καῦσος ἐστὶν ὁ μετὰ πυρώσεως πολλῆς γινόμενος ἀνασολὴν μηδεμίαν τῷ σώματι παρέχων.
CAVSOS eſt, cum aeſtu magno fiens, remiſſionem nullam corpori impertiens.

poſſint f). Quapropter etiam illas, ob celeritatem exitus, *peracutas* appellare ſolemus g).

Mitius cum aegrotantibus agunt *continuae*, quibus datum eſt, vt permittant, aliqua remiſſione aeſtus facta, interquieſcentibus ſimul ſymptomatis, ad nouum conflictum naturam reuerti h). Repetunt inſultus febriles, inhorreſcente aegri corpore, et illud paroxyſmi tempus eſt breuiſſimum i). Aliquando, quod peius, cum ſummae debilitatis ſenſu, ipſaque lipothymia k), inuadunt; Quod vbi fa-

 ctum

f) *Ἐι τελέως κρατεῖτο ἡ φύσις τὴν ἀρχὴν, ἐδ᾽ ἐγχωρεῖ κρίνειν ἐδ᾽ ὅλως ἀντέχειν κἂν βραχὺ, διανίςαται μὲν ὡς εἰς μάχην, ἡττᾶται δὲ ἐυθὺς, ἀιτία ταύτης τῆς ἀκαίρε ἐπαναςάσεως ἡ βία τε νοσήματος ἐρεθιςική τις ἔσα καὶ ὀξύς.*

Si abſolute ſubacta fuerit natura ab initio, eo non peruenit, vt iudicetur, nec vt omnino reſiſtat, niſi parum. Exſurgit quidem, veluti ad luctam, ſubigitur autem ſtatim: Cauſſa huius intempeſtiuae colluctationis eſt vis morbi, exſtimulans ſcilicet et acris. GAL. *De Iudicat.*

g) *Κατοξὺ πάθος ἐςὶ τὸ δυνάμει μεῖζον καὶ χαλεπότερον τε ὀξέος, τἐπίπαν κρινόμενον ἐν ἡμέραις ἑπτὰ, διὰ τετο καὶ ὀξύτατον προσαγορεύειν ἔιωθεν.*

PERACVTVS AFFECTVS eſt, impetu maior et acrior acuto, vt plurimum iudicandus diebus ſeptem; propterea etiam acutiſſimum appellare mos eſt.

h) *Σύνοχος ἐςὶν ὁ μὴ διαλείπων μήτε νυκτὸς, μήτε ἡμέρας, ἀνέσεις δὲ καὶ ἐνδόματα, καὶ παροξυσμὲς ἐπιφέρων.*

CONTINVA eſt FEBRIS, non intermittens nec nocte, nec die, remiſſiones autem et mitigata tempora, et paroxyſmos habens.

i) *Τῶν ἐν μέρει καιρῶν καὶ τῇ τάξει πρῶτος ὁ τῆς περιψύξεως.*

Partialium (paroxyſmi) temporum breuiſſimum, horror. GALEN. *De Totius Morb. Tempor.* c. 2. p. 305. T. VII.

k) *Καυσώδει δὲ καὶ κακοήθει πυρετῷ, ὅσοι διὰ μέγεθος φλεγμονῆς, ἢ ἥπατος ἢ κοιλίας ἢ ςομάχε πυρέσσεσι, λειποθυμεσι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν.*

In cauſode et maligna febre, quotquot ob magnitudinem inflammationis vel hepatis, vel ventris, vel ventricu-

ctum eſt, paroxyſmus inter ſummas anxietates tranſigitur l), tunc maxime, ſi infarctus ſanguinis, et abhinc orta inflammatio, tandemque putredo m) febrem excitauit, aut febris ſit cum fluxu magno humorum coniuncta n). Duplici adeoque intuitu *febres continuas* inſpici oportet. Aut enim *ſunt vnus veluti paroxyſmus* ab inuaſione ad criſin vſque morbique lyſin perdurans, qui triplici modo decurrit, vt repetiti motus ad finem vſque aequales maneant, ſitque *febris homotona*, vt iidem, quam prius erant, fiant acerbiores, ſitque *febris anabatica, acmaſtica, epacmaſtica*, vt etiam ſenſim illi miteſcant, ſitque *febris paracmaſtica* o), aut *quaeque totius febris exacerba-*

triculi laborant, animo delinquunt iuxta principia paroxyſmorum. GALEN. ad GLAVCON. Therap. I. 15. p. 358. *)

*) Cf. Defin. Med. n. 188. p. 254. vbi plenior deſcriptio. *G.*

l) *Ἀσώδεις πυρετοὶ ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀηδῶς ἔχουσι.*

ASODEAE FEBRES, in quibus aegrotantes anguntur et inquiete ſeſe habent. GAL. Comment. IV. in HIPP. *De Vict. Acut.*

m) *Ὁ φλεγματικὸς, ὅταν τὸ αἷμα σφηνωθὲν ἐν τῷ ῥευματισθέντι χωρίῳ διασαπῇ.*

INFLAMMATORIA, quando ſanguis incuneatus in partibus rheumate affectis computreſcit. GAL. *De Criſib.* I. l. c.

Ὀξὺς πυρετὸς, σηπομένου τινὸς χυμῶν ἢ μορίου φλεγμαίνοντος.

ACVTA FEBRIS, humore quodam aut parte inflammata putreſcente. Ib. II. 6. p. 425. T. VIII.

n) *Ῥοώδης πυρετός.*

Febris cum fluxionibus. *Definit. Med. ap.* GALEN. n. 191. p. 254.

o) *Τῶν συνόχων ὁ σύμπας χρόνος εἷς παροξυσμός ἐστιν ἤτοι διὰ παντὸς ὁμότονος ἢ αὐξανόμενος ἢ μειούμενος, ἄχρι κρίσεως.*

Continuarum omne tempus vnus eſt paroxyſmus, aut vbique aequalis, aut auctior, aut debilior, vſque ad criſin. GAL. *De Different. Febr.* II. 9. p. 139. T. VII.

Καὶ

cerbatio ſingulare tempus habet. Quamuis enim in ſinceram apyrexiam illae nunquam deſinant, ſed in remiſſiore etiam earum ſtatu calor modeſtus adſit, vt ſudores per illa, quibus reſipiſcunt, interualla lucida continuent p); eſt tamen inter vtramque exacerbationem, ſi bene cedit negotium, a ſymptomatis acrioribus quies; Quae niſi fuerit, metuendum valde eſt, ne aeger pereat q). Eo autem benignior cenſenda eſt febris, quo maius et luculentum illud eſt remiſſionis tempus, vt, licet calor haud penitus extinguatur, haud tamen plus vna vice per νυχθήμερον exacerbatio recurrat, vti *quotidianae continuae* in moribus habent r), quae propterea

Καὶ τινὲς ὀνόματα τοῖς μὲν πρώτοις ὁμοτόνους τε καὶ ἀκμαστικοὺς, τοῖς δὲ δευτέροις ἀναβατικούς τε καὶ παρακμαστικοὺς ἔθεντο.

Et quidam illos HOMOTONOS et ACMASTICOS, hos autem ANABATICOS et PARACMASTICOS, nominarunt. GAL. ibid.

p) Οὐδὲ παύουσι τὰς παρακμὰς τούτων τῶν πυρετῶν οἱ ἱδρῶτες, ὥσπερ ἐν τριταίοις καὶ τεταρταίοις, ὅθεν οὐδ' εἰς ἀπυρεξίαν ἔρχονται σαφῆ.

Non quieſcunt, decreſcentibus paroxyſmis harum febrium, ſudores, vti in tertianis et quartanis, vnde nec in apyrexiam veniunt manifeſtam. GAL. ad GLAVC. Therap. I. 15. p. 358. T. X.

q) Οἱ μὲν γὰρ περιεσόμενοι εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοι εἰσὶν, καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας, τάτε ἄλλα σημεῖα ἔχουσιν ἀσφαλέστατα· οἱ δὲ ἀπολλύμενοι δύσπνοοι γίνονται, ἀλλοφάσσοντες, ἀγρυπνέοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες.

Quibus conualeſcendum eſt ex morbo, reſpiratione ſunt libera, et dolore vacui, et dormiunt nocte, et alia ſigna habent facillima: At quibus pereundum, difficulter reſpirant, deſipiunt, vigilant, et alia ſigna peſſima habent. HIPP. Progn.

r) Καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξυνόμενος εἰς ἀπυρεξίαν δὲ μὴ παυόμενος ἀμφημερινὸς σύνοχος.

Quotidie exacerbata, in apyrexiam haud quieſcens, QVOTIDIANA CONTINVA. GAL. *De Febr. Different.* II. 9. p. 140. T. VII.

pterea illis continuis, quorum tempus paroxyſticum per diem aliquoties redit, omnino ſunt mitiores.

Febrium continuarum, quarum diuerſas ſpecies ac vniuerſam pathologiam enarrare, noſtrum nunc non eſt, diſpar habetur *duratio*. Celerrime per ſuas aetates decurrunt *ephemerae*, et illud, cuius gratia commouentur, naturae opus intra diei noctisque ſpatium abſoluunt [s]). Licet autem vnus idemque continuus ſint paroxyſmus [t]); eſſe tamen horaria interualla haud deſinunt, et caloris ſubitaneae quaedam permutationes. Poſt paucas horas iam ad ſummum deuenitur *u*); Succedunt criſes eo celerius, quo minores cauſae *) fuerint, quas febris facile excutit, veluti, ſi *purpura vrticata*, *eryſipelas*, *diarrhoea*, *vomitus*, et alia minuta, laborem ſoluant. Enimuero videre liceat *ephemeras* iſtas *exitiales*, ipſam, quam Deus auertat, peſtilentiam, quae breuiter

s) *Καλοῦνται μὲν οὖν πάντες ἐφήμεροι οἱ τοιοῦτοι πυρετοὶ, διότι λύεσθαι πεφύκασιν, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, ἡμέρᾳ μιᾷ, συναριθμουμένης αὐτῇ δηλονότι καὶ τῆς νυκτός.*

Vocantur omnes DIARIAE FEBRES illae, quae, quantum ad illas attinet, ſolui poſſunt vna die, ſimul adnumerata nocte. GAL. *Method. Medendi* X. 2. pag. 224. T. X.

t) *Πυρετοὶ ὧν εἷς ὁ παροξυσμὸς ἡμέρᾳ μιᾷ περιγραφόμενος.*

Febres, quarum vnicus paroxyſmus vna die circumſcribitur. GAL. *Therap. Method.*

u) *Ὄυτε ὁ λεγόμενος σύνοχος πυρετὸς εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀκμῆς ποτὲ εἰσέβαλεν, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς πρώτης προσβολῆς ἄχρι τῆς τελεωτάτης ἀκμῆς ὥραις ἤτοι τέτταρσι ἢ τρισὶν ἀφικνεῖται τοὐλάχιστον.*

Neque dicta SYNOCHVS ſtatim a ſummo ſui ſtatu incepit, ſed a prima inuaſione vſque ad abſolutiſſimum incrementum, horis quatuor aut tribus ad minimum, peruenit. GALEN. *De Tempor. in Morb.* c. 5. p. 297. T. VII.

x) *Διὰ τὴν σμικρότητα τῆς αἰτίας μονήμερος γίνεται.*

Ob breuitatem cauſſae, DIARIA fit. GAL. *Method. Medendi* X.

uiter ſuam ludit tragoediam, et aegrum ob ſymptomatum grauitatem [y]) ſubito occidit [z]). *Benignas* autem *ephemeras catarrhales*, nemo ſane eſt, quin experiatur frequenter et ſalubriter, ſponte ſoluendas [a]). Quodſi autem cauſſa magis renitens exſuperanda ſit, plurium dierum labore opus eſt, fiuntque *febres polyemerae* [b]), natura breui apparatu [c]) et breui facilique motu [d]) ad profligandam cauſſam febrilem vtente. Proinde etiam ſponte liquet, dierum numerum in febribus augeri, prouti illae in reſiſtentes magis nodos impingunt. Quapropter licet dies ſtatos variis continuarum ſpeciebus antiquitas ſcripſit [e]); ſapientius tamen GALENVS

y) Ἀδυναμίη δεινὴ, τρόμοι, ἀψυχίη, ἀσφυξία, σκοτοδίνη, δυσθυμίη.
Debilitas atrox, tremor, animi deliquium, pulſus imperceptibilitas, vertigo, mentis impotentia. GAL. de peſte agens L. *De Succ. Bon. et Mal.*

z) Τὸ μεγάλως ὀλέθριον ἐν τάχει ἀπόλλυται.
Quod ſumme perniciosum, ſtatim occidit. GAL. *De Criſib.* I.

a) Ὑπὸ αὐτοματισμοῦ λύεται τὰ μικρά.
Sponte ſoluuntur minima. HIPP. *De Vict. Acut.*

b) Ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς στεγνώσεσιν, ἀναγκαῖον ἐστὶ πολυήμερον γίγνεσθαι τὸν παροξυσμόν.
Ob fortiores infarctus oportet plurium dierum fieri paroxyſmum. GAL. *Meth. Med.* IX. 1. p. 202. T. X.

c) Κατὰ τὰς βραχείας παρασκευὰς ἡ φύσις ἐξορμᾷ πρὸς τὴν διὰ κενώσεως κρίσιν.
Breui praeparatione natura impetum facit ad euacuationis criſin. GAL. ad GLAVCON. Therap. I.

d) Οἱ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν (συνεχῶν) καὶ ἐπὶ σημείων ἀγαθῶν βεβαιῶτες τεταρταῖοι παύονται ἢ πρόσθεν.
Benigniores febrium continuarum et bonis ſignis innixae ad quartum diem vel ante quieſcunt. Loquitur de Ephem. plur. dierum HIPP. Progn. §. 20. p. 464. T. I.

e) Ἡ πρώτη ἔφοδος τεταρταῖα τελευτᾷ, ἡ δὲ δευτέρη εἰς τὴν ἑβδόμην περιάγεται, ἡ δὲ τρίτη εἰς τὴν ἑνδεκάτην, ἡ δὲ τετάρτη εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡ δὲ πέμπτη εἰς τὴν ἑπτακαιδεκάτην, ἡ δὲ ἕκτη εἰς τὴν εἰκοστήν. Prima

NVS *f*) durationem earum ſecundum mobilitatem aut renitentiam cauſſarum aeſtimat. Negandum enim non eſt, HIPPOCRATIS diſcipulos in exigendis dierum, quibus criſin fieri oporteat, rationibus paullo fuiſſe ſeueriores, veluti, ſi quando *de temporibus morborum criticis ſcribendi* opportunitas eſt, exponam. Omnes ſane continuarum *febrium dies* ſunt *critici* *g*), illi tamen magis, qui radicitus cauſſam euellunt, id quod diei datum eſt, cum quo et exquiſita criſis, et euphoria aegri coincidunt, vtpote qui, quotusquisque ſit, ſummus in febre eſſe recte dicitur, ſiquidem etiam vltra vigeſimum aliquando eiusmodi continuae excurrere ſolent *h*). Cum autem continuae typum ſuum ſeruent, et quodammodo quieſcant, fit etiam, quo, vti id ex typi febrilis natura conſequitur, inuaſionis tempora ita ſeſe gerant, vt vel horas mutent, quod praeſtantius,

Prima finiendi ratio eſt quatriduana, altera ad ſeptiduum educitur, tertia ad vndecimum, quarta ad decimum quartum, quinta ad decimum ſeptimum, ſexta ad vigeſimum. HIPP. Ib.

f) Ἄῤῥωϛος εἰ μὲν μέγα τὸ νόσημα καὶ ταχέως ἀεὶ κινέμενον, ἑνδεκαταῖος μᾶλλον ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖος κριθήσεται. Μικροτέρε δὲ ὄντος, ἢ μὴ πάνυ ταχέως κινεμένε, τεσσαρεσκαιδεκαταῖος ἢ ἑνδεκαταῖος.

Aeger, ſi magnus morbus eſt, et celeriter commotus, vndecimo magis, quam decimo quarto iudicabitur. Minore exiſtente (morbo), nec omnino celeriter commoto, magis decimo quarto, quam vndecimo. GAL. *De Criſib.* III. 4. p. 434. T. VIII.

g) Αἱ κρίσεις γίνονται μὲν ἐν πάσαις ἡμέραις, ἀλλ' ἐχ ὁμοίως πιϛαί.

CRISES fiunt quidem in omnibus diebus, ſed non aequaliter fideles. GAL. *De Dieb. Crit.* III. 1. p. 494. T. VIII.

h) Λείψανον τῆς νόσε μέχρι τεσσαρακοϛῆς ἡμέρας ἐκτεταμένον.

Reliquiae morbi vſque ad quadrageſimum diem protenſae. GAL. In HIPP. Progn. Comm. I.

tius, et breuitatem indicat, vel iisdem tenaciter inſiſtant, quod diuturnioris morae indicium eſt [i]. Ad nauſeam ſane veſpertinae inuaſionis et nocturnae exacerbationis tempus ſeruant *febres maraſmodeae* vel *hecticae*, et eo diutius aegrum dubia ſalutis fiducia detinent, quo minus, ſe adeſſe, per luculenta indicia ſignificant [k]. Lucida ſunt illarum febrium interualla, quae permittunt aegris, ad ſtatum ſanitati ſimilem reuerti, omnium ſcilicet, quae cum horrore vel frigore inuadunt, et ſudoribus poſt calores, in tempus omnino vacuum, quod *apyrexia* dicitur, deſinunt [l], quas propterea *intermittentes* appellari fas

i) *Ὁι σύνοχοι ἰδίως ὀνομαζόμενοι εἰ ἐπείγωνται καὶ προλαμβάνοιεν ἀεὶ τῆς συνήθους ὥρας καὶ σφοδρότερος γένοιτο πολλῷ καὶ διὰ τρίτης ἀπαντῷεν, ἐν τάχει κριθήσεσθαι δηλοῦσι, εἰδ' ἀργῶς κινοῖντο καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν ἀσβάλλοιεν, ἐφ' ἑκάστῃ δὲ γίγνοιντο ἡμέρᾳ, μετὰ πλείονα χρόνον ἔσεσθαι σημαίνουσι τὴν κρίσιν.*

CONTINVAE proprie ſic dictae, ſi augentur et anticipant ſemper conſuetam horam, et vehementiores fiunt, et tertianae in morem recurrunt, ſe ſubito iudicatum iri indicant. Si autem lente mouentur, et eadem hora inuadunt, et vnaquaque die recurrunt, adhuc longe abeſſe criſin ſignificant. GAL. *De Criſib.* III. 4. p. 435. T. VIII.

k) *Ἀλαμπέες πυρετοί.*

Febres haud eluceſcentes. ARETAEVS.

Λανθάνει μαρασμώδης πυρετός.

Latet febris maraſmodes. Sic GALEN. attamen *De Febr. Different.* II. 10. p. 121. T. VII. eius ſigna docet:

Δι' ἡμέρας καὶ νύκτωρ βραχυχρόνια τὰ μέρη τοῦ παροξυσμοῦ καὶ μετὰ νότιδός τινος ἢ ἀτμώδους διαπνοῆς· εὔκρατον ἁπτομένοις τὸ σῶμα, τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας σημεῖα, τὸ τάχος καὶ ἡ πυκνότης τῆς κινήσεως.

Paroxyſmorum vel de die, vel nocte breues partes, eaedemque cum vapore quodam et halituoſa tranſpiratione; moderate calens, tactu exploratis, corpus, et quantum ad ſigna ex arteriis, celeritas et frequentia motus earum.

l) *Οἱ μετὰ ῥίγους ἢ φρίκης ἰσχυρᾶς ἀρχόμενοι, σὺν ἱδρῶτι δὲ πάντως εἰς ἀπυρεξίαν τελευτῶντες.*

Febres

faſ eſt [m]). Has prae reliquis *periodicas* eſſe dicimus [n]), quandoquidem ad leges circuli, translatis de hora in horam paroxyſmis, ita vertuntur, vt in illud, a quo exordiebantur, diei tempus exacerbatio recurrat [o]); Non enim ita ſemper eſt, vt tertiana, ſepties reuerſa, extinguatur, ſed in longum ſaepe protenditur [p]). Oportet enim eo vſque febrem recurrere, donec euulſa ſit penitus cauſſa, propter quam motus iſte ſalubris excitabatur [q]). Si repetitos iſtos impetus, quibus poſt abſolutam cordis

Febres cum horrore vel frigore magno incipientes, cum ſudore autem omnino in ſtatum febre vacuum deſinentes. GAL. *De Criſib.* II. 2. p. 408. ſequ.

m) Διαλείποντα μὲν ἐςὶ ταῦτα: τριταῖος, ἀμφημερινὸς, τεταρταῖος, πεμπταῖος.

Intermittentium febrium formae hae ſunt, tertiana, quotidiana, quartana, quintana. *Auct. Definit.* GAL. n. 200. ſeq. p. 255.

n) Κατὰ περίοδόν τινὰ πυρέττοντες.

Qui per aliquem circuitum febricitant. GAL. ad GLAVCON. Therap. I.

o) Ἔςιν ὅτε καὶ τρίτον καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον δὲ περιέρχεσθαι τὰς νόσους κατά τινα κύκλον ἐκ τῶν αὐτῶν, ἐπὶ τὰ αὐτὰ, διὰ τῆς αὐτῆς τάξεως.

Fit autem, quo tertia, quarta, vel quinta vice circumducatur morbus per aliquem circuitum ex iisdem in eadem, eodem ordine. GAL. *De Tempor. Morb.* c. 7. p. 299. T. VII.

p) Ὁ μὲν γὰρ ἀκριβὴς τριταῖος τὸ μακρότατον ἐν ἑπτὰ περιόδοις κρίνεται, τὸν ἕτερον δὲ τὸν οὐκ ἀκριβῆ οἶδά ποτε φθινοπώρου μὲν ἀρξάμενον, ἦρος δὲ πανσάμενον.

Exquiſita tertiana ad ſummum ſeptem paroxyſmis iudicatur, alteram autem haud exquiſitam noui, autumno inchoantem, vere deſinentem. GAL. ad GLAVCON. Therap. I. 5. p. 350.

q) Διαμενούσης τῆς αἰτίας, αὖθις ἕτερον ἀναγκαῖον ἀνάπτεσθαι καὶ πολλάκις γε χαλεπότερον τοῦ πρόσθεν.

Manente cauſſa, iterum alteram neceſſe eſt accendi, et ſaepe difficiliorem priore. GAL. *Meth. Med.* IX.

dis et arteriarum quietem, nouo tentamine facto, principium vitale renitentem morbi cauſſam aggreditur, propius intuemur, nouimus quidem, omnium inſultuum primordia a frigore capi, melius tamen ire febres, quae ab illo magno et tremebundo inchoant quam quae leuiter inhorreſcunt. Illae enim et citius exſoluuntur, et benigniores r) ſunt, hae, vti protenduntur, ita ob caloris acerbitatem aegrum valde affligunt; Illarum breuiores ſunt, harum paroxyſmi plus temporis abſumunt s). Cum autem prouidentia diuina, quam a morborum negotio excludere velle, vti impium, ita abſurdum foret, lege his febribus lata, cauerit, ne liceret illis ſtatim reuerti, vtque concedi oporteat aegroto virium recuperandarum opportunitatem, operae pretium eſt, quomodo febres, ratione huius interualli,

r) *Οἱ μὲν τριταῖοι εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ καταβολῇ πολλάκις μετὰ σφόδρȣ τȣ̃ ῥίγȣς ὑπήρξαντο, τεταρταῖον δ' ȣ̓κ οἴδαμεν μετὰ σφόδρȣ ῥίγȣς ἀρξάμενον*

Tertianae quidem ſaepe prima ſtatim acceſſione cum magno frigore incipiunt, quartanam autem neſcimus cum vehemente frigore inchoare. GAL. ad GLAVCON. Therap. I. 5. p. 350. T. X.

Ἀμφημερινὸς ȣ̓ μετὰ ῥίγȣς εἰσβάλλει, ἀλλὰ περίψυξις αὐτοῖς μᾶλλον, ἢ ῥίγος γίνεται, καὶ σαφὴς ἀταξία τε καὶ ἀνωμαλία συνεδρεύει τοῖς σφυγμοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν.

Quotidiana neutiquam cum frigore inuadit, ſed inhorreſcentia illis magis, quam frigus fit, et manifeſta confuſio eſt, et inordinatus pulſuum motus, iuxta principium paroxyſmorum. GALEN. *De Criſib.* II. 5. p. 414.

s) *Παροξυσμὸν ποιησάμενος ὡρῶν ȣ̓ πλειόνων δώδεκα, ὁ χρόνος ἐν τριταίοις γνησίοις, πολλὰ δὲ ποτὲ μὲν ἑπτὰ πασῶν ὡρῶν ὁ παροξυσμὸς αὐτοῖς γίνεται.*

Paroxyſmum conſtituens non pluris eſt horarum duodecim tempus tertianis genuinis, ſaepe autem etiam ſeptem integris horis paroxyſmus illis fit. GAL. L. cit.

ualli, quod *intermiſſio* dicitur [t]), ſeſe gerant, diſpicere. Aequalis omnium haud eſt paroxyſmorum diſtantia, vti in vulgus liquet. Quo plus autem interualli eſt, eo tardior deprehenditur eſſe totius operis febrilis exſolutio, vt quartanas propterea eſſe oporteat longiores, breuiores his tertianas et quotidianas [u]). Eſt enim interſtitium illud, quod duobus paroxyſmis medium intercedit [x]), abſolutiſſima cordis a labore quies [y]). Vti autem paroxyſmi ipſi variant; ita et intermiſſionum eadem menſura et temperies eſſe nequit, quin earum duratio et tranquillitas haud leuiter differant [z]). *Febris longitudinem* fore, ſubinnuunt interuallorum lucidorum menſurae aequales [a]), grauitatem vero eorum

t) *Διάλειμμα, ἐπειδὰν εἰς ἀπυρεξίαν ὁ παροξυσμὸς παύηται.*
" Intermiſſio, quando in ſtatum febre vacuum paroxyſmus quieſcit. GAL. lb. I.

u) *Ἐπὶ τοῖς διαλείπουσιν ὀξύτατός τε ἅμα καὶ ἐπιεικέστατος ὁ τριταῖος ἐστὶ, μακρότατος δὲ καὶ ἀκίνδυνος, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῦ, ὁ τεταρταῖος, ὁ δ' ἀμφημερινὸς οὐκ ἀκίνδυνος.*
Ex intermittentibus celerrima ſimul et maxime regularis eſt tertiana, longiſſima et periculi expers, ex ſe ipſa, quartana; at quotidiana periculo haud caret. GAL. ad GLAVCON. Therap. I. 10. p. 354.

x) *Τὸ μεταξὺ διάστημα τῆς ἀρχῆς καὶ τελευτῆς τῶν δύο πυρετῶν.*
Interſtitium inter principium et finem duarum febrium. GAL. *De Different. Febr.* II. 2. p. 128. T. VII.

y) *Ὅταν ὁ σφυγμὸς ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὡς πρὸς ἡμετέραν αἴσθησιν, καταστάσει, τοιοῦτον δὲ τὸ κάλλιστον διάλειμμα.*
Quando pulſus in naturali, quantum ad noſtros ſenſus, ſtatu eſt, haec optima intermiſſio. GAL. *De Tempor. Morb.* c. 5. p. 297.

z) *Ὁ τοῦ διαλείμματος χρόνος ἢ μακρότερος τοῦ πρόσθεν ἢ βραχύτερος ἢ δυσφορότερος ἢ εὐφορότερος.*
Intermiſſionis tempus aut priore maius eſt, aut breuius, aut intolerabilius, aut tolerabilius. GAL. *De Criſib.* I. 5. p. 384 T. VIII.

a) *Ὅταν ἰσάζῃ πως μάλιστα τὰ κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς ἀμφοτέρους, ἀκμάζειν δηλοῖ τὴν νόσον.*
Quando magis aequalia ſunt, quae interſunt paroxyſmis, increſcere hoc ſignificat morbum. GAL. L. cit.

eorum paruitas [b]). Quo enim maior vtrique paroxyſmo intercedit menſura temporis, intra quod ſtatus aegri ſanitati ſenſim ſimilior redditur, eo maior decrementi febrium eſſe poteſt fiducia [c]). Principium intermiſſionis caloris finis eſt; Quapropter illa pro paroxyſmorum ab hora in horam translatione diuerſum etiam habet inchoandi finiendique terminum. Duplici autem modo *inuaſiones* variant. Aut enim illam, qua primum inuadebant, horam praeuertunt, quod moleſtum et ominoſum eſt diuturnitatis ſignum [d]), aut primitiua hora ſerius accedunt, quod felici augurio quidem fieri antiqui volunt, at metus ſemper ſubeſt, ne hac ratione noctes inſomnes fiant, niſi ſimul adſit ſymptomatum manſuetudo [e]).

N 2 Abſo-

b) Οἱ *μακρὰν μὲν ἔχοντες τὴν ἐπισημασίαν, μικρὰν δὲ τὴν ἄνεσιν οἷος ἀμφημερινός.*

Febres magnam habentes caloris durationem et paruam remiſſionem, vti quotidianae. GAL. *Ars Medica.*

c) Οἱ *μικρὰν ἔχοντες ἐπισημασίαν, μακρὰν δὲ τὴν ἄνεσιν, οἷον τριταῖοί τε καὶ τεταρταῖοι.*

Febres paruam habentes caloris durationem, magnam autem remiſſionem, vti tertianae et quartanae. GAL. ibid.

d) *Παροξυσμοὶ τῆς συνήθους ὥρας προλαμβάνοντες καὶ μακρότεροι καὶ σφοδρότεροι καὶ κακοηθέστεροι σὺν μοχθηροῖς καὶ πολλοῖς συμπτώμασι.*

Paroxyſmi conſuetas horas praeuertentes, et longiores, et vehementiores, et maligniores cum grauibus et multis ſymptomatis. GALEN. *De Criſib.* I. 8. p. 385.

Προληπτικῶς παροξύνοντες.

Anticipando febrientes. GAL. Ib. II.

e) Dum bona ſigna febris optime cedentis exponit GAL. *De Criſib.* I. ita habet:

Τῆς μὲν εἰσβολῆς ὑστεριζούσης τοῦ μήκους τε καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ κατὰ τὸν παροξυσμὸν ἐλαττούσης, καὶ τῆς κακοηθείας πραϋνομένης καὶ τῶν ἐπιγινομένων συμπτωμάτων ἐλαττόνων τε καὶ ἁπλουστέρων ὄντων, τῆς παρακμῆς εὐφόρου καὶ μακρᾶς γινομένης καὶ πάντα ἐξαλειφούσης τὰ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτώματα.

Inua-

Abſolutis intermiſſionum halcyoniis, turbantur iterum omnia, cuius commotionis anteſignani, cum varia, tum nox parum tranquilla eſſe ſolet f). De iſtis *temporum febrilium mutationibus* eo confidentius eloqui poſſunt medentes, quo frequentiores illae et ſaepe epidemicae ſunt, veluti haec anni tempeſtas g) fidem facere poteſt.

Quamdiu ordinatis motibus per ſuas aetates febres procedunt, et paroxyſmorum conſuetas rationes ſeruant h), illud naturae opus, quo aegri conualeſcunt, recte peragi putatur. Enimuero fieri ſolet ſaepiſſime, quo propter vim vitae debilem, cauſſarum febrilium copiam et reluctantiam, deinde propter varias res extrinſecus irruentes conſuetam legem febres frangant, et veluti turbine abreptae inſtabiles ferantur; Quas propterea, donec ad rectum aliquem typum peruenerint, relinquendas, nec medicamentis tentandas eſſe, recte monet HIPPOCRATES i). Recedunt autem a recto tramite febres

Inuaſione retrograda, grauitate et magnitudine paroxyſmi imminuta, malignitate manſueſcente, et ſuperuenientibus ſymptomatis numero paucioribus et ſimplicioribus, paroxyſmi tempore tolerabili, et illo, quo paroxyſmi decreſcunt, magno, in quo omnia paroxyſmi ſymptomata extinguantur.

f) Ὕποπτος ὥρα καθ' ἣν εἰσέβαλεν ὁ πυρετὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν.
Illam, probabile eſt, paroxyſmi horam fore, in qua febris prima die febrili inuaſerat. GAL. *Meth. Med.* VIII. 1. p. 179.
Αἱ νύκτες αἱ πρὸ τῶν παροξυντικῶν ἡμερῶν δύσφοροι γίνονται.
Noctes praecedentes paroxyſmi diem, grauiter ferendae. GAL. *De Typis*, c. 4. p. 153. T. VII.

g) Ἐπιδημία νῦν ἐστὶ τεταρταίων πυρετῶν.
Epidemica nunc quaedam eſt quartanarum febrium inuaſio: GAL. *De Criſib.* II. 4. p. 413.

h) Εὐσταθέες πυρετοὶ, quibus opponuntur ἀκατάστατοι. HIPP. *Epid.* III. Sect. 3. p. 726. T. I.

i) Τοὺς ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾷν, ἕως ἂν στῶσιν.
Inſtabiles febres relinquendae, donec ſiſtantur. HIPP. *De Vict. Acut.*

febres haud vno modo. Mox paroxyſmi vagi ſunt, et ſinceram aliquam apyrexiam, quam certam et debite longam fore aegri ſperant, eſſe haud ſinunt k), mox, cum euanuiſſe videntur, breui poſt inſidioſe reuertuntur, inque hac mutatione, ſaepe fallaces, ludunt l), et tale quid haud metuentem aegrum infeſtant m); vt alia non attingam peregrina, quae ex natura febrium haud fluunt, ſymptomata, quandoquidem de illis tantum erroribus, qui circa tempora accidunt, ſermo nunc habendus eſt. Quando autem febres complicatas minus ordinatis aut anomalis annumerare intendo, multis parum ordinate ſcripſiſſe videbor, ipſamque antiquitatem obloquentem n) habiturus ſum. Eſt enim, veluti ſupra a me adductum fuit, in eiusmodi inter ſe mutuo contextis

k) Πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενος τὰ πλεῖστα ἀτάκτως.
Febris aliter aliterque exacerbata, et plerumque inordinate. HIPP. *Epid.* III. l. c.
Πεπλανημένος ὁ πυρετός.
Febris ſecedens a via regia. GAL. *De Criſib.* II.
Ἄτακτοι πυρετοί.
Inordinatae febres, GAL. ad GLAVC. Therap. I.
Ποτὲ μὲν προλαμβάνουσι, ποτὲ δὲ ἐφυστεροῦσιν, ἀτάκτως δὲ ἑκάτεροι.
Febres mox anteuertunt, mox poſtponunt; vtroque modo inordinate. GAL. *De Typis*, c. 4. p. 155. T. VII.

l) Διαλείπειν καὶ ἐπιλαμβάνειν πεπλανημένον τρόπον.
Ceſſare iterumque erronea ratione inuadere. GAL. *De Criſib.* III. Ἐπιπαροξύνεσθαι. ib. Libr. II.
Πυρετοὶ πλανέες, Πυρετοὶ πλανῆται.
FEBRES ERRANTES, FEBRES ERRATICAE. ibid.

m) Ἀπροσδοκήτως ἐμβάλλειν.
Praeter exſpectationem inuadere. GALEN. περὶ τοῦ προγινώσκειν.

n) Πολλάκις δὲ διὰ τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν περιόδων ἀγνοουμένην τοῖς ἰατροῖς, ἀτάκτως ἔδοξαν οἱ νοσοῦντες παροξύνεσθαι.
Saepe propter complexum periodorum ignoratum medicis, inordinate viſi ſunt aegroti exacerbati fuiſſe. GAL. *De Febr. Differ.* II. 18. p. 151. T. VII.

tis morbis, non minus curioſa ad tempus deſtinatio, quam quae eſt ſimplicium. Enimuero, licet motus febriles mixti, pro ſubſtrata, quam oppugnant, materia alii, quam quales ſunt, eſſe nequeant, ſitque ex machinae legibus ſaepe neceſſarium, duplicari febres; nihilo tamen ſecius, cum plurium concurſus non tantum vim vitae ſuperet, ſed etiam temporis ad naturam febris neceſſarii, remiſſionis puta aut intermiſſionis, momentum intercipiat; obtinere a me haud potui, quin, relatione facta ad ſimplices, puras atque legitimas, illas *illegitimas* omnes nominem, quae, cum prius ſolae eſſent in homine, ſociam accipiunt aliam, ſiue eiusdem, ſiue diuerſi generis, febrem [o]). Dici non poteſt, quam ſingulares ſaepe ſint febrium ex claſſe intermittentium complicationes, et quam confuſa proinde ſint iſtorum morborum tempora, eo magis, quod, cum de hora in horam transferantur paroxyſmi, oriri abinde oporteat colliſiones motuum, ſaepe ancipites [p]). Oportet enim tempus illud deleri, quod reſi-

o) Ἁπλοὶ δὲ εἰσὶν οἱ μίαν ἐπίτασιν ποιὅμενοι, σύνθετοι δὲ οἱ ἐκ πλειόνων ἐπισημασιῶν καὶ ἀνεσίων συνεςῶτες: τῶν δὲ συνθέτων τύπων οἱ μὲν ἐξ ὁμογενῶν συνίςανται, οἱ δὲ ἐξ ἑτερογενῶν.

SIMPLICES ſunt, quae vnam exacerbationem faciunt; COMPOSITAE autem, quae ex pluribus calorum inductionibus remiſſioribus conſtant: hae quidem ex congeneribus componuntur, illae autem ex disgeneribus. GAL. *De Different. Febr.* II. 2. pag. 129. T. VII.

Ἐπαναδίπλωσις, ἀναδίπλωσις, ἐπανάληψις.

Duplicatio, reduplicatio, ſuperinductio noui paroxyſmi. GAL. *De Tempor. Morbor.* c. 8. p. 301. T.VII.

p) Ἀμφημερινὸς διπλἕς ὁ καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν δὶς ἐπισημαίνων ὁμοίως, δίς τε ἐπανιείς. Δύο δὲ τριταῖοι τυγχάνεσιν, ὁπότε διαφόρων ἐπισημασιῶν καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν ἐπιγιγνομένων ἑαυτοῖς διὰ τρίτης ἀπαντῶσι.

QVOTIDIANA DVPLICATA, quae per vnamquamque diem bis accedit. DVAE autem TERTIANAE

reficiundarum virium cauſſa a benefica natura conceſſum eſt q). Hinc eiusmodi febres non tantum continuis euadunt ſimiles, ſed etiam in earum naturam ſaepe conuertuntur. Peſſime tunc cum aegroto agitur, ſi continuae intermittentibus admiſcentur r).

NAE fiunt, quando diuerſis acceſſionibus, ſingula die factis, tertia die exacerbatio fiat. GAL. *De Typis*, c. 5. p. 155. T. VII.

Ἢ τριταῖοι διπλοῖ ἢ δύο τριταῖοι τυγχάνουσιν, ἢ πάλιν δύο καὶ τρεῖς τεταρταῖοι, ἢ ὅταν λόγου χάριν τριταίῳ συμπλοκῇ τεταρταῖος.

Si tertianae duplicentur, aut duae tertianae fiant, aut iterum duae vel tres tertianae, aut, verbi cauſſa, tertianae complicetur quartana. ibid. p. 156.

Ὁ τεταρταῖος τοῖς καλουμένοις πλάνησί τε καὶ πλανήταις ἐπιγίνεται.

Quartana dictis errantibus ſuperuenit. GALEN. ad GLAVCON. Therap. I. 6. p. 350. T. X.

Ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ τριταῖοι καὶ τούτοις τεταρταῖοι καὶ ἀλλήλων οἱ ὁμοειδεῖς συμπλέκονται.

QVOTIDIANAE et TERTIANAE, et his QVARTANAE, et inter ſe aliae congeneres complicantur. GAL. *De Criſib.* II. 7. p. 416. T. VIII.

q) Οὗτος ὁ πυρετὸς εἰς ἀπυρεξίαν οὐδέποτε παύεται.

Talis febris in apyrexiam nunquam quieſcit. Ibid.

Ἐν ταῖς ἐπιπεπλεγμέναις, ὁ μετὰ τὴν ἀκμὴν καιρὸς στενοῦται, φθανούσης εἰσβάλλειν ἐπισημασίας ἑτέρου παροξυσμοῦ πρὶν τὴν προτέραν περίοδον ἀκριβῶς πληρωθῆναι.

In COMPLICATIS, quod poſt paroxyſmi ſummum ſtatum eſſe debet, tempus anguſtum fit, accedente inuaſione alius paroxyſmi, priusquam prior periodus perfecte impletur. GAL. *De Tempor. Morb.* l. cit.

r) Διαλειπόντων μίξις τοῖς συνεχέσιν.

Intermittentium miſcela cum continuis. GAL. *De Criſib.* II. l. c.

Ὁμογενέες πυρετοὶ συνεχέες ἑκάστῳ τῶν διαλειπόντων, τριταίῳ μὲν ἀκριβεῖ ὁ ἀκριβὴς καῦσος· ὅτε γὰρ ἀκριβὴς καῦσος ἅπαντα τ' ἄλλα φυλάττων ἀκριβοῦς τριταίου γνωρίσματα, μόνῳ τῷ μὴ μετὰ ῥίγους εἰσβάλλειν μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν παύεσθαι διενήνοχεν.

Simul ſunt febres continuae cum ſingula intermittentium, cum tertiana ſimplici cauſos ſimplex; nam cau-

Illud enim, quod a GALENO [s]) animaduerſum fuit, ſimul cum tertianis ac quartanis eſſe ſolere continuas, noſtris his temporibus, hac febrium omnigenarum illuuie, obſeruatur quam ſaepiſſime, eo ancipiti magis negotio, ſi exanthemata adſint, quae calor extorquet, intermittentis complicatae horror retropellit. Huc referri debent *hemitritaeae febres*, quas adeo frequentes obſeruare haud licet, quamuis non deſint febres continuae, ſeruantes typum tertianae [t]). Illas duplici ſenſu accepit antiquitas. Aut enim hemitritaea degener eſt tertiana, ita protenſa in longum, vt alter paroxyſmus alteri veluti manum porrigat [u]), vti, qui tertianam indicat,

causos pura omnia ſeruat curioſe cum tertiana ſigna, hoc ſolo, quod nec cum frigore repetat, nec in ſtatum febre vacuum exeat, differt. Ibid.

Συνεχέες atque *σύνοχοι*, licet vehementer differant, hic, vti alibi, vſurpantur promiſcue.

s) *Συνεχὴς ὁ πυρετὸς, διὰ τρίτης δὲ ὁ παροξυσμός.*
Continua febris et tertia die paroxyſmus. GAL. *De Dieb. Crit.* I 1. p. 451.

t) *Γεννᾶται ἀπὸ τριταίου παρεκταθέντος, ὃς δὴ συνεγγίζει τῷ συνεχεῖ πυρετῷ.*

HEMITRITAEA gignitur a tertiana protenſa, vt accedat ad naturam continentis febris. GAL. *De Typis*, c. 4. p. 154.

u) *Πυρετὸς φρικώδης καὶ παντοίως ἀνώμαλος ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς καὶ τῇ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα θερμασίᾳ ὡς πολλάκις ἐγγὺς ἀκμῆς εἶναι νομιζόμενος ἢ καὶ τὰ μέσα τῆς ἀναβάσεως ἐπέχειν, αὖθις δ᾽ ἐπιγίνεσθαι φρικώδης καὶ τοὺς σφυγμοὺς μικροτέρους τε καὶ ἀμυδροτέρους καὶ βραδυτέρους καὶ ἀραιοτέρους ἔχειν καὶ τὴν θερμασίαν ἀποχωροῦσαν τῶν ἄκρων. τοῦτον ἄν τις οὐκ ἀλόγως ἐλπίσειεν ἡμιτριταῖον ἔσεσθαι, πυρετῶν οὐκ ἐπιπλεκομένων ἀλλήλοις, ἀλλὰ δι᾽ ὅλου κεραννυμένων.*

FEBRIS HORRIDA et omnino irregularis, et quantum ad pulſus et totius corporis calorem, vt, ſaepe ad ſummum perueniſſe viſa, aut certe ad medium augmenti ſui, decidat, iterumque fiat horrida, pulſusque minores, obſcuriores et tardiores, et rariores habeat,

cat, horror repetens docet; aut febris eſt continens quaedam valde acris, et ab omni lege aliena [x]), horroribus intercurrentibus et tertianae typum ſeruantibus, pulſu debili et paruo. Quare huncce typum ferinum omniumque periculoſiſſimum eſſe GALENVS ſcripſit [y]). Toto denique genere, mutatis ſimul temporum modis, excidunt febres, quod ſpeciali earum doctrinae relinquitur. Enimuero, vti apud PLATONEM eſt, *omnium, praeter malarum, rerum mutationes ſunt periculoſae* [z]).

beat, et calorem diſcedentem ab extremis. Talem quis non ſine ratione putabit hemitritaeam eſſe, febribus non tam complicatis, quam omnino mixtis. GAL. *De Criſib.* II. 9. p. 419. *)

*) Cf. Defin. Med. n. 197. p. 255. T. II. G.

x) *Κινδυνώδης ὁ ἡμιτριταῖος: ἄγριος καὶ κινδυνωδέϛατος ἐτος ὁ τύπος.*

Periculoſa ſemitertiana: ferinus et periculoſiſſimus hic typus.

y) *Ἐις ἕτερόν τι γένος μεθίϛησιν, ἐ κατὰ τὴν οἰκεῖαν αὐτῶν ἀποβαίνεσι φύσιν, ἐδὲν γὰρ δήπε θαυμαϛὸν, ἐκ τῶν ἁμαρτανομένων ἐ μηκύνεσθαι μόνον ἢ μεταπίπτειν εἰς ἕτερόν τι γένος ἡντινεν τῶν νόσων, ἀλλὰ καὶ γεννᾶσθαι νῦν ἔμπροσθεν ἐκ ἔσαν.*

Qui in aliud genus conuertuntur morbi, non ſecundum conſuetam ſibi procedunt naturam, nec mirum quidem eſt, propter peccata non tantum augeri aut conuerti in aliud genus quemcunque morbum, ſed et alium naſci ante non praeſentem. GAL. *Meth. Med.* X. 1. p. 223. T. X.

Μεταπίπτεσι ἀφ᾽ αὐτῶν εἰς τὲς ὀξεῖς πυρετὲς οἱ ἐφήμεροι.

Delabuntur ex ſe ipſis in febres acutas EPHEMERAE. GAL. Therap. VIII.

z) *Πάντων πλὴν κακῶν μεταβολὴ σφαλερώτατος.* PLATO *De Leg.* VII. circa fin.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN IX.

QVO

VIS VITAE
AD IVDICANDOS MORBOS
S I S T I T V R.

Noua et recentiorum ingeniis debita neutiquam eſt *Virium Vitae*, quibus a Deo datis ad ſuperandos morbos vtimur, ſignificatio, ſed varios conualeſcendi modos in potentia inque debilitate illius principii, quo mouente leges vitae perſiſtunt[a]), mors differtur, poſuit etiam antiquitas, prudentior in illo ſentiendi modo, quod animam rationalem in cura corporis habenda officio carere noluerit [b]). Alia ſane ſalubris morborum exitus ratio nulla eſt, quam quo adſit homini afflicto roboris ſufficientia, qua cauſſae affligenti, humoribus ac ſolidis perniciem intendenti, valenter ſeſe opponere, eius impetum fortiter ſuſtinere, nec ab illa ſtatim frangi, tandem autem ſuperare illam, vel conuertendo, vel eiiciendo poſſit, vt morbus ſoluatur [c]). Virtutis quidem

a) *Μέγιστον ἀξίωμα τὸ τῶν δυνάμεων ἐστίν· αὐτὸ γὰρ τὸ ζῆν ἡμῖν ἐκ τῆς τούτων ὑπάρχει φυλακῆς.*

Maxima doctrina illa eſt *de viribus*; nam ipſum *viuere* nobis ex illarum eſt prouidentia. GALEN. *Method. Med.* IX.

b) *Ῥώμη καὶ ἀῤῥωστία τοῦ λογιστικοῦ μέρους.*

Robur et debilitas rationalis partis. AETIVS *Tetrabibl. I. Tract.* 6. c. 4.

c) *Ἄνθρωπος ἐξαρκέσαι δεῖ νοσήματι μεγάλῳ διὰ τὴν εὐρωστίαν τῆς δυνάμεως· ἀδύνατον γὰρ ἄλλως ἀντισχεῖν ἰσχυρῷ πάθει. Καὶ*

dem iſtius, qua viuimus atque valemus, praeſtantia omni tempore conceſſas ſibi a creatore optimo dotes in perennitatem, quousque poſſibilis illa eſt, corporis, inque tranquillitatis, quae ſanitas, fruitionem erogat quam efficaciſſime, nullo tamen tempore efficacius, quam illo, quo vel ob ſpontaneum internarum rerum conflictum et rebellionem, vel propter ortam ab introductis peregrinis ſeditionem, vel propter alias iniurias, ab externis quibusuis ortas, ſua intereſſe intelligit, vt omni, quam cauſſae infeſtantis grauitas poſtulat, contentione et impetu ad reſiſtentias accommodato, cruda conuertantur, deperdita reſtituantur, quae ſtare nequeunt, eiiciantur, aut transferantur. Quo in negotio ita ſeſe gerit, vt mox vno impetu, quod coeptum eſt opus, perficiat, mox breui repetitoque per vices conatu excutiat id, quod, ſi maneret, corpori cladem allaturum d) foret. Quae

πάντως εἶναι (δεῖ) ἐν τοῖς σφυγμοῖς αὐτοῦ ῥώμην τε ἅμα καὶ πάντα τὰ ἄλλα κατὰ τὴν φύσιν σωζόμενα: Τῷ κάμνοντι τὰ περὶ τὴν ἀναπνοήν τε καὶ τὴν ὄρεξιν ἄμεμπτα μεγάλην ἔχοντα δύναμιν εἰς σωτηρίαν: Πολλῷ χρόνῳ μόγις ἡ φύσις ἐκράτησε τοῦ νοσήματος, αἱμοῤῥαγίαν τε κινήσασα, ἰσχίου δὲ ὀδύνην, τῆς νόσου πεττομένης διὰ τῶν οὔρων, ἐφ᾽ οἷς μετὰ βραχὺ πεφθεῖσα παντελῆ λύσιν ἐποιήσατο.

Homo ſufficere debet magno morbo per valitudinem virtutis ſuae. Impoſſibile enim eſt, aliter ſeſe opponere validae aegritudini. Oportet ergo omnino adeſſe in pulſibus robur et omnia alia ad naturam valentia. Aegrotanti ſane ea, quae in reſpiratione et appetitu ſincera ſunt, magnam habent in conualeſcendo efficaciam. Saepe longo tempore natura vix morbum opprimit, mox ſanguinis fluxionem mouens, mox ad coxam dolorem voluens, morbo per vrinas excocto, quibus ſenſim maturans, perfectam ſolutionem faciat. GAL. *Comment. III. in III. Epidem.* HIPP.

d) Ἐνεργεῖ δ᾽ αὕτη κατ᾽ ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐν οἷς ἂν αἴσθηται λυποῦντός τινος. ἐν δέ τι τῶν λυπούντων αὐτήν ἐστι καὶ τὸ ὀδύνην ἐργαζόμενον αἴτιον, ὅτι ποτ᾽ ἂν ᾖ: Τοῦτ᾽ οὖν ἀποτρίψαι σπεύδουσα, φλεγμο-

Quae cum ita ſeſe habeant, vt intra oeconomiam animalem ab illo tempore, quo triſtis aliquis ſenſus eſt, robur vitale corpus ſuum eiusue partes, efficaci contra cauſſas morboſas molimine ſuſtineat, in partes afflictas ſalutari impetu ruat [e]), motuque et veluti pugna, quae ſuperandae rei praeternaturali par eſſe poſſit, peregrina tundat atque diffringat [f]), ratio ſane adeſt, propter quam ſub luctae imagine conualeſcendi actio concipi queat, vt, veluti qui armis decernunt et colluctantur, contrariis nixibus inuicem feruntur, ita etiam vis vitae, antagoniſtarum more, in morbi materiem praeceps ruat, medici, ſi ſola ſibi ſufficere non poſſit, adiuta commilitio [g]). Cum autem iſta mox robore excellat penes

φλεγμονὴν, ἐςὶν ὅτε κατὰ τὸ μέρος ἐργάζεται: Ὅταν γὰρ ταῖς πρώταις ἑαυτῆς κινήσεσι μηδὲν ἀνύσῃ, τηνικαῦτ᾽ ἤδη σφοδρότερον ἐπιχειρᾶσα τὸ λυπᾶν ἀποτρίψασθαι.

Agit illa ſecundum iſta tempora, in quibus alicuius affligentis rei ſenſum habet. Eſt autem vna ex rebus affligentibus eam illa, quae dolorem facit, cauſſa, qualiſcunque ſit: Quam conſumere intendens, aliquando inflammationem in parte operatur. Vbi enim primis ſuis motibus nil proficit, ſubito vehementius rem aggreditur, id, quod affligit, confringere volens. GAL. *Method. Med.* XIII. 6. p. 300. T. X.

e) Ἡ καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεως δύναμις.

Impetum faciens, motus potentia. GAL. *De Loc. Affect.* III.

f) Ἀναμάχεται γᾶν ἡ δύναμις καὶ διαγωνίζεται πρὸς τὰ λυπᾶντα μέχρι περ ἂν ἐκμοχλεύσῃ τε καὶ διώσηται πάντα.

Conflictatur ergo *vis* et colluctatur contra ea, quae affligunt, donec arietando commouerit et diffregerit omnia. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* II. 2. p. 65. T. VII.

g) Ἡ δύναμις ἀντιτέτακται τῇ νόσῳ καθάπερ τις ἀνταγωνιςὴς, καὶ πρόκειταί γε τῷ ἰατρῷ βοηθᾶν ταύτῃ καὶ συναγωνίζεσθαι τρόπῳ παντί.

Vis opponitur morbo, veluti colluctator aliquis, et incumbit propterea medico illud, vt hanc iuuet, omnique modo illi commilitet. GAL. *Method. Med.* II. 3. p. 33. T. X.

nes quam plurimos, mox penes haud paucos propter aetatem, ſexum, vitae genus, et ſi quid aliud in corporibus diſcrepat, imbecilla ſit h), cumque ex cauſſis morborum aliae leuiter compulſae ſtatim vacillent, aliae altius radicatae et peruetuſtae ſe ſuperari a magna etiam vi facile haud patiantur; quilibet proinde perſpicit, a virium rationibus, ad aegritudinum reſiſtentias comparatis, morborum durationem pendere, vt breues eſſe oporteat illos, dum conflictus pro ſalute magna contentione geritur, tardos autem, ſi dubia lance fortuna belli iſtius vitalis huc illucue pendet i). Neque vero ita exiſtimandum eſt, ac ſi vires, quibus conualeſcimus, calori vitali, quod ipſis anima *) eſt, veteres tribuerint vnice, licet reprehendendi propterea eſſe haud videan-

h) *Διαφέρει (ὁ κάμνων) κατά τε ῥώμην, καὶ ἀῤῥωςίαν τῆς δυνάμεως.*

Differt aegrotus iuxta et robur, et infirmitatem virtutis. GAL. *Comment. II. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

i) *Ὥσπερ ἐν τοῖς ὀλιγοχρονίοις, ὑπεροχὴ μεγάλη ποτὲ μὲν τῆς φύσεως ἐςὶ, ποτὲ δὲ τοῦ νοσήματος, οὕτως ὅταν μηδέτερον ὑπερέχει μεγάλως οὐδετέρου, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἀνταγωνιςαὶ ἰσόῤῥοποι διαμάχονται, χρόνου δεῖ πλείονος εἰς τὴν θατέρου νίκην.*

Veluti in paruae durationis morbis exceſſus magnus (virium) eſt, mox naturae, mox morbi, ita ſi neutrum ex his multum praeualet alterutri, ſed colluctatorum aequa vi pugnantium more decernitur, plus temporis requiritur ad alterutrius victoriam. GALEN. *Comment. III. in* HIPP. *Prognoſt.*

*) Male. Veteres enim nunquam, excepto GALENO in quibusdam locis, calidum innatum et animam eadem eſſe ſtatuerunt. Eſt vero calidum innatnm idem, quod vim vitae ſuſtinet, et cordi quaſi proprium eſt. Hinc docte nuper demonſtrauit Cl. BALDINGERVS, conſentire prorſus, mutato etſi nomine, calidum innatum cum irritabilitate Halleriana. v. Progr. I. II. *Veſtigia irritabilitatis Haller. in veterum monimentis exemplo calidi innati*, et *Vindiciae irritabilitatis Hallerianae*, Gotting. 1775. 4.

videantur, quod fluidorum ad minima ſua vaſa rationes ex caloris iſtius valore aut defectu aeſtimauerint [k]). Quin intelligas, illos plurimum dediſſe cordis actioni [l]), quo morbus per conſuetas mutationes ſuas ad finem ſperatum deducatur [m]), nec ſolidorum etiam efficaciae parum tribuiſſe, quorum auxilio vis iſta vitalis cauſſas morborum mutare et depellere annititur [n]).

Eſt ergo vis iſta vitalis, cui ad veterum mentem recentiores corpus ſanandi efficaciam confidenter tribuunt, vt hac loquendi forma penes illos vix alia frequentior occurrat, *complexus cauſſarum omnium, quae homini aegroto inſunt, quarum quaeque nihil facit omnes autem ad conualeſcendi negotium plus magisque conferunt.* Veluti autem in rerum

k) Ὃ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἀπέῤῥει λεπτυνόμενόν τε καὶ κατεργαζόμενον ἀκριβῶς ὑπὸ τοῦ συμφύτου τοῖς ζώοις θερμοῦ, τοῦτο νῦν ἀῤῥωστήσαντος αὐτοῦ διὰ τὴν ψύξιν ἀτμωδέστερον καὶ παχυμερέστερον γίνεται, ὥς τ᾽ οὐχ᾽ ἑτοίμως διαπνεῖσθαι καθάπερ ἔμπροσθεν, ἀλλ᾽ ἴσχεταί τε κατὰ τὸ δέρμα καὶ στενοχωρούμενον ἐν τῇ διεξόδῳ βραδύνει κατὰ τὴν ὁδόν.

Quod, cum ſecundum naturam homo eſſet, effluxit attenuatum et ab ingenito animalibus calido curioſiſſime elaboratum, illud, eodem nunc aegrotante, propter frigus, crudius et craſſis magis particulis conſtans efficitur, vt prompte, velut antea, non tranſpiret, ſed retinetur iuxta cutem inſuper conſtipatam, hinc in tranſitu lenteſcit ſecundum vias. GAL. *De Cauſſ. Symptom.* I. 7. p. 58. T. VII.

l) Σφυγμικὴ δύναμις ἐῤῥωμένη.

Pulſatrix virtus praeualens. GALEN. *Method. Med.* II. l. c.

m) Ἐπὶ τοῖς σφοδροτάτοις σφυγμοῖς ἐκπυΐσκεται τὰ φλεγμαίνοντα μόρια.

A maximis pulſibus in pus mutantur inflammatae partes. GAL. *Loc. Affect.* II 3. p. 404. T. VII.

n) Ἡ δύναμις τὴν ὕλην ἔχουσα σύμμαχον.

Vis materiem habens vna militantem. GAL. *Cauſſ. Symptom.* II. 2. p. 65.

rum gerendarum adminiſtratione quauis ad aliquam principem, quae reliquas ad agendum excitet, cauſſam neceſſario reſpicitur; ita in ſanitatis reſtituendae negotio ſpiritus, neruis aduectos, vltimo ſane loco allegandos eſſe nemo arbitrabitur, vtpote qui pro ſuorum, quae mouent vel impellunt, organorum contextu varios effectus, dum cauſſa mortem allatura homini ineſt, propter ſalutem edunt, vt propterea diuerſas homini ad conualeſcendum virtutes ineſſe antiqui putauerint [o]), quarum altera, id quod a natura hominis longe abeſt, ad ſimilitudinem redigat, mutet atque conuertat, ac veluti coquat [p]), altera, quod conciliari omnino nequit, repudiet atque proiiciat [q]). Vis iſta vitalis nihil quidquam eſt aliud, quam illa hominis facultas, quam, naturam, conſueta et in vulgus recepta ſignificatione appellamus. Eſt ſane aliquid intra animal, cuius arbitrio ad ſanitatem omnia fiunt, dum morbi, lege ſtabilita, impuritatibus ad certos locos deſtinatis,

o) *Τέσσαρές εἰσι παντὸς σώματος δυνάμεις οἰκεῖαι, ἑλκτικὴ, καθεκτικὴ, ἀλλοιωτικὴ, καὶ ἀλλοτρίων ἀποκριτική.*

Quatuor omnis corporis propriae ſunt virtutes, ATTRACTRIX, RETENTRIX, MVTATRIX et peregrinorum EXPVLTRIX. GAL. *De Temperament.* III.

p) *Ἀλλοιωτικὴ δύναμις καθ' ἣν ἐξομοιοῖ τοῖς ἐφ' αὐτῆς διοικουμένοις σώμασι τὴν τροφὴν ἡ φύσις· αὕτη πέψις ὀνομάζεται.*

MVTATRIX VIS, ſecundum quam aſſimilat corporibus a ſe regendis alimentum natura, et haec *Coctio* dicitur. GAL. Comm. IV. in HIPP. *De Vict. Acut.*

q) *Ἡ ἐκκρίνουσα τὰ λυποῦντα δύναμις.*

EXCERNENS res affligentes VIRTVS. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* III. 3. p. 89.

Ἡ τῶν λυπούντων ἐκκριτικὴ δύναμις ἑαυτὴν ἐπεγείρουσα πρὸς τὰς σφοδροτάτας κινήσεις ὑπὲρ τοῦ διώσασθαι τὰ λυποῦντα.

Affligentia excernens virtus ſeipſam excitat ad vehementes quosuis motus, vt commoueat ea, quae affligunt. Ib.

tis, conuertuntur[r]), ſiue ſpiritus, cuius igne caleſcimus, natura ſit[s]), ſiue iſthanc morbos ſanandi virtutem ad totum hominem referas, vt ſit facultatum omnium, quotquot illi ingenitae fuerunt, complexus[t]). Ipſa enim anima rationalis illius inſtinctus, quo conualeſcimus, partem in ſe habet, dum plerique quidem, ex ſalutaribus, motus nobis inſciis eueniunt, quidam tamen ex illis deſtinato et erga ſanitatem directo animo celebrantur, cum nemo futurus ſit, etiam in arte rudis, quin rebus nocentibus, experientia compertis, intra morbum ſe ſponte ſit abdicturus. Multo minus ab impetu erga ſalutem et ſalubrium euacuationum aliarumue mutationum procuratione excludenda ſunt vel *fluida*, quorum miſcelae, vel *ſolida*, quorum texturae et quae abinde pendet, in contentos humores efficaciae ac obfirmatae ad ſtrenue agendum habitudini, quam antiqui Ἕξιν appellant, in ſanitatis negotio tribuenda ſunt plurima. Quamuis autem, quando naturam inducimus, conuenientius ſit, vni principio omnia haud tribuere, ſed rem inter omnes corporis partes diſpartiri, breuiloquentiae tamen, cui in ſermone ac ſcriptione aliquid largiendum eſt[u]), gratia ita nunc,

r) Οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος.
Non pugnat natura cum lege. LVCIANVS in *Abdicato*.

s) Θερμὸν ἐν τοῖς ζώοις δραστικώτατον.
Calidum in animalibus efficaciſſimum. GAL. *Comm. in* HIPP. *Epid.* III.

t) Ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν χρὴ φύσιν, ἀλλὰ προσθεῖναι τὴν τίνων καὶ ποῦ.
Non ſimpliciter nominanda natura, ſed adiiciendum eſt, cuius ea ſit, et vbi. GAL. *Method. Med.* III. 1. p. 53.
Ὅλον ἐκεῖνο τὸ γένος δυνάμεων, ὑφ' οὗ τις διασώζεται.
Totum genus virium, quibus quis conualeſcit. GAL. *Sympt. Cauſſ.* I. l. c.

u) Ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας βραχυλογία.
Eſt aliquis philoſophiae modus, breuiloquentia PLATO in PROTAGORA.

nunc, veluti olim fuit, conſtitutum eſt penes omnes artis doctores, vt naturae termino illud, quod morbos ſanat, ſignificetur x). Huic ergo facultati, quae ſolidis fluidisque iunctim ineſt z), merenter omnino dotes iſtas attribuimus, quae enti ſcienti, volenti, intelligenti et iuxta leges ſibi notas agenti competunt a), quod cauſſis morbum facientibus obluctetur b), quod neceſſitates corporis ſui intelligat, magnaque contentione ac feſtinatione res afflictionem adferentes, qua parte commodum videtur, deiiciat c). Maximum prae ceteris

x) Ἡ φύσις λόγος πάσης δυνάμεως τῆς διοικούσης τὸ ζῶον, εἴτε κατὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, εἴτε καὶ χωρὶς ταύτης ἀντιδιαιροῦμεν ἁπάσῃ τῇ παρὰ φύσιν αἰτίᾳ, δι' ἣν βλάπτεται καὶ διαφθείρεται τὸ ζῶον.

Natura ratiocinium eſt totius virtutis illius, quae animal regit, ſiue cum noſtra conſcientia, ſiue ſine illa obluctamur omni praeter naturam cauſſae, per quam laeditur aut corumpitur animal. GAL. *ibid.*

z) Πολλὰ μὲν σημαίνει τὸ φύσεως ὄνομα, νῦν μὲν τὴν κρᾶσιν τῶν χυμῶν, τὴν αὐτῶν τῶν μορίων κατασκευὴν καὶ ἕξιν νῦν.

Multa ſignificat naturae terminus, mox humorum miſcelam, mox partium ſolidarum texturam et habitum GAL *Comm. II. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

a) Οἷον δημιουργός τε καὶ τεχνίτης ἡ φύσις.

Inſtar architecti et artificis eſt natura. GAL. *Meth. Med.* III. l. c.

b) Διαγωνιζομένη φύσις τοῖς νοσεροῖς αἰτίοις.

Obluctatur natura cauſſis morbificis. GAL. *De Criſib.* III. 9. p. 441. T. VIII.

c) Ἡ φύσις εὐθὺς σπεύδουσα ἀποτρίβεσθαι τὸ διοχλοῦν, ὡς κἀν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ τὸν στόμαχον ἰδεῖν ἐστιν ἐναργῶς, ὅσα δάκνει καὶ στροφεῖ καὶ βαρύνει καὶ ὁπωσοῦν ἄλλως ἐρεθίζει. τὰ μὲν γὰρ ἐπιπολάζοντα, δι' ἐμέτων ἀπωθεῖσθαι, τὰ δ' ἐν τοῖς κατωτέροις χωρίοις, δι' ἕδρας ἐκκρίνει.

Natura ſtatim feſtinat abſumere, quod tumultuatur, vti in illis, quae in ventre et ſtomacho ſunt, videre licet euidenter, quae mordent, et flatuoſa ſunt, et grauant, et alio modo laceſſunt. Quae enim ad ſuperiora vergunt, vomitu reiicit: Quae autem in inferioribus locis, aluo expurgat. GAL. ibid.

ris illud eſt, quod naturae largimur, potentiae momentum, quo morbos ſola curare poſſe perhibetur, id quod, quandoquidem ad artem exercendam proxime attinet, conſideratione eo dignius, quo plus ſubeſt periculi, ne, ſi nimium naturae tribuis, oſcitanter agas; Si parum, moleſtae ſedulitatis ac temeritatis notam incurras. Dum ergo natura morborum medica dicitur [d]), veluti eam iure meritoque ſic appellari poſſe ſpontanea aegrotorum conualeſcentia docet [e]), et brutorum animantium medela, ſola quiete et abſtinentia vel ingenito erga obuium paſſim auxilium inſtinctu facta, arguit [f]); non ſane ita capiendum ſpontaneum illud in morbis eſt, ac ſi caeco quodam impetu et veluti turbine quodam, res humanae intra morbos abripiantur, quod a ratione ipſaque experientia [g]) alienum foret, qua vtraque magiſtra docemur, nihil illo, qui per regularium morborum aetates procedit, decurſu illaque ad ſanitatem via, qua cauſſae ſenſim ſuperan-

d) Ἁι φύσιες τῶν νέσων ἰατροί.
Naturae morborum medicae. GAL. *De Criſib.* l. c.

e) Ὀυ χρησάμενοι ἰητρῷ νοσέοντες ὑγιάνθησαν.
Nullo vtentes medico aegri conualeſcunt. HIPP. *De Arte.*

f) Ἡ φύσις καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τὰς ἐπὶ τἀναντία τῶν λυπέντων ὁρμὰς ἐντίθησι.
Natura et ratione deſtitutis animantibus contra nocentes res impetum indidit. GAL. *Method. Medendi* X. 1. p. 223. ſeq. T. X.

g) Τὸ αὐτόματον ἐδὲν φαίνεται, ἐὸν ἐλεγχόμενον. πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον, διότι ἀνευρίσκοιτ᾽ ἂν γινόμενον, καὶ ἐν τῷ διά τι τόδε, αὐτόματον ἐ φαίνεται ἐσίαν ἔχον ἐδεμίαν, ἀλλ᾽ ἢ ὄνομα μόνον.
Spontaneum illud, nihil eſſe apparet, cum ſit confutatum. Omne enim, quod fit, cur factum ſit, deprehenditur; at in illo, cur aliquid ſit, ſpontanei nihil apparet, vtpote quod eſſentiae *nihil* habeat, ſitque tantum vox irrita. HIPP. *De Arte*, §. 9. p. 5. T. I.

perantur, eſſe poſſe ordinatius [h]). Sed illud demum *ſpontaneum* appellari fas eſt, quod intra legum, corporibus animatis ad vitam longam atque beatam ingeneratarum limites manet, et ſapienter a motore ad propoſitum finem dirigitur. Hac ratione nullum ſupereſt dubium, plurimos, eosdemque grauiſſimos morbos, cauſſis ſponte labentibus, et nulla medicorum ope adiutis, decurrere [i]), dum ipſae res hominem affligentes ſua acredine, vt excerni eas oporteat, efficiunt, et tubulorum capacitas aliter illud fieri haud permittit [k]). Quidquid autem mechaniſmus ille, antiquis haud ignoratus, ad ſolutionem morbi conferat; proficere tamen in demonſtratione admirabilium, qui in morbis eueniunt, ſucceſſuum vix quisquam poterit, niſi rationibus, ex machina fluentibus, eam, quae ſpiritibus animalibus inſidet, facultatem, expellendi [l]) id,

h) *Οὐδενὸς ἰατροῦ συμβουλεύσαντος ὑπὸ τῆς διοικούσης τὸ σῶμα φύσεως ἀγόμενοι πρὸς τὸ δέον.*

Nullo medico conſulente, ab ea, quae corpus regit, natura ducimur, quorſum decet. GAL. *Method. Med.* X. ib.

i) *Φύσις ἐξαρκεῖ πυντάπασιν.*

Natura ſufficit omnibus. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 11. p. 468. T. VIII.

k) *Αὐτόματα κενοῦσθαι λέγομεν ἐκ τοῦ σώματος, ὅσα χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι τὸν ἰατρὸν, ἐκκρίνεται, ποτὲ μὲν τῆς διοικούσης τὸ σῶμα φύσεως ἐκκαθαιρούσης αὐτὰ, ποτὲ δὲ δι᾽ ἐρεθισμὸν ἢ τὸ μὴ στέγεσθαι πρὸς τῶν ἀγγείων.*

Sponte purgari dicimus ex corpore, quae ſine opera medici excernuntur, aliquando, quae corpus regit, natura expurgante iſthaec, aliquando tamen etiam propter humoris ipſius acrem ſtimulum, et quod ille tenuior ſit, quam qui contineatur in vaſis. GAL. *Comm. in* HIPP. *Epid.* IV.

l) *Πειρᾶται μὲν γὰρ ἡ φύσις ἀεὶ ἑαυτοῖς χρωμένη δυνάμεσι, ὁμοιοῦν μὲν τοῖς τρεφομένοις ὅσον ἂν ἐγχωρεῖ γενέσθαι χρηστὸν, ἐκκρίνειν δὲ τὸ μὴ τοιοῦτο.*

Experi-

id, quod turbidum eſt vitaeque inimicum, accommodet. Quamuis autem ita ſeſe res habeat, vt naturae, excellentior omni arte, hominique ingenita, optimoque vitae ſanae regimine exculta, virtus vim morborum ſponte frangat [m]); non tamen ita capienda res eſt, ac ſi deſidem adſidere, et ignauum operis naturae ſpectatorem ſeſe gerere medicus debeat. Habet ille, etiamſi recto tramite morbus decurrat, quo ingenii vires exercere, et gratam aegrotis operam praeſtare poſſit. Natura ſcientiam haud odit, habetque, vti in domeſticarum rerum cura, quodque morbi tempus, quod attendi clareque perſpici oportet, licet vltra vim naturae medicum ſapere haud deceat [n]). Accipit *miniſter naturae medicus* [o]) legem [p]), non fert: Metitur naturae

Experitur natura ſemper, ſuis vſa viribus, aſſimilare nutriendis, quidquid poſſibile eſt, bonum fieri; expellere autem illud, quod ita ſeſe haud gerit. GAL. *De Different. Febr.* II. 11. p. 141. T. VII.

m) Ἀνευρίσκει ἡ φύσις ἑαυτῇ τὰς ἐφόδους, ἀπαίδευτος ἐοῦσα καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα, ποιέει.

Inuenit natura ſibi ipſi vias, nullius magiſtri indigens, et quae ſine praeceptis debita facit. HIPP. *Epidem.* VI.

Ὑγιέες γίνονται αὐτόματοι ἢν μήτι ἐξ ἄλλου κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

Sponte conualeſcunt, niſi quid aliunde male actum ſit, homines. HIPP. *De Nat. Hom.*

n) Πρὸς τὸ παρὸν εὖ βουλεύεσθαι, καὶ μὴ μείζονα φρονεῖν τῆς δυνάμεως.

Ad praeſens tempus bene conſulere, nec plus ſapere velle, quam vires permittunt. ISOCRATES *in* ARCHIDAMO, p. 290. ed. WOLPH.

o) Ἱπποκράτης τὸν ἰατρὸν ὑπηρέτην ὀνομάζει τῆς φύσεως, τὸν ὄντως ἰατρὸν, οὐ φαρμακοπώλην τινὰ ἐκ τριόδου.

HIPPOCRATES medicum miniſtrum appellat naturae, illum, qui vere medicus eſt, non triuialem pharmacopolam. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 11. p. 468.

p) Ἡ φύσις δηλοῖ τοῖσι τὰ τῆς τέχνης εἰδόσι τὰ ποιητέα.

Natura indicat artem ſcientibus facienda. HIPP. *De Arte.*

rae indolem ac vires ex corporum locique conditionibus, et niſi efficiendo multum valere poſſit, attamen, ne quid erroris ab aegro committatur, ſedulo cauet, et impediendo, ne quid ſecus, quam par eſt, fiat, conſulit; Qua quidem prudenti expectatione, quae omni moleſta ſedulitate prior eſt, nihil in morborum cura poteſt eſſe efficacius.

Vtinam autem confidendum ſemper eſſet naturae viribus! Enimuero, veluti illi ſalui euadunt, ſpontaneis adiuti motibus, qui vim vitae integram q) nullisque ante cauſſis fractam ſecum ad morbum adferunt, nec magnis, durante eodem, humorum effuſionibus debilitantur, nec cauſſae ipſius grauitate et pondere opprimuntur, quod *benignum* atque *manſuetum in morbis* dicitur r); Ita difficulter omnino eluctantur, quibus *vis vitae parua* eſt, aut, vti recentes loqui ſolent, quibus non tam vita ineſt, quam *vitae ſuperſtitis* s) quodpiam veluti rudimentum et virtutis ſcintillula. Multi ſane fragili ſanitatis rate, iam hiſcente prora, morborum aequor nauigant; Hos praecedens aliquis morbus confecit, illos aetas et vita miſerabilis ante acta deſiccauit *).

 His

q) *Δυνάμεως οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης, ὡς περιγίγνεσθαι τοῦ νοσήματος, ἀνάγκη σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, εἰ δὲ τοὔμπαλιν εἴη, πάντως τεθνήξεται.*
Virtute ita valida exiſtente, vt ſufficiat ad morbum, neceſſum eſt, ſaluum fieri hominem; Si autem contrarium fuerit, omnino morietur. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I. 1. p. 344. T. X.

r) Τὸ *εὔηθες, τὸ πρᾶυ, ἐν νόσοις.*
Benignum, manſuetum in morbis. *Graeci paſſim.*

s) *Καταλειπόμενον τῆς δυνάμεως μικρὸν καὶ ἀμυδρὸν, μὴ ὅσον αὐταρκὲς εἰς τὴν ὠφέλειαν τοῦ πεπονθότος.*
Reſiduum virtutis paruum et obſcurum, non ſufficiens ad auxilium aegri. GAL. L. cit. II.

*) Paſſim legas penes GALENVM aliosque, *τοὺς προεξαδυναμένους, τοὺς προεξηραμένους, λιμοκτονουμένους, ante quam morbus ingruit, viribus fractos, ante deſiccatos, fame aliisque miſeriis confectos*, qui morbum difficulter ferant.

His morbus etiam ex mitioribus aliquis grauis eſſe poteſt atque damnoſus. Verum nec athletici habitus homines propterea habent, de quo ſibi gratulari poſſint, ſi *morbis*, ſua natura *magnis* t), et vim vitae etiam valentiorem ſuperantibus, oppreſſi fuerint, quorum ſymptomata ſint vrgentia et ita comparata, vt virtutem hominis extenuari oporteat, quandoquidem vomitibus forte, ſanguineis fluxibus, alui deiectionibus, ſudoribus magnis, virtus ad conualeſcendum neceſſaria deliqueſcit u), multo magis, ſi ſiniſtra medicatione educti fuerint humores, quos ad ſuſtinendum morbi impetum ſatius fuiſſet manſiſſe. Efficitur adeoque his omnibus, vt organa, quibus excerni turbida oportet, vigore ſuo deſtituantur x), et naturae virtus illi actioni, quae *coctio crudorum* appellatur, ſine qua conualeſcere penitus nulli licet, haud ſufficiat y). Veluti enim ad omnem conuerſionem cauſſae morbificae, vt vel dotes vitales denuo acquirat et manere poſſit, vel tanquam deſerta deiiciatur z), requiritur, vt adſit robo-

t) Μέγα νόσημα, ὅταν ὑπὲρ τὴν δύναμιν ᾖ.
Magnus morbus, ſi ſupra vires ſit. GAL. *De Totius Morb. Tempor.* c. 5. p. 309. T. VII.

u) Δύναμις καταλυομένη διά τε κένωσιν ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν, ἢ ἐμέτων, ἢ διαχωρημάτων, ἢ ἱδρώτων.
Virtus ſoluta per euacuationem, a fluxibus ſanguineis, aut vomitibus, aut deiectionibus, aut ſudoribus. GAL. *Comm.* II. *in* HIPP *De Vict. Acut.*

x) Ἡ τῶν ἐκκαθαιρόντων μορίων ἀτονία.
Excernentium organorum infirmitas. GAL. *De Sympt. Cauſſ.* II. 7. p. 60. T. VII.

y) Μὴ δυναμένη ἡ δύναμις ἐξαρκέσαι τῇ πέψει τοῦ νοσήματος.
Virtus ſufficere ad coctionem morbi non valens. GAL. *Comment.* IV. *in* HIPP. *De Vict. Acut.*

z) Ἐστί τις φύσις ἡ ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντα πράττει τῶν ζώων, ἧς ἐκκρινούσης τὰ περιττώματα, τῶν νόσων ἀπαλλάττονται.
Eſt quaedam natura, quae ad ſanitatem omnia facit in animalibus; qua excernente ſuperfluum, a morbis liberantur. GAL. *De Criſib.* III. 9. p. 441. T. VIII.

roboris praeſtantia; ita, ſi illud defecerit, vel putreſcunt humores, quod mori eſt, vel immoti manent, quod vitam languidam et noui morbi materiem ſiſtit. Quantum ad iſtam cauſſarum mutationem robur vitale conferat, exemplo puris legitimi, ſi vires adſunt, recte elaborati, ichoris autem putridi, ſi illae deſint, effecti, eleganter omnino GALENVS [a]) confirmat. Illud ergo naturae negotium, quo immoti humores ſoluuntur, graues et difficulter circumducendi in ſubtilius quidpiam conuertuntur, acres cicurantur, et legibus vitae accommodantur et veluti matureſcunt, *coctio* dicitur [b]), nomine ab ea ſani hominis actione, quae alimentum in nutriens illud, quod minimis ſolidis apponitur, conuertit, quamque moris eſt coctionem dici, translato [c]). Maxima enim vtrique huic operi interce-

 dit

a) *Μεταβολὴ χυμῶν κατὰ ποιότητα ποτὲ μὲν ἐπὶ τὸ σηπεδονῶδες, ὅταν, ὡς ἐν νεκρῷ σώματι, μηδὲν εἰς τὴν πέψιν αὐτῶν ἡ φύσις ὑπὸ ἀῤῥωστίας ἐνεργῇ, ποτὲ δὲ, ἐκείνης ἰσχυέσης, εἰς πύον ἡ μεταβολὴ γίνεται.*

Mutatio humorum ſecundum qualitatem, mox in putridum fit, vbi, veluti in mortuo corpore, nihil ad coctionem eorum, natura ob infirmitatem confert; aliquando autem, illa valente, in pus conuerſio fit. GAL. *Comm.* I. *in* HIPP. *Progneſt.*

b) HIPPOCRATES *πεπασμὸν, καὶ λύσιν, καὶ ἀραίωσιν,* coctionem, et ſolutionem, et in ſubtile quid conuerſionem, in morbis habet, *Epidem.* VI.

Πεπασμὸς, πᾶσα ἀγωγὴ εἰς τὴν σύμμετρον κρᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν πεπαινομένων ἐδείχθη καρπῶν.

Coctio omnis eſt ad menſuratam mixtionem conductio, vti in matureſcentibus apparet fructibus. GAL. *Comm.* ad h. loc.

c) *Πέψις ἐστὶ ἀλλοίωσις ἑτοίμη πρὸς ἐξαιμάτωσιν, ἥτις γίνεται ὑπὸ τῆς φύσεως διὰ θερμασίας ἑψήσει παραπλησίως.*

Coctio eſt mutatio conueniens, ad ſanguinis elaborationem, quae naturae valore perficitur per calorem, coctioni ſimilis. *Auct. Defin.* GAL. n. 99. p. 243. T. II.

Πέψις

dit ſimilitudo, quae in mutatione quauis, mox ſolutione in minima, mox in ſolidius quidpiam conuerſione conſiſtit d). Huius mutationis, qua quid ſimilitudinem cum principiis corporum vitalium habiturum eſt, ratio in mixtione, ſubactione, et minimorum, vi aliqua compulſorum, iuxta ſe inuicem e) attritu conſiſtit. Id quod, quo maiore naturae ſtudio perficitur, eo celeriores nobilioresque tam in ſano, quam aegroto corpore effectus producet, manſuetosque humores efficiet, vt tam valere, quam conualeſcere homo, dum ſucci eius vitales coquuntur, poſſit f). Senſu autem, ad corporis aegroti rationes magis accommodato, *coctio* eſt virtutis vitalis in cauſſam morborum actio, vt illa conuertatur, hinc vel dotes vitae ſuſtinendae aptas acquirat, vel ſi acquirere haud poſſit, ſecedat. Hanc ſolidorum in humores valida actione perfici, tam bene GALENVS g) expoſuit, vt curioſius recentiores nequeant. Quae

Πέψις ὀνομάζεται μεταβολὴ τῆς μελλούσης τρέφειν οὐσίας.

Coctio appellatur mutatio illius, quae nutritura eſt, materiae. GAL. *Comm.* IV. *in* HIPP. *De Vict. Acut.*

d) *Πέσσεσθαι, καὶ μεταβάλλειν, καὶ λεπτύνεσθαι, καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος, διὰ πολλῶν ἰδέων καὶ παντοίων.*

Coqui, eſt mutari, extenuari vel condenſari multis rationibus ac variis. HIPP. *De Priſca Medicina*, §. 35. p. 34. T. I.

e) *Τέμνεται τὸ κινούμενον, καὶ θλίβεται, καὶ θλᾶται, καὶ τιτρώσκεται προσπίπτον τοῖς πλησιάζουσιν.*

Tunditur commotum et fricatur et frangitur, et molitur, illabens vicinis. GAL. *Loc. Affect.* II. 5. p. 405. T. VII.

f) *Ὅσῳ ἂν πλείοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἠπιώτερα καὶ βελτίονα.*

Quo plus miſcentur (humores), eo mitiores et praeſtantiores HIPP. *De Priſca Medicina*, l. cit.

g) *Οἱ πεπασμοὶ γίνονται τῆς φύσεως κρατούσης τῶν νοσωδῶν αἰτίων. — ἡ πέψις τοῦ νοσήματος ἐν τῇ τῶν χυμῶν ἀλλοιώσει γίνεται. διὰ γὰρ τῶν στερεῶν ἡ φύσις διατέτακται, δύναμις ἐκείνων οὖσα, καὶ τὸ πέττεσθαι τοῖς χυμοῖς ὑπὸ τῶν στερεῶν ὑγιαινόντων γίνε-*

Quae cum ita ſint, vt naturae negotium, quod illa intra hominem, durante morbo, ſuſcipit, in perpetuo labore humores ipſasque ſaepe partes ſolidas conuertendi [h]) conſiſtat, operae ſane pretium eſt, quid mutandum in homine ſit, dum morbus eſt, ex priſca medicina ediſcere. Quidquid in vaſis acre eſt, quod morbum facit, iſthanc ſuam nocendi facultatem exuit, quando a tenui iſta et colliqueſcente ſua, veluti in febribus eſſe ſolet, indole in craſſius quid conuertitur [i]), et ita mixtum conuerſumque ſecedit atque effluit [k]): Id quod non tantum de vrinis valet, vt coqui aſſerantur, quando morbus vergit, ſed etiam de omnibus humoribus, acredine

γίνεται, ὡς, ὅταν γε καὶ αὐτὰ ταῦτα νοσῇ, καθ' ἕξιν μὲν ἤδη τὸ νόσημα τοῦτο καὶ κίνδυνον ἔσχατον ἐπάγει

Coctiones fiunt, natura morbificas cauſſas ſuperante. — Coctio morbi in humorum mutatione fit. Nam per ſolidas partes natura agit, nihil aliud, quam *vis earum* exiſtens: et *Coqui* humoribus a ſanis partibus ſolidis datur, ita, vt, ſi hae ipſae aegrotent, habitualis ſit morbus, et extremum adducat periculum. HIPP. *Epidem.* II. Sect. I. p. 686. T. I.

h) Τὸ πεφθῆναι, γίνεται ἐκ τοῦ μιχθῆναι, κρηθῆναί τε ἀλλήλοισι καὶ συνεψηθῆναι.

Coqui fit eo, quo, quid miſceatur, inuicem conteratur et conferueſcat. HIPP. *De Priſca Medicina*, l. cit.

i) Πάντα τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ καὶ δριμέα ἀφίει, καὶ ἐν τοῖσι τατέοισι ἐῤῥώσται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται καὶ τ' ἄλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον.

Omnia primum quidem ſalſa et aquoſa, et acria, remittunt, et ita curantur morbi. Cum enim craſſiora et coctiora fiunt, et omnis acredinis expertia, tunc et febres ſoluuntur, et alia, quae hominem affligunt. HIPP. *De Priſca Medicina*, §. 25. p. 28. T. I.

k) Ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητας καὶ ἀκρησίας γίνονται, ἀποκαθίσταται κρηθέντα καὶ πεφθέντα.

Quaecunque propter acredines et cruditates fiunt, ſecedunt commixta atque cocta. HIPP. Ib.

peccantibus, fieri perhibetur [l]). Hic primus eſt coquendi aut conuertendi modus. Alter in eo conſiſtit, vt, quod immobile, hinc immeabile et veluti incuneatum viſceribus eſt [m]), virtute vitali commoueatur enodeturque, hinc quocunque demum modo, ſiue euacuatione, ſiue ad alias partes translatione et diſcuſſione, ſiue correctione viſcidi, quae ſimiliter coctio nuncupari poterit [n]), libertas circuli ſalutis cauſſa reſtituatur. Verum cum et morbi ſeroſi ſint haud pauci, quorum materies a prius dictis diſcrepat, inque nimia fluiditate, hinc in cellulas pinguiferas ſeceſſu conſiſtit, proinde et illi coctione curantur, dum glutinis naturam aqua iſta intercus conſequitur, et ſanguinis purpurae maritatur tenacius [o]). Sola ſaepe coctione, ſine vlla fere notabili

l) Αἱ πέψεις παχύνουσιν οὐχ οὖρα μόνον ἀλλὰ καὶ διαχωρήματα κατὰ γαστέρα καὶ πτύσματα περιπνευμονικοῖς τε καὶ πλευριτικοῖς καὶ φλέγματα ἐν καταῤῥόοις καὶ κορύζαις καὶ λῆμας ἐν ὀφθαλμίαις καὶ πῦον ἐν ἕλκεσιν.

Coctiones condenſant non vrinas tantum, ſed et excrementa alui et ſputa peripneumonicorum ac pleuriticorum, et ſerum in fluxionibus et coryzis, et lemas in ophthalmiis, et pus in vulneribus. GAL. *Comment. in Prognoſt*

m) Ἐμπεπλασμένος καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἐσφηνόμενος ὁ λυπῶν χυμός.

Impactus, et, vt ita quis dicat, incuneatus affligens humor. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* III. 5. p. 92. T. VII.

n) Χρὴ ὠμὴν καὶ παχεῖαν εἶναι τὴν τῶν χυμῶν ὕλην, ἣν εἰς τε χρόνον πλείονα ἐκπέσῃ τὸ νόσημα, καὶ μὴ δι' ἐκκρίσεως, ἀλλ' ἤτοι δι' ἀποστάσεως ἢ μόνης πέψεως ἰαθῇ.

Oportet crudam craſſamque eſſe humorum materiem, ſi in tempus longum morbus excurrit, nec euacuatione, ſed vel translatione, vel *ſola coctione* curetur. GAL. *Comment. in Prognoſt.* HIPP.

o) Τῷ δὲ ὑγρῷ ποτὲ ἡ πέψις ἀρκεῖ μόνη, ποτὲ δὲ ἡ κένωσις· ἔστι δ' ὅτ' ἄμφω συμπίπτει.

Seroſo aliquando coctio ſufficit, aliquando euacuatio, aliquando vtrumque accidit. GAL. *De Cauſſ. Symptom.* l. c.

bili excretione, curantur morbi; Quae, quandoquidem humorum morboſorum in ſtatum vitalem conuerſio eſt, in omni morborum cura momentum debet eſſe primarium. Hac demum peracta, euacuatio eorum fit, quae integritati ſuae reddi haud poterant, veluti ſapienter GALENVS p) monet, et medicos ſui temporis, fortaſſe et noſtri, qui euacuantibus nimium largiuntur, caſtigat. Eſt adeoque coctionis, quo termino omnium cauſſarum, quae corpus faciunt, maxime autem ſpirituum cordisque erga cauſſam morbificam motum accipi poſſe puto, effectus fluxio quaeuis. Licet enim ſaepe interna humorum in melius conuerſio ſufficiat, ſaepe materiae peccaminoſae translatio morbiue vnius in alium permutatio criſeos vices gerant, vti alio tempore exponendum a me eſt; tamen, cum illud legis indolem aſſequatur, quod vt plurimum accidit, coctionis finem, quem illa intendit, reſtitutionem fluiditatis deperditae intra humores, et minimorum vaſorum pro transmittendis humoribus facilitatem eſſe,

p) Ὁ τῆς παντελοῦς πέψεως καιρὸς ὅρος ἐστὶν τῆς τῶν περιττωμάτων ἀποκρίσεως. Τὸ δὲ προεκρήγνυσθαι, (καὶ γὰρ οὕτως ὀνομάζειν εἴωθεν Ἱπποκράτης,) μοχθηρόν ἐστιν· ὁμοῦ γὰρ τοῖς λυποῦσιν ἐκκρίνεται τὰ χρηστά, καὶ γίνεται τοῦτο τῆς φύσεως ἐρεθισθείσης ἤτοι πρός τινος τῶν ἔξωθεν, ἢ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐμπεριεχομένων.

Coctionis omnino abſolutae tempus, terminus eſt, quo ſuperfluitates ſequeſtrantur: Praecox autem eruptio (ita enim loqui ſolet HIPPOCRATES) pernicioſa eſt: Simul enim cum affligentibus eiiciuntur praeſtantiſſimae res, fitque illud, natura irritata a quadam rerum, quae ambiunt, vel in ipſo corpore ſuſcipiuntur. GAL. *De Dieb. Crit.* III. 8. p. 499. *)

*) Cf. *De Criſib.* III. 10. p, 443. T. VIII. In vtroque loco dextre explicat GAL. quid HIPPOCRATES per προεκρήγνυσθαι intelligat, i. e. iudicium ante ſtatum, idque maxime conuenire morbis grauibus ac exitialibus, in quibus ob vehementiam ac irritationem materiae iudicatio anticipat. *G.*

eſſe, nihil eſt, quod impediat, quo minus affirmem [q]). Quo in negotio gerendo, veluti, ſi vis vitae haud proficit, nec morbi cauſſam ſuperat, metus ſane eſt, ne mors abinde conſequatur [r]), vel in longum differatur conualeſcentia, et languida vita febrisque lenta ſuperſit [s]); ita tum alii plerique morbi, cum maxime febres ſine coctione et ſalubri ſolidorum ac fluidorum in ſtatum ſanitatis conuerſione haud curandae [t]), motuum horum vitalium celeri ſucceſſu euentum illum, qui *criſis* [u]) in morbis dicitur, poſt ſe trahunt quam expeditiſſime. Quam-

q) Χρὴ τοὺς χυμοὺς, ὡς ἔνι μάλιστα, τοῦ κάμνοντος εὐρουστάτους εἶναι, τουτέστι, λεπτοὺς καὶ ἥκιστα μετέχοντας γλισχρότητός τινος, ἀναπεπταμένους τε τοὺς πόρους δι' ὧν ἡ κάθαρσις μέλλει γενέσθαι, καὶ μηδεμίαν ἔμφραξιν ἔχοντας.

Oportet humores, vt licet maxime, penes aegrotum fluidiſſimos eſſe; hoc eſt, tenues et minimum habentes glutinis cuiusdam, apertos autem poros, per quos euacuatio futura eſt, et nullum infarctum habentes. GAL. *Comm.* II. *in Aphor.* HIPP.

r) Ἐὰν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἄπεπτον διαμένει τὸ νόσημα, κίνδυνος ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον εἰ μή τι ἄρα τὴν ἀντέχουσαν τῷ νοσήματι δύναμιν ἰσχυροτάτην ἔχει.

Si per longum tempus incoctus maneat morbus, periculum eſt, perire hominem, niſi in contrarium nitentem morbo vim quam valentiſſimam habeat. GAL. *Comm. II. in Prognoſt.* HIPP.

s) Ὅσον δ' ἂν χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἄπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμίη οὔτε τῶν πόνων παύσασθαι οὔτε τῶν πυρετῶν.

Quanto iterum tempore humores turgidi fuerint, et incocti inmixtique, tanto minus eſt rationis, aut dolores ceſſaturos, aut febrem. HIPPOCR. *De Priſca Medicina.*

t) Πυρετοὶ μὴ δυνάμενοι λυθῆναι πρὸ τῆς πέψεως.

Febres ſolui non poſſunt ante coctionem. GALEN. *Comm.* IV. *in* HIPP. *De Diaeta.*

u) Πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσεως καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημαίνουσι.

Coctiones, celeritatem iudicationis et exquiſitiorem ſanitatis ſtatum ſignificant. HIPP. ap. GAL. *De Criſib.* I, 5. p. 381. T. VIII.

Quamuis autem euacuationes, quae morbum frangunt vel mutant, et ſi quid aliud eſt moliminis naturae, quo aegritudines conuertuntur, criſeos nomine indicari plerumque ſoleant; longe tamen aliter illa vox ab antiquis accipitur. *Criſis* enim illis morbi euentus eſt quilibet, qui motus internos, pro morbi conditione plus minusue turbidos, poſt aliquam euacuationem aut materiae peccantis a loco in locum translationem [x]) conſequitur. Antiquiſſima vocis iſtius acceptio ea eſt, vt *iudicatus* dicatur eſſe *morbus*, ſi ex voto aegrotantium cedit, et, recuperata ſanitate, ſoluitur. Quae ſententia eſt HIPPOCRATIS [y]) et GALENI [z]), licet hic a ſe ipſo diſſentiat alibi, dum vagum criſi ſignificatum attribuit. Mox enim de quocunque demum morbi exitu, mox de mutatione, qua ille miteſcit, mox de turbis criſin praegreſſis, mox de ſolutione morbi quauis, etiam illa, qua in nouum degenerat, mox de optima in ſalutem conuerſione [a]) eundem

x) Αἱ κρίσεις ἅπασαι μετὰ τινὸς φανερᾶς κενώσεως ἢ ἀποστάσεως. Criſes omnes poſt manifeſtam aliquam vacuationem, vel translationem. GAL. *Comment.* III. *in Prognoſt.* HIPP.

y) Κρίσις δὲ ἀπόλυσις νόσε. Criſis ſolutio morbi. HIPP. *Praeception.*

z) Μόνη τοίνυν ἁπλῶς κρίσις ἡ εἰς ὑγείαν ὀξύῤῥοπος μεταβολὴ προσαγορεύεται, καὶ γίνεται μὲν πάντως ἐπὶ φανεραῖς τισιν ἐκκρίσεσιν ἢ ἀξιολόγοις ἀποστάσεσιν. ὅσοι γὰρ ἄλλως ἐῤῥαστώνησαν, ὑποτροπιάζει κακοηθέστερον.
Sola ergo ſimpliciter Criſis in ſanitatem ſubitanea conuerſio dicitur, et fit omnino poſt manifeſtas quasdam excretiones aut luculentas translationes. Quicunque enim aliter conualuerunt, recidunt malignius. GAL. *De Criſib.* III. 2. p. 429.

a) Εἴτε τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, εἴτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ῥοπὴν μόνην, εἴτε τὴν προηγεμένην αὐτῶν ταραχὴν, εἴτε καὶ τὴν λύσιν ἅπασαν τῦ νοσήματος, εἴτε καὶ ταύτης μόνην τὴν ἀγαθὴν θέλοι τις ὀνομάζειν κρίσιν, ἐ πρόκειται διαιρεῖσθαι ὅτι μὴ πάρεργον. Siue

eundem proponi aſſerit, et *quatuor criſeos modos* ſtabilit, vt iudicari dicatur morbus, ſi conualeſcit aeger, ſi moritur, ſi melius, ſi peius illi eſt. Tametſi ergo GALENVS criſi omni mutationis celeritatem tribuit, eandemque morbis potiſſimum acutis [b]) largitur; nulla tamen adeſt ratio, qua fieri haud poſſit, vt longi etiam morbi iudicari perhibeantur. Similiter, cum de *criſi* deque *lyſi morborum* diuerſimode loquantur veteres, vt aliud illis ſit iudicari, veluti re adhuc in dubio poſita, aliud peni-

Siue quamuis celerem in morbo mutationem, ſiue ad melius inclinationem ſolam, ſiue, quae praecedit has, perturbationem, ſiue et ſolutionem omnem morbi, ſiue bonam ſaltim velit quis appellare CRISIN, parum intereſt diſpicere, niſi vti negotium ſecundarium. GAL. L. cit. I. 7. p. 438. T. VIII.

b) Ἡ κατὰ τὰ νοσήματα κρίσις ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαςηρίοις μετενήνεκται, σημαίνȣσα τὴν ὀξύῤῥοπον ἐν νόσῳ μεταβολὴν, γινομένην κατὰ τέτταρας τρόπȣς, ἢ γὰρ ἀπαλλάττονται τῶν νοσημάτων εὐθέως, ἢ μεγάλην μεταβολὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴσχȣσιν, ἢ ἀποθνήσκȣσιν εὐθέως, ἢ χέιρȣς γίνονται πολλῷ. Τὰς μὲν ȣ῏ν πρώτας δύο κρίσεις ἁπλῶς ὀνομάζȣσι κρίσεις, τὰς δὲ δευτέρας δύο, τὰ πολλὰ μὲν ἅμα προθήκῃ, κακὴν κρίσιν, ἢ μοχθηρὰν κρίσιν, ἤ τι τοιȣ῏τον τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι προστιθέντες.

In morbis CRISIS, a negotiis in foro geſtis translatio eſt, ſignificans celerem in morbo translationem, factam quatuor modis: Aut enim ſoluuntur aegri morbo celeriter, aut magnam in melius mutationem perpetiuntur, aut ſtatim moriuntur, aut peiores fiunt multo. Primas ergo duas criſes ſimpliciter nominant criſes, alteras autem duas, vt plurimum quidem cum additione, MALAM CRISIN aut AMBIGVAM CRISIN, aut aliquod aliud criſi nomen addentes. GALEN. *Comm.* III. *in Prognoſt.* HIPP.

Τὰ ὀξέα νοσήματα μεγάλα τέ ἐςι καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπαγόμενα διὰ ταχέων, εἰκότως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὰς μεταβολὰς ποιεῖται μεγάλας, ὅπερ ταυτόν ἐςι τῷ κρίνεσθαι.

Acuti morbi et magni ſunt, et, vbi ad ſummum ſui ſtatum peruenerint celerrime, pariter breui tempore mutationes faciunt magnas, quod idem eſt ac iudicari. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *Aphor.*

penitus ſolui, haec quoque, licet leuior quibusdam videri poſſit, circa vocem ambiguitas excutienda eſt. *Solui* adeoque GALENO [c]) dicuntur *morbi*, qui breui aliqua naturae contentione, nunquam tamen ſine quadam, licet tenui, euacuatione, excurrunt, dum, ſi *iudicari* morbus dicitur, opus ſit, vt magno aliquo conflictu, vti in iudiciis fit, de vita et morte ambigua aliquamdiu haereat ſententia [d]). Alibi tamen *lyſin* eandem eſſe, atque criſin [e]), largitur;

c) Τῶν νοσημάτων αἱ λύσεις, ὅσαι μὴ κατὰ βραχὺ μειωθέντων, ἀλλ' ἐξαίφνης παυσαμένων γίνονται, δέονται πάντως, ἵν' ὦσι πισταὶ, δαψιλοῦς τινὸς ἐκκρίσεως, ἢ ἀποστάσεως οὐκ ἀφανοῦς, ὡς, ὅσα χωρὶς τούτων ἐῤῥαστώνησαν, ὑποτροπιάζειν φιλεῖ.

Morborum ſolutiones, quae neutiquam, illis ſenſim decreſcentibus, ſed ſubito quieſcentibus, fiunt, indigent omnino, vt fidae ſint, tenuis cuiusdam vacuationis, vel abſceſſus, vti, qui ſine his curantur, reuerti amant. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 1. p. 450. T. VIII.

Ὅσα δὲ κατὰ βραχὺ παύεται νοσήματα λύεσθαι μὲν ἐν τῷ παρόντι λεγέσθω, κρίνεσθαι δὲ μὴ λεγέσθω.

Qui autem breuiter quieſcunt morbi, ſolui quidem in praeſenti dicantur, iudicari non dicantur. GAL. *De Criſib.* III. 7. p. 438. T. VIII.

d) Ἀνάγκη διὰ τὸ μέγεθος τῶν νοσημάτων καὶ τὴν σφοδρότητα τῶν συμπτωμάτων ἢ νικηθῆναι διὰ ταχέως τὴν δύναμιν ὥστ' ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ πρὸς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν ὁρμήσασαν, εἰ μὲν κρατήσειεν ὧν προὔθετο, κρίσιν ἀγαθὴν ἐργάσασθαι.

Opus eſt propter magnitudinem morborum et vehementiam ſymptomatum, aut vinci celeriter vim, vt pereundum ſit homini, aut, dum ad affligentium euacuationem tendit, ſi obtinuerit, quae in propoſito habet, criſin bonam procurare. GAL. *Comment.* II. *in* HIPP. *Aphor.*

e) Εἷς μὲν δὴ τρόπος ὅδε λύσεως νοσημάτων ὃν οὐχ ἡμεῖς μόνοι νῦν ἀξιοῦμεν ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας ὀνομάζεσθαι κρίσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες οὕτω ἐκάλουν.

Vnus modus ille ſolutionis morborum, quem non nos tantum nunc putamus luculentae doctrinae cauſſa criſin appellari, ſed et veteres omnes ita appellauerunt. GAL. *De Criſib.* III. l. c.

tur; Qua in re cum HIPPOCRATE ſentit, qui ſolui promiſcue omnes tam acutos f), quam tardos g) morbos vult, dummodo in ſalutem aegri exeant. Diuerſa iſthaec euentuum in morbis ratio, mox ad virium vitalium excellentiam aut imbecillitatem, mox ad cauſſae mobilitatem ac reſiſtentiam refertur, iuxta quod vtriusque huius momenti diſcrimen morbi vel obſequioſi ſunt et commode cedunt, vel refractarii et vehementer difficiles ac pernicioſi h): Quorum propterea etiam *criſes* ſeu contentiones iſtae ac luctae, quae pro ſalute ac vita ſuſcipiuntur, ita differunt, vti vel cauſſae virtuti vitali obluctantur, vel eidem facile cedunt, ſuntque vel *bonae*, vel *malae*, veluti vel *abſolutiores*, vel *interruptae* ac *imperfectae*, *grauibus mitibusue naturae motibus* excitatae, *praecoces* aut *ſerotinae*, vel *legitimo tempore* effectae fuerint i). Vtroque enim modo, ſiue bene,

f) Ἐν τοῖς καύσοισι ἰσχίων ὀδύνη καῦσον λύει.
In ardentibus, cruris dolor aeſtum ſoluit. HIPP. *De Iudicat.*

g) Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένων κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν ἢ κοιλίην ὑδατώδεος ῥυέντος, λύσις: Ἣν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγίνεται, ἰσχυρὴ λύσις.
Si qui ab hydrope detinentur, his ex vaſis in veſicam aut inteſtina aquoſum fluat, ſolutio: Si a leucophlegmatia detento diarrhoea ſuperuenit, valida lyſis. HIPP. L. cit.

h) Μεμαθήκαμεν ἀεὶ γίνεσθαι τὴν κρίσιν ἤτοι τῆς φύσεως ἐπικρατούσης τοῦ νοσήματος, ἢ νικηθείσης ὑπ᾽ αὐτοῦ. Τῶν μὲν οὖν ἐπιεικεστάτων νοσημάτων ἡ φύσις τάχιστα κρατεῖ, νικᾶται δὲ ὑπὸ τῶν χαλεπωτάτων
Didicimus, ſemper fieri criſin, ſiue natura morbum ſuperante, ſiue ab eodem victa Mitiſſimos ergo morbos natura ſtatim ſubigit, vincitur autem a difficillimis. GAL *Comment III in* HIPP. *Prognoſt.*

i) Αἱ κρίσεις διαφέρουσι τῷ τὰς μὲν ἀγαθὰς αὐτῶν γίνεσθαι, τὰς δὲ κακάς καὶ τὰς μὲν μετὰ πλειόνων τε καὶ χαλεπωτέρων συμπτωμάτων, καὶ σὺν ἀγῶνι μείζονι, τὰς δ᾽ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἀσφαλ-

bene, ſiue male, in ſalutem, an in morbum alium inque mortem morbus exeat, *iudicari* ille dicitur k). Veluti autem illud bonum eſt, quod delectabile, ſecurum finique accommodatum, ac legibus conueniens; ita in perfectione *criſeos bonitatem* conſiſtere, aequum eſt. Huius ergo indolem GALENVS in actionum, quibus conualeſcimus, conſtantia, ſymptomatum nocentium abſentia, ſolemnium et morbis addictorum motuum familiaritate et conſuetudine, ſignorum perſpicuitate, et ſalutis certitudine l) ponit.

ἐκβάλλειν ἀσφαλῶς· τὰς μὲν ἐλλιπεῖς γίνεσθαι, τὰς δὲ τελείας, τὰς μὲν διὰ τῶν ἐπιδήλων ἡμερῶν προδεδηλῶσθαι, τὰς δ' ἐξαιφνίδιόν τε καὶ ἀδοκήτως.

Criſes differunt eo, quod quaedam ex illis bonae ſint, quaedam malae. Hae quidem cum pluribus difficilioribusque ſymptomatis, cumque maiore contentione, illae autem, ſi ſtatim ab initio ingruant feſtinantius. Quod etiam quaedam deficientes ſint, quaedam perfectae, quaedam diebus ſignificantibus praenuntientur, quaedam derepente et inexpectate fiant. GALEN. *De Dieb. Decret.* I. 2. p. 452. T. VIII.

k) *Ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ κρίνεσθαι, τῶν τ' ἐπ' ἀγαθῷ καὶ τῶν ἐπὶ κακῷ τὴν μεταβολὴν ποιουμένων.*

Ex vtroque eſt *τὸ iudicari*, quibusdam in bonum, quibusdam in malum, mutationem facientibus. GAL. *Comm. III. in Prognoſt.* HIPP.

l) *Κρίσιν τελείαν μὲν καλῶ τὴν μηδὲν ὑπολείπουσαν τοῦ νοσήματος, πιστὴν δὲ καὶ βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ τὴν μηκέτι ἐπανερχομένην, ἀκίνδυνον τὴν ἄνευ συμπτωμάτων σφαλερῶν, οὕτω δὲ καὶ σαφῆ τὴν μετά τινος ἐκκρίσεως ἢ ἀποστάσεως φανερᾶς, εὔσημον τὴν προδηλωθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὑποδήλου, ἀγαθὴν εἰς ὑγείαν τελευτῶσαν.*

PERFECTAM CRISIN appello eam, quae nihil ſupereſſe ſinit morbi; FIDAM et INDVBIAM, quae non caſu ſuperuenit; PERICVLO VACVAM eam, quae ſine grauibus eſt ſymptomatis, ſimul etiam LVCVLENTAM illam, quae cum aliqua eſt vacuatione, vel ad partes ſeceſſu apparente; OPTIMIS

ponit. Oportet enim, ſi ſanitatis fiducia eſt, ab euacuatione miteſcere mali ſenſum m), ſymptomata manſueſcere n). Par eſt, praecocius et fallaci ſanitatis ſpecie morbum grauem haud ſolui. Vt fida ſit ſolutio, ſatius eſt, eandem conſueto tempore accidere. Adſint oportet conuerſioni in melius factae haud ſuſpecta, quae ex habitu corporis et roboris augmento non doloſo deſumuntur, ſigna, veluti illa AETIVS o) enarrat. Verum his virtutibus criſes carent

SIGNIS DONATAM, ante ſignificatam, die ſignificatoria; BONAM, in ſanitatem finitam. GALEN. *De Dieb. Decret.* l. c.

m) *Ἐὰν εὐφορώτερος ὁ κάμνων ἐπὶ τῇ κενώσει γίνεται.*
Si tranquillior aegrotus ab euacuatione fit. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

n) *Εἰ μὲν γὰρ τὰ συμπτώματα πάντα ἠπιώτερα γίγνοιτο, καὶ παρέποιτο τῇ κρίσει εὐφορία.*
Si ſymptomata omnia manſuetiora fuerint, et criſin ſubſequatur euphoria. AETIVS *Tetrabibl. I. Tract.* ϛ. *α* ς.

o) *Γνωρίσματα τοῦ τελέως καὶ πιστῶς λελύσθαι τὸ νόσημα·*
Κατὰ τὴν ἀκμὴν λυθῆναι.
Παρακμαστικῶς λυθῆναι.
Ἐν τῇ περιττῇ ἡμέρᾳ κρίσις γίνεται.
Οἱ πεπασμοὶ τῶν περιττωμάτων προφαινόμενοι ἐν τοῖς ἐπισήμοις ἡμέραις.
Τὸ χρῶμα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν.
Εὐφορώτερον εἶναι κατὰ πάντα.
Εὐρώννυσθαι πρὸς λόγον τῆς ἀναλήψεως.

Significationes perfecte et fideliter ſolui morbum:
Vbi morbus ad ſummum peruenit, ſolui.
Senſim decreſcendo, vel in decremento morbi ſolui.
In die, quae criticos intereſt, criſis fit. *(In die enim critico ſaltim perturbatio eſt, et motus ad criſin, non ipſa criſis.)*
Coctiones ſuperfluitatum anteapparent in ſignificatoriis diebus.
Si color mutetur ex praeternaturali in naturalem.
Melius ſeſe habere ad omnia.
Robur accipere ab illis, quae refectionis cauſſa dantur. AET. *Tetrabibl. I. Tr.* ν. *νβ.*

carent quam ſaepiſſime, et vitiis contaminantur, *acriſia*, propter virtutis vitalis imbecillitatem et cauſſae contumaciam, *dyſcriſia*, propter euacuationum inertiam, imperfectionem aut intermiſſionem, et *procriſi*, dum praecocius ſecedunt, nullo aegroti commodo, quae ſerius fieri oportebat p). Quantum ad ἀκρισίαν, quam a δυσκρισίᾳ differre vult HIPPOCRATES q), eſt illa vel coctionis, et quae hanc conſequitur, vacuationis defectus, aut certe difficultas ſumma r); quae quando adeſt, illud ſecum habet, quod ἄκεστον, *inſanabile*, et ἀνεπανόρθωτον, *incorrigibile* in morbis s) dicitur, quod vires hominis longe ſuperat t), ſiue ſua natura imbecillus ſit, ſiue a praegreſſis morbis extenuatus u), aut labe

p) Ἀκρισία.
Abſentia criſeos. HIPP. *Epid.* I.
Δύσκριτα.
Quae praua criſi fiunt. HIPP. *Epid.* III.
Προκρινόμενα.
Quae praecocius iudicantur. HIPP. *Epid.* II.

q) Ἀκρισίαι πολλαὶ, τὰ δὲ δύσκριτα.
Criſium defectus multi, et malae iudicationes. HIPP. *Epidem.* III. Sect. 3. p. 722.

r) Τὸ τῆς ἀκρισίας ὄνομα μέμνημαι δήπε λεγόμενον διττῶς, ὡς ἤτοι μηδ᾽ ὅλως ἐσομένης κρίσεως ἢ μοχθηρᾶς ἐσομένης.
ACRISIAE nomen, memor ſum, dictum dupliciter, ſiue nunquam futura criſi, ſiue difficili et laborioſa futura. GAL. *Comm.* II. *in Epid.* I.

s) Ἀνεπανόρθωται βλάβαι.
Incorrigibiles noxae. GAL. *in* HIPP. *De Vict. Acut.* *Comm.* II.

t) Πάθεα ὑπὲρ τὴν δύναμιν τȣ̃ σώματος.
Morbi ſuper vim corporis. HIPP. *Prognoſt.*

u) Προεξαδυνατήσαντες, προεκκμηκότες τὴν δύναμιν, οἱ μετ᾽ ἐκλύσεως καὶ ἀδυναμίας.
Morbis alioue modo ante confecti, laboribus, quoad virtutem, fracti, qui cum exſolutione et imbecillitate in morbum incidunt. GAL. *Comm.* *VI.* *in* *VI.* *Epid.*

be viſcerum corruptus x) ad morbum accedat. Verum et illud in morbis ἄκριτον ac citra coctionem, hinc vacuationem, factum, paſſim a priſcis dicitur, quod ſine vlla morbidi a ſano ſeparatione fit, nec ſignis, rem confectam eſſe, prodit; quod fide dignum haud eſt y), veluti, ſi ſine ſputo pleuritis abeat, dolorque ceſſet praeter euacuationem quamcunque z). Mali certe ominis eſt mendax iſta in acutis morbis ac ſubitanea, ſine ſignis fidelibus, ſanitatis apparitio a). *Dyſcriſiam* autem illum in aegritudine euentum, ex mente veterum ipſaque nominis ac rei natura appellari fas eſt, quo, ſi mutationes, morbum frangere ſolitae, ſeu τὰ κρίσιμα, hominem nihil iuuent, male cedat negotium, inque mortem vel dubiam ſanitatem vertatur, vt *dyſcrita* ſint, exponente GALENO, quae, ceteroquin iudicare ſolita, nihil nunc in ſalutem hominis efficiunt b), imo ſtatum eius in peiorem conuertunt.

x) Χρὴ τὸν ὑπὸ τȣ̃ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι εὔσπλαγχνον εἶναι καὶ εὔπνοον.
Oportet eum, qui ab hydrope detinetur, ſi euadendum illi eſt, optimo viſcerum habitu et reſpiratione bona eſſe. HIPP. *Prorrh.* II. 11. p. 495. T. I.

y) Ὀυ χρὴ πιςεύειν ἀσήμως παυσαμένοις.
Non oportet fidem habere illis morbis, qui ſine ſigno conquieſcunt. GALEN. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

z) Πλευρȣ̃ ἄλγημα ἀλόγως ἀφανισθέν.
Lateris dolor ſine ratione diſparens. HIPP. *Prorrh.* I. 12. p. 479.

a) Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαςωνήσαντα θάνατον σημαίνει.
Sua natura pernicioſi morbi, ſi ſine ſigno melius habent, mortem ſignificant. HIPP. L. cit.

b) Τὰ κρίσιμα, μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα, τȣ̃τ' ἐςιν, ἄκριτα ποιεῖ τὰ νοσήματα: Τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ κρισίμοις ȣ̓δὲν ὠφελȣ́μενα, δύσκριτα.
Ea, quae ceteroquin iudicare ſolent, niſi iudicant, quaedam mortem afferunt, quaedam imperfectos, vel, quod

tunt c). Vocatur iſta *criſis imperfecta* ac *deficiens* d), qua quidem nihil omnino boni pro aegroto effici poteſt, vt potius metuendum ſemper ſit, ne ſuperfluae nocenteſque res, quae ob copiam euacuationibus, etiam naturae morbi accommodatis, euerri educique haud potuerunt, tranſuehantur e) ad vitalia viſcera, fiantque grauioris morbi noua materies. Hos morborum euentus *metaptoſes* antiqui nuncupant. Nouo enim nunc conflictu, vt ſuperſtes de priore morbo mala maſſa, ſi fieri poſſit, ſuperetur, opus eſt; quod, niſi mortem adfert, in longum tamen protenditur f). Numquam enim, nec tunc qui-

quod idem eſt, nihil iudicatos faciunt morbos. Quae enim poſt motus ad iudicandum aptos nihil iuuant, dyſcrita: GAL. *Comm.* III. *in* III. *Prorrh.* HIPP.

c) Κακὰς ἴσμεν κρίσεις ἐκείνας λεγομένας, ὅσαι γενόμεναι μετὰ φυσικῶν κενώσεων ἢ ἀποστάσεων οὐ μόνον οὐδὲν ὠφέλησαν τοὺς κάμνοντας, ἀλλὰ καὶ χεῖρον ἔχειν ἢ πρόσθεν, ἐποίησαν.

MALAS ſcimus CRISES illas dici, quae, cum factae ſint poſt naturales euacuationes vel abſceſſus, non tantum nihil iuuerunt aegrotantes, ſed etiam, vt peius ſeſe haberent, quam ante, effecerunt. GAL. *Comm.* II. *in* II. *Prorrh.* HIPP.

d) Τῷ μὴ τελέως ἀπαλλάττειν τῆς νόσου, ὀνομάζεται τοῖς παλαιοῖς ἀτελὴς κρίσις ἢ ἐλλιπὴς κρίσις.

Eo, quod quis morbo perfecte haud exſoluatur, vocatur antiquis IMPERFECTA CRISIS, aut DEFICIENS CRISIS. GAL. *De Criſib.* III.

Ὅσα ἡμιῤῥόπως κριθέντα (νοσήματα) ταῦτα ἐκ μεταπτώσεως ὀξέα.

Qui ex ſemiſſe iudicantur morbi, per conuerſionem fiunt acuti. GAL. *Comm.* II. *in Aphoriſm.* HIPP.

e) Τὰ περισσώματα παραγενόμενα, μετασχηματιζόμενα, ἢ μεταποιούμενα.

Superfluitates tranſuectae, in alios morbos conuerſae, et tranſmutatae. HIPP. *De Decenti Habitu.*

f) Νοῦσοι ἐκ μεταπτώσεως ἐς χρόνου μῆκος ἐκτεινομέναι.

Morbi ex conuerſione vnius in alterum. GAL. *Comm.* III. *in* HIPP. *Prognoſt.*

Κρί-

quidem, quando morbi grauitate opprimitur, vis vitae pro ſalute corporis ſui curam gerere deſinit, vt, ſi efficere nequeat, quod velit, efficiat id, quod poſſit, dum mortem, translatis ad extrema peſſimis ſuccis, quod ἀφιστέναι priſcis dicitur, euitat g). Verum ſi debilis illa omnino eſt, effugere ſane putredinem nequit; valentior autem, pure effecto et abſceſſibus exanthematibusue criticis eductis, tamen adhuc eluctatur, vt conualeſcant, quos ſaluos eſſe poſſe deſperabas antea h). Veluti autem praeſtantiora haud ſunt, quae feſtinanter capiuntur conſilia; ita etiam in conualeſcendi negotio fit, vt praecoces naturae conatus, multo magis illi, quos medicus acriori remedio prouocauit, voto haud reſpondeant i). Hanc enim rationem fuiſſe puto, quod anti-

Κρίσις οὐκ ἀγαθὴ, ἢ εἰς ὄλεθρον ἄγει, ἢ εἰς χρόνου μῆκος.
CRISIS NON BONA aut ad interitum ducit, aut ad temporis longitudinem. GAL. *Comm.* I. *in Aphoriſm.* HIPP.

g) Ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ εἰς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἢ ἀκρασίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ αὐτῶν ὑποστροφάς.
Cruda et minus cocta, et in malos abſceſſus conuerſa, aut intemperies, aut laſſitudines, aut morbos longos, aut mortes, aut morborum recurſiones. HIPP. *Epidem.* II.

h) Μεταβολὴ ποτὲ μὲν εἰς τὸ σηπεδονῶδες, ὅταν ὡς ἐν νεκρῷ σώματι μηδὲν εἰς τὴν πέψιν τῶν χυμῶν ἡ φύσις, ὑπ᾽ ἀῤῥωστίας, ἐνεργῇ, ποτὲ δὲ, ἐκείνης ἰσχυούσης, εἰς πῦον ἡ μεταβολὴ γίνεται.
Transmutatio aliquando quidem in putridum, quando, veluti in mortuo corpore, nihil ad coctionem humorum natura ob infirmitatem confert, aliquando autem, illa valente, in pus conuerſio fit. GAL. *Comm.* I. *in* HIPP. *Progn.*

i) Προεκρήγνυσθαι καλεῖ Ἱπποκράτης ἅπαντα τὰ πρὸ τῆς ἀκμῆς ἐπὶ κρίσιν ὁρμοῦντα.
Praecocius erumpere, vocat HIPPOCRATES omnia, quae ante ſtatum morbi ſummum, ad criſin impetum faciunt.

Χά-

antiqui medici, negotium illud, quod morbos depellit, κρίσιν, expeditionem ſcilicet, iuxta leges a Deo et natura datas acri iudicio et matura meditatione ſuſcipiendam, appellauerint. Quare etiam, cum nulla ars plus magisque elimatam prouidentiam poſtulet medica, philoſophi ſe ad eius normam, dum animorum culturam exercent, componere haud erubuerunt, cum etiam in perſuadendo multum valeat iudicium k), nihilque in morum doctrina, vti nec in arte exercenda, opinionum temeritate l) ſit peſtilentius. Quamuis enim ſaepe longum

 foret,

Χείρων γίνεται τῆς ἐν ἀκμῇ τοσοῦτον, ὅσον προὔλαβεν ἡ κρίσις.
Peior fit illa, quae in ſummo morbi ſtatu contigit, criſis tantum, quantum anteuertit. GAL. *De Criſib.*
Τὰ κρίνοντα οὐκ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.
Ea, quae iudicant, ne ſtatim appareant. HIPPOCR. *Epid.* II.

k) Ὁ αὐτός πȣ τρόπος τέχνης ῥητορικῆς, ὅς περ καὶ ἰατρικῆς. ἐν ἀμφοτέραις δεῖ διελέσθαι φύσιν, σώματος μὲν ἐν τῇ ἑτέρᾳ, ψυχῆς δὲ ἐν τῇ ἑτέρᾳ· εἰ μέλλεις μὴ τριβῇ μόνον καὶ ἐμπειρίᾳ, ἀλλὰ τέχνῃ τῷ μὲν φάρμακα καὶ τροφὴν προσφέρων ὑγίειαν καὶ ῥώμην ἐμποιήσειν, τῇ δὲ, λόγȣς τε καὶ ἐπιτηδεύσεις νομίμȣς, πειθὼ, ἣν ἂν βȣ́λῃ, καὶ ἀρετὴν παραδώσειν.
Eadem eſt ratio artis oratoriae, quae et medicae. In vtraque oportet diſpicere circa naturam, corporis quidem in hac, animae autem in illa, ſi quidem futurum eſt, vt, non exercitio tantum et experientia, ſed etiam arte, illi quidem pharmaca et alimenta offerens ſanitatem et robur ingenerare, huic autem rationes et conſilia opportuna, perſuaſione, quacunque velis, ac virtutem, tradere poſſis. PLATO in PHAEDRO pag. 354.

l) Καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀῤῥωστȣ̃ντας κατακονήσαμεν καὶ τὰ σωτήρια καὶ παιώνια προσενέγκαμεν φάρμακα, πρῶτον δέ γε τῶν ἄλλων τὸ τῆς οἰήσεως ἰατρεύσωμεν πάθος.
Scilicet vti aegrotos vngimus, et ſalubria ac paeonia illis exhibemus medicamenta, ex omnibus etiam primariam, quae in opinione eſt, curemus aegritudinem. THEODORETVS *ad Graecos infideles*, Sermone I. *De Fide.*

foret, ſpontaneos naturae motus expectare, ſatiusque ſit morbi incrementum praeuertere, in quo negotio gerendo felix audacia frigida expectatione eſt praeſtantior, vti maſcula ſeueritate iudices plus rempublicam iuuant, quam muliebri indulgentia[m]); et quamuis virtuti vitali omnia largiri, otioſi medici res eſt, et conſilii inopiam[n]) prodit, tamen virium humani corporis, veluti illae in morbis ſeſe gerunt, conſideratio gnomon veluti aliquis eſt nauticus, cui intentus naturae miniſter ſcopulos latentes

m) *Ὡς τάχιστα διδόναι δίκην παρὰ τὸν δικαστὴν, ὥσπερ παρὰ τὸν ἰατρὸν, σπεύδοντα, ὅπως μὴ ἐγχρονισθὲν τὸ νόσημα τῆς ἀδικίας ὕπελον τὴν ψυχὴν ποιήσῃ καὶ ἀνίατον.*

Celerrime iuſta ſoluenda ſunt a iudice more medici feſtinantis, ne inueteratus iniquitatis morbus animam purulentia ſub cicatricis velo abſcondita vitiet inſanabilemque efficiat PLATO *in* GORGIA, p. 294.

Καθόλε δ' ὥσπερ ἐν ἰατρικῇ τὸ χρήσιμον καὶ δίκαιόν ἐστι, καὶ γελοῖος ὁ φάσκων ἄδικον εἶναι τῶν ἰσχίων πονέντων καίειν τὸν ἀντίχειρα· ἕτως ὁ περὶ τὰς κολάσεις ἄλλο τι δίκαιον ἢ τὸ θεραπεύειν τὴν κακίαν ἡγέμενος, καὶ ἀγανακτῶν, ἐάν τις δι' ἑτέρων ἐφ' ἑτέρες ἀναφέρει τὴν ἰατρείαν, ὥσπερ οἱ τὴν φλέβα διαιρἔντες, ἵνα τὴν ὀφθαλμίαν κεφίσωσιν, ἐδὲν ἔοικε περαιτέρω τῆς αἰσθήσεως ἐφορᾷν.

In vniuerſum autem, veluti in medicina, quod vtile, idem et aequum eſt; riſu etenim dignus, iniquum eſſe dicens, ſi, quando coxa dolet, maior pedis digitus vritur; Similiter ſi quis circa punitiones aliud quodcunque iuſtius eſſe malitiae medicina putauerit, indignatusque fuerit, quod quis per alios ad alios transtulerit hanc medelam, vti (faciunt) qui venam diſcindunt, vt inflammatio oculi ſubleuetur, nihil videbitur vltra ſenſus perſpicere. PLVTARCH. *De illis, qui a num. ſero puniuntur.*

n) *Ουτω δ' ἂν μάλιστα βελεύεσθαι παροξυνθείης, ἂ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβελίας ἐπιβλέψειας.*

Eo magis ad conſulendum excitaberis, ſi euentus, qui ex neglectu curae eſſe poſſunt, perſpiciamus. ISOCR. *Orat. ad* DEMONICVM, p. 18.

tes et ſalutis vitaeque humanae naufragium euitare magna ſolicitudine ſtudet, dum leges iſtas ſecum mature perpendit, ſecundum quas, non aliter, ac in republica o), cauſſae, quae, durante morbo, inuicem agunt, ſapienter admodum diſponuntur. Horum modeſtum regimen, ne quid vltra vires aegri fiat, poſtulat. Quare lentor inque agendo ſuſpenſus animus opprobrium in tanti momenti negotiis parere non poterit medentibus p), eoque minus,

P 5 quod,

o) Ἀδικία τε καὶ δικαιοσύνη οὐδὲν διαφέροντα τῶν ὑγιεινῶν τε καὶ νοσωδῶν, ὡς ἐκεῖνα ἐν σώματι, ταῦτα ἐν ψυχῇ. Τὰ μέν πȣ ὑγιεινὰ ὑγίειαν ἐμποιεῖ, τὰ δὲ νοσώδη νόσον. ȣκȣ̃ν καὶ τὸ μὲν δίκαια πράττειν, δικαιοσύνην ἐμποιεῖ, τὸ δ᾽ ἄδικα, ἀδικίαν. Ἀνάγκη. Ἔςι δὲ τὸ μὲν ὑγίειαν ποιεῖν, τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιςάναι, κρατεῖν δὲ καὶ κρατεῖσθαι ὑπ᾽ ἀλλήλων· τὸ δὲ νόσον, παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ᾽ ἄλλȣ. ȣκȣ̃ν ἂν τὸ δικαιοσύνην ἐμποιεῖν, τὰ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ φύσιν καθιςάναι, κρατεῖν δὲ καὶ κρατεῖσθαι ὑπ᾽ ἀλλήλων· τὸ δὲ ἀδικίαν, παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ᾽ ἄλλȣ. Ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγίειά τε τις ἂν εἴη, καὶ κάλλος, καὶ εὐεξία ψυχῆς· κακία δὲ, νόσος τε καὶ αἶσχος, καὶ ἀσθένεια.

Iniuſtitia et iuſtitia nihil differunt a ſanitate et morbo. Vt haec corpori, ſic illa inſunt animae. Salubria enim ſanitatem ingenerant, inſalubria morbum. Similiter legibus conuenienter agere iuſtitiam facit, inique, iniuſtitiam. Neceſſum id. Eſt autem, *ſanitatem* praeſtare, res corporis naturae conuenienter conſtituere, imperare, et ſubiici inuicem; *morbum* autem, praeter naturam imperare ac ſubiici aliud alii. Similiter *iuſtitiam* facere, eſt, ea, quae animae inſunt, naturae conuenienter ordinare, imperare et ſubiici inuicem; *iniuſtitiam* autem, praeter naturam imperare, ac ſubiici aliud alii. Virtus adeoque, vti conſentaneum eſt, ſanitas quaedam erit, et pulchritudo, et bonus animae habitus: Malitia autem, morbus et deformitas, et infirmitas. PLATO *De Republica* IV. p. 455.

p) Ὀυ γὰρ ἰατρȣ̃ μὲν, ἰδιώτην ὄντα, συμβαλεῖν λογισμὸν, ὡς πρότερον ȣ̓κ ἔτεμεν, ἀλλ᾽ ὕςερον, ȣ̓δὲ χθὲς ἔλȣσεν, ἀλλὰ σήμερον, ἔργον ἐςί· περὶ θεȣ̃ δὲ θνητὸν ȣ̓ ῥάδιον ἢ βέβαιον εἰπεῖν ἄλλο, πλὴν ὅτι τὸν καιρὸν εἰδὼς ἄριςα τῆς περὶ τὴν κακίαν ἰατρείας,

quod, quae vſu comprobata ſunt in quamplurimis, in vno aliquando exemplo propter hominum idioſyncraſias q) fallere poſſint; at ſemel perit vita, nec, quod male ceſſit experimentum, nouis iteratisque tentaminibus in rectum deduci poteſt. Quapropter, vt in omni, ita etiam in hoc, quod ad vitae ſecuritatem in iudicandis morbis attinet, argumento ingenium

ἰατρείαις, ὡς φάρμακον ἑκάστῳ προσφέρει τὴν κόλασιν, οὔτε μεγέθους μέτρον κοινὸν οὔτε χρόνον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων ἔχουσαν.

Non enim cum medico ignorantem aliquem ſuper rationibus contendere, quod prius non ſecuerit, ſed poſthaec, non heri lauerit, ſed hodie, decet. De Deo autem an ſatius quidquam conſtantiusque eſt dici, quam, quod tempus noſcens optime illius, quae ad malitiam attinet, medicinae, tanquam medicamentum vnicuique adfert punitiones, nec grauitatis menſuram eandem, nec tempus vnum ac idem in omnibus habentes. PLVTARCH. *ibidem.*

q) *Οὐδεὶς ποτὲ ἀνθρώπων οὐδὲν νομοθετεῖ, τύχαι τε καὶ ξυμφοραὶ παντοῖαι πίπτουσαι παντοίως, νομοθετοῦσι τὰ πάντα ἡμῖν· πολλά τε καὶ νόσοι ἀναγκάζουσι καινοτομεῖν.*

Nemo hominum quidquam ſtabilita lege ſancit: Fortunae et euentus varii, accidentes vario modo, omnia nobis lege firmant; vti ſaepe etiam et morbi res innouare cogunt. PLATO *De Legib.* l. cit.

Νόμος οὐκ ἄν ποτε δύναιτο τό τε ἄριστον καὶ τὸ δικαιότατον ἀκριβῶς ἅμα πᾶσι περιλαβὼν τὸ βέλτιστον ἐπιτάττειν. αἱ γὰρ ἀνομοιότητες τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν πράξεων, καὶ τὸ μηδέποτε μηδὲν, ὡς εἰπεῖν ἔπος, ἡσυχίαν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων, οὐδὲν ἐῶσιν ἁπλοῦν ἐν οὐδενὶ περὶ ἁπάντων καὶ ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον ἀποφαίνεσθαι τέχνην οὐδ᾽ ἡντινοῦν.

Nulla ſane lex, quae, quod praeſtantiſſimum, quodque iuſtiſſimum, exquiſite ſimul omnibus ſiſtat, optimo modo praecipere poterit. Diſſimilitudines enim hominum et actionum et illud, quod nunquam quidquam, nec in ſermone quidem dicendo, conſtanter agat in rebus humanis, non permittunt ſimplex quidpiam in vlla re, circa omnia et omni tempore comparere, in arte qualibet. PLATO *in Politico*, p. 185.

nium atque ratio experientiam r) temperare debet quam curioſiſſime. Illa autem, quam cauſſarum omnium, quae viuentibus inſunt, nexum eſſe diximus, natura, dum perennitatem et conſtantiam virium, qualem ſecundum aetatis rationes expectare licet, corpori procurat, durante debili morborum ſtatu, vitae ſuperſtitis robur verſus cauſſas affligentes ea deſtinatione dirigit, inque illo conatu faciendorum aliquam veluti ſummam conſtituit, quo morbidum a ſano ſeparetur s). Tametſi enim quaedam aegritudines, veluti ſuperius expoſitum fuit, ſola reſolutione, quae in reſtituta ad actionem quamuis aptitudine conſiſtit, perficiantur; tametſi etiam haud pauci inter morbos exiſtunt, quibus, dum a vacuitate vaſorum et humorum defectu t) proueniunt, quod proiici extra corporis limites poſſit debeatue, nihil ineſt, vt propterea aliquis conualeſcendi modus in ſupplemento eius, quod deeſt, vnice, nil autem quidquam in vacuatione conſiſtat, et quamuis ex morbis, quibus manu medemur, haud pauci ſine criſi ſolui poſſe videantur: tamen nec in his, nec in minimis morbis, nulla notabili criſi delendis, nec etiam in vita ſana, tempus vllum eſſe poteſt, in quo vis vitae de profligandis peregrinis, nocituris vel nocentibus, haud cogitet. Eſt adeoque

r) Τίνι χρὴ κρίνεσθαι τὰ μέλλοντα καλῶς κριθήσεσθαι· ἆρ' οὐκ ἐμπειρίᾳ τε καὶ φρονήσει καὶ λόγῳ.

Qua ratione oportet iudicari ea, quae recto iudicio diſcernenda ſunt, nonne experientia, ingenio et ratione? PLATO *De Republ.* IX. p. 509.

s) Ἡ κρίσις γίγνεται τῆς φύσεως διακρινούσης ἀπὸ τῶν χρηστῶν τὰ μοχθηρὰ καὶ παρασκευαζούσης πρὸς τὴν ἔκκρισιν.

CRISIS fit, natura ſecernente ab optimis ea, quae laborioſa, et praeparante ad eiectionem. GAL. *Comm.* II. *in Aph.* HIPP.

t) Παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι.

Qui citra rationem vacuitate vaſorum fiunt infirmitates. HIPP. *Prorrh.* I.

que ſummus aliquis et generalis motuum criticorum conceptus in ſeparatione rei, cum qua ſanitas ſtare nequit, inque eius ſecretione [u]) poſitus, ad quem omnes conualeſcendi rationes, tanquam ad aliquod dicendorum caput, reuertuntur. Quare culpanda et ſuſpecta omnino eſt in morbis euphoria, quae nullis purgamentis de corpore eiectis, praecocius, quam morbi indoles ſecum adfert, conſequitur [x]). Quae cum ita ſint, vt ſeceſſum materiae rebellis ab inquilina et manſueta in morborum curationibus fieri oporteat, quot modis iſta proiectio cauſſae morbificae contingere ſoleat, diſpiciendum omnino eſt. Oportet illam penitus corpore excedere, ſi ſalutis fiducia eſſe debet. Vti autem illud ſaepe in conſiliis arduis et celerrimae expeditionis negotiis arripimus, quod propius eſt, auxilium, nec id ſemper opportunum cenſetur, quod velis, ſed quod poſſis; ita etiam in morborum euentibus fit, vt, quod purgari nequit, ad alias partes transferatur, et dubia ſalus certa morte potior [y]) aeſtimetur. Perfecta autem criſis quaeuis in

u) Διάκρισις, *ſecretio materiae peccantis*, eiusque ἔκκρισις, *euacuatio*, paſſim apud Graecos et diſtincte legitur.

x) Ὅταν εἰσβάλλει νόσημα σφοδρὸν, εἶτ' ἐξαίφνης ῥαςωνήσῃ, μηδὲ δι' ἱδρῶτος ἢ ἐμέτων ἢ διαχωρημάτων ἢ αἱμοῤῥαγίας κενωθέντος τȣ̃ σώματος, ἀλλὰ μηδὲ πέψεως φανέντων σημείων, ἄπιςον ἡγεῖται εἶναι τὴν τοιάυτην ῥαςώνην.

Quando inuadit morbus vehemens, ſi ſubito quis conualeſcat, nec per ſudores, nec per alui deiectiones, aut ſanguis fluxus purgato corpore, nec coctionis apparentibus ſignis, INFIDA aeſtimatur eſſe eiusmodi conualeſcentia. GAL. *Comment.* II. *in Aphor.* HIPP.

y) Κένωσις ἐπινοεῖται διττὴ, ἢ μεθιςαμένȣ πρὸς ἕτερα χώρια τȣ̃ περιεχομένȣ κατὰ τὸ φλεγμαῖνον ἢ ἔξωθεν τȣ̃ σώματος ἐκκρινομένȣ.

VACVATIO intelligitur duplex, aut translato ad alias regiones eo, quod ad inflammationem tendit, aut extra

in fluxione, quae morbo accommodata magis eſt, ponitur, dum mox de ſolidis ramenta, vitalitate priuata, mox corrupti perditiſſimique humores [z]) profligantur. Remouendum tamen illud eſt ſedulo, quod cum natura fluxionis ſalutaris ſtare nequit, violentum ſcilicet omne illud et tumultuarium, quod nullo naturae conſilio ob ſolidorum labem et integritatem laeſam [a]) contingit. Sed id demum eſt purgare, humores abundantes atque noxios ſecure, et, ſi fieri poſſit, molliter [b]) depellere.

extra corpus depulſo. GAL. *Method. Medendi*, XIII. 6. p. 300. T. X.

z) *Ὅσα δὲ ἐκκρίνεται, τὰ δὲ ὡς μόρια τῶν πεπονθότων, τὰ δὲ ὡς περιττώματα.*

Quaecunque ſecernuntur, quaedam vti particulae affectorum locorum, quaedam vti ſuperfluitates. GAL. *Ars Medica.*

a) *Ἤτοι δὲ διὰ βλάβην τινὰ γίγνεται δυνάμεως, ἢ ἐρεθισμὸν ἄκαιρον ἢ πλημμελῆ κίνησιν ἐπεγείροντα τὴν δύναμιν, ἢ δι᾽ ἀναστόμωσιν, ἢ διὰ ῥῆξιν ἢ διάβρωσιν ὀργάνου τινὸς, οὐδὲν χεῖρον, ἀπὸ ἐκκρίσεως ταύτης ἄρξεσθαι.*

Si autem propter labem aliquam fit virtutis, aut intempeſtiuum ſtimulum, quo ad vberiores motus *vis* excitatur, aut per aperturam, aut per ruptionem, aut eroſionem alicuius viſceris, nihil peius illo, qui a tali vacuatione incipit, morbo. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* III. 5. p. 93. T. VII.

b) *Ἡ ἔκκρισις ἀεὶ τῶν περιττωμάτων γίγνεται.*

Euacuatio ſemper ſecundum abundantes humores fit. THEOPHR. *De Sudorib.* I.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE SPECIMEN X.

DE MOTIBVS CRITICIS IN GENERE.

Coquit quidem natura, et heterogeneum conuertit in homogeneum; euacuat quidem, ſine coctione, quod ſola copia peccat, verum in plerisque exemplis praeuia coctione, purgatione hinc ſubſequente, ſanat morbos, quibus, ſanari poſſe, ſua indole conceditur. Licet enim haud pauci ſint ex aegritudinibus, quibus manu medemur, ſoli artificis induſtriae parentes; tamen nunquam in hoc negotio artifex vnus eſt, ſed viribus vitae ad perficiendam ſanitatis procurandae operam vehementer indiget. Quandoquidem autem rariſſimi, nec, niſi mitiſſimi ex omnibus morbis, mutando conficiuntur; quandoquidem et in his, quibus ſola coctio ſufficit, plerumque vacuatio quaedam intercurrit: proinde opus eſſe arbitror, vt prius, quam illos, quibus conualeſcimus, impetus *motusue criticos* excutiam, vias, quibus ea fluunt, quae mutari nequeunt, indicem, et ipſarum euacuationum criticarum differentiam, indolem modosque agendi declarem. Tria ſunt, quae ad ἀπόκρισιν cauſſarumque morbificarum expulſionem adeſſe vult GALENVS, debitam, quae organis excernentibus reſpondeat, materiae conſiſtentiam, organorum omnium robur motumque, et horum ſingulorum ad diuerſos humores

mores [a]) aptitudinem. Haud enim par eſt, nec ex vitae ſanae vel imbecillae legibus fluit, omnibus, ſine ſelectu ac diſcrimine, locis, purgari quoduis poſſe, ſed partim locorum affectorum, in quibus morbi ſedes figitur, propinquitas et cum variis colatoriis cognatio, partim morbi, et quae illum faciunt, cauſſarum indoles efficiunt, vt, quod vacuandum eſt, verſus hanc potius, quam aliam corporis cloacam [b]) deſtinetur. Quid conuenientius et propter ſitum nexumque mutuum educendae cauſſae inflammatoriae, quae intra thoracem ſubſtitit, accommodatius *aſpera arteria?* Quid propius ad viſcera imi ven-

a) Ἐπειδὰν δέ τι δακνῶδες ἐν αὐτῷ (τῷ ζώῳ) συςῇ, καὶ μάλιϛ᾽ ὅταν ἔχῃ κίνησιν ἰσχυρὰν, ἀνιᾶταί γε καὶ ἀποκρίνειν αὐτὸ σπεύδει, καθ᾽ ὃν ἂν ἐγχωρεῖ μάλιςα τόπον, — συναγωμένων δηλονότι καὶ σφιγγομένων εἰς ἑαυτὰ τῶν μορίων.

Quando id, quod in animali mordax eſt, conſtiterit, et maxime ſi adfuerit illi motus validus, reſoluitur illud, et ad ſeparandum ſemet ipſum inſtigat verſus illum, qui maxime idoneus, locum, vna agentibus hunc in finem et in ſemet ipſas coactis partibus. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* II. 5. pag. 76. T. VII.

b) Πέψις ἰδία ἑκάςῳ, τῆς μὲν κάτω γαςρὸς τὰ κατὰ φύσιν διαχωρήματα, τȣ̃ φλεβώδȣς δ᾽ ἂν γένȣς τὰ ȣ̃ρα, τῶν δ᾽ ἀναπνευςικῶν ὀργάνων τὰ πτύσματα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ ȣ̃ρα νεφρῶν, καὶ ȣ̓ρητήρων, καὶ κύςεως, καὶ καυλȣ̃.

Coctio quaeque idoneo organo, illius, quae in imo ventre perficitur, *excrementa*, *ſecundum naturam*; quae ad vaſculoſum genus, vrinae; quae ad reſpirationis organa, *ſputa*. Eodem modo vrinae reſpondent renibus, vreteribus, veſicae, mentulae. GAL. *De Criſib.* I. 7. p. 387. T. VIII.

Ξυμφέροντα δὲ ἐςὶ χωρία κενώσεσιν, ἔντερά τε καὶ γαςὴρ καὶ κύςις καὶ μήτρα καὶ ξύμπαν τὸ δέρμα καὶ πρὸς τȣ́τοις αἱ δ᾽ ὑπερῶαί τε καὶ ῥῖνες.

Conuenientia euacuationibus loca, inteſtina et ventriculus, et veſica, et vterus, et tota cutis, et ſuper haec, palatum et nares. GALEN. *Comm.* I. *in Aph.* HIPP.

ventris, vt illorum res nocentes expelli poſſint, *inteſtinis*, ad renum morbos, *vrinariis viis*, ad capitis affectus, *quae ex palato, naribus, ſaepe et auribus deſtillant* c)? Quantumuis autem iuxta morborum diſcrimen colatorii etiam ſelectus, ſiue naturae, ſiue artifici, inſtituendus eſt, vt huic vel illi hoc aliudque organon purgationis cauſſa cenſendum ſit accommodatius, icteri alui deiectionibus, hydropes vrinae fluore, arthritides tranſpiratione modeſtisque ſudatiunculis felicius cedant; tamen, certi atque definiti in iſto naturae negotio nihil ita eſt, vt vni eidemque euacuationi vnus idemque morbus adduci poſſit aut debeat, ſed ſexus, aetas d), propria vnicuique homini indoles, vitae genus, conſtitutio epidemica, regio, qua viuitur, et ſi quid aliud eſt, quod in variis variat, ſemper aliquid noui ſecum adferunt. Satius tamen ſemper eſt et maiorem ſalutis fiduciam facit, ſi tales viae apertae in morbo fuerint, quae

c) Τῇ περιπνευμονίᾳ, τὸ διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀναφέρεσθαι τὰ περιττώματα τῶν φλεγμαινόντων μορίων διὰ τὴν θέσιν αὐτῶν γίνεται καὶ διάπλασιν, ἐκροὴν γὰρ ἔχουσι ταύτην μόνην: Γαστρὶ μᾶλλον δ᾽ ἐπιπολάζει τε καὶ ἀνεμεῖται, τὰ κατ᾽ αὐτὸν μοχθηρὰ, τὰ δ᾽ ἐκ ἐντέρων, διαχωρεῖται, καθάπερ γε τὰ μὲν ἐκ νεφρῶν καὶ κύστεως οὐρεῖται: Τὸν δ᾽ ἐξ ἐγκεφάλου διὰ ῥινῶν μὲν μάλιστα, ποτὲ δὲ καὶ διὰ οὐρανίσκου καὶ ὑπερώας καὶ ὤτων ἐκκενοῦται.

PERIPNEVMONIAE, vt per aſperam arteriam educantur ſuperfluitates inflammatarum partium, propter ſitum earum et nexum, accidit; Hanc enim effluxionem habent ſolam: Ad ventriculum magis redundant et vomuntur, quae illi inſunt, nocentia; Quae autem intra inteſtina, ſeceſſu abeunt, veluti ea, quae ex renibus et veſica minguntur; Quae autem ex cerebro, per nares maxime; aliquando etiam columella, et palato, et auribus euacuantur. GAL. *De Loc. Affect.* II. 3. p. 404. T. VII.

d) Πολυθρύλλητον illud apud HIPP. paſſim: *Πρὸς ὥραν καὶ χώραν καὶ ἡλικίαν ἑτοιμάζειν τὰ ποιητέα, ad tempus, et regionem, et aetatem facienda attemperare.*

quae cauſſae eius educendae ſufficiunt, quamuis illae in vna aegritudine poſſint eſſe variae. Si febrium decurſum contemplamur, vix vnquam vnum colatorium ſufficit, nec conſueta illa, quae vrinam aut ſudorem mouent, ſola ſemper ſunt in hoc negotio. Mox vomitus cum ſpontaneis adeſt alui deiectionibus, mox menſes ſalubriter erumpunt feminae *e*). Fit etiam haud raro, vt, pro hominis indole, veluti ille, cum ſanus eſſet, excretionibus haud conſuetis vſus eſt, inſolitis, ſanguinis forte per anum, fluxionibus, tum febres, tum alii morbi, leuentur quam efficaciſſime; id quod ominoſum neutiquam eſt, dummodo bonae criſeos ſigna adſint, tempeſtiua apparitio, ſufficientia, facilitas, et euphoria *f*). Negandum tamen haud eſt, eſſe ex euacuationum numero haud paucas, quae violentiam ſolidis illatam ſupponunt, quas, licet morbum aliquantulum ſolentur, pro fide dignis et legitimis habere neminem

e) Ἐυηθεστάτοις πυρετοῖς, οὖρα ἀποχωρέοντα, διαχωρήματα κοιλίης, αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥύσις, οὔρησις πολλὴ, ἔμετος, γυναικὶ ἐπιμηνίων ὁδοί.

Optimi moris febrium eſt, vrinis turbidis, alui deiectionibus, ſanguinis ex naribus fluxu, vrinae fluxu copioſo, vomitu, et quod ad mulierem, menſium via, iudicari. HIPP. *De Iudicat.* §. 3. p. 439. T. I.

f) Τὰ δὲ ὀξέα κρίνεται, αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ καὶ ἱδρῶτος πολλȣ̃ γενομένȣ καὶ οὔρȣ πυώδεος καὶ ὑαλώδεος γενομένȣ ὑπόστασιν χρηστὴν ἔχοντος καὶ ἀθρόȣ γενομένȣ καὶ ἀποστήματος ἀξιολόγȣ καὶ κοιλίης μυξώδεως καὶ αἱματώδεως καὶ ἐξαπίνης καταῤῥαγείσης καὶ ἐμέτων ȣ̓ μοχθηρῶν κατὰ κρίσιν.

Morbi acuti iudicantur, ſanguine ex naribus fluente, die iudicatorio, et ſudore multo facto, et vrina purulenta ac vitrea facta, bonumque ſedimentum habente, et opaca reddita, et abſceſſu ſufficienter magno, et aluo pituitoſa ac ſanguinea, ex improuiſo fluxili, et vomitu non laborioſo, criſeos tempore. HIPP. *Coac. Praenot.* §. 1. p. 534. T. I.

nem decet. Has toto genere a natura abludere illique inimicas eſſe GALENVS [g]) docet, ratio vult, experientia confirmat. Nemo etiam eorum, qui vires hominis in morbo aeſtimare norunt, eſt, quin aſſenſum Scholae Galenicae praebeat, quando illa ſudores in morbis acutis haud multum optabiles eſſe pronuntiat, eosque naturae, quandoquidem tranſpirare vel madere ſatius ſecuriusque ſit, parum conſentaneos, haud raro exitiales eſſe iudicet [h]). Poſt iſtas, quibus ſolida deſtructa eſſe diſcimus, quibus etiam fluida in compactius conuertuntur, et vires hauriuntur, *euacuationes*, quas *ſymptomaticas* magis, quam criticas eſſe, effectus ſiniſter docet, nulla vnquam eſt, quibuscunque, remotioribus etiam a parte affecta locis, eueniat, quae, ſi illi optimae purgationis ſigna paullo poſt enarranda inſunt, ſalubris eſſe haud poſſit. Saepe inſolitis viis humores noxii fluunt; illacrumant ſalubriter oculi, id quod ceteroquin morboſum eſt; a vulnere, ſiue ſpontaneo, veluti ſi varices rumpuntur, ſiue per artem facto, ab vlcere quouis alioque impuro inquinamento, quod ſuper cutem efflorefcit vel arte prolectum in illa fuit, veluti HIPPOCRATES [i]) acute vidit, tan-

g) *Ἐπεὶ δ' ἂν ἀπὸ τ' αὐτομάτȣ τὶς αἱμοῤῥαγήσῃ ἢ ἐμέσας ἢ ἀναβήξας ἢ χρεμψάμενος ἢ κάτω διαχωρήσας ἢ ἐρήσας αἷμα τύχῃ: Ταῦτα μὲν ȣ̃ν ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν ἐςί.*

Si quis ſponte ſanguinem fundat, aut vomens, aut tuſſiens, aut ſcreans, aut deiiciens, aut ſanguinem mingens fuerit. Haec quidem toto genere praeter naturam ſunt. GAL. *De Cauſſ. Symptom.* III. 5. pag. 93. T. VII.

h) *Ἀμφισβητήσαι τις καὶ περὶ τῶν ἱδρώτων ὡς ȣ̓δ' αὐτῶν ὄντων κατὰ φύσιν.*

Ambiguus eſſe aliquis poſſet circa ſudores, ac ſi nec illi ſecundum naturam eſſent. GAL. Ib. II.

i) *Διέξοδοι: ȣ̃ραι, καθ' ὑςέρας, πτύαλαι, κατὰ ῥῖνας, ὄμματα, ἱδρὼς, ἐκ φυμάτων, ἐκ τραυμάτων, ἐξανθημάτων, ὁκόσα αὐτόματα, ὁκόσα τέχνῃσιν.*

Exi-

tanquam ſecundariis et ſubſidiariis naturae viis, ſalutem multi accipiunt; ſaepe capitis dolores ſputis, abſceſſibus, furunculis, varis, tinea, ſcabie, aliisque cute educendis, ſaepe alui fluxu [k]), ſopiuntur. Tanta tamque admirabilis eſt naturae vis et in deducendis ad commoda colatoria peccaminoſis rebus inſita diuinitus prouidentia, vt ſaepe, neglectis viis ordinatis, quandoquidem impedimenta adſunt, materia morbi ad organa minus ſolemnia legibus circuli deuehatur. Ita euenire ſolet in pulmonum et laterum affectibus, vt, licet propius ad aſperae arteriae fines accedere ſanguis et pus queant, veluti in capite de *transuectis ex loco ad locum morbi cauſſis* plenius exponendum erit; tamen vtraque materies haud raro vel renibus mingatur, vel aluo deiiciatur [l]), licet ſatis opportunus ille ſanitatem procurandi modus haud ſit, et plerumque male cedat [m]).

 Sa-

Exitus: vrinae, per vteros, ſaliuae, per nares, oculos, ſudor, per vlcera, ex vulneribus, exanthematibus, quae ſpontanea, quae arte. HIPP. *De Humor.* 4. p. 515. T. VII.

k) Κεφαλαλγίην λύει πύον διὰ ῥινῶν ἢ πτύελα παχέα καὶ ἄνοσμα, λύει δὲ καὶ ἑλκέων ἔκθυσις καὶ κοιλίης ῥύσις.

Cephalalgiam ſoluit pus per nares, aut ſputum craſſum et inodorum; Soluit et vlcerum eruptio, et alui fluxio. HIPP. *Coac. Praenot.* §. 2. p. 536.

l) Ἀποστήματος ποτὲ ἐν πνεύμονι γενομένου, δυνατὸν τὸ πύον διὰ νεφρῶν ἐκκαθαρθῆναι, καὶ θώρακος, διά τε τῶν ἐντέρων καὶ τῆς ἕδρας.

Abſceſſu aliquando intra pulmonem nato, poſſibile eſt, pus tam per renes expurgari, quam pectore reiici, perque inteſtina et ſeceſſum. GAL. *De Locis Affect.* loc. cit.

m) Ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη κακόν.

Pleuritide aut peripneumonia detento fluxus alui, ſuperueniens, malum. HIPP. *Aphor.* Sect. VI. 16. p. 99. T. I.

Sapienter etiam in conualeſcendi negotio ita apud naturam conſtitutum eſt, vt excretionum quaedam ſit viciſſitudo, et, quod aluo vel vrinis deiici haud potuit, quod vomitu, dum intra primas vias adhuc erat, haud ceſſit, quod haemorrhagiis abſolutum haud fuit, quae omnia, maturius contingentia, vim morborum acutorum efficaciter frangere poterant, tandem, febre magis aucta, ſudoribus educatur [n]). Satius tamen optabiliusque ſemper eſt, eiusmodi excretionibus morbos iudicari, quae eorum indoli plus magisque reſpondent, partem affectam prope tangunt, et materiem ipſam mali locis ſolemnibus ac conſuetis deriuant. Id quod agendum quando in ſe natura ſuſcipit, vt vel, quod iuſto plus eſt, minuat, vel, quod morbidum, a ſano ſegreget, et vtraque hac ratione purget corpora; opus eſt, vt in opere ſuo propter imbecillitatem ne deficiat, ſed, quod ſemel agere inſtituit, ſtrenue, et pro ſatietatis modulo, indeſinenter continuet perficiatque. Omne enim, quod in excretionibus paucum eſt ac intermittens, cum non ſufficiat, ſalutem aſſequi nequit, veluti HIPPOCRATES [o]) vbique docet, ratio

n) Ἢ ἀναλόγως ἐπισχεθῇ ἡ γαστὴρ ἢ οὖρα, τῆς ἐκκρίσεως ἐγγὺς οὔσης, ἐλπίζειν χρὴ ῥῖγος, εἰ δ' ἀμφοτέρων ἐπίσχεσις γέγονεν, οὐ πάρεισι σημεῖα ἐμέτου ἢ αἱμοῤῥαγίας, ἱδρὼς ἐξ ἀνάγκης ἔσται πολύς.

Si conuenienter contineatur aluus aut vrina, prope exiſtente criſi, ſperandus eſt febrilis horror; Si vtriusque continentia adeſt, nec adſunt ſigna vomitus aut fluxus ſanguinis, ſudor ex neceſſitate erit multus. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. *v.*

o) Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως, κάκιστον δὲ, ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

Illud, quod quid paucum compareat, inſtar guttarum, quantum et ad vrinas et ad vomitum, et ad deiectiones, malum omnino; Peſſimum autem, ſi exiguis interuallis haec repetantur. HIPP. *Coac. Praenot.*

ratio ſuadet, vſus confirmat. Relinquuntur enim, ſi haec ita fiunt vel in toto homine, vel in eius partibus mortis vel noui morbi cauſſae, quandoquidem, veluti febres, ictérus, hydrops et inumeri alii morbi in moribus habent, ob vacuationes minus abſolutas, priſtina infirmitas malo reuertitur augurio p). Vt autem intelligas, euacuationes criticas decentes eſſe, tum ad ea, quae purgantur, vtrum ea ſint, quae oportet, tum ad effectus, qui abinde conſequuntur, reſpiciendum eſſe, ex HIPPOCRATE GALENVS q) docet, inque euphoria aegrotorum, niſi mendax illa eſt, et ſtupor magis, quam quies, ſed apparente et ſtabili, poſt fluxiones conuenientes, criſeos legitimae ſignum collocat, et ſi contraria his fiant, malè ſperare iubet. Verum enim vero, non leuis ille labor eſt, nec parui conſtat, illud efficere, quo ſanitas, expulſis de corpore rebus noxiis, reſtitutis ſalutaribus, homini cum actionum conſtantia reddatur atque obfirmetur. Adſunt enim,

 quo

p) *Λείψανα τῶν μοχθηρῶν χυμῶν, ἐγκαταλιπόμενα μετὰ κρίσιν, ὑποστροφώδεα.*

Reliquiae morboſorum humorum, ſuperſtites poſt criſin, excitantur de nouo, morbusque reuertitur. GAL. *Comm.* II. *in Aphor.* HIPP.

Στάξιες αἱ ἐλάχισαι κακαί.

Stillae minimae, malae. HIPP. *Coacae Praenot.*

Μικρὰ ἀποστάζειν ἔχει τι δύσκολον.

Minima ſtillaré, aliquid difficultatis habet. HIPP. *Coac. Praenot.*

q) *Ἐν τῇσι ταραχίῃς τῆς κοιλίης καὶ τοῖσιν ἐμέτοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵη δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον.*

In perturbationibus alui, et vomitibus, ſi, quae oportet purgari, purgentur, conducit, et aegri facile ferunt; Similiter in vaſorum euacuationibus, ſi talis, qualis fieri debet, fiat, conducit, et aegri facile ferunt; Sin minus, contrarium. GAL. *Comment.* I. *in Aphor.* HIPP.

quo leuior grauiorque morbus fuerit, faciliores difficilioresque ſuperatu reſiſtentiae, quarum expugnandarum ſtudio delata vitae vis, ingenitas ſibi facultates, minore vel maiore motuum, quos criticos vocamus, contentione exercet. Aliquando ea eſt naturae voluntas, vt debita ad vitam ſanam fluiditas reſtituatur, viae minimae aperiantur, viſcida concidantur, quod eſt reſoluere [r]), hinc tamen eiicere, cum ſola reſolutio ad morbos curandos nullo exemplo ſufficiat; Eo autem maior intenſiorque eſt colluctatio, ſi ſanguis iuxta arteriarum apices ita ſubſiſtat, vt in ſerum ſolui, et ad venas reduci haud poſſit [s]), quae febrium malignarum et inflammatoriarum in gangraenam procliuium eſt indoles. Incuneati intra viarum anguſtias humores [t]) motu indigent, qui propulſioni in venas par ſit, efficaciſſimo; omnium enim humorum difficillimus eſt viſcidus ille, qui propter diſpoſitionem inflammatoriam *ἀπὸ τοῦ φλέγειν*, *phlegma* dicitur, vtpote qui tenacius firmiusque minimis inhaeret, quam fluidum, quodcunque illud ſit, aliud [u]). Quapropter, qui inde

r) *Εὔρουν ἔσαι, τῶν μὲν πόρων ἁπάντων ἀνασομωθέντων, τῶν δὲ ὑγρῶν τμηθέντων καὶ λεπτυνθέντων, ὅπου τι παχὺ καὶ γλισχρὸν ὑγρὸν ᾖ κατὰ τὸ σῶμα.*

Fluidum erit, ſi meatus omnes recluſi fuerint, humida concidantur et attenuentur, vbicunque craſſum quid et glutinoſum humidum exiſtat in corpore. GAL. *Comm.* II. *in Aphor.* HIPP.

s) *Τὰ δυσαπόλυτα καὶ δυσανάγωγα τῶν κατὰ τὰς ἀρτηρίας ὑγρῶν.*

Indiſſolubilia et irreducibilia eorum, quae iuxta arterias ſunt, fluidorum. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* I.

t) *Σφηνοῦσθαι κατά τινας τῶν σενοχώρων ὁδῶν.*

Incuneari iuxta quasdam anguſtiorum viarum. GAL. *Comm.* II. *in Prognoſt.* HIPP.

u) *Ἰσχυρῶς γλισχρὸν ἐμπλάττεται δυσαπολύτως τοῖς μορίοις.*

Firmiter viſcidum infigitur, difficulter reſoluendum, partibus. GAL. *Comm.* II. *in Prognoſt.* HIPP.

inde proueniunt morbi, veluti exemplo viſcidi pulmonibus inhaerentis clarum eſt, quod maximo conatu tuſſique ferociſſima difficulter elicitur [x]), conatus, quibus conualeſcendum eſt homini, inſunt valentiores, ſymptomata critica grauiora eueniunt, euentus in ancipiti ponitur. Quodſi autem ſolutu difficilior ſit viſcidi intra viſcus ſcirrho oppreſſum tenacitas [y]), propterea, quod extremi vaſorum apices non tam anguſtiores facti, quam prorſus excaecati [z]) ſunt, langueſcunt naturae motus, quandoquidem inanis labor eſt nihilque illo proficitur. Fiunt ergo *febres lentae*, *maraſmodeae*, et morbus cum homine, ambiguum interea ſtatum ſeruante, ſeneſcit. Alia autem et a priore haud parum diſcrepans eſt naturae ad motus criticos deſtinatio, ſi non tam propter humores immotos atque tenaces, ſed propterea, quod plus fluidi [a]) vaſis inſit, quam quod capi ab illis et circumduci poſſit, et propter plethoram, ſiue ſanguinis, ſiue ſeri, ſiue totius hominis, ſiue quorundam eius viſcerum, actiones variae laeduntur. Tunc enim, ne quid eorum, quae propter plethoram fieri poſſunt ac ſolent, eueniat,

 eua-

x) Ἐνίσχεται (τὸ γλισχρὸν) προσκωλλόμενον ταῖς σήραγξι τοῦ πνεύμονος.
Inhaeret glutinoſum, adglutinatum fiſtulis pulmonum. GAL. L. cit.

y) Γλισχρὸς καὶ παχὺς χυμὸς δυσλύτως ἐμπλαττόμενος τοῖς σκιῤῥουμένοις μορίοις.
Viſcidus et craſſus humor, inſolubiliter infixus ſcirrho affectis partibus. GAL. *Therap. ad* GLAVCON. II. 6. p. 378. T. X.

z) Τὰ στόματα τῶν πόρων οὐ στεγνοῦται μόνον, ἀλλὰ καὶ παντελῶς τυφλοῦται πολλάκις.
Oſcula meatuum non anguſtantur tantum, ſed penitus excaecantur ſaepe. GAL. *De Cauſſ. Morb.* II. c. 7. p. 26. T. VII.

a) Περίττωμα πάμπολυ, στένωσις σφόδρα.
Superfluitates multae, anguſtia magna. GAL. Ib.

euacuationes, quae humori reſpondent, per motus ſingulares, ad hunc finem proſpicientes, inſtituuntur et eo vſque continuantur, donec menſurae inter ſolida atque fluida aequalitas reſtituta ſit. Ille autem, qui viribus vitae datus eſt, impetus efficere ſemper haud poteſt, vt neceſſariae humorum verſus locos debitos deſtinationes, ſufficienteſque eorum fluxiones celebrentur quam expeditiſſime; nam excernendorum copia et organorum ineptitudo, quo minus fieri poſſit, quod factu opus eſt, vehementer ſaepe impediunt: Fit ergo ſecundarium quoddam opus, quod excretionibus vtcunque aequiualet, vt, qui ſecedere prorſus nequeunt humores, per totum diffundantur hominem, et ad alias eius partes transferantur [b]). Incerta omnino, vaga atque lubrica eſt humoris eiusmodi morboſi, qui per debitum ſibi organon expurgari haud potuit, deſtinatio. Mox huc, mox illuc transferuntur rheumata; ex pede dolente cauſſa mali venis abſorpta, cordi reddita, pulſu arteriarum applicatur, vti caſus quidem fert, mox nobiliori viſceri, mox alii, quod ad vitam minus confert [c]), malo ſane aegrotorum fato, ſi virus illud animale ad nobiliores partes, poſtquam

b) Ἡ στενοχωρία βλάπτει τὴν διάκρισιν, τὸ δὲ πλῆθος τοῦ περιττώματος, ὅταν ἄμετρον ᾖ, πᾶν ἐκκαθαρθῆναι μὴ δυνάμενον, ἅμα τῷ αἵματι πανταχόσε φέρεται τοῦ σώματος.

Anguſtia corrumpit ſecretionem, et multitudo abundantium humorum, ſi vltra capacitatem vaſorum ſit, cum omnis expurgari haud poſſit, ſimul cum ſanguine, vndiquaque per corpus circumfertur. GAL. *De Symptom. Cauſſ.* II. 2. p. 65. T. VII.

c) Μοχθηροὶ χυμοὶ ἄλλοτ᾽ εἰς ἄλλο μόριον, ἐνίοτ᾽ εἰς κύριον μεθιστάμενοι, ἐνίοτε δὲ εἰς ἄκυρον.

Laborioſi humores, in aliam aliamque partem, aliquando in principem transeunt, aliquando ad ignobiliorem. GAL. *Comm.* I. *in* HIPP. *Prorrh.*

quam purgari haud potuit, delatum eſt [d]). Admirabilis ſane eſt migrantis eiusmodi materiae, qualiscunque ſit, indoles, vt, veluti in arthritide vaga contingit, fulmineo quodam impetu vis morbi ex parte ad partem conuertatur, et aegritudinem [e]) illa, quae prius fuit, peiorem inducat. Cum enim ad perfectam morbi expeditionem, quae in ſalutem cedat, requiratur, vt vna vel plures ex illis, quae materiam malorum purgare ſolent, fluxionibus locum inueniat, fieri ſane aliter nequit, quam quo, ſi via regia procedere natura nequit, diuerticulum quaerat alicubi, ſeruandi corporis ſtudio, hinc ad partes corporis varias ſecedant inquinamenta, inque ſolidum quid, difficulter poſtea mouendum, concreſcant [f]). Neutiquam autem fortuitus ille eſt caſus, vt perinde ſit, quorſumcunque malus humor vergat, nec etiam ſoli naturae voluntati, quamuis facultas iſta principio vitali deneganda prorſus haud eſt, ille euentus tribuitur, ſed mechanicae, cur il-

d) Ἡ μετάῤῥυσις ἄλλοτε κατ᾽ ἄλλο μέρος γινομένη.
Transfluxio ex parte ad partem facta. *Ibid.*

e) Ἁι εἰς τὰ κύρια μέρη μετάῤῥοιαι διαφθέιρουσι τὸ ἐπιεικές.
Ad nobiliores partes factae transfluxiones, corrumpunt id, quod fieri par eſt. *Ibid.*

f) Τῶν ζώων ἡ φύσις ἐστὶν ὅτε τοὺς ἐν τοῖς κυρίοις μέρεσι μοχθηροὺς χυμοὺς ἐκκενοῦσα, τινὰς μὲν δι᾽ οὔρων ἢ ἐμέτων ἢ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκρίνει, τινὰς δὲ ἐξωθεῖ μὲν ἐπὶ τὸ δέρμα· κενῶσαι δ᾽ οὐ δυναμένη διὰ τὸ πάχος, ἀποτίθεται ταύτῃ, φύματα δὲ ἐν τῷ σώματι οὕτω γίνεται.

Animalium natura quandoque nobiliorum partium prauos ſuccos euacuans, quosdam quidem per vrinas, vel vomitum, vel imum ventrem proiicit, quosdam autem ad cutem propellit. Euacuare autem haud valens, propter tenacitatem, deponit alicubi, et infarctus in corpore ſic fiunt. GAL. *Comm.* II. *in Aphoriſm.* HIPP.

lud ita fiat, rationes ſubſunt. Quodſi enim, veluti GALENVS g) haud ignorauit, quocunque vel regiminis, vel therapiae peccato, vel inſufficiente ad motus robore vitali, vel excernendorum copia, criſis legitima, euacuatione debita, haud contingit, transfluunt retenta et in partes magis imbecillas *) deferuntur. Quapropter vel ad glandulas, vel ad extrema, vtpote quibus textura laxior per indolem ſuam data eſt, conuertitur humoris reſiduum h). Maior

g) Τινὸς συμβάντος ἁμαρτήματος οὐκ ἔτ᾽ αὐταρκεῖ μόνα τὰ φυσικὰ τῶν ὀργάνων ἀποκαθαίρειν τὸ πλῆθος τοῦ περιττώματος, κᾀν τούτῳ κατασκήπτει ῥεύματα τοῖς ἀσθενεστέροις μορίοις, στενωθέντων τῶν ἐκκαθαιρόντων αὐτὰ πόρων.
Accidente quodam peccato, non ſola ſufficiunt naturalia organa ad expurgandam ſuperfluitatum copiam, et propterea incidunt rheumata debilioribus partibus, in anguſtiam coactis, qui illa purgant, meatibus. GAL. *De Cauſſ. Morbor.* c. 7. p. 26. T. VII.

*) Contra hanc veterum *de iudicatione morborum* doctrinam nuper quaedam motae ſunt dubitationes, ſed leues illae, et profectae a iudice, qui, dum audacter negat ſine vlla comprobatione, videtur non ſatis habitaſſe cum natura. Hinc multis reſpondere contra non lubet. *G.*

h) Ἐι μὲν δή τις ἀθρόως ἀπηλλάγη τῆς νόσου, πάντως μὲν τούτῳ κένωσις ἀξιόλογος ἀπήντησε, δι᾽ ἐμέτων, ἢ γαστρὸς, ἢ ἱδρώτων, ἢ οὔρων, ἢ αἱμοῤῥαγίας ἐκ ῥινῶν, ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐξ ἕδρας, ἢ καταμηνίων φορᾶς ἐπὶ γυναικῶν· ἀλλὰ καὶ παρωτίδων ἀπήλλαξεν οὐκ ὀλίγους ἐν καιρῷ τῷ δέοντι, καὶ εἰς γόνατα, καὶ εἰς πόδας, καὶ εἰς ἄλλο τι καὶ ἄλλο τῶν ἀκύρων μορίων ἀπόσκημμα.
Si quis ſincere reuerſus eſt ex morbo, omnino quidem huic vacuatio fide digna occurrebat, per vomitus, aut aluum, aut ſudores, aut vrinas, haemorrhagias narium, aut ſanguinis ex ano fluxus, aut menſium deiectiones in feminis. Enimuero etiam *ille ad* parotides, conuertebat haud paucos, ſi in legitimo tempore, et *ille*, qui in genu, et pedes, et in aliam aliamque ex ignobilibus partem iuit, decubitus. GAL. *De Criſib.* III. 7. p. 437. ſequ. T. VIII.

Maior tamen ſemper eſt morbi metaſtaſin paſſi difficultas; nam vel imperfecta illa criſis eſt, vel omnino pernicioſa [i]). Neutiquam autem ad culpoſam materiae morbificae verſus partes proiectionem referendi ſunt illi decubitus, quos morborum indoles ſecum adfert, ſiue in aliqua parte firmentur, vti arthritides fixae id volunt, ſiue in toto homine circumeant, vti arthritides vagae et rheumata in moribus habent [k]). Saepe etiam vagae quaedam et inſtabiles euacuationes, per metaſtaſin in locum legitimarum ſurrogatae, tamen morbum ſoluunt, quales ſunt ſudorum deiectionumque alui viciſſitudines, retrograda iterumque reuerſa exanthemata [l]). Quicquid autem illud eſt negotii, quod vitae ſeruandae cauſſa

i) Ἡ παρώτιδες ἢ τ' ἄλλα ἀποσκήμματα, σύμπαντα καὶ κρίσιμα καὶ ȣ̓ κρίσιμα γίγνεται κατὰ διττὸν τρόπον, ἢ τῷ μήδ' ὅλως ποιῆσαι κρίσιν, ἢ τῷ κακῶς ἐργάζεσθαι.

Aut parotides, aut alii decubitus, et iudicare valent, et minus valent, duplici ratione, dum vel perfecte criſin haud faciunt, vel male efficiunt. GAL. lb. I. 14. p. 398.

k) Σκεπτέον εἴτε σύμπαν ἤδη τὸ περιττὸν ἡ φύσις ἐναποτίθεται τοῖς πεπονθόσι μέρεσι, εἴτ' ἐςὶν, ὅτι καθ' ὅλον τȣ͂ ζώȣ τὸ σῶμα μοχθηρῶν χυμῶν περιȣσία.

Diſpiciendum, vtrum totam iam ſuperfluitatem natura depoſuerit intra partes affectas, an potius in toto animalis corpore ſit ſuperuacaneum iſtud. GAL. *Comment. II. in Aphor.* HIPP.

l) Ἐνίοτε δ' ȣ̓κ εἰς τὸ δέρμα τὴν ὁρμὴν, ἀλλ' εἰς τȣ̀ς ἔσω τόπȣς ποιησαμένη, (ἡ περιȣσία) δι' ἐμέτων τε ἅμα καὶ διὰ κάτω γαςρὸς ἐκκενȣ͂ται, πολλάκις δὲ εἴσω τε καὶ ἔξω κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἠνέχθη.

Aliquando non verſus cutem, ſed ad internas partes impetum faciens abundantia, per vomitum ſimul et imum ventrem euacuatur; Saepe etiam et ad intra, et ad extra, eodem die, delata eſt. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* III. 1. p. 84. ſeq. T. VII.

cauſſa ſuſcipitur, non poteſt non aliquo et tali impetu, qualem morbi et cauſſarum obluctantium vis poſtulat, expediri. Quapropter illo tempore morborum, quo robur vitale magna contentione morbidum a ſano ſeparare intendit, maiores, quam quae paullo ante erant, afflictiones aegrotus perſentiſcit, quod παροξύνεσθαι, *exacerbari*, ταράττεσθαι, *perturbari*, dicitur. Ipſe ille tumultus, quo vires hominis efferuntur, dum penes virtutem vitalem decretum eſt, extrema quaeuis pro vita lucranda pati atque agere, ταραχὴ, *perturbatio critica* m), appellari ſueuit, quandoquidem tranquillitas aegroti eo tempore, quo criſis conſecutura eſt, plus magisque laeditur n). Magna etiam illius intra hominem factae commotionis eſt neceſſitas. Placide enim ſolui humorum lentores, acredines, infarctus et ſolidorum vitia quaeuis nequeunt o), ſed conflictus

m) Καὶ μὲν δὴ προηγεῖται, καὶ συνεδρεύει οὐ σμικρὰ ταραχὴ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ κάμνοντος, παραπαίουσί τε καὶ δυσπνοοῦσι, καὶ ἀσώδεις εἰσί.

Et quidem praecedit ac concurrit non leuis perturbatio in corpore aegroti; delirant enim, et anheloſe reſpirant, et inquiete ſe iactitant. GAL. *De Criſib.* III. 2. p. 438. T. VIII. *)

*) Cf. Si placet *De Dieb. Decret.* I. 1. p. 451.

n) Προηγουμένην ἁπασῶν τῶν ὀξυῤῥόπων ἀλλοιώσεων ταραχὴν ὀνομάζειν ἐθέλοι τις.

Praecedentem omnes ſubitaneas mutationes perturbationem appellare quis poſſet. GAL. Ib. I. 1. p. 377.

Δυσφορία προηγεῖται κρίσεως ἁπάσης.

Maior mali ſenſus praecedit criſin omnem. GAL. *ad* GLAVCON. *Therapeut.* I.

o) Χρὴ, εἰ μέλλοι βεβαίως παύεσθαι, μέγα τι καὶ ἰσχυρὸν νόσημα προηγεῖσθαι τῆς λύσεως.

Oportet, ſi perfecta quies futura eſt, magnum et validum morbum praecedere ſolutionem. GAL. *De Dieb. Crit.* I. 1. p. 451.

ctus aliquis eſto, quo compulſa cauſſa morbi cedat criſisque conſequatur [p]). Id quod, licet in omnibus morbis ita euenire ſolet, vt maior mali ſenſus criſin praecedat; in febrium tamen exacerbationibus longe id fit manifeſtius, dum, quod paroxyſmum antecedit, quodque ipſam exacerbationem conficit, tempus luctuoſius omnino eſt illo, quod conſequitur [q]). Poſtquam enim, quantum ad intermittentes, frigus febrile magno et tremebundo muſculorum motu, quem ſuſpirioſa reſpiratio comitatur, cauſſam, quae maiorem morbum, ſi manet, factura eſt, vehementer excuſſit minimis viſcerum locis, tandem, poſt aeſtus coctionis gratia excitatos, ſudor cum euphoria conſequitur [r]). Eſt adeoque in horrore febrili ſingularis quaedam vis atque efficacia, tum alios humores, tum ſanguinem ipſum verſus colatoria debita compellendi,

p) *Σφοδρὰ καὶ ἀγωνιστικὴ κρίσις.*
Vehemens et luctuoſa criſis. GAL. *De Criſ.* III. l. c.

q) *Μελλέσης παρεῖναι τῆς κρίσεως, προηγεῖται ἐ σμικρὰ ταραχὴ κατὰ τὸ τῦ κάμνοντος σῶμα, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῦ προκριτικῦ παροξυσμῦ νύκτα.*

Criſi apparitura, praecedit non parua perturbatio in aegroti corpore, maxime in ea nocte, quae inſtantem criſin praecedit. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tr. V.

Ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τετέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τῦ παροξυσμῦ, ἐπιῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.
Quibus criſis fit, his nox eſt difficilis, quae ante paroxyſmum; quae ſequitur, facilior vt plurimum. HIPP. *Aph.* Sect. II. 13. p. 73. T. I.

r) *Τῆς κινήσεως καὶ φορᾶς αὐτῆς τῆς φύσεως ἅμα τε σύμπτωμα καὶ σημεῖον ἐστὶ τὸ ῥίγος, καὶ δὴ καὶ ἱδρῦσι τἐντεῦθεν οἱ ὕτω ῥιγώσαντες.*
Motus atque impetus naturae ſimul et ſymptoma et ſignum eſt frigus; nam et ſudant abinde ita frigentes. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* l. c.

di, vt propterea et ſignum ſit ſaepe ſalutare horror ſuperueniens: Indicat enim, pus generari intra abſceſſus, excretiones imminere cruentas [s]), et alia quam plurima, quod exponere nunc longum foret, ſalutis cauſſa perfici. Solent ergo penes febres iſtas algidas eo copioſiores eſſe ſudores, aeſtusque eo eſt remiſſior, quo tremebundum magis fuerit frigus, vt hinc intelligere poſſis, ſudores frigoris modulum ſequi, et ſalutarem motus huius critici effectum eſſe. Nec enim ante, quam vbi aeſtus ſeſe remiſerit, ſudores apparent [t]), veluti in magnis muſculorum motibus parcior eſt ſudor illo, qui quieſcentibus a curſu aut alio graui labore ſuperuenit [u]). Neque vero et vrinae durante paroxyſmo febrili turbantur, ſed abſoluto demum eodem,

s) Ῥίγη, μείζονα τὴν κίνησιν ἐργαζόμενα ὅλȢ τȢ͂ σώματος καὶ τȢ͂ καθ' ἑαυτὸ πλεονάζοντος αἵματος, ἐπεγείρει τὴν φύσιν εἰς ἀπόκρισιν τȢ͂ περιττȢ͂.

Frigora, maiorem motum facientia totius corporis et abundantis in illo ſanguinis, excitant naturam ad ſeparationem ſuperflui. GAL. *Comm. III. in III. Prorrh.* HIPP.

Περὶ τὰς γενέσιας τȢ͂ πύȢ οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ μᾶλλον, ἢ γενομένȢ.

Circa generationes puris, dolores et febres magis, quam vbi illud factum eſt. GAL. *De Tot. Morb. Temp.* c. 1. p. 293. T. VII.

Ὑπὸ καύσȢ ἐχομένῳ ἐπιγενομένȢ ῥίγεος λύσις.

Ab ardente febre correpto, ſuperueniente horrore, ſolutio. GAL. *De Criſ.* II. 6. p. 415. T. VIII.

t) Οὐδ' οἱ πονȢ͂ντες, ἀλλ' ὅταν παύσωνται, μᾶλλον ἱδρȢ͂σιν.

Non in ſummo morbi ſtatu, ſed vbi quieuerunt aegri, magis ſudant. THEOPHR. *De Sudor.*

u) Διαλείποντες τȢ͂ τρέχειν ἢ παλαίειν μᾶλλον ἱδρȢ͂σιν.

Qui deſiſtunt a curſu aut palaeſtra, magis ſudant. THEOPHR. Ib.

dem, ſedimentum ponunt, nec alui deiectiones, nec vlla alia ex ſpontaneis euacuationibus in omni morborum decurſu procedunt, niſi magnus aliquis conflictus intra hominem, in quacumque demum ſenſione triſti conſiſtens, praecedat [x]). Quae omnia prouidentiae [y]) virtutis vitalis et ingenitis homini facultatibus [z]), bonitate viſcerum ſuffultis [a]), debentur. Si tamen, ſiue in febribus, penes quas perturbationes criticae et frequentiores et vehementiores eſſe ſolent, ſiue in morbis longis, ad proximam, quae corpus ad criſin inſtigat, cauſſam reſpicias, pro triplici iſta, qua morbi conuertuntur, ratione, vt reſoluatur, vt coquatur ſimulque euacuetur, vtque transferatur ad partes mate-

x) Ἐπειδὰν ἡ φύσις ἐπάγηται πρὸς ἔκκρισιν, ἀξιόλογος ἐν τῷ σώματι γίνεται ταραχή.

Si natura excitatur ad euacuationem, notatu digna in corpore fit perturbatio. GAL. *Comm. III. in* HIPP. *De Diaeta Acut.*

y) Ἱδρὼς, ἢ γαστρὸς διαχώρησις, ἢ οὖρα, τοῖς ἀρρωστοῦσι γίνεται μὴ ὅτι βεβλαμμένης ἐνεργείας τινὸς, ἀλλὰ καὶ μετὰ ῥώμης καὶ προνοίας τοῦ ζώου.

Sudor aut aluina excretio, aut vrina, infirmis fit, non ob facultatem aliquam laeſam, ſed ſecundum robur et prouidentiam animalis. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 3. p. 20. T. VII.

z) Ἡ κίνησις ἅπασα συμφύτου δυνάμεως ἐστὶν, ἣν ὀνομάζειν ἔθος ἡμῖν ἐκκριτικήν τε καὶ ἀποκριτικήν.

Motus omnis connatae virtutis res eſt, quam nominare conſuetudo nobis excretoriam et ſecretoriam. GAL. *De Cauſſ. Sympt.*

a) Εὔπνοιαν χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην, ἐν ἅπασι τοῖσι ὀξέσι νοσήμασιν ὅσοι ξὺν πυρετοῖσιν ἐστί.

Liberam reſpirationem oportet exiſtimare, magnam vim habere in morbis acutis, quotquot cum febribus ſunt. HIPP. *Prognoſt.*

materia, vario etiam modo impetus internos hoſce excitari videbis. Vt enim aliquid diſiiciatur, vel ab acredine remittat, ac organis excretoriis adaptetur, aeſtu [b]), qui a cordis et arteriarum motu pendet, opus eſt; Vt etiam cauſſa morbifica ex loco in locum migret, inque partibus ad vitam minus neceſſariis ſubſiſtat, vi cordis haud excluſa; ipſius materiae ſumma mobilitas accuſanda erit, qua fit, vt illa leuibus quibusuis offenſionibus, veluti penes exanthemata videmus, diſiici et ſanguini de nouo admiſceri, hinc vehementes motus concitare poſſit [c]). Quantum autem ad motus iſtos criticos, qui euacuationes procurant, attinet, oportet illos adeſſe; Molliter enim humores ad conueniens, quo purgari poſſunt, organon motu cordis et impetu ſpirituum haud feruntur, ſed fluxiones quasuis, extra corpus factas, aliasque, praecedit triſtis intra aegrotum ſenſio et tumultus aliquis, qui impulſui cauſ-

b) Καῦμα καὶ φλογμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ καὶ γένηται παχύτερα.

Aeſtus et ardor extremus eſt ad certum terminum aliquem, donec ſcilicet, quae fluere debent, coquantur et craſſiora fiant. HIPP. *De Vet. Medicina.*

Παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα πρὸς τὴν κρίσιν ἰούσης τῆς νόσου.

Incraſſari oportet excrementum quoduis, ad criſin procedente morbo. HIPP. *Prognoſt.*

c) Οἱ χυμοὶ ἐν κινήσει σφοδροτέρᾳ καὶ μεταῤῥύσει ἐκ μορίων εἰς μόρια ἐνοχλοῦσι τὸν ἄνθρωπον κινοῦντες καὶ γαργαλίζοντες καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐπιτρέποντες, ἀλλ᾽ αὐτοί τε κινούμενοι καὶ μεταῤῥέοντες, ἐνοχλοῦντες τῇ τοσαύτῃ φορᾷ τὸν κάμνοντα.

Succi in motu vehementiore et transfluxione ex partibus ad partes, perturbant hominem mouentes et irritantes et quieſcere haud ſinentes, ſed ipſi commoti et transfluentes, turbant hoc ſuo impetu aegrotantem. GALEN. *Comm. I. in Aph.* HIPP.

cauſſarum agentium ſoli non debebitur [d]). Eſt enim in humoribus ipſis quaedam acredo, quae ſecundum leges machinae vitalis, ſenſu ſtimuli, corpus ad notabiles motus excitat, et perturbationum criticarum cauſſa eſſe poteſt, prout antiqui haud ignorauerunt [e]).

d) Τὰ λυπȣ̃ντα τῷ βιαίῳ σεισμῷ καὶ κλόνῳ ὠθȣ́μενα φέρεται πάντη πρὸς τȣ̀ς εἰκόντας τόπȣς, τὰ μὲν εἰς τὴν ἄνω, τὰ δὲ εἰς τὴν κάτω γαςέρα, τάδ' ἐπὶ τὸ δέρμα, πρὸς τȣ̀κτός.

Res affligentes valido motu et tumultu propulſae feruntur paſſim ad conuenientes locos, quaedam ad ſuperiorem, quaedam ad imum ventrem, quaedam ad cutem extrorſum. GAL. *De Cauſſ. Sympt.*

e) Ὅταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, ἣν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, οἷαι ἆσαι καὶ καῦμα, καὶ ἀδυναμίαι κατέχȣσιν; Ἀπαλλασσόμενοι δὲ τȣτέȣ ἐνίοτε καὶ καθαιρόμενοι ἢ αὐτόματοι, ἢ ἀπὸ φαρμάκȣ, ἢν ἐν καιρῷ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων, καὶ τῆς θερμῆς ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' ἂν χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἄκρητα, μηχανὴ ȣ̉δεμία, ȣ̉́τε τῶν πόνων παύσασθαι, ȣ̉́τε τῶν πυρετῶν.

Si iſta amaritudo effunditur, quam bilem flauam appellamus, quales inquietudines, aeſtus, debilitates, hominem tenent? Hoc autem humore priuati, aliquando purgati vel ſponte, vel pharmaco tempeſtiuo, manifeſte doloribus et aeſtu leuantur. Quamdiu autem illi turgeſcunt, vel crudi ſunt, nec mixti, nulla ratio adeſt, qua fiat, vt vel dolores, vel febres quieſcant. HIPP. *De Vet. Med.* §. 34. p. 33. T. I.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XI.

DE SYMPTOMATIBVS SIGNISQVE CRITICIS.

Cauſſae morbificae vi compulſae de corpore excedunt; propterea omni morbo ſolemnis eſt critica quaedam exacerbatio. Attamen ille principii agentis in res, humoribus atque ſolidis inhaerentes, impetus pro reſiſtentia earum ita variat, vt mox luctuoſiſſimi quidam circa criſes morbi ſint, mox pro leuitate et obſequio materiae tám molliter procedant alii, vt motus criticos illis ineſſe vix ſentias. Quare etiam haud pauci ſine notabili euacuatione conuertuntur, veluti eſt intra quasdam diarias febres aliosque morbos, a vi vitae, dum iuxta principia adhuc ſunt, iugulatos. Hos *lyſi*, non *criſi* mutari GALENVS [a]) vult, lyſeosque indolem in eo conſiſtere aſſerit, vt illam motus aliquis vehemens intra hominem haud praecedat, dum criſes praeuia conſpicua quadam commotione celebrari opor-

a) *Ὥσπερ δὲ ταῖς κρίσεσιν ἐξ ἀνάγκης ἤτοι κένωσις ἀξιόλογος, ἢ πάντως ἀπόσκημμα μετὰ τινὸς ὀξέιας γίνεται ταραχῆς, οὕτως ταῖς λύσεσιν οὔτε σάλος οὐδεὶς, οὔτε κένωσις, οὔτε ἀπόσκημμα συμπίπτει.*

Veluti autem in CRISIBVS ex neceſſitate aut vacuatio fide digna, aut omnino eiectio quaedam ad extrema, poſt vehementem aliquam perturbationem, ita LYSIBVS nulla nec perturbatio, nec euacuatio, nec eruptio ad extrema contingit. GAL. *De Criſib.* III. 7. p. 438. T. VIII.

oporteat. Verum HIPPOCRATES [b]) omnes, qui ſine motuum internorum perceptione abeunt, morbos inſidioſos eſſe pronunciat, qui aliquando ſint redituri, et maiorem noxam ſecum allaturi. Veluti ergo in vita communi ex vno malo naſcuntur plura, et nulla calamitas ſola eſt; ita morbi, dum per ſuas aetates decurrunt, ſiue in ſanitatem, ſiue in mortem, ſiue in nouam aegritudinem exeant, cauſſae fiunt nouarum afflictionum, quae ideo, quod accidunt, *συμπτώματα*, quod ſuperueniunt, *ἐπιγενήματα* appellantur. Licet enim antiquis *ſymptoma* ſaepe dicatur triſtis ſenſio quaeuis, quae ſano homini ſuperuenit, ſitque vocis huius eadem, quae morbi eſt, acceptio [c]); Attamen ex antiquiore HIPPOCRATIS ſchola ſi rem repetas, ſymptomatum indoles eſt, primario morbo accedere, ſiue iuxta eius principium illa appareant, ſiue ſuperueniant ſerius. Horum quaedam morbis ſemper adſunt, et vix quidquam ab illis differunt, quaedam, vti ex eſſentia morbi haud ſunt, ſeparatim ab illis conſiderari poſſunt; Superueniunt enim, tanquam effectus motuum criticorum, et illo tempore apparent, quando vis vitae aliquid, ſuperandae cauſſae morbificae gratia, molitur. Quare etiam ſymptomatum criticorum titulo inſigniri ſolent, quae, ſi proficua ſunt, et cauſſam commouent, *ſalutaria*; Si vltra vires hominem affligunt, ſi a cauſſa rebelli eiusdemque contra vim vitae niſu naſcuntur, ſi ſeparationem morbidi a ſano impediunt, a vi vitae debili, ab introductis peregrinis, ab euacuationum legitimarum

 impe-

b) *Νόσȣ ἀταραξίη μῆκος σημαίνει.*
Morbi DECVRSVS ſine perturbatione, eius prolixitatem indicat. HIPP. *Praecept.*

c) *Πᾶν, ὅτιπερ ἂν παρὰ φύσιν συμβαίνει τῷ ζώῳ, σύμπτωμά ἐςι.*
Omne, quidquid praeter naturam accidit animali, SYMPTOMA eſt. GAL. *De Sympt. Differ.* c. I. p. 32. T. VII.

impedimentis, et omni illo, quod a legibus conualeſcendi abludit, oriuntur, *inſalubria* d) appellari ſueuerunt. Horum apparitio cum illo tempore coincidit, intra quod motus critici a natura inſtituuntur. Qua propter etiam, quia temporis intra morbos momentum, cauſſarum, vti mobiles vel firmius infixae partibus ſunt, indolem, vitae ſuperſtitis robur, et varium morbi euentum ſignificant, *Signa critica*, vario reſpectu, nominari poſſunt ac ſolent e). HIPPOCRATES ſigna, quae morbum hoc alioue modo ſolui indicant, ſiue ab excretis eorumque conditionibus, ſiue tantum ab actionibus laeſis, ſiue ab habitu corporis deſumantur, mixto ſignificatu etiam pro ſymptomatis accipit, vt adeoque a natura rei alienum haud ſit, de ſymptomatis ſignisque criticis ſimul exponere f). Neutiquam autem ita cum illis

d) *Συμπτώματά τε καὶ σημεῖα, τὰ μὲν ἐστὶ παθογνωμονικὰ, τὰ δὲ συνεδρεύοντα, τὰ δὲ κρίσιμα, τὰ δὲ πέψεως, ἔνια δὲ ἀπεψίας, καὶ τὰ μὲν σωτηρίας, ἄλλα δὲ ὀλέθρου δηλωτικά. τὰ μὲν οὖν παθογνωμονικὰ συνεισβάλλει τῷ νοσήματι, τὰ δὲ συνεδρεύοντα. ποτὲ μὲν συνεισβάλλει, ποτὲ δ' ἐπιγίνεται, οὐ γὰρ ἀχώριστα ἐστὶ τοῦ νοσήματος, οὐδὲ τὴν οὐσίαν αὐτῶν συνίστησιν.*

Symptomata et ſigna, alia quidem a morbo ſunt inſeparabilia, alia eidem ſuperueniunt, quaedam morbo ſoluendo ſunt idonea, quaedam, dum materia morbi coquitur, fiunt, quaedam propter coctionis defectum adſunt, quaedam ſalutem, quaedam interitum ſignificant. Ea, quae A MORBO ſunt inſeparabilia, ſimul cum morbo accedunt, SVPERVENIENTIA autem aliquando ſimul ſunt, aliquando ſuperueniunt; non enim ſunt inſeparabilia, nec eſſentiam eorum conſtituunt. GAL. *Comm. I. in Aphoriſm.* HIPP.

e) *Τὰ κρίσιμα σημεῖα συμπτώματά ἐστι τῷ γένει, δηλοῦντα τὰς ἐσομένας ἐκκρίσεις, ἢ ἀποστάσεις.*

Quae criſin futuram indicant ſigna, ſymptomata, quoad genus, ſunt, et futuras euacuationes vel materiae ad partem aliquam ſeceſſus notant. GALEN. *Comm. III. in Prognoſt.* HIPP.

f) *Σημεῖα λυτήρια* eadem, quae *κρίσιμα*, de quibus GALENVS L. *De Dieb. Decret.* pluribus agit.

illis comparatum eſt, vt caſu vel errore, aut mala ſemper fortuna adducantur, ſed, ſi legitima ſunt et ordinata, ſi debito tempore accedunt, magnam ſane vim ad excutiendas morborum cauſſas poſſident, ſiquidem ab eo, quo apparent et perturbationem criticam faciunt, tempore, morbi ſalubriter conuertuntur. Significant adeoque ſimulque iuuant, humores et ſolida coquunt, inque ſtatum naturae ſimilem conuertunt, vel, ſi nequeant, expellunt. Vt autem proficua ſint ſymptomata, poſſintque haberi pro beneficis, optimis moribus debent eſſe praedita, actiones vitales ne laedant; Magnum enim in conualeſcendi negotio robur habent pulmonum [g]) cordisque [h]) expeditae functiones, poſſuntque aegroti in illo turbido morborum ſtatu, qui ταραχὴ dicitur, quaſcumque demum afflictiones ſecurius experiri, poteſt medicus inter omnes iſtas ſymptomatum turbas animum non deſpondere, ſi cordis robur, hinc vitae vis, haud defecerint [i]). Oportet

 etiam,

g) Ὁι περιεσόμενοι εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοί εἰσι, καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας, τὰ δὲ ἄλλα σημεῖα ἔχουσιν ἀσφαλέστατα.

Euaſuri ex morbo libere reſpirant, et dolore carent, et dormiunt nocte, et omnia ſigna habent benigniora. HIPP. *Prognoſt.* §. 21. p. 465. T. I.

Ἔυπνοια ἐν πᾶσιν μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐς σωτηρίαν.

Reſpiratio libera in omnibus magnum pondus ad conualeſcendum habet. HIPP. *Coac. Praenot.*

h) Ἡ εὔπνοια καὶ ἡ εὐσφυξία δηλοῖ τὴν καρδίαν ἐῤῥῶσθαι.

Reſpiratio bona et pulſus bonus, ſignificant, cor recte valere. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. 6. c. 4.

i) Ὅισι μέλλει κρίσις γενέσθαι, τούτοις ἡ νὺξ δύσφορος πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ καὶ ἀγρυπνίαι καὶ παραφροσύναι καὶ κώματα καὶ δύσπνοιαι καὶ σκοτόδινοι καὶ δυσαισθησίαι, καὶ ἀλγήματα κεφαλῆς καὶ τραχήλου καὶ στομάχου καὶ πολλῶν ἄλλων μορίων, ὤτων ἦχοι καὶ μαρμαρυγαὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνονται καὶ δάκρυον ἀκούσιον ῥεῖ, καὶ οὖρον ἴσχεται, καὶ χεῖλος σείεται, καὶ ἄλλο τι μέρος τρομῶδες γίγνεται, καὶ λήθη καὶ ἄγνοια τῶν παρόντων.

etiam, vt debito accedant tempore, illo ſcilicet, quod *criticum* dicitur, nec tam dierum numero, prout alibi exponendum erit, quam lenta placidaque materiae morborum a ſanis ſeparatione, hinc expulſione quae motus cordis maiores neceſſario ſecum adfert, definitur [k]). Hinc *boni ſymptomatis* eſt,

των. Ἰατροῦ γε μὲν ἐστὶ γενναίου μὴ ταράσσεσθαι, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν παρόντων προγιγνώσκειν, ὅτι κρίσις μέλλει ἔσεσθαι.

Quibus criſis imminet, his nox turbida ante paroxyſmum, et vigiliae, et deſipientiae, et ſomnolentia, et difficiles reſpirationes, et vertigines, et ſtupores, et dolores capitis, et colli, et ventriculi, et multarum aliarum partium; aurium ſonitus, et fulgores prae oculis apparent, et lacrymae inuoluntariae fluunt, et vrina ſiſtitur, et labrum contremiſcit, aut alia quaedam pars tremebunda fit, et obliuio, et cognitio nulla adſtantium: ſed genuini medici eſt, haud terreri, ſed ex praeſentibus praenoſcere, quod criſis immineat. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. 5. κγ.

k) Τοῖς ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλουσιν ἀπόλλυσθαι μέγιστα σημεῖα ἀπ᾽ ἀρχῆς γίνεται. Δυσπνόητοι γάρ εἰσιν, καὶ οὐ κοιμέονται τὰς νύκτας, καὶ τὰ σημεῖα προφαίνουσι ἐπικίνδυνα.

Illis, qui intra minimum tempus interituri ſunt, maxima ab initio ſymptomata ſignificatoria inſunt. Anheloſi enim ſunt, non dormiunt nocte, et ſigna edunt periculoſa. HIPP. *De Iudicat.* §. 8. p. 444. T. I.

Τὰ κρίσιμα, οὔτε ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν, οὔτ᾽ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἀκμαῖς ἐπιφαίνεσθαι χρή.

Quae ſignificant ſymptomata, neque in morborum incremento, nec in principiis, ſed in ſummo morborum ſtatu apparere debent. GAL. *De Criſib.* I. 8. p. 387. T. VIII.

Τὰ κρίσιμα συμπτώματα τῇ μὲν ἀκριβῶς πρώτῃ τῶν νοσημάτων ἀρχῇ συνεμβάλλειν οὐ πέφυκε, ταῖς δ᾽ ἄλλαις δύο πέφυκε, ταῖς ἀναβάσεσι καὶ ἀκμαῖς τῶν νοσημάτων.

SYMPTOMATA CRITICA primae accurate morborum inuaſioni coincidere non ſolent, ſed reliquis duobus morbi temporibus ſolent, et incrementis, et ſtatibus GAL. *Comm. I. in Aphoriſm.* HIPP.

Τὰ μοχθηρὰ συμπτώματα μείζονα δύναμιν ἔχει ἐν κρισίμοις ἡμέραις.

LABO-

eſt, poſt euacuationes, quas deſignabat et procurabat, deſinere, hominique inducias paciſci [l]). Saepe enim in morbis, ſua natura innocuis, veluti febribus intermittentibus [m]), adeo dira ſuperueniunt ſymptomata, vt extrema imminere putes, quae tamen poſt debitas fluxiones ſubito remittunt. Vt autem bono animo eſſe poſſint medentes, nec ſymptomatum grauitate offendantur, habent ſane, ex quibus vim vitae ſufficientem et ſuperando morbo parem intelligere poſſint, ſigna, ex habitu corporis deſumta, quae, ſimiliter critica appellari apud

 HIPPO-

LABORIOSA SYMPTOMATA maiorem vim habent in iudicatoriis diebus. HIPP. *De Diaeta Acut.*

l) Τὸ τῆς πέψεως σημεῖον αἱμοῤῥαγίαι τε καὶ ἱδρῶτες, καὶ παρωτίδες, καὶ τ' ἄλλα ἀποσκήμματα.

COCTIONIS SIGNA ſunt haemorrhagiae, et ſudores, et parotides, et eiusmodi alia excrementa. GAL. *De Criſib.* l. 14. p. 398.

Κρίσιμα τῆς πέψεως γνωρίσματα, *iudicatoria coctionis indicia*, GALEN. l. c. multis demonſtrauit.

Ἐπειδὰν εἰς λύσιν τοῦ νοσήματος ἡ γενομένη ταραχὴ τελευτήσει, κεκρίσθαι λεκτέον.

Si in ſolutionem morbi perturbatio facta deſinit, dicitur iudicatus morbus eſſe. GAL. *De Dieb. Crit.* l. 9. p. 464.

m) Ῥίγος σφοδρὸν, καὶ καῦμα πολὺ καὶ δίψος ἀφόρητον ἕπεται, καὶ βοῶσι, καὶ ἀναπηδῶσιν, ὥσπερ ἔμπληκτοι, κἄπειτ' ἐξαίφνης ἱδρὼς ἐξέβρυσε πολὺς, ἤ τις ἔμετος οὐκ ὀλίγος ἐπηκολούθησεν, ἢ γαστὴρ ἀθρόως κατέῤῥηξεν, ἢ καὶ λαβρῶς αἱμοῤῥαγοῦσιν, ἢ καὶ πάνθ' ἅμα συμπίπτει, καὶ φόβος ἐπήρτηται τοῖς ὁρῶσιν οὐ μικρός.

Frigus magnum et aeſtus multus, et ſitis intolerabilis ſequitur, et clamant, et exſiliunt de lecto, inſtar furibundorum, deinde ſtatim ſudor erumpit multus, aut vomitus haud paucus ſequitur, aluus confertim deiicitur, aut prolixe ſanguinem ex naribus fundunt, aut omnia haec ſimul fiunt, et metus intuentibus haud mediocris oritur. GAL. *De Criſib.* III. 2. p. 429. T. VIII.

HIPPOCRATEM [n]) lego, qui in prognoſi morborum ad faciem aegroti reſpexit quam curioſiſſime, et ex eius colore, ad ſanum accedente, exque oculorum ad hilaritatem compoſitorum intuitu, ſufficientiae virium argumenta deſumſit [o]), licet iſta faciei tranquillitas et color naturali ſimilis ſuſpectus aliquando eſſe poſſit [p]). Saepe vnius ſigni bonitate inter vrgentia quaeuis ſymptomata ad ſpem ſalutis erigun-

n) Συντεκμαίρεσθαι, *ſimul ſignificare*, de ſignis ex facie deſumendis habet COVS *Prorrh.* I.

o) Ὀφθαλμῶν καθαρότης καὶ τὰ λευκὰ αὐτέων ἐκ μελάνων ἢ πελίων καθαρὰ γίνεσθαι, κρίσιμον.

Oculorum puritas, et albugineam eorum ex obſcuro aut liuido in lucidum conuerti, criticum eſt. HIPP. *Coac. Praenot.*

Εὔσημον πρόσωπον.

Boni ominis facies. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. 6. c. 4.

Εὐανθὲς τὸ πρόσωπον. GALEN. *Comm. II. in II. Libr. Prorrh.* HIPPOCR.

Εὐχροεῖν ἐν νοσήμασι, ὅμοιον τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἄριστον.

Bono colore eſſe in morbis inſtar ſanorum, bonum. GAL. L. cit.

p) Ἐν πυρετοῖσι πρόσωπον ἐῤῥωμένον χρόνιον.

In febribus facies valens, morbi diuturnitatem indicat. HIPP. *Coac. Praenot.*

Προσώπου εὔχροια καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν, πονηρόν.

Faciei bonus color, et quod in illa turbidum eſt, malum. HIPP. *Prorrh.* l. 7. p. 475.

Εὐανθὲς πρόσωπον μετὰ δυσπνοίας ὡς ἐπὶ τῶν περιπνευμονικῶν.

Facies florida cum difficili reſpiratione, vti peripneumonicis. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. 6. c. 4.

Ὑπὸ θερμασίας πολλῆς ἐξέρυθροι, ὅμοιοι τοῖς εὐχροοῦσι φαίνοντες.

A calore multo ſubrubentes, ſimiles illis, quibus color ſanus eſt, apparent. GAL. *Comm. II. in II. Libr. Prorrh.* HIPP.

eriguntur medici q), ſi delirium ſomnus abigat r), ſi ſomnolentia cauſſam manifeſtam habeat, agrypniam ſcilicet, quae praegreſſa eſt, diuturnam s), ſi ſimul adſint propinquae criſeos ſigna. Quantae afflictiones praecedunt ſalubres morborum mutationes, maxime febrium! Quam efferata ſunt, quae exanthematum eruptionem anteuertunt, ſymptomata t)!

q) Ἀγαθὸν σημεῖον ὑπὸ μείζονος κακοῦ νικηθῆναι δυνατὸν, καὶ κακὸν ὑπὸ μείζονος ἀγαθοῦ.

Bonum ſignum a maiori malo ſuperari poteſt, et malum a maiori bono. GAL. *Comm. in* HIPP. *Aphor.*

Μὴ καταπλαγῇς ἢν παραφρονοῦντα τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀναπηδῶντα θεάσαιο.

Ne perturberis, ſi deſipientem hominem et de lecto exſilientem videas. GAL. *Therap. ad* GLAVCON. I. 16. p. 366. T. X.

r) Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

In quo morbo ſomnus laſſitudinem facit, letale; ſi autem ſomnus iuuat, non letale. HIPP. *Sect.* II. *Aph.* 1. p. 72. T. I.

s) Γένοιτ᾽ ἂν ποτὲ ἀγαθὸν αἴτιόν τε καὶ σημεῖον ὁ κάρος, ἑωράκαμεν οὖν ἐπ᾽ ἐνίων ἀῤῥώστων ἠγρυπνηκότων ἐφεξῆς ἡμέραις τρισὶν ἢ τέταρσι δυσδιέργετον ὕπνον γενόμενον, ὠφελήσαντα μεγάλως.

Fieri poſſit aliquando, vt bona cauſſa bonumque ſignum ſit ſomnus profundus. Vidimus quibusdam aegrotis, cum diu vigilaſſent, diebus tribus quatuorue haud excutiendum ſomnum contigiſſe, valde proficuum. GAL. *Comm. II. in Libr. II. Prorrh.* HIPP.

t) Σπᾶται σφόδρα, ὥστε μόλις κατέχεσθαι ὑπὸ τῶν παρεόντων.

Vehementer conuellitur, vt contineri ab adſtantibus haud poſſit. HIPP. *De Dieb. Iud.*

Παρακοπὴ, *mentis emotio.* HIPP. *Coac. Praenot.*

Κίνησις, ῥυπτασμοὶ, ὕπνος ταραχώδης, ταραχώδεες σὺν θρασύτητι ἐγέρσιες.

Motus, lecti iactitatio, ſomnus turbulentus, pauidae cum truculento adſpectu expergefactiones. HIPP. *Coac. Praenot.*

Ἀναΐσσει ἐκ τοῦ ὕπνου καὶ ἐνύπνια ὁρᾷ φοβερά.

Cum ſubſultatione expergeſit de ſomno, et inſomnia videt turbulenta. HIPP. *De Diebus Iudicat.*

Ἀλλο-

Animum proinde non deiiciunt, qui morbi indolem haud ignorant, et criſin ante fores eſſe per ſigna [u]) intelligunt. Interea tamen, ob rerum humanarum, maxime in morbis acutis, lubricitatem atque inconſtantiam, confidendum naturae viribus ſemper haud eſt, ſi ſymptomata acceſſerint, robur vitae ſuperſtes ſupe-

'Αλλοφάσσοντες. Abſurda loquentes. HIPP. *Praenot.* (GALEN. in *Expoſ. Voc. Obſol.* p. 83. T. I. παραπαίοντες, παραφρονοῦντες, τεθορυβημένοι. Suauiter et iocoſe delirantes, deſipienter perturbati.)

u) Τραχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμοῤῥαγικά.

Colli dolores, oculi rubri, ſanguinis fluxum ſignificant. HIPP. *Prorrh.*

Τὰ σείοντα κεφαλὴν, καὶ ἠχώδεα, αἱμοῤῥοεῖ, ἢ γυναικὶ τὰ γυναικεῖα καταβιβάζει. ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθεῖ.

Capitis vertigo, tinnitus aurium, ſanguinis fluxum praeuertit e naribus: Si femina, menſes mouet, maxime ſi et circa ſpinam aeſtus ſubſequatur. HIPP. *Coac. Praenot.* §. 2. p. 536. T. I.

Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμοῤῥαγέουσιν.

Capite graues, et ſincipite dolentes, vigiles, ſanguinis fluxum habituri ſunt. HIPP. ibid.

Τῶν ἐκκρίσεων σημεῖα: Κεφαλαλγία, εἰ μὴ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς εἰσέβαλεν, οἷον σύμπτωμά τι τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸ τῆς κρίσεως ταραχῇ· — δύσπνοια αἰφνίδιος οἱωνεὶ στενοχωρουμένου τοῦ θώρακος — ἐξαίφνης ὀγκώμενοι σφυγμοὶ — εἰ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ῥῖνας φέροιεν, ὡς κνώμενοι, ῥέον ὄψει τὸ αἷμα.

Euacuationum ſigna, dolor capitis, niſi ille iuxta principia ſtatim inuaſerit, tanquam ſymptoma morbi, ſed in ea, quae criſin praecedit, perturbatione, difficultas reſpirandi ſubitanea, veluti contracto thorace, eleuatus ſubito pulſus: Si manibus admoueant, veluti vellicantes, fluentem videbis ſanguinem. GALEN. ad GLAVCON. Therap. I. 16. p. 366.

Βάρος μὲν ἐπίσημον ὀσφύος καὶ ἄλγημα καὶ τάσις προηγεῖται τῶν ἐπιμηνίων.

Grauitas notabilis lumborum, et dolor, et tenſio, praecedit menſes. GAL. *De Criſib.* III. 11. pag. 449. T. VIII.

ſuperantia, licet familiaria, et quae ex morbi natura fluant, ac tempore critico ingruant. Multó tamen magis de vita periclitantur aegroti, ſi peregrina illis accidunt; quae ſua natura nocent, veluti, vt ex multis pauca adducam, ſi febrientis calor augeatur, cum ſiti, inquietudine viriumque proſtratione, ſi ille ipſe, qui paullo ante vehementer incaluit, interfrigeſcat anxius, ſoporoſus, laſſus, vertigine oppreſſus, ſubſudans x). Haec omnia, ſiue ſymptomata, ſiue ſigna, licet inſalubria, nihilo tamen ſecius critica, cum et mori criticum ſit, magno ſtudio collegit antiquitas, docuitque dira morborum omina, quae, niſi certam mortem, dubium tamen euentum praenuntiant y). Quae cum ſcitu omnino ſint neceſſaria, vt in prognoſi inque conſiliis capiendis, quod dictu factuque opus eſt, medicus ſapienter exſequatur, eruenda atque tum propter rerum copiam, tum propter ſermonis graeci eleganti-

x) *Περικαέες πρὸς χεῖρα, νωθροὶ, διψώδεες, ἀσώδεες.*
Ad contactum manuum vbique ardentes, debiles, ſiticuloſi, inquieti. HIPP. *Coac. Praenot.*
Ὁ ἀλυσμὸς ἀεὶ κακὸς, ὡσαύτως καὶ τὸ περιψύχεσθαι.
Inquietudo ſemper mala; Similiter, per totum corpus frigeſcere. GALEN. *Comm. II. in Libr. II. Prorrh.* HIPP.
Κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας κατεψύχθαι, κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν: Βέλτισον δὲ πᾶν ὁμοίως τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.
Caput, et pedes, et manus frigeſcere, ventre et lateribus calidis exiſtentibus, malum: Optimum, totum aequaliter corpus et calidum eſſe, et molle. HIPP. *Coac. Praenot.*
Κωματώδεες, κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἐφιδρῶντες, πυρετοὶ κακοηθέες.
Soporoſae, imbecillae, vertiginoſae, ſubſudantes, febres malignae. HIPP. *Prorrh. I.*

y) *Νεσημάτων προφάσιες ἄγνωςοι.*
Morborum futuri euentus incerti. HIPP. *De Natura Hominis.*

gantiam deſcribenda eſſe puto [z]). Video autem, veluti vbique, ita etiam nunc inter ſymptomata interque ſigna critica diſcrimen conſtituendum eſſe. Licet enim ſymptomata eadem et ſigna ſint; dantur tamen ſigna, quae non, niſi per vocis abuſum, qui veritatem offendit [a]), ſymptomata appellare quis vellet. Dicam autem antea de ſymptomatis, quae benefica propter grauitatem eſſe nequeunt, inque actionum variarum, maxime autem vitalium, oppreſſione conſiſtunt, et ab illis primordium dicendi capiam, quae mentem laedunt. Suſpecta minus intra morbos acutos ſunt atrocia *deliria* [b]), quae criticas euacuationes praecedere diximus, illis, quae cum imbecillitate et ſumma virium proſtratione complicantur, vt tremebundi deſipiant [c]), floccos legant [d]), nec aduertentes vrinam inſcii emittant,

z) Τοὺς ἀποθανουμένους προαγορεύων ἀναίτιος ἂν εἴη.
Si morituros praedixerit, culpa vacuus erit. HIPP. *Prognoſt.*
Ἐπὶ μὲν δὴ τῶν τοιούτων ἀῤῥώστων προλέγων τὸν θάνατον, ἀνέγκλητον φυλάξαις σεαυτὸν μηδέτι βοηθήματι γενναίῳ χρώμενος.
Si infirmis praedixeris mortem, te ipſum inculpatum ſeruabis, ſi generoſo medicamento vſus haud fueris. GAL. *Meth. Med.* XII. 1. p. 275. T. X.

a) Ἀλήθεια, τοῦ λόγου συμφωνία πρὸς τὰ ὑποκείμενα.
Veritas, dictionis eſt conſenſus cum ſubiecto. GAL. *De Optima Secta ad* THRASYB. C. 2. p. 299. T. II.

b) Θρασέες παρακρούσιες καὶ θηριώδεες.
Audaces et ferae deſipientiae. HIPP. *Coac. Praenot.*

c) Τρομώδεες ψηλαφώδεες παρακρούσιες opponuntur τῷ θράσει.
Tremebundae et cum palpatione coniunctae deſipientiae. HIPP. *Coac. Praenot.*

d) Χεῖρες πρὸ τοῦ προσώπου φερομέναι καὶ θηρεύουσαι διὰ κενῆς, καὶ ἀποκαρφολογοῦσαι καὶ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτίλλουσαι καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπῶσαι, πᾶσαι κακαὶ καὶ θανατώδεαι.

Manus faciei oblatae, et inane quid captantes, et floccos legentes paleasue carpentes e veſtibus, et a parie-

tant e), dolorum omniumque rerum obliuioſi f), et inter febriles aeſtus ne quidquam ſitientes g). *Affe-ctus ſoporoſi* in omnibus morbis omen habent h), illi autem maxime, quibus interſunt deliria, vt expergefa-

parietibus ea, quae manibus prehendi nequeunt, abigentes, omnes malae et mortiferae. HIPP. *Prognoſt.* §. 4. p. 451. T. I.

e) Τὰ ἐρἐμενα μὴ ὑπομνησάντων ὀλέθρια.
Vrinae non aduertentium perniciosae. Ex HIPPOCR. *Praedict.*
Οἷσι λανθάνει τὸ ἐρον προσπίπτον, ἀνέλπιςοι.
Quibus ignorantibus vrina fluit, ſpe vacui ſunt. HIPP. *Coac. Praen.*

f) Λήθη καὶ ἄγνοια τῶν παρόντων.
Obliuio et cognitio adſtantium abſens. GAL. *De Criſib.* l. c.
Ἄγνοια κακὸν, κακὸν καὶ λήθη.
Inaduertentia malum, malum et obliuio. HIPPOCR. *Prorrh.* I.
Νάρκαι καὶ ἀναιϑησίαι γινόμεναι παρὰ τὸ ἔθος, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον.
Stupores et ſenſuum defectus praeter conſuetudinem, apoplexiae imminentis ſignum. HIPPOCR. *Coac. Praen.*
Ὁκόσοι, πονέοντος τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων ἐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσεῖ.
Quotquot, corpore dolente, pleroſque dolorum haud ſentiunt, illis mens aegrotat. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

g) Οἱ φρενετικοὶ βραχυπόται.
Phrenetici parum bibunt. HIPP. *Prorrh.* I.
Δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι, κακόν.
Sitis praeter rationem ſoluta in acutis, malum. HIPP. *Prorrh.* I.
Κακὸν δὲ πάντως ἐν ὀξεῖ δίψα παραλόγως λυθεῖσα.
Malum omnino in acuta, ſitis praeter rationem ſoluta. HIPP. *Coac. Praenot.*

h) Τὸ κωρῶδες πανταχῶς κακόν.
Somnolentum vbique malum. HIPP. *Prorrh.* I.

gefactus aeger abſurda loquatur [i]). Si *motum muſcularem* penes aegrotantem reſpicimus, veluti illius ſufficientia et compoſita ad voluntatem aegri ratio, magnum in conualeſcendi negotio momentum eſt, et vires vitae ſupereſſe ſignificat [k]); ita parum ſupereſt, quod ſperari poſſit, ſi eousque flacceſcit aeger, vt corruat ad pedes, hiulca pendulaque mandibula iaceat, diſtortis decumbat cruribus [l]), et, quod ad mortem propius eſt, paralyſi tentetur gula, vt cum tuſſi ſorbeatur [m]), metusque ſubſit, ne potus aegrum ſtrangulet, quandoquidem, ſine tumore

i) Κατ᾽ αὐτοὺς τοὺς ὕπνους φθέγγονται παρακοπτικῶς καὶ ἢν ἐξεγείρονται, μέχρι πολλοῦ παρανοοῦσιν.

In ſomnis loquuntur confuſe, et ſi expergiſcuntur, diu delirant. GALEN. *Comm. II. in Aphoriſm.* HIPP.

k) Στρέφεσθαι δὲ ῥηιδίως χρὴ τὸν νοσέοντα, καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσι ἐλαφρόν· βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν πονηρόν.

Conuerti facile oportet aegrotum et in ſurrectionibus leuem eſſe; grauitas autem totius corporis et manuum, et pedum, mala. HIPP. Coac. *Pracn.* §. 3. p. 571.

l) Ἢ καὶ καταῤῥέοι προπετὴς ἐπὶ πόδας, χεῖρον, θανάσιμον δὲ καὶ κεχηνέναι καὶ καθεύδειν αἰεί, καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου κειμένου συγκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα, πόδας δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας μὴ θερμὸν ἐόντα ἰσχυρῶς καὶ τὰ σκέλεα διεῤῥίφθαι, κακόν, ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει.

Si et defluat praeceps ad pedes, peius; mortiferum etiam ore hiſcere, ſemperque dormire, et crura, ſupino iacente aegro, concaua eſſe valde aut diducta, pedesque nudos habere, et ad manus non valde calidum eſſe, et crura habere diſtorta, malum; anxietatem enim ſignificat. HIPP. *Coac. Pracnot.* ib.

m) Ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντι, πνεύματι βηχώδει, ἐρευγμὸς ὑποσπώμενος εἴσω κατειλούμενος, πονηρόν.

Bolum difficulter deglutientes, reſpiratione tuſſiculoſa, ructus ſubterfugiens et intro tractus, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

more tamen inflammatorio [n]), deglutitionis ſumma difficultas adeſt, hinc ſorbilia cum ſtrepitu oeſophagi tubum [o]) tranſeunt, vel, pendulis ſolutisque labiis, ex ore aegroti defluunt [p]). Habet etiam *loquela hominis*, quo periculum ſubeſſe indicetur, ne aeger occidat, ſi ob roboris vitalis [q]) defectum, ob ſomnolentiam [r]) vel ob linguae [s]) ſolutionem interceptus vel deletus omnino, vel ſingultuoſus [t]) ſit

n) Ἐν πυρετῆσι ἐξαπίνης πνίγεσθαι καὶ καταπίνειν μὴ δύνασθαι, χωρὶς οἰδήματος, κακόν.
In febribus ſtatim ſuffocari et deglutire non poſſe, ſine tumore, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*
Τράχηλον ἐπιστραφῆναι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον τὰ πολλά.
Collum ad latus flecti, nec deglutire poſſe, letiferum vt plurimum. HIPP. *Coac. Praenot.*

o) Ὑποψοφέοντες, ὑπερβορβορίζοντες, χαλεπῶς καταβρωχθίζοντες, ὀλέθριον ἐν ὀξέσι.
Cum ſonitu deglutientes, et cum murmure rugientes, difficulter deglutientes, perditi ſunt in acutis. HIPP. *Coac. Praen.*

p) Θανατῶδες δὲ καὶ χείλεα ἀπολυόμενα καὶ κρεμάμενα καὶ ψυχρὰ καὶ ἔκλευκα γινόμενα.
Mortiferum, et labia ſoluta atque pendula, et frigida, et ſubalbida. HIPP. *Progn.*

q) Αἱ μετ' ἐκλύσεως κατόχως ἀφωνίαι ὀλέθριαι.
Cum ſolutione virium, ſtupidi loquelae defectus, pernicioſi. HIPP. *Prorrh.* I.
Αἱ μετ' ἐκλύσεως ἀφωνίαι ἐν πυρετῷ ἀνιδρῶτι εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δὲ τῷ ἐφιδροῦντι.
Cum ſolutione virium loquelae defectus in febre ſudoribus deſtituta mortiferi; minus tamen illi, qui inſuper ſudat. HIPP. *Coac. Praenot.*

r) Ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι.
Soporoſi loquelae defectus. HIPP. *Coac. Praenot.*

s) Γλῶσσαν παραλελυμένοι, κακόν.
Lingua ſoluti, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

t) Μετὰ λυγγὸς ἀφωνία, κάκιστον. Μετ' ἐκλύσεως ἀφωνία, κάκιστον.
Cum

ſit ſermo, tremulum quid vox ſonet u), aut a conſueto ſono, praeter quod organa loquelae inflammata vel tumida ſint, abludat oratio x). Subitaneus *ſenſuum defectus*, quotiescunque veluti ſymptoma conſideratur, ſiue a ſtupore et alienatione animi, ſiue ab organorum paralyſi oriatur, malo ſuperuenit augurio. Curioſiſſimus, ſi quis vnquam fuit, phaenomenorum intra morbos acutos obſeruator HIPPOCRATES, tum paſſim, tum maxime in *Coacis Praenotionibus* et *Prorrheticorum* libris, quamuis illos HIPPOCRATI GALENVS haud tribuat, ſed THESSALO vel DRACONTI, HIPPOCRATIS filiis, adiudicet; Hinc in *Prognoſticis* tam acri iudicio tamque adpoſite de ſignis, quae ſiniſtrum morborum euentum indicant, ſcripſit, vt obtinere a me nequeam, quin, quod praeſtantius legenti viſum eſt, licet compilatorem egiſſe viſus fuero, tyronum cauſſa adducam. Mox obtuſa vel prorſus deleta *oculorum* acies, tanquam ſymptoma, quod cerebri ipſius labem ſignificat, mox *palpebrarum* languidus lapſus, mox inuoluntarius *lacrumarum* fluxus, in morbis acutis vitae periculum et fere deſperationem portendunt y). Nec mitius ſentire

Cum ſingultu loquelae defectus, peſſimum. Cum ſolutione virium loquelae defectus, peſſimum. HIPP. *Prorrh. I.*

u) *Φωνὴ τρομώδης.*
Vox tremula. HIPP. *Coac. Praenot.*

x) *Ὀξυφωνίη κλαυθμώδης.*
Vox lacrumoſa. HIPP. *Coac. Praen.*
Ὀξυφωνίη κλαγγώδης πονηρόν.
Vox clangoſa, malum. HIPP. *Prorrh.* I.

y) *Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθρόμενον, οὐκ ἀστεῖον, φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐγὴν φεύγειν ἢ δακρύειν ἢ διαστρέφεσθαι, καὶ τὸν ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρὸν, καὶ τὸ τὰς ὄψιας*

tire licet de illis, quibus *auditus* ſubito diſperit [z]). Si ab illis, quae ob ſolutos corporis neruos eueniunt,

ὄψιας πυκνὰ διαῤῥίπτειν, ἢ λημία μικρὰ, ἢ αἰγίδα λεπτὴν ἔχειν, ἢ κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον, πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀφθαλμῶν καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφόδρα, καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι, καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης, καὶ πῆξις ὀμμάτων, συνεχέως δὲ μύειν καὶ χρώματα μεταβάλλειν καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν, ὀλέθριον, κακὸν καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός.

Tenebricoſum illud oculorum, vel albuginea rubens, non id eſt, quod decet; malum autem, lucem fugere, aut lacrumare, aut oculis diſtorqueri, aut alterutrum habere minorem: Malum, et oculos frequenter diducere, aut lemas paruas, aut tenuem in angulo mucum habere, aut nigrum oculi ſub palpebra ſuperiore abſcondi: Malum autem et cauitas oculorum, et eminentia, quae foris eſt maior, et lucis oculorum extinctio, vt iris moueri nequeat, palpebrarum diſtorſio et fixus in rem oculus; continenter nictitare, et colores mutare, et palpebras haud committere inter dormiendum, perniciosum: Malum etiam contremiſcens oculus. HIPP. *Coacae Praenot.* §. 2. p. 541.

Ὅσοισι τῶν πλευριτικῶν ὀφθαλμοὶ ἰκτεριώδεες καὶ ἀχλιώδεες, ἀπόλλυνται.

Quibuscunque pleuriticorum oculi flauo ſubfuſi et tenebricoſi, pereunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

Οὐ σκαρδαμύσσει προσφερομένου τοῦ δακτύλου.

Non nictitat admoto digito. HIPP. *De Diebus Iud.*

Ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, ἤν τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων, ἢ μὴ ἐθισμένῳ οὕτω καθεύδειν.

Subapparitiones oculorum in ſomnis, ſi albugineae quidpiam ſubappareat, palpebris haud commiſſis, niſi conſuetum ſit ita dormire. HIPP. *Prognoſt.*

z) *Βόμβος ἐν ὀξέσι καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον.*

Suſurrus intra acutas et ſonitus in auribus, mortiferum. HIPP. *Coac. Praen.*

Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι, κακόν.

Surditas in acutis et tumultuariis febribus, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

unt, ſymptomatis ad illa diſceſſero, quae ob *conuulſos muſculos* fiunt, nec illa quidem aegrotis proficui aut ſalutaris quidpiam praeſagiunt. *Singultus*, niſi a cauſſa ventriculum affligente ortus fuerit, vbique ſuſpectus, tunc maxime, ſi cum virium proſtratione ſumma eueniat [a]). *Subſultare tendines* [b]) muſculorum, qui digitos regunt, vbique ominoſum, *dentium ſtridor* pueris in febre damnoſus, nec bene ſperare iubet [c]) *epilepſia febrilis*, niſi ſimul cum febre inuadat [d]), quae ſaepe eſt innocens; Nam ſi ſero accedit, iugulat plerumque hominem [e]). Poſt illa quae ſenſum motumque concernunt, ſymptomata ea plus nocent, quae actiones vitales ipſas opprimunt, et perditiſſimum organorum, quibus illae celebrantur, ſtatum ſimul ſignificant. Veluti validam pulmonum actionem magnum in conualeſcendi negotio momentum adferre, ſupra diximus; ita ſi morbi vis hoc organon vehementius affligit, metus ſane eſt, ne cor moueri deſinat. Quare in prognoſi formanda tantum ad pulmonum actionem, quan-

a) Κοπιώδεες, λυγγώδεες, κάτοχοι, κακοί.
Imbecilli, ſingultuoſi, ſtupidi, mali. HIPP. *Coacae Praenot.*

b) Οἱ πρὸς χεῖρα ἀναΐσσοντες, κακοί.
Iuxta manum ſubſultantes, malum. HIPP. Ib.

c) Ὀδόντας συνερίζειν καὶ πρίειν ᾧ μὴ σύνηθες ἐκ παιδίου, μανικὸν καὶ θανάσιμον.
Dentes fortiter comprimere et ſtridere, niſi alicui a pueris conſuetum ſit, deſipientiam indicat et mortiferum eſt. HIPP Ib.

d) Πυρετῶν ἐπιγενομένων σπασμοί.
Ab inuaſione febrium conuulſio. HIPP. *De Diebus Iudicat.*

e) Κτείνει ὀξέως σπασμώδει τρόπῳ.
Acute occidunt conuulſiuo modo. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

quantum ad cordis vim et arteriarum motum, reſpici debere arbitror, veluti, qua ratione iudicium iſtud formari debeat, HIPPOCRATES exponit f). Verum nondum excedere hac ſcriptione de ſymptomatis ſignisque, criſin, ſiue bonam, ſiue malam, praegreſſis licet. Veluti enim hactenus de ſymptomatum, quae in aliqua actione laeſa conſiſtunt, ſignificatu actum eſt; ita ſuperſunt corporis aegroti conditiones variae, quae in mutato eius externo habitu ponuntur, et ſimul ſignificant. Omnium enim circumſtantiarum, vt de euentu morborum iudicare poſſit, curioſum decet eſſe medicum. Inſpicienda eſt aegroti *facies*. Vti enim *hilaris* illa, quae ſalutem ſperare iubebat ſupra, de viribus vitae ſufficientibus loquitur; ita, quam *hippocraticam* vocamus, diſtorta illa, deformis, vitalitatis charactere orbata, extrema quaeuis praenuntiat. Alia autem ratio nulla eſt, cur ita appellata ſit iſta moribundorum facies, quam, quod HIPPOCRATES effigiem eius verbis pinxerit quam iudicioſiſſime.

f) *Πνεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐὸν, φλεγμονὴν καὶ πόνον ἐν τοῖσι κυρίοισι τόποισι σημαίνει, μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ, παραφροσύνην ἢ σπασμόν: Ψυχρὸν μὲν θανάσιμον, θανάσιμον δὲ καὶ πυρετῶδες καὶ λιγνυῶδες πνεῦμα, ἧσσον δὲ τοῦ ψυχροῦ· Καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δὲ εἴσω, καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω, κάκιστον δὴ καὶ πλησίον θανάτου καὶ τὸ ἐκτεῖνον, καὶ τὸ ἐπεῖγον, καὶ ἀμαυρὸν, καὶ διπλῇ εἴσω ἐπανάκλησις*

Spiritus frequens et tenuis exiſtens, inflammationem et dolorem in principibus locis indicat; magnus autem et longo interuallo tractus, delirium et conuulſionem: Frigidus letalis, letalis et ardens et fumoſus ſpiritus, minus tamen frigido; Et qui magnus efflatur, paruus autem introrſum ducitur, paruus extrorſum, magnus autem introrſum; peſſimus et proximus ad mortem, et ille, qui longo tractu fit, et ille, qui poſt intermiſſionem redit, et debilis eſt, et duplicata eius intus refractio. HIPP. *Coac. Praen.* §. 2. p. 545. T. I.

me *g*). At non tantum ad vniuerſum hominis *vultum* in prognoſi morborum formanda, ſed etiam ad ſingulas eius partes advertendus eſt animus. De oculorum ſignificatu inter ſymptomata critica, vti tunc ſignum ſunt, iam dictum eſt; *Ad genas* etiam reſpicias, quarum vtriusque *color* mutabilis, ominoſus *h*), rubens, in pleuritide ſuppurata letalis HIPPOCRATI *i*) dictus eſt. Neque vero partes intra os ſitae, ſignificandi valore deſtituuntur. Fertilis

g) Σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τῦ νοσέοντος, εἰ ὅμοιόν ἐςι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιςα δὲ εἰ ἑαυτὸ ἑαυτῷ, ὅτω γὰρ ἂν εἴη ἄριςον, τὸ δ' ἐναντιώτατον τῦ ὁμοίυ δεινότατον· εἴη δ' ἂν τὸ τοιόν τε: ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ ξυνεςαλμένα, καὶ οἱ λόβοι τῶν ὤτων ἀπεςραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον ἐὸν καὶ τὸ χρῶμα τῦ ξύμπαντος προσώπυ χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν καὶ πελιὸν ἢ μολιβδῶδες.

Diſpicere oportet in acutis morbis primum quidem faciem infirmi, vtrum ſimilis eſt valentibus, maxime vtrum ipſi, *cum ſanus eſſet*; Sic enim eſſet optima; Quod autem maxime contrarium eſt ſimilitudini, *cum ſtatu ſano*, peſſimum. Erit autem talis: Naſus acutus, oculus cauus, tempora collapſa, aures frigidae et collapſae, et lobuli aurium auerſi, et cutis circa frontem rigida et rugoſa et aſpera, et totius faciei color pallidus, aliquando obſcurus et liuidus aut plumbeus. HIPP. *Prognoſt.* §. 2. p. 448. T. I.

Ἐν τοῖσι προσώποισι παραςρέμματα.

Vultus contorſiones. HIPP. *Prorrh.* II.

h) Ἢ τὸ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρυ μεταβάλλεται, μῆκος νόσυ σημαίνει.

Si color ex alio in alium couuertitur, magnitudinem morbi ſignificat. HIPP. *De Iudicatione* §. 8. pag. 445. T. I.

i) Οἷσιν ἀπὸ τῦ πύυ ἡ μήλη χρωματίζεται, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται, ὡς τὰ πολλά.

Quibus, cum pus in thorace habeant, mala rubeſcit, veluti ab igne, pereunt plerumque. HIPP. *Coac. Praen.*

tilis ſignorum fons *lingua* eſt, ſiue ad cognoſcendas morborum cauſſas, quod ad me nunc nihil attinet, ſiue ad ſtatum morbi definiendum. Veluti ergo, ſi decenter madida et natiuo colore picta eſt, ſaliuae et ſanguinis, vnde haec oritur, ſtatum praeſtantiorem indicat; ita, quo aſpera magis, rigida atque fiſſa fuerit, eo peiorem ſemper morbi ſtatum indicat; dum liuida, nigra, arida, certus mortis eſt nuntius [k]). Quod ad *dentes* attinet, nec illos cenſura carere voluit obſeruatorum induſtria. Vti enim ſuo glutine et ſaliua circumquaque madent, quamdiu folliculi gingiuarum mucipari vitalis circuli virtute vnguen ſuum circa radices dentis ſinguli deponunt; ita peſſimi ſemper ſtatus ſummique aeſtus ac extremae humorum parſimoniae indicium eſt, dentes in morbis ſordeſcere ac deſiccari [l]).

k) *Γλῶσσα ῥήγνυται τραχηνομένη καὶ ξηρὴ γίνεται.*
Lingua aſpera et ſicca. HIPP. *De Dieb. Iudicat.*

Δασεῖαι γλῶσσαι καὶ καταξηραὶ φρενιτικαί.
Linguae aſperae et ſiccae, delirium ſignificant. HIPP. *Prorrhet.* I.

l) *Ὁκόσοισιν ἐπὶ τῶν ὀδόντων, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, περίγλισχρα γίνεται, ἰσχυροὶ γίνονται οἱ πυρετοί.*
Quibuscunque ſuper dentes in febribus circumquaque mucidum eſt, fortes fiunt febres. HIPP. *Aphor.* Sect. IV. 53. p. 87. T. I.

Ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.
Pernicioſum etiam, deſiccari dentes. HIPP. *Coacae Praenot.*

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE SPECIMEN XII.

DE MOTV CORDIS ET ARTERIARVM SECVNDVM TEMPORA MORBORVM VARIO.

Cum nullus omnino morbus ſit, quin per communia aegritudinum tempora ante, quam legitime ſoluitur, procedat [a]); cum praeterea diuerſa ſit hominis valentis, quam quae eſt flaccidi, mox decumbentis, dein conualeſcentis conditio [b]); quandoquidem etiam natura iſtorum temporum conſtitutionibus motus ſuos, ſanitatis reſtituendae cauſſa, accommodat, vt quaedam ſint, quae prius fieri oporteat, parum proſpera, ſi ſero fierent [c]), quaedam incre-

a) Ουδὲν ἐςὶ τῶν λυομένων παθῶν, ὃ μὴ διεξέρχεται τὰς καιρὰς. Nullus eſt eorum, qui ſoluuntur, morborum, quin per ſua decurrat tempora. GAL. *De Morbor. Tempor.* c. 5. pag. 297. T. VII.

b) Μία κατάςασις ὑγιεινῆς, ἑτέρα τῆς ἐν ἀρχῇ τᾶ νοσήματος ἄχρὶ τῆς ἀκμῆς, εἶτ' ἄλλη ἄχρι τῆς παντελᾶς λύσεως καὶ μετ' αὐτὴν τῆς ἀναλήψεως ἄχρι τῆς καθ' ἕξιν ὑγιείας.

Vna conſtitutio ſanitatis, altera morbi circa principium vſque ad ſtatum, hinc alia ad perfectam vſque ſolutionem, et poſt eam conualeſcentiae ad perfectum vſque ſanitatis habitum. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

c) Ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ αἵματος ῥῆξις ἐκ τῶν ῥινῶν κάρτα ὠφελέει.

In prima febrium periodo ſanguinis fluxio ex naribus vehementer iuuat. HIPP. *Prognoſt.* Ἐνδι-

increſcente, ſtante ac decreſcente morbo, perficiantur [d]); fieri proinde aliter nequit, quam, quo cordis et arteriarum motus pro temporum iſtorum moribus ſimiliter haud parum diſcrepet. Vberrimus ille eſt fons, ex quo ſigna, tempus morbi, vitae ſuperſtitis vires, cauſſarum reſiſtentiam variam, euentum ipſum ſeu criſin denotantia, hauriri poſſunt, *motuum ſcilicet cordis atque arteriarum contemplatio.* In tardis e) quidem paſſionibus haud parum in *pulſibus* eſt, quod intelligi ex eorum contrectatione poſſit. Languent illi non minus in longis, ſaepe ferociunt vel claudicant; at plus refert in *morbis ſubito auctis* f), in acutarum febrium decurſu, tum etiam in tardarum exacerbationibus oſcillantem experiri arteriam. Illis ſemper notabilis adeſt pulſuum a ſtatu naturali deflectentium mutatio g), his

circa

Ἑνδεκαταίοισι στάξιες δύσκολαι.

Vndecimo die ſtillae ſanguinis difficiles. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

d) Ὁ τῆς ἀπεψίας τῶν λυπέντων χυμῶν χρόνος, ἀρχὴ, ὅταν δὲ ἄρξηται πέττεσθαι, πέπαυται μὲν ἡ ἀρχὴ, ὁ δεύτερος δ' ἥκει καιρὸς ὁ τῆς ἀναβάσεως ὀνομαζόμενος, ὅταν δὲ ἡ πέψις ἀποτελεῖται μάλιστα, ὁ τῆς ἀκμῆς, ἑξῆς ὁ τῆς παρακμῆς, ἐν ᾧ πέπαυται ἤδη τό τε μέγεθος τῶν συμπτωμάτων.

Illud, intra quod affligentes humores crudi ſunt, tempus, principium eſt; cum autem incipit coqui, deſinit quidem principium; ſecundum autem venit tempus, incrementi dictum; Vbi autem coctio abſoluta eſt maiorem partem, ſummi ſtatus tempus eſt, abinde decrementi, in quo magnitudo ſymptomatum quieſcit. GAL. *De Tot. Morb. Temporib.* c. 3. p. 306. T. VII.

e) Τὰ παμπόλλου χρόνου δεόμενα πρὸς τὴν λύσιν.

Quae longo tempore ad ſolutionem indigent. GAL. *Comment. III. in* HIPP. *Prognoſt.*

f) Παρηυξημένον ἐπ' ὀλίγον ὀξύ.

Quod intra breue tempus augetur, acutum. GAL. *Comm. in Prognoſt.* HIPP.

g) Κατὰ τὰς ἀκμὰς ἢ καὶ αὐξανομένων ἔτι (τῶν πυρετῶν) ταχεῖς μὲν ἀνάγκη καὶ πυκνοὺς εἶναι τοὺς σφυγμούς.

Iuxta

circa paroxyſmos abludunt [h]), vt nulli, quam febribus, morbo familiaris magis ſit, quae ab arteriarum motu ſumitur, ſignificatio [i]). Cum autem febribus, vno paroxyſmo deflagrantibus, non minus inſit exacerbationum varietas, oportet ſane etiam in his pulſuum ratio alia eſſe atque alia, vt iuxta temporum, quae illis inſunt, diſcrimen, mox magna cum contentione cor atque arteriae agant [k]), mox ſeſe remittant, tunc, quando vis vitae conſultum eſſe putat, tantiſper a labore quieſcere denuoque ad illum reuerti poſtea. Quae *plus* etiam illo, quo [l]) tenaces, hinc immoti humores ſunt, *minus* autem

Iuxta ſummum ſtatum aut increſcentibus etiam febribus, celeres, neceſſum eſt, et frequentes pulſus eſſe. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* I.

h) Ἡ ἐξαιφνίδιος τῶ σφυγμῶ μεταβολὴ παροξυσμὸν ἀγγέλλει.
Subitanea pulſus mutatio exacerbationem nuntiat. GAL. *De Prognoſi Pulſuum* IV. 11. p. 305. T. VIII.

i) Τὸ ἴδιον τῶν πυρετῶν σημεῖον ἐναργὲς ἐν τοῖς σφυγμοῖς.
Proprium febrium ſignum efficax in pulſibus. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* I.

k) Σφυγμὸς κατ' ἀρχὰς τῶν ἐπισημασιῶν σφοδρότερος.
Pulſus ad principia paroxyſmorum intenſior. GAL. *De Typis*, c. 2. p. 153. T. VII.

l) Ὁ σφυγμὸς πάμπολυ ἀθροίζεται κατὰ τὰς σήψεις τῶν χυμῶν ἐφ' αἷς ἀνάγκη πυρετὰς ἀνάπτεσθαι· ἀνάλογον δὲ καὶ κατὰ τὰς πυρετὰς ἐν μὲν ταῖς ἐπισημασίαις πλέον, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις καιροῖς ἧττον, καὶ πλέον μὲν ἐπὶ τοῖς παχέσι καὶ γλισχροῖς χυμοῖς, οἵοιπερ οἱ φλεγματώδεις εἰσὶ καὶ ὓς ὀνομάζουσι ὠμούς.
Pulſus ſaepe frequentior fit prope ad humorum putredines, a quibus, neceſſitas eſt, febres excitari; conuenit etiam intra febres in paroxyſmis quidem plus, in reliquis autem temporibus minus, et plus quidem in craſſis tenacibuſque humoribus, quales pituitoſi ſunt, et quos crudos appellant. GALEN. *De Prognoſi Pulſuum* II. 1. p. 258. T. VIII.
Ἐγγὺς δ' ἤδη τῆς ἀκμῆς ἐξημμένων τε τῶν χυμῶν καὶ ζεόντων ἀθρόαν αὔξην τὸ τάχος τῆς συστολῆς λαμβάνει.
Prope autem ad incrementum incenſis flagrantibusque humoribus, frequens augmentum celeritudo contractionis (cordis) accipit. GAL. L. cit. IV. 2. p. 297.

autem illo, quo mobiles et obſequioſi fiunt, ac per ſua colatoria haud difficulter eunt; *plus* illo, qui a ſummo incremento febris proxime abeſt tempore, et quo euacuationem aliquam aliamue morbi mutationem fieri par eſt m), *minus* in decremento vel totius aegritudinis, vel paroxyſmi, pulſus arteriarum eleuantur et concitantur. Intra breue illud tempus, quo febrium intermittentium paroxyſmi deflagrant, notabilis eſt pulſuum mutatio. Principium enim vniuscuiusque, inhorreſcente aegroto, ita capitur, vt adſint pulſus rari et debiles n); qui prope augmentum celeres et magni ſunt, dum decrementum magni et molles, quos ſudor ſequitur o), ſignificant. Quae cum ita ſint, vt pro temporum in morbis varietate pulſus diſcrepent, ad duo momenta, iſtud

S 5 cordis

m) Ὁ ὑψηλὸς ἁπάσης ἐκκρίσεώς ἐστιν γνώρισμα.
Altus pulſus omnis excretionis eſt indicium. GAL. *De Criſib.* III. 11. p. 448. T. VIII.

n) Σφυγμοὶ βραδεῖς ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς φρίξεσιν.
Pulſus tardi in magnis horroribus. GAL. *De Prognoſi Pulſuum* III. 7. p. 290. T. VIII.
Κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν, ἡνίκα ῥιγῶσιν ἔτι οἱ νοσοῦντες, ἱκανῶς ἀραιοὶ καὶ βραδεῖς αὐτῶν οἱ σφυγμοὶ γίγνονται.
Iuxta principium paroxyſmorum, vbi horrent aegroti, inſigniter rari et lenti eorum pulſus fiunt. GALEN. ad GLAVCONEM *Therap.* I.

o) Κατὰ τὰς παρακμὰς ἐκλύεται τὸ τάχος τῆς συστολῆς, καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς ἀπυρεξίαν ἢ ἐγγὺς αὐτῆς ἀφίκονται, ἐπιτείνεται δὲ κατὰ τὰς ἀναβάσεις.
Secundum decrementa (paroxyſmorum) ſoluitur celeritas ſyſtoles, et maxime quando aegri ad ſtatum febre vacuum, aut prope ad illum perueniunt; intenditur autem iuxta incrementa. GAL. *De Prognoſi Pulſuum* IV. 12. p. 307.
Εἰ δὲ καὶ κυματώδης ὁ σφυγμὸς γίνοιτο καὶ μαλακὸς ἐπισήμως, ἔτι μᾶλλον ἐλπίζειν ἱδρῶτας.
Si autem vndoſus pulſus fiat, et notabiliter mollis: tunc plus ſperare oportet ſudores. GAL. *De Criſib.* III. 11. p. 448. T. VIII.

cordis negotium concernentia, reſpicere nos oportet, quorum *alterum* temporis ipſius, iuxta quod arteriarum pulſus a naturali abludit, rationes, *alterum*, pulſuum menſuram, vti per illam morbi cauſſa, aetas, euentus, vitae vis medicique neceſſaria actio definitur, concernit. Tametſi autem ad dierum intra acutos numerum vbique reſpiciendum ſcholaſtica aliqua ſeueritate haud eſt, vt aliquo ſeptimo, nono, vndecimo, quarto decimo viceſimoque die, moueri humores criſinque ſubſequi oporteat, cum nec antiquitas quidem huius opinionis adeo tenax et cenſurae, ex numeris petendae, intenta ſemper fuerit, quin in diebus deciſoriis definiendis ad ſymptomatum apparitiones magis reſpexerit p); Tametſi etiam morborum duratio pro aegrotantium q) indole diſcrepat, multique ex illis ſua natura breuiores ſunt et celeriter iudicantur r), vt propte-

p) Ἡμέρας κρισίμας καλοῦσιν ἐν αἷς μεταβολαὶ πισαί τε ἅμα καὶ πλεῖσαι γίνονται.

DIES CRITICOS appellant, in quibus mutationes fidae et plures fiunt. GAL. *Comm. III. in Prognoſt* HIPP.

q) Οἱ ἀραιότεροι φύσει διαφοροῦνται, οἱ δὲ πυκνότεροι χρονίζουσιν ἐν ταῖς νόσοις.

Natura macilentiores ſudant, craſſiores autem tempus terunt in morbis. GAL. *Comm. II. in* HIPPOCR. *De Vict. Acut.*

r) Τὰ διὰ ταχέων κρινόμενα (νοσήματα).

Qui cito iudicantur morbi. GAL. *Comment. III. in* HIPP. *Prognoſt.*

Τὸ μὲν τῆς πέψεως εὐθὺς ἐν ἀρχῇ φαινόμενον ἐν τάχει σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον δηλοῖ.

Illud, quod coctio cito appareat, celeriter ſaluum fore hominem indicat. GAL. *De Criſib.* I. 5. p. 383.

Ταχέως παραγίνεται καὶ πέψιος οὐδεμιᾶς προσδεῖται.

(Morbus) celeriter tranſit, et nullius coctionis indiget. HIPP. *De Priſca Med.*

Τὰ μικρὰ πάθη, χωρισθέντων τῶν ποιούντων αἰτίων, αὐτίκα παύεται, τῆς φύσεως ἰωμένης αὐτά, μόνα γὰρ ἐκεῖνα δεῖται τῆς ἔξωθεν βοηθείας, ὧν διὰ μέγεθος ἀδυνατεῖ κρατεῖν ἡ φύσις.

Parui

propterea aeſtimari dies ad numeros nequeant; adſunt tamen, quae *dierum aeſtimationem* neceſſariam reddant, argumenta. Ratio enim ſuadet, nihil in magnis negotiis, nec in ſanitatis conſecutione [s]), conſtans et perpetuum eſſe poſſe, ſi breui opera perficitur, opusque eſſe, quo ordinatus ſit in rebus gerendis labor. Experientia autem hoc ſecum adfert, naturam paſſim temporum ſeruare numeros, ad annos *aetates*, ad menſes *partum*, ad dies *fluxus femineos*, ad horas *paroxyſmorum inuaſiones* diſponere. Proinde abſonum haud eſt, diebus etiam intra febres aliquid largiri velle, cum rerum vſus doceat, firmius certiusque eſſe omne, quod aliquo ex aſſumtis ab antiquitate diebus geritur, negotium [t]). Licet autem, decurrente febre, intra quam curioſius, quam penes longos morbos tempora aeſtimantur, omnes dies, ſiquidem natura ſemper agit, ſuas perficiant operas [u]), omnesque proinde, latius accepto ſignificatu, *critici* appellari poſſent; eſt tamen in decurſu acutarum febrium non inſuper habenda dierum ſucceſſio [x]). Cum enim vltra viceſimum primumque diem acutae febres haud excur-

Parui morbi, ſeparatis affligentibus cauſſis, ſubito ſopiuntur, natura ſanante illos; ſoli enim illi indigent externo auxilio, quos propter magnitudinem ſubigere natura nequit. GAL. *Loc. Affect.* I. 1. p. 384. T. VII.

s) Τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνηται.
Quae meliorem criſin effectura ſunt, non ſtatim appareant. GAL. *De Criſib.* I. 7. p. 386.

t) Ὠφελεῖ μᾶλλον ἐὰν ὁ λυπῶν ἐκκενῶτο χυμὸς ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ.
Iuuat plus, ſi affligens humor euacuetur in die iudicatorio. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

u) Τῶν ἡμερῶν ἑκάστης ἐστί τις ἴδιος φύσις.
Diebus ſingulis ſua eſt indoles. GAL. *De Criſib.* I. l. cit.

x) Οἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων μέγα δύνανται.
Numeri temporum multum valent. HIPP. *De Veteri Medicina.*

currant, et intra hunc terminum vel morte, vel ſanitate, vel nouo morbo deſinant y); experientia docuit, illis diebus, qui ad rationes quaternarii vel ſeptenarii numerantur, ſolemne quid et ponderoſum perfici, quod in ſalutem, niſi inſuperabilis cauſſa, vis autem vitae parua eſt, cedat et proſpere eueniat. De hoc dierum, quos propterea *criticos* appellant, quia decidunt et iudicant, diſcrimine et effectibus HIPPOCRATES z) ita ſentit. *Quartus* ab ineunte febre ſignificatorius eſt ſeptimi, et, euacuatione quacumque demum inſtituta, indicat, ſeptimo

y) Ἢν δὲ πρὸς τὰς ἡμέρας διαγίνωνται τὰς δύο καὶ εἴκοσι, καὶ τὸ πῦρ μεθῇ, καὶ ἐν ταύτῃσι μὴ ἐκπτυσθῇ, ἔμπυοι γίνονται.
Si ad diem (pleuritides) ſuperſunt a vigeſimo alterum, et calor manſerit, et in his nihil tuſſi reiectum ſit, empyematici fiunt. HIPP. *De Morbis* I.
Πέρας τῶν ὀξέων ιδ´ ἡμέρα.
Finis acutarum febrium XIV. dies. GAL. *Comment. III. in Prognoſt.* HIPP.

z) Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος, ἑτέρης ἑβδομάδης ἡ ὀγδόη ἀρχὴ, θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη· αὐτὴ γάρ ἐστι τετάρτη τῆς δευτέρης ἑβδομάδος: Θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη· αὐτὴ γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑπτὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.
Septem dierum quartus eſt ſignificatorius, ſecundae ſeptimanae octauus principium, indicatorius vndecimus; hic enim quartus eſt alterius ſeptimanae. Indicatorius denuo decimus ſeptimus; hic enim quartus eſt a decimo quarto, ſeptimus autem ab vndecimo. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 24. p. 74. T. I. *)

*) De hac dierum decretoriorum veritate multi dubitant; Sed minus bene: nam quotidie obſeruantur. Magis litigant de cauſſa, quare alternis diebus et morbi vehementia increſcit, ac remittit, et morbus ipſe decernit. Variae adductae cauſſae ſunt, quas iam diiudicare non lubet. Nuperrime quidam anonymus (v. GREGORY Anfangsgründe der Behandl. der Krankheiten, Leipz. 1777. p. 12.) docuit, hanc dierum criticorum cauſſam quaerendam eſſe in febre alternis diebus auctiori, tuncque facilius iſtis eam iudicari poſſe. Haec admodum probabiliter, et pereleganter. *G.*

mo iſto die, qui criticus princeps eſt, exacerbatione oborta, morbum ſolutum iri. Sin iſtud haud fiat, alter quartus, qui *octauus*, mouebit vndecimo die purganda; qui ſolemnis propterea eſt, quod ſit a quarto ſeptimus. Quod *vndecimus* non conficit, abſoluet princeps alter criticus *decimus quartus*, cum ſit ſecundi ſeptenarii vltimus. Quodſi tamen expediri ne tunc quidem ſalutis negotium potuit, *decimus ſeptimus*, cum ſit, connumerato decimo quarto, quaternarius aliquis, leuioribus tamen motibus ſubruit atque euertit ea, quae *viceſimo primo die* abſoluuntur. Eſt tamen, vel apud ipſum HIPPOCRATEM, vel apud eius interpretes, GALENVM atque AETIVM, aliquis circa dierum iſtorum numeros diſſenſus; id quod, quamuis ſcholaſticum aliquibus videri poſſit, a ſcriptionis academicae natura alienum tamen haud eſt [a]). Quamuis autem

a) *Κρίνονται δὲ οἱ πυρετοὶ τεταρταῖοι, ἑβδομαῖοι, ἑνδεκαταῖοι, ἑπτακαιδεκαταῖοι, εἰκοστῇ πρὸς τῇ μιᾷ, ἐκ δὲ τούτων τῶν ὀξέων τριακοσταῖοι, εἶτα τεσσαρακοσταῖοι, εἶτα ἑξηκοσταῖοι· ὅταν δὲ τούτους τοὺς ἀριθμοὺς ὑπερβάλλῃ, χρονίη ἤδη γίνεται ἡ κατάστασις τῶν πυρετῶν.*

Iudicantur febres, quarto, ſeptimo, vndecimo, decimo ſeptimo, vigeſimo primo die, ex his acutis, ſunt, qui trigeſimo, deinde quadrageſimo, hinc ſexageſimo; Quando autem hos numeros ſuperant, longa iam fit conſtitutio febrium. HIPP. *De Diebus Iudicat.* §. 9. p. 437. T. I.

Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται· οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβαιῶτες, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν, οἱ δὲ κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι τεταρταῖοι κτείνουσιν, ἢ πρόσθεν. ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτέων οὕτως τελευτᾷ, ἡ δὲ δευτέρη ἐς τὴν ἑβδόμην περιάγεται, ἡ δε τρίτη εἰς τὴν ἑνδεκάτην, ἡ δὲ τετάρτη εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡ δὲ πέμπτη ἐς τὴν ἑπτακαιδεκάτην, ἡ δὲ ἕκτη ἐς τὴν εἰκοστήν.

Febres iudicantur ſecundum numeros, veluti in quibusdam diebus vel euadunt, vel pereunt homines; benigniſ-

autem diebus criticis quaedam habenda ſit fides, certoque conſtet, inter illos, qui febrem vno curſu abſol-

nigniſſimae enim febres et ſuper optimis ſignis fundatae, quarto die quieſcunt aut ante, peſſimae autem et cum ſignis difficillimis factae, quarto die occidunt, vel ante. Et prima periodus ſic quidem finitur, altera autem ad ſeptenarium excurrit, tertia ad vndecimum, quarta ad decimum quartum, quinta ad decimum ſeptimum, ſexta ad vigeſimum. HIPP. *Praenotion.* §. 20. p. 464. T. I.

Ἡ ἑβδόμη ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ νοσήματος ἡμέρα πάντων μάλιστα τῶν ἡμερῶν λύει τελέως ἀεὶ καὶ πιστῶς καὶ ἀγαθῶς καὶ ἀκινδύνως καὶ σαφῶς καὶ εὐσήμως: Τῆς ἑβδόμης δὲ τὴν πίστιν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη μιμεῖται μάλιστα: Πλησίον δὲ αὐτῶν ἐστὶν ἡ ἐννάτη καὶ ἡ ἑνδεκάτη, καὶ ταύτης ἐστὶν ἐγγὺς ἡ ἑπτακαιδεκάτη καὶ πέμπτη, μετὰ δὲ ταύτας ἡ τετάρτη, καὶ μετ' αὐτὴν τρίτη καὶ εἰκοστή: ἡ δὲ ἕκτη πολλάκις μὲν κρίνει, ἀλλὰ τὰς πλείους κρίσεις μοχθηρὰς ἢ καὶ θανατώδεις ἐπιφέρει, εἰ δὲ μήγε, οὐ τελείας, οὐδὲ πιστὰς, ὑποτροπιάζει γὰρ τὰ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ κρινόμενα νοσήματα, καὶ λελύσθαι δοκεῖ, εἰ δὲ καὶ τελεία κρίσις, ὅπερ ἐστὶ σπάνιον, ἐν τῇ ἕκτῃ γένηται, μετὰ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων καὶ χαλεπῶν γίνεται: Τῆς μὲν οὖν ἕκτης τὴν φύσιν οὐδεμία ἄλλη ἐμιμήσατο τῶν ἡμερῶν· εἰ δέ ποτε εἰς τὴν ὀγδόην ἡμέραν ἢ τὴν δεκάτην ἐκπέσοι λύσις ἀθρόα νοσήματος, ὁμοιοῦται πως τῇ κατὰ τὴν ἕκτην: Σπανίως δὲ καὶ ἐν ταύταις λύεται, καὶ οὐδὲ πιστῶς οὐδὲ ἀγαθῶς, οὔτε τελείως, ἀλλὰ καὶ ἀσαφῶς καὶ ἀσήμως· μεταξὺ δέ πως τῶν πρώτων εἰρημένων ἀγαθῶν καὶ τῶν μετὰ ταῦτα κακῶν ἡ τρισκαιδεκάτη μάλιστα κατεφάνη τετάχθαι, μήτε ὁμοίως ἀπόβλητος οὖσα ταῖς κακαῖς μήτε ὁμοίως ταῖς ἀγαθαῖς πεφυκυῖα· δεῖ δὲ πάντη, εἰ μέλλει ἀγαθὴ γενήσεσθαι κρίσις, προδεδηλῶσθαι μάλιστα μὲν ἐν τοῖς οὔροις ἤδη καὶ τοῖς λοιποῖς σημείοις, ἡ μὲν οὖν τρίτη καὶ τετάρτη καὶ πέμπτη τῶν ἡμερῶν προδηλοῦνται εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἡ δὲ τετάρτη προδηλοῖ τὴν ἑβδόμην, ἡ δὲ ἑβδόμη τὴν ἑνδεκάτην, ἡ δὲ ἑνδεκάτη τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη τὴν ιζ', ἡ δὲ ιζ' τὴν κ'. Ὅρος δὲ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἡ ιδ' ἐστὶ, ὡς ἄγε ταύτην ὑπερβαίνει τὸ νόσημα, ἐκπέπτωκε τῶν ὀξέων.

Septimus ab initio morbi dies, omnibus diebus plus, perfecte ſemper et fideliter, et bene, et ſine periculo, et clare, et cum bonis ſignis ſoluit: Septimi fidem decimus quartus imitatur. Proxime eſt nonus et vndecimus, huic prope eſt decimus ſeptimus et quintus, poſt has

abſoluendam perficiunt, dies, quosdam *κυρίας*, *principes*, et *ἀρτίας*, *abſolutiores*, quosdam *περιττὰς*, *ſuperfluos* veluti vacuosque, in quibus negotii nihil geratur, et aeger, quoad calorem et ſymptomata, remiſſior ſit, quosdam denique *θεωρητὰς* et *ἐπιδήλους*, *ſignificatoriosque* eſſe, qui moueant, nihil tamen perficiant, ſed ad dies criticos ſaltim praeludant [b]); Quamuis etiam dubitatum haud ſit, pro grauitate ſua febres mox intra primum, mox intra alterum dura-

has quartus, hinc tertius et vigeſimus. Sextus ſaepe iudicat, ſed plurimas criſes laborioſas vel etiam letales affert, vel certe non perfectas aut fideles: Reuertuntur enim, qui ſexto die iudicantur morbi, et ſoluti eſſe videntur; Etiamſi perfecta criſis, quod rarum, ſexto die fiat, poſt periculoſa et difficilia ſymptomata fit. Sexti ergo naturam nullus alius imitatur dierum; Si autem aliquando in octauum diem vel decimum excidat ſolutio ſubitanea morbi, aequiparatur quidem illi, quae ſexto fit, raro tamen et in his morbus ſoluitur, nec fideliter, nec bene, nec perfecte, ſed obſcure et ſine ſignis. Inter prius dictos dies bonos, et, qui poſt hos ſunt, malos, medius decimus tertius maxime videtur conſtitutus eſſe, non reprobandus omnino, vti mali dies, nec etiam indolem habens bonorum: Oportet autem vbique, ſi bona futura eſt criſis, praeindicari, maxime vrinis, vel aliis ſignis; tertius ergo, et quartus, et quintus dierum, praeindicatur ſtatim ab initio, quartus autem praeindicat ſeptimum, ſeptimus vndecimum, vndecimus decimum quartum, decimus quartus decimum ſextum, decimus autem ſextus vigeſimum. Terminus autem acutorum morborum decimus quartus eſt, vt ſi quis hunc ſupergrediatur morbus, excidat ex claſſe acutorum. AETIVS *Tetrabibl.* I. 5. *κέ.*

b) *Ἐπίδηλος καὶ θεωρητὴ ἡμέρα, ἐν ᾗ τι σημεῖον φαίνεται δηλωτικὸν τῆς ἐσομένης κρίσεως ἐν ἑτέρᾳ τινὶ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν.*

SIGNIFICATORIVS et ſpeculatiuus DIES, in quo ſignum apparet, manifeſtans futuram in alio quodam criticorum dierum criſin. GAL. *Comm. II. in Aphor.* HIPP.

durationis ſuae ſeptenarium confici [c]), intraque hunc terminum vel ſalute, vel morte, ſi tamen mors criſis eſt [d]), decurrere, mox autem ad viceſimum protendi: animus tamen iſtorum dierum ſignificationi ſeruiliter addicendus haud eſt, ſed, ipſa antiquitate ſic ſtatuente, ad ſymptomatum grauitatem [e]) in dierum diſcrimine definiendo reſpiciendum plus magisque erit. Proinde *dies* aliquis *criticus* ille futurus eſt, quem ſubita mutatio in ſtatum meliorem conſequitur [f]), nec futurus eſt, etiamſi numerus id velit, vel euacuationes id innuant, ſi conuerſio in melius ſimul haud adfuerit [g]). Denique in omni, longusne, an acutus ſit, morbo ille dies criticus eſt, intra quem magna contentione magnum aliquod negotium geritur, et ad finem feliciter deducitur. Fidum iſtius temporis ſignum cordis motus eſt, cum ſignorum concurrentium bonitate magnus et validus, quo virtutis vitalis eminentia [h]) adeſſe indicitur.

c) *Κάτοξυ, τὸ μὲν ζ' ἡμέρας ἐκ ἐξωτέρω προϊόν.*

PERACVTVS MORBVS eſt, qui ſeptimum diem non excedit. GAL. *Comm. III. in Prognoſt.* HIPP.

Τὰς καυσώδεας διακρίνεσιν ἁι τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κεφίζεσαι ἢ ἀναιρεσαι.

FEBRES CAVSODEAS definiunt quatuordecim dies, aut leuantes, aut occidentes. HIPP. *Coac. Praen.*

d) *Τῷ τρόπῳ τῦ θανάτε τὸ τῆς κρίσεως ἐκ ἐπιφέρομεν ὄνομα.*

Conuerſioni in mortem criſeos non indimus nomen. GAL. *De Criſib.* 7. p. 438. T. VIII.

e) *Οἱ μέγιςοι παροξυσμοὶ τὴν ἀκμὴν ἀφορίζεσι.*

Maximi paroxyſmi definiunt morbi ſummum ſtatum. GAL. *De Tot. Morb. Tempor.* c. 4. p. 307.

f) *Τοῖς σφοδροτέροις παροξυσμοῖς ἁι κρίσεις ἕπονται τὰπίπαν.*

Maximos paroxyſmos criſes ſequuntur plerumque. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. *κς'*.

g) *Ἐι δυσφορία μετὰ τὴν κρίσιν παρακολεθεῖ.*

Si triſtis ſenſio criſin ſequitur. AETIVS ibid.

h) *Κρίσιμος ἡμέρα, ἐν ῃ τὰ συμπτώματα πάντα ἠπιώτερα γίγνοιτο, καὶ ἀκίνδυνος καὶ ἀγαθὴ γένοιτο ἡ κρίσις.*

IVDI-

tur. Vti enim cordis ventriculi i) alternis vicibus acceptum *diaſtole* ſanguinem *ſyſtole* proiiciunt; ita a proiecto ſanguine diducuntur, eodemque in venas excurrente, contrahuntur tunicarum ſuarum virtute arteriae, quod vtrumque momentum motus cordis et arteriarum, principii vitalis influxui reſpondet k), illudque eſt phaenomenon, quod *pulſus* dicitur, cuius menſura atque numerus ad illius interualli, quod diductae iterumque in ſe contractae arteriae motibus

IVDICATORIVS DIES, in quo ſymptomata omnia manſuetiora fiant, et periculo carens et bona fiat criſis. AETIVS ib.

Προσδοκυμένης ἤδη τῆς κρίσεως, ἅπτεσθαι δεῖ τῶν σφυγμῶν, ὁ γὰρ ὑψηλὸς σφυγμὸς ὥσπερ καὶ ὁ σφοδρὸς κρίσεως ἁπάσης ἐστὶ γνώρισμα, καὶ βέβαιον σημεῖον τοῦ παρῆναι ἤδη τὴν κρίσιν τοῦ νοσήματος.

Expectata nunc criſi, tangendi ſunt pulſus; Elatus enim pulſus, vti et fortis, omnis criſios eſt indicium, et firmum ſignum, iam prope adeſſe iudicationem morbi. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tr. VI. *κϛ'*.

i) *Σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τῆς κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηριώδους κοιλίας. Σφυγμός ἐστι ἀρτηριῶν καὶ τοῦ τῆς καρδίας ἀρτηριώδους μέρους διαστολὴ καὶ συστολή.*

Pulſus eſt motus arteriarum et arterioſi cordis ventriculi. Pulſus eſt arteriarum et arterioſae cordis partis diaſtole et ſyſtole. GAL. *De Different. Pulſ.* IV. 2. p. 81. ſequ. T. VIII.

k) *Σφυγμός ἐστι διάστασις καὶ συστολὴ ἀρτηριῶν πάντοθεν, τοῦ χιτῶνος ἐπανισταμένου καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸν συντρέχοντος ὑπὸ ψυχικῆς καὶ ζωτικῆς δυνάμεως.*

Pulſus eſt diductio et contractio arteriarum per totum, tunica earum expanſa et iterum in ſe recurrente, ab animali vitalique facultate. GAL. L. cit. p. 82. *)

*) Mira eſt veterum de definitione pulſus diſceptatio, quae h. l. in vtramque partem percenſetur. Vnde facile colligitur, eos nec ſanguinis in orbem fluxum nouiſſe, vt multi exiſtimant. G.

Σφυγμός ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀρτηριῶν φυσική.

Pulſus eſt dilatatio et contractio arteriarum naturalis. *Auct. Definit.* apud GAL. n. 205. p. 255. T. II.

bus intereſt [l]), rationes aeſtimatur. Et venas quidem pulſare nouimus, quando iuxta immerſionum ſuarum locos impedimentum adeſt, quapropter effundi ſanguis nequeat, vt ab irruente a tergo ſanguine eas diſtendi oporteat, veluti HIPPOCRATES [m]) illas pulſum aemulatas, vidit, et GALENVS [n]), dum τὰς φλέβας de venis praedicari diſerte docet, ſuffragatur, illumque venarum motum a ſubſtratis arteriis procurari aſſerit. Et ſpaſmus aliquis muſculorum aliquando pulſum mentitur, quem motum, nullo typo inſtructum, nec perpetuum, a flatuoſa plerumque abdominis tenſione intra muſculos

l) Ὁ μεταξὺ δύο πληγῶν χρόνος, ἐν ᾧ διαςέλλεται ἡ ἀρτηρία καὶ συςέλλεται.

Quod duobus ictibus intercedit tempus, in quo diducitur arteria iterumque contrahitur.

Διάλειμμα, ἡ μεταξὺ δυοῖν πληγῶν ἡσυχία.

INTERVALLVM, quae duobus ictibus intercedit quies. GAL. *De Pulſib. ad Introducendos*, c. 4. pag. 2. T. VIII.

m) Φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεες.

Venae in temporibus pulſum aemulantur. HIPP. *Coac. Praenot.*

Φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρός.

Venarum iugularium pulſus validus. HIPP. *Coacae Praenot.*

n) Ἐν κεφαλαλγίαις, μάλιςα ὅταν μετὰ πολλῆς θερμασίας γίνονται, φαίνονται σφύζεσαι καὶ οἱονεὶ κλονεμέναι αἱ κατὰ τὰς κροτάφες φλέβες· πολλάκις καὶ τὰς ἐν τραχήλῳ σφαγιτίδας τὰς ἐπιπολῆς δηλονότι δονεμένας ἐθεασάμεθα σφυγμῷ τινι παραπλήσιον κίνησιν, καὶ δοκεῖ καὶ ἐν τοῖς κροτάφοις ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀρτηριῶν ἡ κίνησις γίνεσθαι.

In doloribus capitis, maxime ſi cum multo calore fiunt, apparent pulſantes et veluti aeſtuantes temporum venae. Saepe etiam in venis colli, iugularibus per ſe plerumque tumidis vidimus pulſui alicui ſimilem motum, videturque hic, vti et ille venarum in temporibus motus a ſubiacentibus arteriis fieri. GAL. *Comm. III. in III. Libr. Prorrh.* HIPP.

los abdominis excitatum, παλμὸν o), *palpitationem*, Graeci nominant; at nihil iſta pulſum attinent. Illa tamen cordis ipſius, quae tactu ipſoque haud raro auditu percipitur, recepta voce, palpitatio p) ad pulſuum doctrinam merito refertur, vti depletionem cordis impeditam, magnamque alicubi contra cor, quaecunque ea ſit, reſiſtentiam denotat, et ſummam in febribus naturae contentionem et cum cauſſa morbifica luctam indicat; veluti etiam aegroti, ſigno non valde commodo, arteriae magnae ad ſpinam dorſi pulſum manifeſte ſaepe intelligunt numerantque q). A quo, quandoquidem perpetuum haud eſt, ſi diſceſſeris, arteriarum motus, quaſcunque

o) Παλμός ἐστιν ἔπαρσις καὶ ὕφεσις σώματος μυώδους, ὑπὸ πνεύματος γινόμενος, οὐκ ἀεὶ, ἀλλὰ κατά τινας χρόνους.

Palpitatio eſt elatio et ſubſidentia corporis muſculoſi a flatu orta non ſemper, ſed quandoque. *Auct. Defin.* GALEN.

Σφυγμὸς ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ θόρυβον σημαίνει.

Pulſus in hypochondrio tumultum indicat. HIPP. *Prognoſt.*

Περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες.

Circa vmbilicum dolores palpitantes. HIPP. *Coac. Praenot.*

Οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ αἱμοῤῥαγικοί.

Palpitationes in imo ventre fluxum ſanguinis indicant. HIPP. *Prorrh.* I.

Οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ ὑποχονδρίου, αἱμοῤῥαγικοί.

Hypochondriorum in imo ventre palpitationes, fluxum ſanguinis indicant. HIPP. Ib.

p) Καρδίης παλμός.

Cordis palpitatio. HIPP. *De Humor.*

Κατά γε τοὺς φόβους καὶ τὰς ἀγωνίας ἐναργῶς ἡ καρδία φαίνεται παλλομένη.

Poſt timores et poſt colluctationes vehementer cor apparet palpitare. GAL. *De Different. Pulſ.* IV. 2. p. 82. T. VIII.

q) Κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας τῆς μεγάλης ἡ αἰσθητὴ κίνησις.

Secundum ſpinam dorſi magnae arteriae ſenſibilis motus. GAL. *Comm.* I. *in Prognoſt.* HIPP.

que explorare manu poſſis, fideles erunt temporum in morbis indices. Noſtrum illud nunc non eſt exponere, quibus de cauſſis [r]) per vitam ſanam pulſuum rationes ſaepiſſime conuertantur; Illud tamen ad iudicioſam eorum explorationem in morbis vehementer requiri arbitror, vt quis, niſi halucinari velit, ſupponat, veluti quilibet ſanguine plenior eſt [s]), ad victum [t]), ſexus [u]), aetatum [x]), ſomni [y]) et

r) Ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν ἐτράπησαν οἱ σφυγμοί.
A cauſſis externis mutantur pulſus. GAL. *De Progn. Pulſ.* II. 1. p. 258.

s) Ἡ δύναμις ἰσχυρὰ καθ' ἑαυτὴν, βαρύνεται δὲ ὑπὸ πλήθους ἢ δυσπαθῆ παντάπασιν ἔχει τὰ ὄργανα.
Vis vitae, in ſe valida, grauatur ab humorum multitudine; hinc immorigera vbique habet organa. GAL. *De Cauſſ. Pulſ.*

t) Σιτία πολλὰ ἀτάκτους τοὺς σφυγμοὺς ἐργάζεται.
Multi cibi inordinatos pulſus efficiunt. GAL. Ib. III.
Τὸ μέγεθος τοῦ σφυγμοῦ ὁ οἶνος ἐξαίρει.
Magnitudinem pulſus vinum extollit. GAL. *De Pulſ. ad Introducendos*, c. 10. p. 7. T. VIII.

u) Ἄνδρες γυναικῶν ὡς ἐπίπαν μείζονα πολλῷ καὶ σφοδρότερον ὡσαύτως πολλῷ, καὶ βραδύτερον ὀλίγῳ καὶ ἀραιότερον ἱκανῶς τὸν σφυγμὸν ἔχουσι.
Viri, quam feminae, vt plurimum maiorem multo et fortiorem, ſimiliter multo et paullo tardiorem et notabiliter rariorem pulſum habent. GALEN. *De Cauſſ. Pulſ.* III. 2. p. 203.

x) Ὁ τοῦ νεογενοῦς παιδίου πυκνότατος, ὁ τοῦ γέροντος ἀραιότατος, μέγιστος ὁ τῶν ἀκμαζόντων σφυγμός.
Recens geniti infantis frequentiſſimus, ſenis rariſſimus, maximus adoleſcentium pulſus. GAL. L. cit. c. 5. p. 206.
Ἑκάστῃ τῶν ἡλικιῶν ἐστι τις κατὰ φύσιν σφυγμός.
Vnicuique aetatum aliquis ſecundum naturam diuerſus pulſus eſt. GAL. *De Different. Pulſ.* I. 8. p. 21.

y) Οἱ ὕπνοι τρέπουσι τοὺς σφυγμούς.
Somni mutant pulſus. GALEN. *De Cauſſ. Pulſ.* III. 9. p. 211.

et pathematum [z]) rationes variare pulſus, nec morbis tribui, quod idioſyncraſiae eſt, oportere. Exercitio proinde, et veluti GALENVS [a]) conſulit, cognitione pulſuum, qui ſano fuerant, opus eſt. Non enim raro intelligas, durante vita ſana, pulſus intermittere, et variare, licet nulla ad ſenſum adſit ratio, quae efficere poſſit, vt cor aequalibus interuallis ſuas haud perficiat ſyſtolas; quorum arterias ſi intra morbum tangas, ob vitae ante actae ignorantiam ſummum adeſſe circuli ſanguinis impedimentum in homine putares. Similiter arteriarum profundior ſub carne ſitus [b]) vel tumor aliquis propinquus [c]) iudicium de pulſibus dubium facerent, niſi loco radiaeae, aliae adeſſent, quae palpari poſſent, arteriae. Vſus etiam docet, magnitudinem pulſuum et reſpirationis celeritatem eſſe ſynchronas, reliquas

 etiam

z) Θυμοῦ μὲν ὑψηλός ἐστιν ὁ σφυγμὸς, καὶ μέγας, καὶ σφοδρὸς, καὶ ταχὺς, καὶ πυκνὸς, λύπης δὲ σμικρὸς, καὶ βραδὺς, καὶ ἀμυδρος, καὶ ἀραιός.

Irae elatus eſt pulſus, et magnus, et fortis, et celer, et frequens; Triſtitiae autem tardus, et debilis, et rarus. GAL. *De Pulſ. ad Introducendos*, c. 12. p. 8.

a) Τὸν σφυγμὸν τὸν μὲν ἴδιον ἑκάστου ἀκριβῶς ἄν τις παραθεὶς μάθοι, καὶ δεῖ πολλάκις ἧφθαι τῆς ἀρτηρίας, μάλιστα μὲν ὑγιαινόντος ἀμέμπτως, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ πάσης σφοδρῆς κινήσεως.

Pulſum vnicuique proprium, exquiſite, exercitatus aliquis diſcere poſſit, et oportet ſaepe arterias tangere maxime eius, qui inculpate valet, et in quiete ab omni valido motu. GAL. L. cit. c. 9. p. 4.

b) Ἀρτηρίαι τὸν αὐτὸν τρόπον σφύζουσιν ἀλλήλαις τε καὶ τῇ καρδίᾳ, ἀλλὰ αἱ ἐν τοῖς ἀσάρκοις μέρεσι προφανέστερον, αἱ δ' ἐν τοῖς σαρκώδεσιν ἀμυδρότερον.

Arteriae eodem modo pulſant, et relatione ad ſe inuicem, et reſpectu cordis; quae in partibus carne nudis, manifeſtius; quae autem in carnoſis, obſcurius. GAL. Ibid.

c) Τὰ μόρια τῶν ἀρτηριῶν θλίβεται, παραπλησίων ὄγκων.

Arteriarum partes premuntur a vicinis tumoribus. GAL. *De Cauſſ. Pulſ.*

etiam pulſuum conditiones, ſi curioſius rem perſpicere velis, aliquam mutationem in pulmonum actione ſecum adferre, quod antiquitas bene perſpexit, vt HIPPOCRATES vbique plus reſpirationis examini, penes aegrotantes, quam pulſuum conſiderationi, dederit [d]). *Reſpirationis* certe magnitudo et frequentia vti aëris elaterem ſanguini applicat quam efficaciſſime; ita ſimul in motu cordis augendo haud parum valet, vt propterea inter ſymptomata critica et ſalutaria numerandum ſaepe ſit aſthma febrile, quandoquidem intenſiore pulmonum motu magnum celeritati ſanguinis momentum accedit, et natura illud, quod agendum ſuſcepit, negotium coniunctis cordis follisque aërei viribus gerat. Veluti ergo elatus, frequens et profundus ac ſine impedimento introductus ſpiritus ſanitatem facit [e]); ita iunctim

d) *Τραπήζονται οἱ σφυγμοὶ κατὰ τὸν τῆς δυσπνοίας λόγον.*
Pulſus ad reſpirationis rationes conuertuntur. GAL. *De Diagnoſi Pulſ.* II. 2. p. 129. T. VIII.
Τρέπεται ὡσαύτως ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις ἀναπνοὴ τοῖς σφυγμοῖς.
Similiter et ab iisdem cauſis reſpiratio et pulſus mutantur. GAL. *De Vſu Pulſ.*

e) PAVLLVS I. cap. 19. *De Vociferationis vſu in re medica.*
Ἐν ταῖς ἀναφωνήσεσιν ἡ μὲν ἐμμέλεια χρησοφωνίας ἐδὲν ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὑγίειαν, ὁ δὲ τῶν βαρυτέρων ἤχων φθόγγος χρήσιμος, ὥς τε τῦτον ἀσκητέον· ἕτω γὰρ πλεῖστος ἀὴρ εἰς τὸ σῶμα κατ᾽ ἀναπνοὴν ἑλκόμενος, διαστέλλει τόν τε θώρακα καὶ τὴν κοιλίαν, καὶ τὲς καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα πόρες ἀνευρύνει καὶ διΐστησι. διόπερ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν ποιεῖται τὰς ἐκκρίσεις. Τοῖς μὲν ἒν τονώτερον ἀναγινώσκεσι μᾶλλον καὶ δι᾽ ἱδρώτων, τοῖς δὲ ἐπιεικέστερον ἐντεινομένοις διὰ τῆς ἀδήλε γιγνομένης ἀποφορᾶς καθ᾽ ὅλον τὸν ὄγκον, συμβαίνει, καὶ διὰ τὸν λεπτυσμὸν πολλῶν περιττωμάτων ἀναχρεμπτωμένων, ἔκκρισιν γίγνεσθαι καὶ ἀναπάλωσιν.
In declamationibus (*ſanitatis cauſſa inſtitutis*) acutum melos et blanda vox nihil ad ſanitatem confert, ſed grauiorum ſonorum bombus optimus; quare hic exercendus

ctim cum cordis valente motu intra morbos quoſuis, maxime tamen intra febres [f]), criſes adiuuat quam efficaciſſime [g]). Quodſi etiam a reſpirationis conſideratione receſſeris, in pulſuum tamen conſideratione habiturus es, quo vel naturae ſuperſtes robur, vel infirmitatem [h]) cognoſcere poſſis. Dum ergo cor et arteriae viciſſim ſuo robore ſe ſuſtinent, *calor*

dus eſt. Ita enim plurimus aër in corpus reſpiratione attractus, diducit thoracem, et abdomen, et omnes in toto corpore poros dilatat et diducit. Propterea inter *Lectiones* ipſas, abundantium humorum euacuationes fiunt. Illis ergo, qui intenta magis voce legunt, plus per ſudorem, illis autem, qui vocem remiſſius intendunt, per inſenſibilem tranſpirationem in vniuerſo corporis ambitu, et per attenuationem multarum ſuperfluitatum ſcreatu reiectarum, euacuationem fieri et diſcuſſionem oportet.

f) *Ἐν καυσώδεσι πυρετοῖς πλεῖστον μὲν καὶ τάχιστον καὶ πυκνότατον ἀναπνέουσι, μεγίστους δ' ἔχουσι καὶ ταχίστους καὶ πυκνοτάτους τοὺς σφυγμούς.*

In FEBRIBVS CAVSODEIS, plus celeriusque, et frequentius, aegri reſpirant, maximos autem habent, et celerrimos, et frequentiſſimos pulſus. GAL. *De Vſu Pulſ.*

g) *Δύσπνοιά τις αἰφνίδιος οἱωνεὶ στενοχωρουμένου τοῦ θώρακος, εἰ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἐξαίφνης ὀγκώμενοι οἱ σφυγμοὶ μὴ καταπίπτοιεν εἰς μικρότητα, τὴν κρίσιν ἐλπίζειν.*

Si difficultas reſpirandi quaedam veluti anguſtato thorace, aut ſuper his omnibus derepente elati tumidique pulſus ad paruitatem haud redeant, criſin ſperare oportet. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* I.

h) *Διὰ τὴν τῆς ἀντιτιμωρήσεως ὄρεξιν ὑψηλοὶ καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ σφοδροί· διὰ δὲ τὴν τοῦ παθεῖν μᾶλλον ἢ δρᾶσαι προσδοκίαν μικροὶ καὶ ταπεινοὶ, καὶ ἀμυδροὶ, καὶ βραδεῖς γίνονται.*

Propter naturae in contrarium nitendi inſtinctum, alti et magni, et celeres. et fortes, ſed propter illam, qua plus patitur, quam facit, expectationem, parui, humiles, debiles et lenti fiunt. GAL. *De Cauſſ. Pulſ.* I. 2. p. 168.

Τῆς δυνάμεως ῥώμη καὶ ἀῤῥωστία.

Virtutis vitalis robur et imbecillitas.

eſt; *frigus*, ſi vtriusque motus flaccet [i]). Magna vel parua humorum reſiſtentia duritiem et mollitiem pulſibus affert [k]). Circuli libertas ordinem [l]), virtutis vitalis praeſtantia magnitudinem [m]), alterna et aequalis cordis et arteriarum ſyſtole ac diaſtole eurythmiam [n]) procurant. Illo autem morbi tempore pulſus plus magisque eleuantur, quando non procul a primordiis ardentium, poſtque intermittentium frigus, confligendum naturae eſt cum materie morbi, veluti illa firmiter inhaeret ſolidis, et varia contra cor reſiſtentia luctatur. Dierum, quos προκριτικȣ̀ς Graeci appellant, labor, magnus celerque pulſus eſt. Plethoricis febribus familiaris cenſetur magnus et fortis, aequalis tamen et ordinem conſtan-

i) Τῆς ἐμφύτȣ θερμασίας ἐκπύρωσίς τε καὶ κατάψυξις.
Inſiti caloris, aeſtus et frigus.

k) Τῆς τῶν ἀρτηριῶν χιτῶνος σκληρότης καὶ μαλακότης.
Arteriarum tunicae durities et mollities. GAL. Libr. cit. I.

l) Ἐυταξία τῶν σφυγμῶν.
Legitimus pulſuum ordo. AETIVS *Tetrabibl.* Tract. 6. c. 4.

m) Σφυγμικὴ δύναμις ἐῤῥωμένη.
Vis pulſatrix valens. GAL. *Method. Med.* XI.
Ἐν τοῖς χιτῶσιν τῶν ἀρτηριῶν τονικὴ δύναμις καρδίας ἰσχυρῶς ἐκθλιβȣ́σης.
In tunicis arteriarum tonica vis, corde vehementer ſanguinem exprimente. GAL. *De Different. Pulſ.* III.
Ἡρόφιλος φησὶ ῥώμην τῆς ἀρτηρίας ζωτικῆς δυνάμεως αἰτίαν εἶναι σφοδρȣ̃ σφυγμȣ̃, Ἀθήναιος δὲ τȣ̃ ζωτικȣ̃ τόνȣ τὴν ἰσχύν.
HEROPHILVS ait, robur animalis in arteria facultatis cauſſam eſſe pulſus fortis: ATHENAEVS autem vitalis toni vim. GAL. Libr. cit.

n) Τοσȣ̃τον μόνον κατὰ φύσιν ἔχȣσιν ἡμῶν αἱ κατὰ τὴν καρδίαν καὶ τὰς ἀρτηρίας κινήσεις, διαστελλομένων κατὰ κύκλον αὐτῶν καὶ εἰς ἑαυτὰς συναγωμένων.
Ita ſaltim ſecundum naturam ſe habent cordis et arteriarum motus, ſi inuicem ac in circulum diducantur iterumque in ſe contrahantur. GAL. L. cit. IV.

ſtanter ſeruans [o]). Tametſi autem magnitudo et robur pulſuum virtus [p]) eſt; laudari tamen, ſi dolor ſimul ad pulſus numerari poteſt, nequit; inflammati quid [q]) ſubeſt. Pulmones tamen inflammati pulſum propterea, quod ventriculus cordis ſiniſter ſanguine tunc parcius repletur, magnum et naturali fere ſimilem exhibent [r]), nec in eorum, nec in late-

T 5 rum

o) Ὅταν εὔσαρκοί τε καὶ πολύαιμοι καὶ πυκνοὶ τὰς ἕξεις οἱ κάμνοντες ὦσι, ἢ περιττώμασι θερμοῖς πεπληρωμένοι, τοῖς οὕτω πυρέττουσιν ὁ σφυγμὸς μέγιστος ἐστὶ, καὶ ὁμαλὸς, καὶ σφοδρός.
Si carnoſi, et ſanguinei, et craſſi ſecundum habitus aegroti fuerint, aut calentibus ſuperfluitatibus repleti, his ita febrientibus pulſus maximus eſt et aequalis, et fortis. GAL. *Meth. Med.* IX.

p) Σφοδρὸς δὲ σφυγμός ἐστι ὁ πλήττων εὐρώστως τὴν ἁφήν.
Fortis pulſus eſt valide afficiens tactum. GAL. *De Pulſ. ad Introducendos*, c. 8. p. 4.
Ἐν τοῖς πυρετοῖς ἀκινδύνοις θερμοῖς τε καὶ περικαέσιν ὁ σφυγμὸς γίνεται μέγιστος ὅταν ἡ δύναμις εὐρωστῇ.
In febribus periculo vacuis, calidis et tepidis, pulſus fiunt maximi, quando vis vitae valet. GAL. *De Prognoſi Pulſ.* II.
Τὸ μέγεθος καὶ ἡ σφοδρότης (τοῦ σφυγμοῦ) οὐ κινδυνώδης, ἀλλὰ καὶ μέγιστον ἀγαθόν.
Magnitudo et fortitudo pulſus non periculoſa, ſed maximum bonum. GAL. Ibid.

q) Φλεγμονῆς δὲ μεγάλης γενομένης, ἢ ἐρισυπέλατος ἢ ἀποστήματος, αἰσθανόμεθα σὺν ὀδύνῃ τοῦ σφυγμοῦ τῶν ἀρτηριῶν, ὅταν τὰ περιέχοντα αὐτὰς σώματα θλίβωσιν αὐτάς.
Phlegmone magna facta, aut eryſipelate, aut abſceſſu, ſentimus cum dolore pulſum arteriarum, quando quidem tunc circumiacentia illis corpora eas premunt. GAL. *De Loc. Affect.* II. 3. p. 403. T. VII.
Αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν φλεγμονῶδες πάθος παθοῦσα (ἀρτηρία) μετ' ὀδύνης σφύζει.
Ipſa in ſe ipſa inflammationem paſſa arteria, cum dolore pulſat. GAL. Ib.

r) Ὁ τῶν περιπνευμονικῶν σφυγμὸς μέγας, καὶ ἀμυδρὸς, καὶ μαλακὸς ὁμοίως τῷ τῶν ληθαργικῶν.

Peri-

rum inflammatorio ſtatu ad pulſuum rhythmos, vti tamen in aliis inflammatis euenit, dolor percipitur. Scirrhus partium duros pulſus, at dolore vacuos, ſecum adfert. Eſt et ſpaſmis ſua pulſus durities; eſt etiam inflammatis. Sed, ne quidquam, praeter magnam naturae contentionem, ſi magnitudo et robur ſimul adſit, illi ſignificant [s]). Ominoſus magis ille eſt, cui, cum durus ſit, poſt aliquot diaſtolas vna deficit [t]): Poſt viginti enim vel triginta vnam deſidera-

Peripneumonicorum pulſus magnus et mollis, lethargicorum more. GAL. *De Cauſſ. Pulſ.* IV. 12. pag. 227. T. VIII.

Οὔτ' ἐν περιπνευμονίᾳ γενήσεται πόνος σφυγματώδης, οὔτ' ἐν πλευρίτιδι διὰ τὴν τῶν μορίων φύσιν· ὁ μὲν γὰρ πνεύμων ἀναίσθητος.

Nec in peripneumonia fiet dolor pulſatorius, nec in pleuritide, ob partium naturam; nam pulmo ſenſu caret. GAL. *De Loc. Affect.* II. 3. p. 404.

s) Τοῖς σπλάγχνοις σκιῤῥωμένοις σαφέστατα καὶ συνεχέστατα σκληροὶ σφυγμοὶ γίνονται.

Viſceribus ſcirrho induratis manifeſte et continuo duri pulſus fiunt. GAL. *De Prognoſi Pulſ.* I. 4. p. 251.

Ἐν τοῖς σκίῤῥοις ἀνώδυνος ἐστὶν ἡ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις.

In ſcirrhis dolore carens eſt arteriarum motus. GAL. *De Loc. Affect.* II. 8. p. 414.

Τῶν σπωμένων, αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας συνῆχθαι δοκεῖ, καὶ ἐσφηνῶσθαι

Spaſtico morbo correptis ipſum arteriae corpus contrahi et ſigi videtur. GAL. *De Pulſ. ad Introducendos*, c. 12. p. 12 T. VIII.

Αἱ καθ' ὅλον τὸ ζῶον ἀρτηρίαι τεινόμεναι σκληρότερον ἐργάζεται.

In toto animali tenſae arteriae durius agunt. GAL. *De Prognoſi Pulſ.* IV. 2. p. 298.

t) *Φλεγμονῆς σφυγμὸς, οἷον ἐμπρίων, ἀρτηρίας σκληροτέρας φαινομένης, καὶ σφοδρότερος, καὶ ὠκύτερος, καὶ πυκνότερος· ἀκμαζούσης φλεγμονῆς ἔσθ' ὅτε καὶ ἀνώμαλος καὶ ἄτακτος.*

Phlegmones pulſus mallei inſtar ferit, arteria duriore viſa, fortior et celerior et frequentior increſcente inflammatione, aliquando et inaequalis et confuſus. GAL. *De Pulſib. ad Introducendos*, c. 12. p. 8.

Ἀνω-

derari, parum refert, pulſuumque errores pro partium affectarum nobilitate et maiore ad vitam neceſſitate, proque infarctuum obſtinatione, in acutis inque longis morbis, valde diſcrepant; id quod, licet aegros medicosque haud parum offendat, ſaepe tamen tempore excuſatur, quo euenit. Nam et intermittentium, et continuarum exacerbationes cum pulſu anomalo innocenter fiunt, ſi bonae notae character alius, moderatus pulſuum lentor, adſit, et ea ſit morbi aetas, in qua criſis [u]) expectatur. Solent enim euacuationes commodae, maxime ſudor, et ſi quid cum illo erumpit, celeres, duros, intermittentes [x]), conuertere, et peſſimos quosuis alios pul-

Ἀνωμαλία ἢ ἀρυθμία τῶν σφυγμῶν.

Anomalia et menſurae defectus in pulſibus. GAL. ad GLAVCONEM *Therap.* I.

u) Ἀνώμαλος ὁ σφυγμὸς ἐπὶ τῶν πλείστων μὲν γίνεται κρίσεων, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ἀγωνιστικόν τι καὶ περικινδυνευτικὸν ἔχωσιν.

Anomalus pulſus in plurimis quidem fit criſibus, et maxime ſi contentioſum quid et anceps habeant. GAL. *De Criſib.* III. 9. p. 441. T. VIII.

x) Σφυγμὸς διαλείπων, ἑτεροσφυξία.

Pulſus intermittens, pulſus ambiguus. GAL. *Comm. III. in Prognoſt.* HIPP.

Ὁ κατὰ μίαν πλαγὴν ἄνισος ἀνώμαλος.

Qui, vno ſaltim inter plures ictu, irregularis eſt. GAL. *De Pulſibus ad Introducendos*, c. 6. p. 3. T. VIII.

Ἡ μὲν οὖν διαλείπουσα καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλία χαλεπωτάτη πασῶν ἐστὶν ἀνωμαλιῶν.

Intermittens poſt ſingulum pulſum anomalia, difficillima omnium eſt anomaliarum. GALEN. *De Prognoſi Pulſ.* II. 4. p. 261.

Διαλείπων ἐστὶ σφυγμὸς, ἐφ' οὗ οὐκ ἐπὶ δύο μόνον, ἀλλ' ἐπὶ τρεῖς ἢ καὶ ἐπὶ πλείους πληγὰς ἡ ἀρτηρία ἐλλείπει διαστολὴν μίαν, ἢ καὶ δύο, ἢ καὶ πλείους.

Intermittens pulſus, in quo non poſt duos ſaltim aut tres, ſed et plures ictus, diaſtole vna deficit, vel duae, vel plures. *Auctor Defin. apud* GALENVM n. 228. pag. 259. T. II.

Ἀποχωρεῖ πρὸς βραχὺ καὶ αὖθις παίει ὁ διαλείπων.

Euane-

pulſuum mores [y]) ad frugem reuocare. Debilitas etiam paruitasque pulſuum, ſecundum tempora, vel inchoante paroxyſmo [z]), vel cedente morbo, nihil mali ſignificat, vti nec celeritas aut frequentia [a]), ſi ſimul adſit mollities [b]). Aſphyxia quandoque

Euaneſcit breui tempore, et iterum ludit intermittens. GAL *De Different. Pulſ.* I.

y) Ἢν καὶ παχύ πως ἢ γλίσχρον τοῖς ἐσχάτοις τῶν ἀρτηριῶν πέρασι ἐσφηνωμένον ἔῃ, χαλεπωτάτην ἐργάζεται τὴν ἀνωμαλίαν καὶ μάλιϛ' ὅταν ἤτοι τῆς καρδίας αὐτῆς ἐγγὺς, ἢ καὶ πόῤῥω μὲν ἀλλ' ἐν κυρίοις μέρεσιν ἡ σφήνωσις τῶν ἐμφραττόντων χυμῶν γίνεται.

Si denſum quid et viſcidum vltimis arteriarum finibus incuneatum erit, difficillimam efficit anomaliam, et maxime, ſi vel prope ad cor, vel, quamuis procul, in principibus tamen partibus, incuneatio infarcientium humorum ſit. GAL. *De Cauſſ. Pulſ.*

Ἡ διὰ τὴν τῶν ὀργάνων κάκωσιν ἀλλοίωσις τῶν σφυγμῶν.

Quae propter organorum deprauationem fit mutatio pulſuum. GAL. *De Prognoſi Pulſ.* III.

z) Τῶν παροξυσμῶν εἰσβαλόντων οἱ μὲν τοὺς πυκνούς τε καὶ μικρούς, οἱ δὲ πρὸς τούτοις καὶ τοὺς ἀμυδρούς· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ἀνωμάλους. εἰσὶ δ' οἱ καὶ τοὺς βραδεῖς (σφυγμοὺς ἔχουσι).

Paroxyſmis inuadentibus quidam frequentes et paruos, alii inſuper et debiles, quidam et irregulares; Sunt etiam, qui tardos (pulſus habent). GAL. Ib.

a) Ταχὺς ὁ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διαστελλομένης τῆς ἀρτηρίας γινόμενος.

Celer pulſus, qui paruo tempore diducta frequenter arteria fit. GAL. *De Pulſ. ad Introducendos*, c. 8. p. 4.

Σφυγμὸς πυκνὸς ὅταν βραχὺς ὁ τῆς ἡσυχίας χρόνος, ἀραιὸς δ' ὅταν πολύς.

PVLSVS FREQVENS, quando *breue* quietis tempus; RARVS autem, quando *multum*. GAL. Ib.

b) Ὁ κυματώδης δύναμιν ἐνδείκνυται τόνου μετρίου μετέχουσαν, ἡνίκα μᾶλλον κρίσιμον ἱδρῶτα προδηλοῖ.

FLVCTVOSVS vim indicat moderatum tonum habentem, vnde maxime ſudorem criticum praedicit. GAL. *De Prognoſi Pulſ.* II. 9. p. 270.

Τὸ μαλακὸν ὄργανον ἑτοίμως ἐκτεινόμενον πάντη ῥαδίως διαστέλλεται, τὸ δὲ σκληρὸν οὐκ ἄνευ μεγάλης βίας.

Molle organon commode extendendum, facile diducitur; durum autem non ſine magna vi. GAL. *De Cauſſ. Pulſ.* I.

que mala [c]). At cum inaequalitate debilis, formicans [d]), myurus [e]), vermicularis [f]), dicrotus, palpitans et tremebundus [g]), peſſima quaeuis portendunt.

c) Ἄσφυκτον λέγομεν τὸν οὕτω διακείμενον ἄνθρωπον, ὡς μηδεμίαν ὑποπίπτειν κίνησιν ἐν μηδενὶ μέρει τοῦ σώματος ἀρτηρίας μηδεμιᾶς.

Pulſu orbatum dicimus ita conſtitutum hominem, vt nullus in ſenſum cadat motus in vlla corporis parte arteriae vllius. GAL. *De Pulſuum Different.* IV.

d) Μυρμηκίζων ἐστὶ μικρὸς, κενὸς, πυκνὸς, ἀμυδρὸς, πάντων ἐπὶ τὸ ἔσχατον κατηγμένος, οἱονεὶ μύρμηκος περιπατοῦντος.

FORMICANS PVLSVS, eſt paruus, vacuus, frequens, debilis, omnibus his ad extremum ductis, veluti formicae ambulantis. *Auct. Defin. apud* GALENVM, n. 233. p. 259. T. II.

e) Μύουρος, ὅταν κατὰ τὰ πρῶτα μέρη τῆς ἀρτηρίας ὁ σφυγμὸς σφοδρότερος, ἐν δὲ τοῖς ὑποκάτω μικρότερος.

MYVRVS, quando ad ſuperiores arteriae partes pulſus valentior, in infra ſitis autem minor eſt. GAL. *De Prognoſi Pulſ.* II. 10. p. 271.

f) Ὁ σκωληκίζων καὶ χωρὶς πυρετῶν φαίνεται, γινόμενος ἐπὶ κενώσεσιν λάβραις, αἱμοῤῥαγίαις τε καὶ διαῤῥοίαις, καὶ χολέραις, καὶ καθάρσεσιν ἰσχυραῖς, ἐμέτοις τε σφοδροῖς καὶ οὔροις παμπόλλοις, καὶ καταμηνίων ἀμέτροις καταῤῥήξεσιν.

VERMIVM inſtar REPENS etiam ſine febribus apparet, factus ab euacuationibus frequentibus, ſanguinis profluuiis, et alui fluoribus, et choleris, et fortibus purgationibus, vomitibus vehementibus, vrinis copioſis, et menſium immodicis profluuiis. GAL. Ib. c. 9. p. 271.

g) Σφυγμὸς δίκροτος, κλονώδης, παλμώδης, τρομώδης.

PVLSVS BIS SALIENS, contractus, palpitans, tremens. GAL. *De Different. Pulſ.* IV. paſſim.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XIII.

DE FLVXV INTESTINORVM CRITICO.

Materies morbi, motibus naturae criticis excitata, conuenientibus [a]), vti vel humorum textura fert, vel loci affecti propinquitas id poſtulat, organis vel deponitur interea, vel expellitur [b]). Cum autem vitio haud careant illae conualeſcendi rationes, quae nouo morbo, per ἀπόστασιν inducto, celebrantur, ſatiusque ſemper ſit, ſi optio datur, ſecedere de corpore res nocentes, quam quieſcere et relinqui; proinde praeſtantius eſſe illud naturae opus videbitur, quo morbi euacuando ſanantur. Secundarium forte negotium eſt, quod, translatione

a) Ἃ δεῖ ἄγειν, ταύτῃ ἄγειν ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων.

Quae ducere oportet, ducenda ſunt quorſum natura maxime vergit, per conuenientes locos. HIPPOCR. Aphor. Sect. I. 21. p. 71. T. I.

Explicat GALENVS in Commentario ad hunc locum, p. 38. T. VI. Ξυμφέροντα δ' ἐστὶ χωρία κενώσεσιν ἔντερά τε καὶ γαστὴρ, καὶ κύστις, καὶ μήτρα, καὶ σύμπαν τὸ δέρμα, καὶ πρὸς τούτοις αἱ δ' ὑπερῶαί τε καὶ ῥίνες.

Conuenientes autem loci euacuationibus ſunt inteſtina, et venter, et veſica, et vterus, et vniuerſa cutis, et ſuper his palatum, et nares.

b) Πολλάκις ἀποστάσεις εὕρομεν οὐ μόνον τῶν κατ' ἀπόθεσιν, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἐκκρίσεων.

Saepe ſeceſſus humorum inuenimus, non tantum per depoſitionem, ſed etiam per euacuationes. GAL. *Comm. III. in Epid.* HIPP. VI.

ne mali ad partes facta, geritur. Oportet ergo de *euacuationibus*, *ſalutis cauſſa ſuſceptis*, primo loco exponi. Harum veluti omnium, hinc ſingularum, virtutes ſunt, *τὸ* ſpontaneum c), ſufficientia d) temporis opportunitas e), ad locum excretorium aptitudo f), et, ſi fieri poſſit, facilitas g). Quo autem patentioribus viis humores ſecedunt noxii, eo plus aeger proficit. Hinc maximi ſaepe morbi, acuti aeque ac longi, fluxibus ad canalem alimentorum redeuntibus, iudicantur eo conuenientius, quo certius primarum viarum vel viſcerum his reſpondentium noxae excretionibus, proxime ad mali fontem inſtitutis, in ipſis haud raro natalibus opprimuntur. Haec etiam eſt ratio, propter quam ſalubres inteſtinorum fluxus inter reliquos primi nominan-

c) *Ἔκκρισις ἀυτομάτη.*

Spontanea euacuatio. GAL. *Comment. II. in Progn.* HIPP.

Ὅτι δ' ἂν τέτων ἀυτοματήσει, λύει τὸ νόσημα.

Quidquid horum ſpontaneum fuerit, morbum ſoluit. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

Ἀυτόματα ὠφελέει.

Spontanea ſufficiunt. HIPP. *De Humor.*

d) *Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον.*

Omne nimium naturae inimicum. HIPPOCR. Sect. 2. Aph. 3.

Πάντα τε μετρίε μᾶλλον γινόμενα κακά.

Quaecunque plus, quam modulus fert, fiunt, mala. HIPP. Sect. II. Aph. 3. p. 72.

e) *Ἢν ἐν καιρῷ τι γένοιτο, βέλτιστον.*

Si quid in tempore fiat, optimum. HIPP.

f) *Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ, οἷα δεῖ.*

Quae abſcedunt, non multitudine aeſtimentur, ſed ſi ſecedant, quae oportet. HIPP. *De Humor.*

g) *Ὅταν δὲ ταῦτα μηνύωνται, μηδ' ἀυτὴ ἡ φύσις ἑκέσα ἀφίῃ, ἀνάγκας εὕρηκεν ᾗσιν ἡ φύσις ἀζύμως βιασθεῖσα ἀφίησιν.*

Dum iſta indicantur, nec ipſa natura ſponte dimittit, neceſſitates inuentae ſunt, quibus natura *haud violenter adacta* dimittat. HIPP. *De Arte.*

minandi eſſe viſi mihi fuerint, quorum prior vomitus, veluti ad vitam ſanam et morbos auertendos haud parum confert [h]), ita in morborum etiam variorum decurſu feliciter euenire ſolet. Illi autem prae reliquis morbi effuſione humorum, ex ventriculo per os facta, recte breuique negotio ſoluuntur, quorum cauſſae intra primas vias, quo titulo organa chylopoeitica inſignimus, ſedent, ſiue ab introductis, ſiue a ſponte naſcentibus rebus noxiis ſolicitetur ventriculus, ſiue, qui vomendi ſunt, humores ex toto homine per villos intimae tunicae ad cauum deferantur, ſiue ex cognatis viſceribus per tubos communicantes adducantur, aut ex oſculis vaſorum ſanguiferorum ad caua hiantium, quod ſalutare

h) Τοῖσι σμικροῖσι καὶ νεογονοῖσι παιδίοισι ἔμετοι.

Paruulis et recens natis infantibus, vomitus. HIPP. *Aphor.* Sect. III. 24. p. 81.

Πρὸς τοὺς συμβαίνοντας ἐμέτους τοῖς πλοιζομένοις, τοῖς μὲν πρώτοις γιγνομένοις, οὔτε ῥάδιον, οὔτε χρήσιμον ἀντιτάσσεσθαι· πάντα γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἴωθεν ὠφελεῖν. Δεῖ δὲ μετὰ τὸν ἔμετον μὴ πολλὰ μηδὲ τὰ τυχόντα βρώματα προσφέρεσθαι, ἐπὶ πλείω δὲ χρόνον πλειόνων γενομένων ἐμέτων τῇ ὑποστολῇ τροφῆς σφοδροτέρᾳ χρηστέον. δεῖ δὲ καὶ βλέπειν ὥστε ἥκιστα εἰς τὴν θάλασσαν ἕως εἰς τὸν ἐθισμὸν ἔλθῃ τῆς ἐν τῷ πλοίῳ διατριβῆς, καὶ τοῖς ὕδασι δὲ προσέχειν, ὅπως μὴ θολερὰ μήτε δυσώδη μήτε ἁλυκὰ ἔσται.

Contra vomitus, qui nauigantibus eueniunt, et prima vice contingunt, nec facile nec vtile quidquam opponi; omnibus enim modis vt plurimum ſolent prodeſſe. Oportet autem poſt vomitum, non multos, nec fortuito oblatos cibos apponi. Longiore autem tempore, plurimis vomitibus factis, ſubtractione ciborum pertinaciore vtendum. Oportet autem frequenter proſpicere in mare, donec ad conſuetudinem vitae nauticae perueniat, et aquis animus aduertendus, ne vel putridae ſint, vel graueolentes, vel ſalſae. PAVLLVS Libr. I. κϛ'.

lutare aliquando eſt, materia vomenda proueniat [i]). Paullo quidem laborioſius hepatis ductus, qui bilem vtramque duodeno tradunt, emunguntur vomitu, cum commodior omnino ſit fellis, quod *κάτω* purgatur, deiectio [k]); Eſt tamen in illo muſculorum imi ventris et diaphragmatis conatu, in quo vomitus rationes prae reliquis conſiſtunt, ſingulare aliquod, quod hepatis canales felleos compellere valet momentum [l]). Propterea in morbis omnibus, (ſunt

i) Τὰ ἐμούμενα ἐκκρίνεται ποτὲ μὲν ὡς πλείω τε καὶ βαρύνοντα τὴν κοιλίαν, ὥσπερ ἐνίοτε τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς, ὅτε δὲ ὡς ἀνιῶντά τε καὶ δάκνοντα, καθάπερ ὅταν ὀξώδης ἢ κνισσώδης ἢ πικρὰ καὶ δριμεῖα κατὰ τὴν ἀπεψίαν ἡ προσενεχθεῖσα γένηται τροφή. Τούτου τοῦ γένους ἐστὶ καὶ τὰ χολώδη καὶ φλεγματώδη καὶ ὀῤῥώδη περιττώματα τά τ᾽ αὐτόθι γεννώμενα καὶ ὅσα συῤῥεῖν πέφυκεν εἰς αὐτὴν ἐξ ὅλου τοῦ ζώου τῆς ἕξεως: Καὶ αὐτό γε τὸ αἷμα τὸ εἰς τὴν κοιλίαν ἐκχυθὲν ἐμεῖν αὐτὸν ἀναγκάζει.

Vomenda expurgantur, aliquando vti ſuperflua et grauantia ventriculum, veluti quandoque multitudinem ciborum, aliquando vti affligentia et mordentia, veluti quando acidus et nidoroſus, aut amarus, aut acris, tempore apepſiae, oblatus fuerit cibus. Huius generis etiam ſunt billioſae, et phlegmaticae, et ſeroſae ſuperfluitates, tum quae ibidem naſcuntur, tum quae in eundem (ventriculum) confluere ſolent ex totius animalis habitu. Et ipſe etiam ſanguis in ventriculum effuſus eundem ad vomendum adigit. GAL. *De Sympt. Cauſſ.* III. 2. p. 87. T. VII.

k) Τῶν καθ᾽ ἧπαρ λυπούντων ἐκκενοῦσθαι χρῃζόντων ἐπιτήδειαι ῥοπαὶ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ταύτης αὐτῆς, βελτίων ἡ κάτω, τῆς δι᾽ ἐμέτων.

Eorum, quae hepar affligunt, et vacuatione indigent, deſtinationes verſus ventriculum, ſed hac ipſa, quae vomitu fit, melior ea, quae deorſum. GAL. *Comm.* I. *in* HIPP. *Aphor.*

l) Ἐκκενοῦσθαι μὲν δήπου χρὴ τοῦ ἥπατος ὅσον ἀθροίζεται κατ᾽ αὐτὸ τοῦ τε πικροχόλου χυμοῦ καὶ τῶν ἐκ τῆς φλεγμονῆς ἰχώρων: Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς τοῦ διαῤῥύπτεσθαι μὲν τὰ κατὰ τὸ σπλάγχνον ἀγγεῖα, τὸν δὲ εἰς τὴν νῆστιν καθήκοντα πόρον ἀνανεοῦσθαι.

(ſunt autem plurimi) ab immorigera bile [m]) ortis, tum maxime in ictero, fel flauum, viride, nigrum, ore reiici opportunum eſt et valde ſalubre [n]). Licet enim et illud proſpere eueniat, ſi bilis vtraque, impedimentum introitus ad ieiunum ſuperare haud valens, venis hepaticis abſorpta, cordi data et circumducta, cutem pingit, quam excretionem, niſi morbum ipſum, ſymptomata certe grauiora morbi ſoluentem, *criticam* recte appellauit GALENVS [o]); ſatius tamen, conuenientius ſemper ac optabilius eſt, hepatis faecem, vomitibus obortis, ante, quam ſanguinem ſubeat, in limine tolli, morbumque in ipſis natalibus ſuffocari. Similiter febrium, a bile aliaque primarum viarum illuuie accenſarum, continuaene, an intermittentes fuerint, acidis, amaris, viſci-

Euacuari nempe oportet, quidquid intra hepar colligitur et bilioſi humoris, et corruptorum ex aliqua inflammatione ſuccorum. Hoc autem fieri nequit, niſi vaſa ipſius viſceris euacuentur, et, qui ad ieiunum ducit, canalis aperiatur. GAL. *Method. Med.* XIII. 14. p. 306. T. X.

m) *Ἀθροιζομένη κατὰ τὸν ϛόμαχον χολή.*

Collecta in ventriculo bilis. GAL. *Comm. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

Δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν ἤτοι κατ᾽ ἐντέρων ἢ κατὰ γαϛέρος γενομένη καὶ μάλιϛα αὐτῆς κατὰ τὸ ϛόμα.

Roſio ab acribus ſuccis, ſiue intra inteſtina, ſiue ventriculum facta, maxime autem in eius orificio. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

n) *Ἐπιγενομένȣ χολώδȣς ἐμέτȣ, παραχρῆμα συνέβη πάντων ἀπαλλαγῆναι τῶν ὀχληρῶν. Ἔνιοι δὲ ἔτω παθόντων ἤμεσαν φαῖα, καί τινες ὅμοια πράσȣ χυλῷ.*

Superueniente vomitu bilioſo, ſtatim contigit omnibus liberari noxis. Quidam, qui ita patiebantur, vomebant fuſca, quidam ſimilia praſii ſucco. GAL. *De Loc. Affect.* VI. 6. p. 493. T. VII.

o) *Χολῆς ὠχρᾶς ἀνάχυσις εἰς τὸ δέρμα γενομένη κριτικῶς ὥσπερ ἄλλα τινὰ τῶν ἀποσκημμάτων.*

Bilis flauae effuſio in cutem facta critice, vti alia, quae illuc ſecedunt. GAL. *De Loc. Affect.* VI. 8. p. 497.

viſcidis, indigeſtis p), aliquando etiam purulentis q) vomitu reiectis, miteſcunt, hec raro, ſine vlla alia euacuatione critica, ſolo ſoluuntur vomitu. Ineſt adeoque vomitui ſingularis, ſuccos varios acres, ſolidis ruinam intendentes, et veluti venenoſos r), anteaquam ad ſanguinem progrediantur, proiiciendi efficacia; Hinc nulla adeſt ratio, quapropter ille inter motus criticos ſtare haud poſſit. Inſunt enim illi omnia, quae criſin faciunt, motus ipſe, ab humoris rebellis textura et acredine excitatus ſ), ſpontaneum,

p) Τινὰς ἐν πυρετοῖς ἐθεασάμην σπασθέντας ἐξαίφνης ἐδενὶ προηγησαμένῳ σημείῳ τῶν προδηλέντων σπασμὸν, οἷς, ἐπιγενομένε χολώδες ἐμέτε, παραχρῆμα συνέβη πάντων ἀπαλλαγῆναι τῶν ὀχληρῶν. — Τινὲς δ᾽ ὑπὸ πλήθες ἐδεσμάτων μοχθηρῶν βαρυνόμενοι, καρώδεις ἐγίνοντο, μέχρι τε τὰ θλίβοντα τὸ ςόμα τῆς κοιλίας ἐξεμέσαι πάντα.

Quosdam in febribus vidimus conuulſos ſubito, nullo praecedente ſigno, quod ſpaſmum praediceret, quibus ſuperueniente bilioſo vomitu, ſtatim ab omni noxa liberari contigit. Quidam a copia ciborum indigeſtorum grauati, ſoporoſi facti ſunt, donec ea, quae os ventriculi premebant, vomuiſſent omnia. GAL. L. cit. V. 6. p. 493.

q) Ἐπὶ φύματος ἔσω ῥήξεως ἔκλυσις, ἔμετος.

Ab abſceſſu intus rupto exſolutio, vomitus. HIPP. *Aphor.* Sect. VII. 8. p. 101.

r) Οἱ ἐν τῷ σώματι χυμοὶ εἰς φαρμακώδεις ποιότητας ἐκτετράπεται.

Succi in corpore in venenoſas qualitates conuertuntur. GAL. *De Euchym. et Cacoch.* c. 1. p. 419. T. VI.

s) Καὶ οἷσι μὲν ὀξύτητες προσίςανται δριμεῖαί τε καὶ ἰώδεες, οἷαι λύσσαι καὶ δήξιες σπλάγχνων, καὶ θώρηκος, καὶ ἀπορίη· ἐ παύεται τετέε πρότερον, πρὶν ἀποκαθαρθῇ τε καὶ καταςορεθῇ, καὶ μιχθῇ τοῖσιν ἄλλοισιν.

Quibus acidae cruditates accumulantur, et acres, et virulentae, quales anxietates et morſicationes inteſtinorum et thoracis, et deſperatio, non quies ab his eſt prius, quam expurgata et reſtaurata, et mixta cum aliis fuerint. HIPP. *De Veteri Medicina*, §. 34. pag. 34. T. I.

taneum, coctio, tempus, morbi ſolutio [t]) vel certe euphoria, maxime ſi adſit facilitas [u]) et humoris, quem hac via purgari oportet, conuenientia. Plurimum tamen ſaepe obeſt, quo minus *critici* eſſe vomitus poſſint, quin imo peſſimi ſymptomatis indolem habent haud pauci, dum refractarii ſunt et ſteriles [x]), magnas anxietates [y]), ſitim, ſudores frigidos [z]), ſecum adferunt, nec vomenda, ſanguinem,

t) Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσι ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον.

In perturbationibus alui et vomitibus ſponte factis, ſi, quae oportet purgari, purgentur, conducit, et bene ſe abinde habent aegroti; Si minus, contrarium. HIPP. *Aph.* Sect. I. 2. p. 68.

Αὐτομάτως γινόμενοι ἔμετοι κρίσεως λόγῳ.

Sponte facti vomitus ad legem criſeos. GAL. *Comment. III. in Prognoſt.* HIPP.

u) Ἔμετος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος· μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω.

Vomitus facillimus, qui phlegmate et bile miſcetur: Ne autem nimium vomatur. ibid.

x) Τὰ μικρὰ ἐμέσματα χολώδεα οὐ χρήσιμα.

Paruae vomitiones bilioſae non bonae. HIPP. *Coac. Praenot.*

y) Ἀσώδεες ἀνεμέτως, κακόν.

Anxii, non ſequente vomitu, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

Ἔμετοι ἀσώδεες.

Vomitus cum anxietate. HIPP. *Prorrh.*

Ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα πονηρά.

Vomitiones male mixtae cum anxietatibus, malae. HIPP. *Praedict.* I. 62.

z) Ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεοναζούσῃ ψύξις μεθ᾽ ὑδρῶτος ὀλέθριον, καὶ οἱ ὑπανεμέοντες διψώδεες· ἐν τούτοισι κακόν.

In omni purgatione abundante refrigerium cum ſudoribus exitiale, et qui vomiturientes ſiticuloſi; in his malum. HIPP. *Coac. Praen.* 568.

nem a), ſtercora b), eiiciunt, continui ſunt c), nigri d), coloribus variantes e), foetidi f), morbisque ſua natura dubiis, ab afflictis neruis ſuperueniunt.

a) Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν.

Qui ſanguinem vomunt, ſi ſine febre, ſalutare; Si cum febre, malum. HIPP. *Aphor.* Sect. VI.

Ἔστι δὲ θανάσιμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μετὰ ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνου.

Eſt autem letalis ruber vomitus, et maxime ſi cum conatu vomatur doloroſo. HIPP. *Coac. Praenot.*

b) Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος κακόν.

Ab ileo vomitus, malum. HIPPOCR. *Aphor.* Sect. VII. 10.

Εἰλεώδεσιν ἔμετος κακόν.

Ileo correptis vomitus, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

c) Καὶ ἔμετοι μετὰ ποικιλίας κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων.

Vomitus cum colorum varietate malum, praeterea ſi prope ſint ad ſe inuicem. HIPP. *Praedict.* I. 61.

d) Τὸ ἐμεύμενον πρασοειδὲς, ἢ πέλιον, ἢ μέλαν νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι.

Vomitu reiectum, praſinum et plumbeum, et nigrum aeſtimandum malum eſſe. HIPP. *Progn.*

Ὁκόσοισιν ἐκ νουσημάτων ὀξέων ἢ ἐκ πολυχρονίων ἢ ἐκ τρωμάτων ἢ ἄλλως πως λεπτυνομένοις χολὴ μέλαινα ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ἐπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Quibus ob morbos acutos aut diuturnos, aut vulnera, aut alio modo extenuatis, nigra bilis aut qualiſcunque ſanguis niger ſuperuenit, poſtridie moriuntur. HIPP. *Aph.* Sect. IV. 23. p. 84. T. I.

e) Τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει ὁ πελιὸς καὶ κακώδης (ἔμετος).

Celerrimam mortem deſignat liuidus et foetidus vomitus. HIPP. *Coac. Praen.*

Εἰ πάντα τὰ χρώματα ὁ ἄνθρωπος ἐμέει, κάρτα ὀλέθριον τοῦτο γίνεται.

Si omnes colores vomat homo, valde letale hoc. HIPP. *Prognoſt.*

f) Πᾶσαι δὲ αἱ ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεες ὀσμαὶ, κακαὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἐμεομένοισιν.

Omnes ſubputridi et foetidi odores mali in omnibus vomitu eiectis. HIPP. *Praenot.* 85.

niunt [g]). Non minus commoda primis viis expurgandis [h]) eſt aluina proluuies, et alternas haud raro cum vomitu critico vices gerit [i]), illo tamen mitior optabiliorque. Quare etiam hepatis faeces bilioſae verſus inteſtina, ſua natura diriguntur [k]), et a medicis illuc deducuntur [l]). At non vna etiam eſt ratio, propter quam aluinae deiectiones remotioribus partibus ſalutares et proficuae eſſe poſſint, quandoquidem ſaepiſſime euenit, vt turbidi humores, circuli lege ex nobilioribus viſceribus abrepti, tum aliis colatoriis, tum tunicae inteſtinorum villoſae, ſalutis cauſſa applicentur et euacuentur [m]). Ita variorum morborum, in ſeroſa colluuie conſiſtentium, naturae aptum eſt, fluxu aluino propter villoſae tunicae

g) Ἐπὶ τρώματι χολῆς ἔμετος ἐπιγενόμενος, κακὸν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι.

Poſt vulnus vomitus ſuperueniens, malus, et maxime in capitis vulneribus. HIPP. *Coac. Praenot.* 507.

h) Τὰ ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ περιττώματα ὑπηλάταις ἐκκαθαίρονται.

In primis venis ſuperfluitates, aluo expurgantur. GAL. *Conſtit. Med.*

i) Ὑπὸ διαῤῥοίας ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος, λύει τὴν διάῤῥοιαν.

A diarrhoea magna correpto, ſponte vomitus ſuperueniens ſoluit diarrhoeam. HIPP. *Aph.* Sect. VI. 15. pag. 99.

k) Καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεσι πυώδεα κατὰ κοιλίην προΐονται.

Iuxta hepar dolentibus puri ſimilia per aluum procedunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

l) Τὰ ἐν τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος πρὸς ἔντερα προτρέψομεν.

Quae in ſima hepatis parte ſunt, ad inteſtina ducamus. GAL. *Conſtit. Med.*

m) Διαθέσεις ἐκεῖναι ὅταν χυμοί τινες ἐνοχλοῦντες πρότερον ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μεταστῶσιν. ἀπόστασις καθ' ἐκροὴν ἢ ἔκκρισιν.

Illae diſpoſitiones, quando ſucci quidam tumultuantes in alia parte, illam deferentes in aliam migrant. Abſceſſus, ſecundum fluxum aut euacuationem. GAL. *Comm. III. in Libr. VI. Epid.*

nicae indolem ſanari poſſe, et experientia rationi ſubſcribit [n]). Eſt enim ſeroſorum humorum omnium quaedam ad inteſtina veluti deſtinatio, ex legibus circuli fluens, qua totius hominis ſaburra [o]) ad canalem alimentoſum eo facilius ablegatur feliciusque purgatur, quo maior eſt tubulorum halantium per internam inteſtinorum ſuperficiem frequentia. Fauet proinde, vt ex multis exemplis pauca adducam, *ophthalmiae* aluina proluuies [p]); fauet etiam *febribus*, non quidem omnibus, (ſunt enim ſudoribus ac vrinis iudicandae, quae fluxum aluinum [q]) aegre ferunt), ſed illis, quarum cauſſae in viſceribus, inteſtinali tubo connaſcentibus, hepate, liene,

 pan-

n) Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι ἐς κοιλίην ῥαγέντος τῦ ὕδατος, λύσις.

Hydropicis, in aluum perrumpente aqua, ſolutio. HIPP. *Coac. Praenot.*

Τὰς λευκοφλεγματῦντας διάῤῥοια πάνει.

Leucophlegmatia correptos diarrhoea ſolatur. HIPP. *Coac. Praenot.*

Ἢν ὑπὸ λευκῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἰσχυρὴ ἐπιγένηται λύει τὴν νῦσον.

Si ab albo phlegmate detento diarrhoea fortis ſuperueniat, morbum ſoluit. HIPP. *Aphor.* Sect. VI.

o) Ἐκ τῦ σώματος εἰς τὰ κατὰ γαςέρα συῤῥεῖ δαπνώδη περιττώματα.

Ex corpore in viſcera abdominis confluunt ſuperfluitates. GAL. *De Sympt. Cauſſ.* I. 7. p. 58. T. VII.

p) Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίας ἁλῶναι ἀγαθόν.

Ophthalmia laborantem a diarrhoea corripi, bonum. HIPP. *De Iudicat.*

Ὀφθαλμιῶντι διάῤῥοια χρήσιμον.

Ophthalmia laboranti diarrhoea ſalutaris. HIPP. *Coac. Praenot.*

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Ophthalmia laborantem a diarrhoea corripi, bonum. HIPP. *Aphor.* Sect. VI.

q) Κοπιᾷ ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναςάσεως, καὶ ἀγρυπνοίη ἄν, εἰ δὲ ἀθρόον πολλάκις διαχωρέει, κίνδυνος λειποθυμεῖσθαι.

Affligitur homo a continuo ad deſidendum ſtimulo, et vigilat, et ſi confertim ſaepe ſecedit, periculum, ne animo delinquat. HIPP. *Progn.*

pancreate, ſedent, veluti *intermittentes* plerasque eſſe puto, illisque, quae metaſtaſeos lege, quod ſudoribus ac vrinis propter impedimenta purgari nequit, aluo deiiciunt [r]). Oportet adeoque etiam diarrhoeis, vt euacuationis criticae titulum mereri poſſint, ea ineſſe momenta, quae commodas et ſalubres efficere poſſunt excretiones quascunque alias, *vim vitae ne frangant*, *nec a commodioribus organis excernenda liquida reuellant.* Tales nocebunt phthiſi pulmonica confectis [s]), dum, quod trahendo morbo par eſt, ſputum oborto fluxu inteſtinali opprimunt. Morbo quodam languido detentis et ſumme debilibus [t]) opportunae eſſe haud poterunt aluinae fluxiones, vti nec illis, qui lenta febre abſumuntur, *motus criticos ne anteuertant*, *nec febrium primordiis ſint ſynchronae.* Laudat proinde HIPPOCRATES deiectiones in febribus epidemicis, quas ventris perturbatio praeceſſerat [u]). Nulla tamen huic

r) *Ῥοώδης πυρετὸς ὁ μετὰ ῥύσεως κοιλίας, πολλάκις δὲ καὶ ἐμέτων περιψύξεις ἐπιφέρων, καὶ ταχεῖαν καθαίρεσιν τῆς δυνάμεως, μετὰ δίψης καὶ ἀγρυπνίας, καὶ μικρότητος σφυγμῶν.*

Fluida febris, quae cum fluxu alui, ſaepe et vomitibus refrigerationem infert, ſubitamque virium defectionem, cum ſiti et inſomnio, et pulſuum paruitate. *Auctor Defin.* GALEN. n. 191. p. 254. T. II.

s) *Ὑπὸ φθίσεως ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες.*

Phthiſi correpto diarrhoea ſuperueniens, letalis. HIPP. *Aphor.* Sect. V. 14 p 91.

Ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάῤῥοιαι, θνήσκουσιν.

Quibuscunque phthiſicis ſuperueniunt diarrhoeae, moriuntur. HIPP. *Coac. Praen.*

t) Τὸ, *κωματώδεσι, νενωθρευμένοισιν, ὑγρὸν διαχώρημα, κάκιστον.*

Somnolentis ac torpidis eueniens deiectio fluida, peſſimum. HIPP. ib.

u) *Ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ, οἷα ἄπεπτα πολλὰ διήει μετὰ πόνου.*

Ab alui ſtimulo paruo faeces tenues indigeſtis ſimiles exibant cum dolore. HIPP. *Epid.* I. Sect. 3. Aegr. 2. pag. 674. T. I.

huic excretioni; vti nec aliis, certa lex ad dierum numeros ſcripta eſt. Saepe materiae peccantis copia praecoces alui fluxus ſecum affert [x]). *Frequentes et breui tempore multae, nocent* [y]). *Cauſſam morbi ſecum auferant.* Praeſtant adeoque *bile tinctae faeces* [z]) intra febres, quandoquidem *albae* certiſſimum hepatis obſtructi mittunt nuntium, hinc omen habent [a]). *Commode ſecedant faeces, nec inani conatu inteſtina vellicent* [b]). *Mature ad ſpiſſitudinem*

U 5

Ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων.

Ab alui ſtimulo fluida turbulenta exibant cum vermibus. HIPP. Ib. Aegr. 12. p. 682.

x) Ἡ φθάνεσα τὸν συνήθη καιρὸν ἔκκρισις, τῆς κοιλίας δεδαχθείσης τε καὶ κεντεμένης ὡς ὑπὸ δάκνοντος, ἢ ὡς ἀλλότριον καὶ ἐκ οἰκεῖον ἀποθεμένης, γίγνεται.

Praeuertens conſuetum tempus effluxio, aluo admorſa et compuncta, tanquam a re acri, et veluti alienum et non domeſticum quid expellente, fit. GAL. *De Sympt. Cauſſ.* III. 2. p. 87.

y) Ὑγρὸν διαχώρημα καὶ ἄθροον καὶ κατὰ μικρὸν, κακόν.

Liquida faex, et copioſa, et ſaepe ac parum fluens, malum. HIPP. *Coac. Praenot.* 609.

z) Περίπλυσις κοιλίης, ἡ τῶν λεπτῶν κατὰ σύστασιν ὑγρῶν διαχώρησις καὶ χολῆς ὀλίγης μιχθέντων.

Illuuies alui, tenuium, quoad conſiſtentiam, liquidorum ſeceſſus eſt, et parca bile mixtorum. GALEN. *Comm. in* HIPP. *Prorrhet.*

a) Λευκαὶ αἱ διαχωρήσιες γίνονται μὴ καταῤῥεούσης ἐξ ἥπατος εἰς τὴν γαστέρα χολῆς.

Albae deiectiones fiunt, non defluente ex iecinore ad ventrem bile. GAL. *Comm. III. in III. Prorrh.* HIPP.

Αἱ λευκαὶ διαχωρήσιες δύσκολαι.

Albae deiectiones difficiles. HIPP. *Prorrh.* I.

Ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ ἐκ εὐκρινές.

Alba faex in febre non bene iudicat. HIPP. *Coac. Praen.* 615.

b) Κοιλίη διαβορβορίζεσα κεναῖς ἀναστάσεσι, δύσκολος.

Aluus murmurans, irritis ad deſidendum conatibus, difficilis. HIPP. *Prorrh.* I.

nem c) *reuertantur.* Quaecunque autem alui deie-ctiones *neſcientibus* fiunt d), vel ſua conſiſtentia, colore, odore, ſolidarum partium deſtructionem produnt, viſcerisque labem e) hoc ipſo innuunt, laudari ſane

c) Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν.
In alui fluxibus faecum mutationes proficuae ſunt. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 14. p. 73.

d) Θανατῶδες δὲ καὶ πᾶν ἐστὶ διαχώρημα τὸ ἀναισθήτως διεξιόν.
Mortifera omnis eſt deiectio, quae ſine ſenſu procedit. HIPP. *Coac. Praenot.*

e) Συντήξεως καὶ σηπεδόνος σημεῖα κοιλίης ῥύσιες λιπαραὶ, καὶ δυσώδεες, καὶ κάκοσμοι.
Colliquationis et putredinis ſigna alui fluxus pingues, et graueolentes, et foetidae. HIPP. *Aphor.* Sect. II. Exponente GALENO *in Commentario* II.
Θανατώδεα ἐστὶ τῶν διαχωρημάτων τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ πελιὸν μετὰ δυσωδίης.
Letiferae ex faecibus, pinguis et nigra, et liuida cum foetore. HIPP. *Coac. Praenot.* 631.
Ἐξέρυθρον ἐν περιπλύσει διαχώρημα φλαῦρον, φλαῦρον καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες ὑδαρὲς, καὶ τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον καὶ λεῖον καὶ ὑπόχλωρον, κακόν.
Rufa in proluuie faex, mala; Mala etiam valde viridis et alba, et ſpumoſa, et aquoſa, et parca, et mucida, et leuis, et ſubuiridis. HIPP. *Coac. Praen.*
Θανατῶδες δὲ καὶ αἱμοῤῥοεῖν αἱματῶδες, πολὺ, θρομβῶδες.
Letiferum, ſanguinem fluere multum, thrombis mixtum. HIPP. *Coac. Praen.*
Τὰ μέλανα ὑποφαινόμενα διαχωρήματα, καθάπερ αἵματος τρύξ, σηπεδόνα τινὰ λαβόντος, ἀλλοκότον, μεγάλην κάκωσιν ἐνδεικνύμενα τοῦ σπλάγχνου.
Quae ſubnigra apparent ſtercora, veluti ſanguinis putredinem habentis faex, plerumque magnam indicant viſceris labem. GAL. *Comm. IV. in Aphor.* HIPP.
Μελάνων διαχώρησις κακόν.
Nigrorum deiectio mala. HIPP. *Coac. Praenot.*
Ὑδαρὲς δὲ κάρτα, ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν· πονηρὰ ταῦτα πάντα. Τουτέων δὲ θανατωδέστερα ἂν εἴη τὰ μέλανα, ἢ λιπαρὰ, ἢ πελιὰ, ἢ ἰώδεα, ἢ κάκοσμα.

Aquo-

ſane nequeunt, inque ancipiti aegros verſari denuntiant. Veluti autem conſideratio alui medica motus naturae criticos verſus canalem inteſtinorum directos diiudicat; ſic illa ex faecum inſpectione viſcerum chylopoeorum ſtatum tam ſanum [f]), quam morboſum, ſignis a colore ſtercorum deſumptis, percipit, vt *albae faeces* icterum [g]), *ſanguine mixtae* varia ſanguinis per hepar transiiciendi impedimenta [h]), quandoque inteſtinorum eroſiones [i]), *aridae*, *globoſae*, *caprinis ſimiles*, fluidi defectum et caloris augmentum, et ſi quae alia ſunt [k]), ſignificent.

Aquoſum autem valde, aut album, aut viride, aut rubrum valde, aut ſpumoſum deiici, mala haec omnia. Magis autem his mortiferae ſunt faeces nigrae, pingues, liuidae aut viroſae, aut foetidae. HIPP. *Prognoſt.* §. 10. p. 456. T. I.

f) *Διαχώρημά τε ἐςὶν ἄριςον τὸ μαλθακόν τε καὶ ξυνεςηκὸς, καὶ τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει, πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων.*

Faeces ſunt optimae, molles, conſiſtentes, hora ſanis conſueta, ſecedentes et copia ingeſtis pares. HIPP. *Progn.* §. 9. p. 455.

g) *Λευκὴ διαχώρησις ἴδιον τῶν ἰκτερικῶν σύμπτωμα.*

Albae faeces proprium ſunt ictericorum ſymptoma. GALEN. *Comm. I. in I.* HIPP. *Prorrh.*

h) *Ἐξέρυθρος περίπλυσις ἐν ταῖς ἡπατικαῖς διαθέσεσιν.*

Rubra proluuies, in morboſis hepatis conſtitutionibus. ibid.

i) *Αἷμα καὶ ξύσματα διαχωρέοντα.*

Sanguis cum tunicarum ramentis ſecedens. HIPP. *Prorrh.* II.

k) *Διαχωρήματα συγκεκαυμένα πυρώδη τὴν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διάθεσιν εἶναι σημαίνει.*

Faeces aduſtae, calidam totius corporis diſpoſitionem indicant. GAL. *Comm. I. in III. Epid.*

Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ καὶ μέλανα σπυρατώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι.

Alui obſtructae, paruam et nigram globoſam faecem difficulter excernentes. HIPP. *Prorrh.* I.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XIV.

DE DIVRESI CRITICA.

Quamuis addicta adeo legibus conualeſcendi non ſit natura, vt certos humores noxios adſcriptis vnice huic fini organis expellat, vtque diuerſi morbi diuerſis iudicentur emunctoriis, quin liberum hoc ſit, inque principii neceſſitatibus corporum proſpicientis arbitrio poſitum maneat, vias ſalutis, vti hominis idioſyncraſia fert, eligere, ac vni colatorio alterum ſubſtituere; ſunt tamen in morborum ordinatorum decurſu humorum ſingulares verſus colatoria ſingularia deſtinationes, quae poſt vaſorum directiones et materiae variam aptitudinem a ſpirituum animalium impetu pendent. Proinde etiam *ſerum* ſanguinis, et ſi quae huic inſunt alia ſanguinis principia, ſiue quantitate, ſiue textura vitiata, familiari aliquo, vt ſordes ſuas emungant, vtuntur diuerticulo, *renibus*, poſtea, cutis emunctoriis. Sero tamen flauo et ſuccis, maiori minimorum mole conſtantibus, et propterea cuti non reſpondentibus, prae ceteris dedicantur renes, vt proinde ſerum ad ſe allicere [a]), totumque corpus ab humorum illuvie libe-

a) *Τῶν νεφρῶν ἐνέργεια τὸ διακρίνειν καὶ διηθεῖν τὸ ὀῤῥῶδες ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος*

Renum efficacia, ſeparare et diuidere ſeroſum fluidum a ſanguine. GAL. *De Renum Morb.*

Χρέια τοῖς νεφροῖς τὸ ἕλκειν τὸ ὀῤῥῶδες περίττωμα.

Vſus renum, attrahere ſeroſam ſuperfluitatem. GAL. Ibid.

liberare [b]) dicti ſint veteribus, inter quos GALENVS, vti multa ſapienter, ita etiam hoc dixit, cordis atque arteriarum actione ſerum ſanguinis et ſano, et aegroto homine, ad renes proiici [c]). Eſt propterea vrina ſanguinis quaedam proluuies, cum qua eiusdem, hinc etiam ſolidarum quandoque partium vitia, funduntur. Vnde factum eſſe arbitror, quod vrinae τὸ χῦμα [d]) a veteribus graecis appellentur, quarum propterea maxima vis eſt et efficacia, nocentes humores quosuis depellendi, dum aliorum ſaepe emunctoriorum vices renes gerunt, ſimulque varia illa tempora ſignificandi, intra quae *vis vitae* ſua illa cauſſas ſuperandi contentione vel proficit, vel ſubſiſtit, vel ſuccumbit [e]). Id quod quamuis in omnibus fere morbis criticum ſit, quo cum vrinis expellantur turbida, quae renum tubulis reſpondent; febrium tamen, per ſuas aetates prouectarum, indoli conuenientius eſſe, vt illae potiſſimum vrinis iudicentur, experientia docet, ratio non repugnat [f]). Ne autem, agyrtarum more, le-

uibus

b) Ἡ φύσις ἐκκαθαιρέση διὰ νεφρῶν τὰ τȣ͂ παντὸς σώματος περιττώματα.

Natura renibus expurgat totius corporis ſuperfluitates. GAL. *Comm. ad* HIPP. *Aph.* Sect. IV.

c) Φέρονται ἀπὸ τῆς καρδίας ἀρτηρίαι ἐμβάλλȣσαι ὀῤῥῶδες περίττωμα (τοῖς νεφροῖς).

Feruntur a corde arteriae, deferentes ſeroſam ſuperfluitatem ad renes. GAL. *De Renum Morb.*

d) Οὖρον καλῶ τὸ χῦμα παρὰ τὸ κεχύσθαι.

Vrinam voco τὸ χῦμα, a fundendo. GAL. *De Vrin.* c. 1. p. 337. T. VIII.

e) Ὅταν τὸ χῦμα ἔπεψεν ἡ φύσις, ποτὲ δὲ ȣ̕, μάχην δηλοῖ τῆς φύσεως πρὸς τὸ νόσημα, κἀκεῖθεν ποτὲ μὲν ἄπεπτον, ποτὲ δὲ ȣ̕.

Quando vrinam coxit natura, quandoque non, pugnam hoc indicat naturae cum morbo; hinc aliquando cruda eſt, aliquando minus. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. κθ'.

f) Ἐπὶ τῶν πυρεκτικῶν μάλιςα νοσημάτων ἡ ἐκ τῶν ȣ͂ρων σημείωσις χρησιμωτάτη καθέςηκεν.

In

uibus coniecturis innixi, lubrica incertaque ac vaga diagnoſi et prognoſi de vrinarum ſignificandi valore ſentiamus aut eloquamur, oportet nos vroſcopiae ſolida quaedam ac ſecura fundamenta ſtabilire. Duo ſunt, quae in vrinarum contemplatione conſpici vult GALENVS g), *conſiſtentiam* et *colorem*. Sunt tamen et aliae earum conditiones, quarum conſideratio medicum ad mutationum criticarum cognitionem deducere valent, *fluendi modus*, *ſenſus aegroti*, *tempus*, et alia h). Quod ad *conſiſtentiam* attinet, ad conceptus de pellucido vnice illa reuertitur, et a tenuitate, quae cruditatis cauſſaeque immotae ac pertinacis ſignum eſt, ad craſſum turbidumque ſenſim excurrit i), quod ſeparationem morbidi a ſano indicit, *coctumque* k) appellatur. Quae inter vtramque media eſt, conſiſtentia, *ſubturbida* et *opaca*, veluti naturam in opere ſuo progredi, et humores in eo nunc eſſe, vt coquantur l), ſignificat; ita prae-

coci

In febrilibus maxime morbis ex vrinis eſt ſignificatio. AETIVS *Tetrab.* I. Tract. V. *αζ'*.

g) *Δύο χύματος διαφοραὶ, τὸ μὲν σύστασις, τὸ δὲ χροία.*

Duae vrinae differentiae, altera conſiſtentia, altera color. GAL. *De Vrinis* l. c.

h) *Τέσσαρα ζητοῦμεν ἐν τῷ παρυφισταμένῳ χρῶμά τε καὶ τρόπον, σύστασίν τε καὶ χρόνον.*

Quatuor ſunt, quae quaerimus in *vrina*, *quae mutari incepit*, colorem, modum, conſiſtentiam, tempus. GALEN. Ib.

i) *Ἡ σύστασις διαιρεῖται εἰς λεπτότητα καὶ παχύτητα, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων σύμμετρον.*

Conſiſtentia diuiditur in tenuitatem et opacitatem, et id, quod ex vtroque mixtum. GAL. Ib. p. 349.

k) *Ἡ πέψις παχύνει τὴν σύστασιν.*

Coctio incraſſat conſiſtentiam. GAL. Ib.

l) *Τὸ ἀναθολούμενον δηλοῖ τὴν φύσιν ἄρχεσθαι πέττειν.*

Quod turbari incipit lotium, indicat, naturam nunc in eo eſſe, vt coquat. GAL. Ib. c. 2. p. 337.

coci perturbatione laudabilior eſt [m]). Quaecunque autem conſiſtentia iſthaec fuerit, colores [n]) ſecum adfert, quorum quiſque cauſſae ſuae praeſentiam in ſanguine, bilem [o]), ſales, putridum, alia, ſignificat. Quo plus ergo in negotio ſuo, ad ſalutem hominis directo, natura proficit, eo in vrinis rei mucidae vel turbidae plus eſt. Ab initio, ſi ordinatae febres ſunt, nec corruptae, apparet *nubecula*, res ſuperficiei propior [p]), non autem ſumma; ſiquidem ea, quae ſuperficiei innatant, *pinguia*, ſiniſtri plerumque ſunt ominis [q]): haec febris vigorem deſignat [r]). Abhinc

m) Τὸ μὲν εὔχροον οὖρον καὶ μετρίως παχὺ πάντων οὔρων ἐςὶ κάλλιςον.

Vrina ſanam colore referens, et modeſte craſſa, omnium vrinarum optima. GAL. *De Tot. Morb. Tempor.*

Μόνον ἓν οὖρόν ἐςιν ἄμεμπτον, ὅπερ ἂν ᾖ κατὰ μὲν τὴν χρόαν ὕπωχρον μετρίως, κατὰ δὲ τὴν σύςασιν σύμμετρον.

Vna ſaltim vrina inculpata, quae fuerit colore ſubfulua parum, et conſiſtentia mediocris. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.*

n) Ἔςιν πρῶτον οὖρον τὸ λευκὸν, εἶτα τὸ ὠχρὸν, ἐγγὺς τοῦ λευκοῦ, ἐφεξῆς δὲ τούτων τὸ πυῤῥὸν, τέταρτον δὲ τὸ ξανθὸν, μετὰ δὲ τοῦτο ἐςὶ τὸ ἐρυθρὸν, σύνεγγυς τοῦ μέλανος.

Prima vrina alba, deinde flaua prope ad album, exinde rufa, quarto fulua, hinc rubra prope ad nigrum. GAL. *De Vrinis*, c. 3. p. 338.

o) Πυῤῥὰ μὲν καὶ ὑπέρυθρα, καὶ ἐρυθρὰ οὖρα, αἱματικοῦ ἀκμάζοντος χυμοῦ μᾶλλον, οὖρα ξανθὰ δὲ τῆς τοιαύτης χολῆς.

Rufa et ſubrufa et rubra vrina a ſanguineo morbi adoleſcentis ſucco plus eſt; fulua autem, ab eiusdem coloris bile. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 13. p. 112.

p) Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι λευκαὶ καὶ κάτω, λυσιτελέες.

Nubeculae in vrinis albae et deſcendentes, proficuae. HIPP. *Coac. Praen.*

q) Τὰ πρὸς τὴν ἄνω ἐπιφάνειαν τοῦ χύματος.

Quae ad ſuperficiem ſunt fluidi vrinalis. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. κθ'.

r) Οὖρα λεπτὰ, ὑπονέφελα, ἐν μέσῳ ἐρεύμενα, ῥῖγος σημαίνει.

Vrinae tenues, nubilae, in medio obſcurae, horrorem ſignificant. HIPP. *Coac. Praen.*

Νεφέ-

hinc *enaeorema* eſt, mucida res, grauitate ſua fundum magis petens, alba et aequalis, in globum collecta, praeſtantior s) illa, quae diffuſa et laxior. Tandem grauia ſanguinis ramenta, prouectiore morbo, fundum petunt, quod *ſedimentum* eſt. Proinde vrinarum apparitiones aetatibus morbi et viribus naturae t) aequiualent. Videas quidem, haud

paucas

Νεφέλη πέψιν σημαίνει ὅτι ἐγενήθη, ἀμυδράν δέ.

Nubecula coctionem ſignificat obſcuram. GAL. *De Vrinis*, c. 20. p. 342.

s) *Μετεωρίζουσα ὑπόστασις κατὰ τὸ μέσον ποιεῖ τὸ καλούμενον ἐναιώρημα.*

Eleuata ſubſidentia iuxta medium, facit enaeorema. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. κθ'.

Τὸ λευκὸν, καὶ λεῖον, καὶ ὁμαλὸν ἐναιώρημα κάλλιστον ἐστίν.

Album, laeue et aequale illud ſublime, optimum eſt. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

t) *Πρῶτα μὲν ἐπιφαίνει νεφέλη, ἔπειτα ὑποκαταβαίνουσα ποιεῖ τὸ ἐναιώρημα, ἐπὶ τέλει δὲ ὑπαφανίζουσα ἐν τῷ πυθμένι τοῦ ἀγγείου ὑποχωρεῖ.*

Primum quidem apparet nubecula, deinde deſcendens facit enaeorema, tandem diſſipata in fundo vaſis ſubſidet. GAL. *De Vrinis*, l. c.

Ἐφ᾽ ὅσον οὖν ἰσχύει τὸ πνεῦμα μερίζειν καὶ μετεωρίζειν τὴν ὑπόστασιν ἢ ἐναιώρημα, ἢ νεφέλην, ἐπὶ τοσοῦτον ἀπεπτότερον νόμιζε τὸ οὖρον, εἰ δὲ μήτε ὑπόστασιν, μήτε ἐναιώρημα, μήτε νεφέλην ἔχει τὸ οὖρον, ποτὲ μάχην δηλοῖ τῆς φύσεως πρὸς τὸ νόσημα.

Quantum ergo valet ſpiritus diuidere et leue reddere, id quod ſubſidet, aut in medio ſuſpenſum eſt, aut ſuperſtat, tantum crudiorem eſſe puta vrinam: Si autem nec ſedimentum, nec mediam rem, quae enaeorema dicitur, nec nubeculam habeat vrina, luctam indicat naturae cum morbo. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. κθ'.

Οὖρον ἄριστον τὸ ὑπόξανθον καὶ ὑπόπυῤῥον, λευκὴν καὶ λείαν καὶ ὁμαλὴν τὴν ὑπόστασιν ἔχον. — τὰ λεπτὰ τῇ συστάσει οὖρα τὴν τῶν χυμῶν σημαίνει ἀπεψίαν· ἔσθ᾽ ὅτε καὶ δι᾽ ἐμφράξεις φαίνεται τὰ τοιαῦτα τῷ οἷον διϋλίζεσθαι. τὰ δ᾽ αὖ παχύτερα, ἐπικεχειρηκέναι μὲν τῇ πέψει τῶν χυμῶν τὴν φύσιν, μήπω δὲ κεκρατηκέναι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἔτι ὀργᾷν. — Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸ λευκότερον ῥέποντα τῶν χρωμάτων ἔλλειπειν τὴν φυσικὴν

θερμὴν

paucas febres continuas aeque ac intermittentes hoſce vrinae modos haud ſeruare, quibusdam, ex quo nebula apparet, quibusdam, ne hac quidem apparente, ſed lotio ſaltim ſaturatius tincto ſolutis u), quod partim febris ipſius, ſi ita eueniat, indoli ac ſimplicitati bonisque moribus, partim aliis concurrentibus ſalubribus excretionibus x) tribuitur. Non tamen admodum ſecura eſt iſta conualeſcendi ratio, quae ſine ſolemni illoque, qui ex natura morbi fluit, motu critico abſoluitur; multo minus habet, de quo ſibi gratuletur, aeger, ſi *ſincerum* mingat *lotium*, quod cruditatis y) eſt, nec illud ſemper optabile, dum

θερμὴν σημαίνει, ὡς καὶ τοὺς χυμοὺς ἐντεῦθεν ἐλλιπῶς πέπτεσθαι.

Vrina optima ſubflaua et ſubrufa, album et leue et aequale ſedimentum habens; tenues autem conſiſtentia vrinae humorum ſignificant cruditatem aliquam, aliquando tamen eſt et infarctus. Indicant iſtae, dum veluti defaecantur iterumque craſſeſcunt, tentare quidem naturam coctionem humorum, nondum autem viciſſe, eosque propterea adhuc feruere, et quantum ad illas, quae ad album vergunt colorem, deficere calorem naturalem indicant, vt proinde ſucci imperfecte coquantur. ACTVAR. l. cit.

u) Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκριβῶν τριταίων καὶ τῶν ἐφημέρων νεφέλη μόνη ἤρκεσε πρὸς λύσιν τοῦ νοσήματος, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ εὔχροον γενέσθαι μόνον τὸ οὖρον.

In exquiſitioribus tertianis et ephemeris, nebula ſola ſufficit ad ſolutionem morbi; aliquando etiam, ſaturatiorem factam fuiſſe vrinam ſat eſt. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. κθ'.

x) Οὖρον ὠμὸν πλείονα χρόνον γινόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων.

Vrina cruda diu eſſe poteſt, ſignis reliquis ſalutaribus. HIPP. *Coac. Praenot.* §. 5. p. 580. T. I.

y) Ἄπεπτον οὖρόν ἐστι, ὃ μήτε ἐναιώρημα, μήτε ὑπόστασιν ἔχει, μήτε νεφέλην, ἀλλὰ μήτε πάχος τι προσειληφὸς ἢ ὠχρότητα, λευκόν τε ἐστὶ τῇ χροιᾷ, καὶ λεπτὸν τῇ συστάσει, καθάπερ ὕδωρ.

dum ſedimentum ponitur ocyus, ſi ſymptomata ſimul haud miteſcunt z), ſed veluti in omnibus negotiis gerendis ſucceſſiones ordinatas laborum tumultuariis expeditionibus plus magisque laudari conuenit; ita praeſtantius omnino eſt, vrinas ſenſim coqui, perque varios opacitatis gradus ad turbidum procedere a), vt grauis quaedam res b), quaecunque ſit, fundum vroſcopi petat, quod ὑπόϛασις ſeu ſedimentum dicitur. Eſt autem alia atque alia iſtius *ſedimenti facies.* Laudatur *album*, illudque non lateritium, ſed mucidum c) continuum, nec diuulſum ac

Cruda vrina eſt, quae nec enaeorema, nec ſedimentum, nec nubeculam, nec craſſitiem aliquam aut obſcuritatem accipit, ſed alba eſt colore, et tenuis conſiſtentia, inſtar aquae. *Ibid.*

z) Τὰ πέπονα ȣ̓͂ρα ὅταν μὴ λύει τὴν νȣ͂σον, ȣ̓κ ἀγαθόν ἐϛι σημεῖον.

Coctae vrinae, ſi morbum non ſoluunt, non bonum ſunt ſignum. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

a) Ἐπὶ μὲν ȣ̓͂ν τῶν χρηϛῶν ȣ̓́ρων πρῶτον μὲν ἐπιφαίνεται νεφέλη, ἔπειτα ὑποκαταλαμβάνȣσα ποιεῖ τὸ ἐναιώρημα, ἐπὶ τέλει ὑφιζάνȣσα ἐν τῷ πυθμένι τȣ͂ ἀγγείȣ ποιεῖ τὴν ὑπόϛασιν δῆλον ὅταν τελέως πεφθῇ.

In optimis vrinis primum apparet nubecula, deinde ſubſidens facit ſublime illud, denique ſubſidens in fundo vaſis, facit ſedimentum diſtinctum, quando perfecte cocta fuerit. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. λ'.

b) Ὑποϛάσεις τῶν ȣ̓́ρων ὠμοὶ ἐν τοῖς ȣ̓́ροις συνεκκρινομένοι χυμοί.

Sedimenta vrinarum (ſunt) crudi in vrinis ſimul excreti humores. ACTVAR. l. cit.

c) Τὸ δὲ ȣ̓͂ρον ἄριϛόν ἐϛι, ὅταν εἴη λευκή τε ἡ ὑπόϛασις, καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἕς τ᾽ ἂν κριθῇ ἡ νȣ͂σος· σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε καὶ νȣ́σημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι.

Vrina optima, quando album fuerit, et laeue, et aequale omni tempore ſedimentum, donec iudicatus fuerit morbus; Indicat enim aſſiduitatem et morbum breuem fore. HIPP. *Prognoſt.* §. 11. p. 456. T. I.

Οἷσιν λευκὴν ὑπόϛασιν τὸ ȣ̓͂ρον ἴσχει ἐν τῇ τετάρτῃ, λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει.

Quibus album ſedimentum vrina tenet quarto die, ſolutionem ſeptimo ſignificat. HIPP. *Coac. Praenot.*

Πυρε-

ac fluitans [d]); Secunda eſt *lateritii* illius rubraeque arenae ſimilis dignitas [e]). Qualecunque autem ſit illud, ſuis adſcribitur, vt opportunum ſit ac fidum, temporibus. In febribus continuis abſolutioribus ac puris ordinem Hippocraticum, quo ille vrinas turbari vult [f]), ſeruari plerumque intelligas. Saepe tamen et *praecocius apparentia ſedimenta* proſunt [g]), propterea, quod breuis fortaſſe febris fuerit. Eſt etiam in ſedimentis vrinarum quaedam viciſſitudo, *febribus* quidem *intermittentibus* domeſtica, quae poſt paroxyſmos turbant lotium, deflagrante aeſtu, *fuluum* habent, aut aliud pro ſudoris

 et

Πυρετώδεα γονοειδέες οὐρήσιες λύουσι.

Febriles motus geniturae ſimiles vrinae ſoluunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

d) *Λεῖαν ὑπόστασιν καλεῖ Ἱπποκράτης τὸ συνεχὲς καὶ ἀδιάσπαστον.*

Laeue ſedimentum vocat HIPPOCRATES continuum, nec diuulſum. GALEN. *De Vrinis*, c. 16. p. 341.

e) *Εἰ δὲ εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτέου ὁμοίη καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ πρώτου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα.*

Si autem fuerit vrina ſubrufa, et ſedimentum eius ſimile et aequale, longius quidem hoc priore tempus ſignificat, ſalutare tamen valde. HIPP. *Prognoſt.* ibid. p. 457.

f) Τὸ *δὲ ὑπέρυθρον καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρον (οὖρον) πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γενόμενον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην χρονιώτερον ἢ πάντως χρόνιον, τὸ δὲ ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, κατὰ λόγον ἐχόντων (τῶν λοιπῶν).*

Subrufa autem et ſedimentum ſubrufum habens vrina, quae ante ſeptimum diem fit, intra ſeptiduum ſoluit; verum, poſt ſeptimum, diuturniorem fore vel omnino diuturnum (fore morbum indicit); Quae autem quarto die accipit conſiſtentiam nubilam et ſubrufam, intra ſeptimum diem ſoluit, ceteris paribus. HIPP. *Coac. Praenot.* §. 5. p. 580.

g) *Οἷσι οὖρα ταχέως ὑπόστασιν ἴσχει, ταχέως οὗτοι κρίνονται.*

Quibus vrinae ſubito ſedimentum tenent, ſubito hi iudicantur. HIPP. *Coac. Praen.*

et potus rationibus varium ac pellucidum; at in continuis non laudanda, nam diuturnitatem innuit[h]); veluti etiam illud attendendum eſt quam curioſiſſime, vtrum, ex quo *vrina* fluxit, *turbida* appareat, maneatque talis, quod grauitatem morbi deſignat, an turbida, deinde ſedimentum ponat, et deſuper *pelluceat*, quod benignius[i]); an *clara* mingatur, et poſt quietem turbetur[k]), quod praeſtantiſſimum. Quidquid autem illud eſt, quod in matula ſubſidet, cauſſam certe fuiſſe oportet, quae morbum fecerat, cum, ſi cetera reſpondeant, ſymptomata a grauitate non parum poſtea recedant[l]). Dubium autem nullum

h) Ἐι δὲ διαλέιποι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν ἐρέοιτο, πὸτὲ δὲ ὑφίσαται τὸ λευκὸν καὶ λεῖον, χρονιοτέρα γίνεται ἡ νοῦσος καὶ ἧσσον ἀσφαλής.

Si autem intermittat (vrina), et aliquando quidem pura mingatur, aliquando autem ſubſideat album quid et aequale, diuturnior fit morbus, et minus ſincerus. HIPP. *Progn.*

Τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ χεῖρον, χρόνιον.

Vrinae in melius peiusque conuerſae diuturnitatem indicant. HIPP. *Coac. Praen.*

i) Τὸ παχὺ ἢ ἐρεῖται παχὺ, καὶ μένει παχὺ, καθίσαται δὲ καὶ γίνεται λεπτόν· δηλοῖ τὸ μὲν πρότερον ἀκμάζειν, τὸ δὲ δεύτερον ἄρχεσθαι τὴν διάκρισιν.

Craſſa vrina aut mingitur craſſa, et manet craſſa, aut ſubſidet, et fit tenuis; Prius indicat creſcere morbum, alterum autem, incipere ſeparationem morbidi a ſano. GAL. *De Vrinis*, c. 3. p. 337.

k) Τὸ λεπτὸν τέμνηται διχῆ· Τὸ μὲν λεπτὸν ἢ ἐρεῖται λεπτὸν, καὶ μένει λεπτὸν, ἢ ἐρεῖται λεπτὸν, καὶ ἀναθολοῦται, καὶ γίνεται παχύ.

Tenuis vrina diuidi poterit duplici modo, aut mingitur tenuis, et manet tenuis, aut turbatur, et fit craſſa. GAL. Ib. c 1. p. 337.

l) Τεκμαίρεται δ᾽ ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα, βελτίω.

Significatur vrinis, quod futurum eſt; Si enim craſſiores et obſcurae magis, melius. GAL. *in* HIPP. *De Diaet. Acut.*

nullum ſupereſt, febri ipſi motuique cordis tribui oportere, quod vrinae turbentur, et ſedimentum ponant, quandoquidem illae ad rationes motuum febrilium [m]) apparent, et magnis motibus criticis excitantur, puris [n]) exemplo, cuius coctio febrem pro cauſſa agnoſcit vnice, vt, febre extincta, ichor malignus oriatur, prout ERASISTRATVS [o]) hoc ſimilitudinis argumento ad vrinarum expoſitiones eleganter omnino vſus eſt. Quemadmodum ergo, aucta febre, ſenſim ſpiſſeſcit lotium; ita, obſeruante AETIO [p]), euenire tamen ſolet, quo, lege contraria, vrinae,

X 3

m) Ἀνάλογον τῇ μειώσει τοῦ πυρετοῦ ἡ τῶν οὔρων πέψις προχωρεῖ.
Conuenienter iuxta febrium decrementum vrinarum coctio procedit. GAL. *Method. Med.* IX.

n) Παράδειγμα δεῖ τῶν οὔρων τὰ ἕλκεα ποιέεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἕλκεα, ἣν μὲν ἀνακαθαίρηται πύῳ λευκῷ, ταχέην θεραπείην δηλοῖ, ἐὰν δὲ μεταβάλλῃ εἰς τοὺς ἰχῶρας, κακοήθη γίνεται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ οὖρα σημαίνει.
Exemplum vrinarum vlcera ſunto. Illa enim vlcera, quae expurgantur pure albo, celerem conualeſcentiam ſignificant; Si autem conuertantur in ichorem, maligna fiunt. Eodem modo et vrinae ſignificant. HIPP. *De Humor.*

o) Ἐρασίστρατος τὰς ἐν τοῖς οὔροις ὑποστάσεις ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων, πῦον εἶναι ἡγεῖται.
ERASISTRATVS vrinarum ſedimenta febrientium, pus eſſe putat. GAL. *in Prorrh.* HIPP. *Comm.* III.

p) Ἐπὶ δὲ τῶν ὠμῶν χυμῶν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸν πυθμένα τοῦ ἀγγείου ὑποχωρεῖ πλῆθος πολύ· μετὰ τὸ εἶναι κακόχρουν τὸ χῦμα, ὅλον ἔπειτα δὲ, καὶ κατὰ βραχὺ πεττόμενον καὶ λεπτυνόμενον, θεωρεῖται κατὰ τὸ μέσον τοῦ χύματος καὶ ποιεῖ τὸ ἐναιώρημα: ὅταν δὲ ἐπὶ πλέον λεπτυνθῇ καὶ πεφθῇ, ἐφίσταται ἐπὶ πολὺ τοῦ χύματος καὶ ποιεῖ τὴν νεφέλην καὶ πλανᾷ τοὺς ἰδιώτας, ὡς ὑπολαμβάνειν, ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαίνειν τὴν νόσον.
Si crudi humores fuerint, ſtatim in vroſcopi vaſis fundum ſubſidet magna quantitas. Poſtquam vrina tota obſoleti coloris fuerat, breui tempore cocta et attenuata conſpicitur in medio vrinae loco, et facit enaeorema; Poſtquam autem plus attenuata fuerit et cocta, in ſummum vrinae locum eleuatur valde, et nebulam facit,

vrinae, ab ineunte morbo ſtatim turbidae, ſenſim clariores fiant, turbido in nubeculam, hac in limpidum conuerſis. Nihil enim in vroſcopia ita firmum ac ſtabile eſt, vt non indiuidui temperies, naturae ſingulare ſtudium, errores in diaeta, medicamenta, ſemper aliquid noui ſecum adferant. Sub his, quae dictae ſunt, vrinae conditionibus, ſi cetera paria fuerint, ſalutem ſperare poſſumus ac ſolemus. Terrent autem medicos lotia, quae colore, conſiſtentia, admixtis peregrinis, odore, copia, ab eo, quod ſalubriter fieri per experientiam conſtat, abludunt q). Non admodum ſincerae ſunt *ſanguinei coloris vrinae* r), nec *nigrae* placere poſſunt;

facit, et fallit ignorantes, vt ſuſpicentur in peius procedere morbum. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. λ΄.

q) Οὖρα πονηρά ἐστι ταῦτα, χλωρὰ ἢ πελιδνὰ, μέλανα, αἱματώδη καὶ λίαν παχέα, τὰ πυῤῥὰ λίαν ἄκρατα, τὰ πυῤῥὰ καὶ λεπτὰ, καὶ μηδεμίαν ὑπόστασιν ἔχοντα, καὶ λιπαρὰ, καὶ ἐλαιώδη, καὶ ὑπερβάλλοντα τὸ πλῆθος τῶν πινομένων.

Vrinae malae hae ſunt, virides, liuidae, nigrae, ſanguineae et admodum craſſae, rufae vnaque valde crudae, rufae et tenues, et nullum ſedimentum habentes, et pingues, et oleoſae, et ſuperantes copiam potus. GAL. *De Vrinis*, c. 37. p. 345.

Τὰ δυσώδη σῆψιν καὶ τῷ σώματι νέκρωσιν μέλλουσαν δηλοῖ.

Foetida (lotia) putredinem et in corpore corruptionem fore, ſignificant. GAL. *De Vrinis*, c. 30. p. 348.

Ἐναιώρημα μέλαν, ὑπόστασις μέλαινα, σύμπαν ζοφῶδες ὀλέθριον ὑπάρχει, καθάπερ εἰ καὶ κρημνώδη τινὰ ἢ πεταλώδη κατ᾽ αὐτὸ φαίνητο, καὶ τὸ δυσῶδες ἰσχυρῶς καὶ τὸ λιπαρὸν ὅπερ ἐλαιῶδες ὀνομάζουσι, μεγάλου νοσήματος γνωρίσματα.

Enaeorema nigrum, ſedimentum nigrum, omne id tenebricoſum, exitiale eſt; Si etiam grumoſa quaedam et foliacea in ea (vrina) appareant, et foetidum valde, et pingue, quod oleoſum appellant, magni morbi ſunt indicia. Ib c. 22. p. 342.

r) Ἐρυθρὸν οὖρον ἐστὶν ἐξ αἵματος ἰχωροειδοῦς· ἐπὶ δὲ τῶν συνόχων πυρετῶν ἐπὶ πλήθει αἵματος συνισταμένων ἐκκρίνεται οὖρον ἐρυθρόν.

Rufa

ſunt [s]); nihil tamen officiunt, ſi illae penes plethoricos, hae apud ictericos obſeruantur. At *nigrae* omnes, ſiue in nebula, ſiue in ſedimento tales fuerint, ob gangraenae metum, tum in longis, tum in acutis, ſpem fere deiiciunt [t]). Deſperata fere etiam ſalus eſt, ſi intra morbos acutos *vrina* fluat *aquae ſimilis* [u]), ſiticuloſo aegro, et ſtatim a potu lotium fundente liberalius [x]). Vitae enim vim,

Rufa vrina eſt ex ſanguine ichoroſo; in ſynochis autem febribus a multitudine ſanguinis ortis, excernitur vrina rufa. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. λγ'.

s) Τὸ μέλαν χρῶμα προσγίνεται τοῖς οὔροις, ἐκκαθαιρομένε [τε μελαγχολικε χυμε.

Niger color accidit vrinis, expurgato melancholico humore. AETIVS Ib. μδ'.

t) Νεφέλαι πελιδναὶ, μέλαιναι καὶ ζοφώδεις, ποικίλαι, διεσπασμέναι, πονηραί.

Nubeculae plumbei coloris, nigrae et tenebricoſae, variae, diuulſae, malae. GAL. *De Vrinis*, c. 38. p. 346.

Ὀλέθριον ἐστὶ τῶν οὔρων τό τε μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχον, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ χαλαζῶδες, γονοειδές.

Perniciosa eſt inter vrinas ea, quae nigrum ſedimentum habet, et nigra, et grandinoſa, geniturae ſimilis. HIPP. *Praenot. Coac.* §. 5. p. 581.

Τὸ πυῶδες καὶ τὸ μέλαν αἱματῶδες κακὸν σὺν πυρετῷ.

Purulenta et nigra, ſanguinolenta, mala, cum febre. HIPP. Ib.

u) Κάκιστον οὖρον, τὸ ἔκλευκον.

Peſſima vrina, albida. HIPP. Ib.

Λευκὸν καὶ καταχεόμενον διαφανὲς οὖρον πονηρὸν, μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσι ἐπιφαίνεται· πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μετὰ πότε ταχέως διεργόμενον. Πονηρὸν δ' ἐν τοῖσιν ὀξέσι τὰ χλοιώδεα μὴ ἐπὶ χροίῃ ἐόντα.

Alba, et quae pellucida effunditur, vrina, mala, maxime in deliriis apparet; mala autem etiam, quae poſt potum ſubito mingitur; malae etiam in acutis pallidae, colorem non ſeruantes. HIPP. Ib.

Οὖρα διάφανα, λευκά, πονηρά.

Vrina alba, pellucida, mala. HIPP. *Aph.* Sect. V.

x) Οὖρον πονηρὸν τὸ μετὰ ποτὸν ταχέως διεργόμενον.

qua morbidum excoqui oportet, fractam omnino tunc eſſe conſtat [y]), et globulos ſanguinis rubros in ſerum defeciſſe ſignificatur. Proinde *diabetes* [z]) ille *febrilis* nihil boni denuntiat; Neque proficuum eſt, vrinas palleſcere in tardis morbis ſat multis [a]); at tumores ſeroſi, oborta largiore diureſi, eaque limpidiore, feliciter expediuntur. Immixta vrinis *peregrina*, alia quidem ſuperficiei ſupernatant, *pinguia*, *ſpumoſa*, *aranearum telis ſimilia*, et haematoſin laeſam ac colliquationem pinguis rei nutrientis deſignant [b]); alia vero penitus immixta ſunt, *turbida*,

Vrina mala, quae ſtatim poſt potum mingitur. HIPP. *Coac. Praenot.*

y) Τῶν λεπτῶν γινομένων ἔρων ἄπεπτον δηλῦται τὸ νόσημα.

Tenuibus factis vrinis, crudus ſignificatur morbus. GAL. *Comm. IV.* in HIPP. *De Diaeta Acut.*

z) Ὁ καλέμενος ὕδρωψ εἰς ἀμίδα, τινὲς δὲ διαβήτην αὐτὸν ὀνομάζεσιν, ἄλλοι δὲ διάῤῥοιαν εἰς ἔρα.

Sic dictus hydrops ad matulam, quidam autem diabetem appellant, alii diarrhoeam ad vrinas. GAL. *De Cauſſ. Morbor.*

a) Ὑδατῶδες δὲ καὶ λευκὸν διατελέως ἐν χρονίοισι δύσκριτον γίνεται, καὶ ἐκ ἀσφαλές.

Aquoſa et alba vrina omnino in longis difficilem iudicationem efficit, nec ſincera eſt. HIPP. *Coacae Praen.* l. cit.

b) Καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισαμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι, ξυντήξεως γὰρ σημεῖα.

Et pinguedines illas, quae ſuperſtant, aranearum telis ſimiles, culpare oportet; nam colliquationis ſunt ſigna. HIPP. *Prognoſt.* §. 12. p. 456. T. I.

Οὖρον ἀφρῶδες ἢ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον.

Vrina ſpumoſa, cruda, non cocta. GAL. *Comm. III.* *in III. Prorrh.* HIPP.

Τῆς πιμελῆς τηκομένης τὰ ἐλαιώδη ἔρα ἐκκρίνεται ἐν ἀρχῇ τῆς συντήξεως, εἶθ' ὑδατώδη, εἶτ' ἐλαιώδη ἐςαι, ἐν δὲ τῇ ἀναςάσει ἐλαιοφανῆ γίνεται, ἐν δὲ τῇ ἀκμῇ τῆς συντήξεως ὅλα δι' ὅλων τὰ ἔρα καὶ ἐν χρώματι καὶ ἐν συςάσει οἷον ἔλαιον εἰσίν.

Pinguedine deliqueſcente, oleoſae vrinae excernuntur in principio tabis, deinde aquoſae, abhinc oleoſae erunt,

da, *nec ſubſidentia*, vt iumentorum lotium vrinae tunc referant c): Quae ſi ſine motu critico in ipſis febrium, ſua natura pluribus diebus iudicandarum, primordiis d) apparent praecocius, non poſſunt non dubium morbi euentum praedicere. A ſolidis quidpiam reuelli, *grumoſae* e) vrinarum *ſubſidentiae* deſignant. Timent etiam medici, ſi *ſtillae* ardentes cadant f), ſique *neſcientibus* vrina fluxerit g), fere deſperant. Sapienter autem HIPPOCRATES monet, vrinas, vti ad totum hominem ſpectant, ab illis, quae renum ac veſicae ſtatum morboſum declarant, dignoſcendas eſſe quam curioſiſſime h). *Are-*

erunt, in progreſſu autem ipſius olei ſimilitudinem habent, in ſummo autem tabis ſtatu vrina, tota quanta, et colore, et conſiſtentia, inſtar olei eſt. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. λϑ'.

c) Παχὺ οὐρούμενον καὶ μὴ καθιστάμενον οἷον ἐστὶ τὸ τῶν ὑποζυγίων, ταραχὴν ἐν τοῖς χυμοῖς (σημαίνει).
Craſſa vrina, nec conſiſtens, qualis iumentorum, turbas in humoribus ſignificat. AETIVS Ib. λδ'.

d) Οὖρα ἐξαίφνης παραλόγως ἐπ' ὀλίγων πεπαινόμενα φλαῦρα· καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον, φλαῦρον.
Vrinae ſtatim ſine manifeſta cauſſa paucis (motibus criticis) coctae, malae, et omne, quod ſine ratione ſubito perficitur, malum. HIPP. *Coac. Praenot.* l. cit.

e) Τὰ κρημνώδη σύντηξιν ἰσχυρὰν τῶν στερεῶν σημαίνουσι.
Grumoſae vrinae colliquationem validam ſolidorum ſignificant. GAL. *De Vrinis*, c. 28. p. 344.

f) Οὖρα ἐπίπονα πονηρὸν, καὶ τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι οἷον στάξιες.
Vrinae laborioſae malae, et quae parcae apparent inſtar ſtillarum. HIPP. *Prorrh.* I.

g) Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων, ὀλέθρια.
Vrina non aduertentibus mala. HIPP. *Coac. Praen.*

h) Μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν γε ἡ κύστις τι νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ. οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστὶν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑαυτῆς.
Ne autem te fallat, ſi veſica morbum habens eiusmodi vrinas edat; Non enim totius corporis ſignum tunc ſunt, ſed ipſius in ſe ipſa. HIPP. *Progn.*

nae ſubſidentes, renum et veſicae lithiaſin denotant, ſi dolor accedit [i]). *Pingues* vrinae renum ac veſicae vaſa aliqua roſione [k]) laeſa eſſe innuunt, dum dolor [l]) et admixta varia viarum vrinariarum ramenta id vberius deſignant. Abraſae et ſanguini ac puri immixtae *ſquamulae* [m]), aut detritum inſtar *furfuris*, veſicae porriginem [n]), *pingue*, *foetidum*, vrinae

i) Οἷσιν ἐν τοῖς οὔροισι ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

Quibus in vrinis arenoſa ſubſident, illis veſica calculo laborat. HIPP. *Aphor.* Sect. IV. 79. p. 89. T. I.

Addit GALENVS: Οὐ πάντως ἡ κύστις, ἀλλ' ἐνδέχεται καὶ νεφροὺς ὁ ἀφορισμός.

Non tantum veſica, ſed etiam renes complectitur aphoriſmus.

k) Ἢν αἷμα ἢ πύον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει.

Si ſanguinem aut pus mingat, renum aut veſicae vlcus ſignificat. HIPP. *Aphor.* Sect. IV. 75. p. 89.

Addit GALENVS: Μετὰ ἀναβρώσεως αἵματος ἔκκρισις ἐπακολουθεῖ.

Poſt eroſionem ſanguinis fluxus ſequitur.

l) Ἢν αἷμα οὐρέῃ καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸ περιτοναῖον, τὰ περὶ κύστιν πονέει.

Si ſanguinem mingat aut grumos, et ardorem vrina habeat, et dolor incidat in hypogaſtrium et peritonaeum, quae circa veſicam ſunt, laborant. HIPP. *Aphor.* Sect. IV. 80. p. 89.

m) Ἢν αἷμα καὶ πύον οὐρέῃ καὶ λεπίδας καὶ ὀσμὴ βαρεῖα ᾖ, τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει.

Si ſanguinem et pus mingat, et ſquamulas, et odor grauis ſit, veſicae vlcus ſignificat. HIPP. *Aph.* Sect. IV.

Πεταλώδη μὲν ἐστὶ τὰ τῆς κύστεως ἀπορρυπτόμενα μόρια, σαρκοειδῆ δὲ τὰ τῶν νεφρῶν.

Folioſae quidem ſunt a veſica detritae partes; carnoſae autem, quae a renibus. GAL. *De Locis Affect.* VI.

n) Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Quibus in vrina craſſa, furfuracea ſimul minguntur, illis veſica porrigine infeſtatur. HIPP. *Aphor.* Sect. IV. 81.

nae innatans o), *fila* longa et *carunculae* lotio immerſae p), renum vlcus indicant. Sunt et alia, quae renum inflammationem, quae vias vrinarias, vlcere exeſas, deſignant, lotia, quorum ſignificandi valorem ἑλληνικότατος ille RVFVS EPHESIVS q) ita expo-

o) Ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ἐπίςασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισιν νεφριτικὰ καὶ ὀξέα σημαίνει.

Quibus pinguis in ſuperficie lotii apparitio et frequens, his renum morbi acuti indicantur. HIPP. *Aph.* Sect. VI.

p) Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Quibus in vrina craſſa carunculae paruae, veluti capilli, vna egrediuntur, his ex renibus egreditur. HIPP. *Aphoriſm.* Sect. IV. 76.

GALEN. addit: Οἱ νεότεροι τριχίασιν τὸ πάθος καλοῦσι.

Recentiores trichiaſin (mictum capillorum) hunc morbum vocant.

q) Ὅσοις δὲ ἔμπυοι οἱ νεφροὶ γίνονται, ἤδη μέντι καὶ ἐξογκοῖ περὶ τοὺς κενεῶνας, ἀτὰρ καὶ καῦμα ἰσχυρὸν ἔνεςιν ἐν τοῖς νεφροῖς, καὶ οὐροῦσι πυῤῥὰ καὶ ἄκρατα, καὶ αἱ ὀδύναι οὐκέτι μὲν ὀξεῖαι εἰσιν ὡς πρόσθεν, βαρυτέραι δὲ καὶ σφύζουσαι, οἱ πυρετοὶ οὐ καθεςῶτες, ἀλλὰ πεπλανημένοι γίνονται καὶ ῥιγώδεις· τούτοις ῥήγνυνται τὰ μὲν πολλὰ ἐπὶ κύςιν, καὶ ἐςὶν αὕτη τῶν ῥήξεων ἡ κρατίςη, ποτὲ μὴν καὶ ἐπὶ ἔντερον ῥήγνυνται, ταύτῃ κορυφώσαντος τοῦ ἐμπυήματος καὶ σαπέντος. Πραξάγορας δὲ ἔφη, τινὶ τὸ οὖρον διὰ τῆς ἕδρας ἰδεῖν ἐκκρινόμενον, καὶ βιῶναι μὲν τοῦτον ἔτη δώδεκα. Ἄλλοις δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω ῥήγνυται, παρεξιὸν τὸν κενεῶνα, ὃν πληροῦσθαι ἀνάγκη πύου τε καὶ οὔρου, καὶ αὐτοῦ μένειν, χρόνῳ δὲ βιασάμενα εἰς τὴν ἕδραν ἥκειν καὶ ταύτῃ ἰέναι ἔξω. τοῖς δέ τισιν οὐδὲ ῥήγνυσθαι ἐθέλει ἐκ τῶν νεφρῶν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ μένειν χρόνον πολὺν, ἕς τ᾽ ἂν ἢ διακαύσῃ ἢ ἄλλον τρόπον ἀποςομώσῃ, ῥαγέντα δὲ ἐπὶ κύςιν, τὰ μὲν πρῶτα μυξοποιά τε καὶ αἱματώδη οὐροῦσιν, ὥσπερ ἐκ τινὸς καὶ ἑτέρου τομῆς ἐμπυήματος. ἔπειτα κατὰ λόγον τῶν ἑλκῶν, εἰ μὲν τὰ ἕλκη πονηρεύοιτο, οἷα καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἕλκεσι σηπομένοις πολλά τε καὶ δύσοσμα καὶ πελιὰ καὶ μυξώδη, καί τινα καὶ σαρκία παραμήκη ὁποῖα ἶνες ἀπέρχεται.

Quibus purulenti fiunt renes, non tantum aliquid protuberat circa lumbos, ſed etiam aeſtus renibus ineſt plurimus, et mingunt rufa et cruda, nec dolores quidem, quales ante, acuti ſunt, ſed grauatiui et pulſantes,

expoſuit, vt poſt illius ſententias verbis haud opus ſit. Non autem tantum colore, contentis, fluendi modo, et ſenſu, quem aeger inde percipit, malam rem vrina ſignificat, ſed etiam tarditate ſua, qua turbari recuſat, inertiam febris prodit; Id quod vario modo euenire ſolet. Aut enim *ſanae ſimilis vrina* manet, quamuis aetas morbi prouectior aliquam mutationem poſtulet, quod ſignum fallax multos ſaepe inducit, vt omnia in vado eſſe et prope litus nauigari arbitrentur, cum cauſſa mali humoribus ac ſolidis firmiter inhaeret, et vires ſeparandis morbidis tunc non ſufficiunt; aut, quod proprio ſignificatu *τὸ ἀκατάςατον* [r]) in vrinis dicitur, *opaca* et *ſubcraſſa vrina* non ſubſidet, ſed *ſublimamentum* aliquod eſt in medio fluidi ſuſpenſum, quod fundum non petit; vnde

ſantes, febres non ſtabiles, ſed errantes fiunt et horridiuſculae. His quidem vt plurimum pus ad veſicam erumpit, et haec ruptio omnium praeſtantiſſima, aliquando tamen etiam ad inteſtinum rumpitur, ſi illuc faſtigiatur, et putredine transuectus abſceſſus fuerit. PRAXAGORAS ait, ſe cuidam lotium ano effluens vidiſſe, eundemque adhuc duodecim annis ſuperuixiſſe. Aliis autem extus rumpitur, iuxta ilia tranſiens, quae repleri oportet pure et vrina, ibi manentibus, et tempore prouectum ad anum procedere, et ibi foris ire. Quibusdam rumpi recuſat, ſed longo tempore manere ſolet, donec vel exſiccetur vel abſorbeatur alio modo. Quodſi ad veſicam proruperit, pure mixta et ſanguinolenta mingunt, veluti quodam alio absceſſu inciſo: Deinde ad vlcerum rationes, ſicubi vlcera ſordida facta ſunt, talia, qualia in vlceribus putridis, multa foetida, et liuida, et mucoſa, et quaedam caruncluae minutae, inſtar fibrarum, abſcedunt. RVFVS EPHES. *De Veſicae Renumque Affect.* c. 8.

r) Τὰ ἀκατάςατα ἔρα ἐναιωρέυμενα μὴ καθιςάμενα.

Vrinae haud ſubſiſtentes, cum ſublimamento turbidae, nec deiectae. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *Prorrh.*

Μὴ καθιςάμενα ἔρα, ὅταν ἐναιώρημα μετέωρον ἐχ ἵδρυτο.

Non ſubſiſtentes vrinae, quando ſublime illud pendulum non deiicitur. HIPP. *in Libr. Epid. paſſim.*

vnde intelligas ſimiliter, in ſanguine crudum a nexu ſuo cum laudabilibus ſuccis exſolutum nondum eſſe. Id quod quidem mirari neminem decet, ſi contumax ſua natura morbus eſt, vti ex *continuis* haud paucae decimum ſaepe quartum diem ſine vllis coctionis ſufficienter peractae ſignis tranſire ſinunt, donec, nouis ortis motibus criticis, quos *ſecundarias febres* appellari fas eſt, tandem conſequatur, quo ſedimentum decidat. Serotini iſtius ſeceſſus nocentis rei, cuius argumentum vrinae produnt, cauſſa, tum aliae, tum illa eſſe ſolet, quod aliae excretiones id agendum in ſe ſuſceperint, cuius gratia vrinae turbantur. Saepe ſudores hauriunt omnem morbi materiem, ſaepe aluinae deiectiones vrinas mutari non ſinunt, et *illud* quidem excuſabile omnino eſt, cum ſudores ſaepiſſime vrinarum vices gerant, hae illorum defectus ſuppleant; *Hoc* autem ſemper male euenit, vt aluus fluat, quo tempore vrinas turbari fas eſt. Haud enim ita comparatum eſt in morbis, vt perinde ſit, quacunque via aliquid fluat, ſed habent humores ſuam verſus dedicata ſibi organa deſtinationem certiſſimam, vt difficile ſit ſurrogari alia; medico certe non licet emunctoria pro lubitu deligere, aluumque imprudentius in febre vrinis iudicanda ſolicitare, cum certum ſit, hoc errore et diaphoreſin [s]), et diureſin criticam intercipi.

s) *Ἤν τι κινήσεις κατὰ κοιλίην, τὰ οὖρα οὐ πεπαίνεται, ἀλλ᾽ ἄνιδρός τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσαι.*

Si quid moueas in ventre, vrinae non coquuntur, ſed ſudore vacua et non iudicata febris erit longo tempore. HIPP. *De Victu Acut.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XV.

DE EXCRETIONIBVS CVTANEIS CRITICIS.

Poſtquam natura res nocentes intra hominem coquere, diuidere, inque ſucci praeſtantis indolem [a]) compingere vario modo tentauit; proiicit illa, mox, ſi vnius viſceris morbus eſt, proximo quodam organo et ſingularibus partibus adſcripto, mox, ſi in toto homine aegritudo latet, emunctoriis, ſimiliter toti homini adſcriptis, cauſſarum morbificarum inquinamenta [b]). Nulla autem poſt vrinas euerrendis humorum, maxime autem ſeri ſanguinis, ſordibus commodior eſt purgatione cutanea [c]). Cutis enim propter immenſas tubulorum halantium ſeries, a finientibus arteriis profectas, facilius et conuenientius omni emunctorio corporis purgamenta, quorum indoles in re tenui ponitur, accipit,

a) Πέσσεσθαι δὲ καὶ μεταβάλλειν, καὶ λεπτύνεσθαι, καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος διὰ πολλῶν εἰδέων καὶ παντοίων
Coqui, ſe conuertere, et attenuari, et incraſſari in ſuccorum laudabilium ſpeciem, multis modis variisque. HIPP. *De Veteri Medic* §. 35. p. 34. T. I.

b) Εἴπερ εἰς ὅλον ἡ νόσος ἐξέτατο τοῦ ζώου τὸ σῶμα, καὶ τὴν κένωσιν ἂν ἐξ ἅπαντος ὁμότιμον ἐποιεῖτο.
Si morbus in totum animalis corpus extenſus eſt, euacuationem etiam ex omni aequalem fieri decet. GAL *Comment. IV. Aphor.* HIPP.

c) Κένωσις τῶν κατὰ δέρμα περιττωμάτων.
Euacuatio ſuperfluitatum per cutem.

pit d), dum calor auctus, ſpiritu ipſo ſimul peruadente, eam raram efficit, in maximorum quorumuis morborum ſolatium e). Pauci enim ex illis ſunt, quin, niſi deleantur penitus, leuentur tamen, ſudoribus f) aliisque impuritatibus in cutem proiectis g). Maximum ſane ex cute tranſpirabili beneficium et valentes et infirmi lucrantur, vt, qui ad actionem iſtam, qua per corporis ambitum difflantur humida, ſegniores ſunt, in conualeſcendi negotio haud procedant commode h). Eſt autem non leuis

d) Τὸ δέρμα, οἷον σκέπασμά τι καὶ περίβλημα τοῦ ζώου σύμφυτον, — εὐλόγως ἐκδέχεται τὰ τοῦ σώματος ὅλου περιττώματα.
Cutis, inſtar alicuius tegumenti et inuolucri animalis, facile recipit omnes corporis ſuperfluitates. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 6. p. 24. T. VII.

e) Ἀραιουμένου ὑπὸ τῆς θερμασίης τοῦ χρωτὸς, διέρχεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ σώματος, ὥστε παῦλαν τινὰ γενέσθαι τῶν πόνων.
Rarefacta per calorem cute, tranſit ſpiritus per corpus, vt quies fiat morborum. HIPP. *De Flatibus*, §. 14. p. 407. T. I.

f) Τῷ ἱδρῶτι κουφίζονται οἱ πλεῖστοι (τῶν καμνόντων).
Sudore leuantur plurimi aegrotantium. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

g) Τὰ ὑπὸ τῷ δέρματι συνιστάμενα.
Quae ſub cute conſiſtunt. GAL. *Therap. ad* GLAVCON. II.
Δι' ἀπόστασιν κρίνεσθαι.
Per abſceſſum iudicari: (*id quod de quauis purgatione cutanea vſurpatur*). GALEN. *Comm. II. in Prognoſt.* HIPP.
Ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπωθεῖσθαι κριτικῶς ἐπὶ τὸ δέρμα.
A natura expelli critice in cutem. GAL. *De Cauſſ. Symptom.* III. 9. p. 99. T. VII.

h) Οἱ διαπνεόμενοι καλῶς ἀσθενέστεροι καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐανάσφαλτοι· οἱ διαπνεόμενοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι, νοσήσαντες δὲ δυσανάσφαλτοι.
Debiliores, ſaniores et facilius conualeſcentes, qui bene tranſpirant; Qui male tranſpirant, priusquam aegrotent, fortiores, et quando aegrotant, difficulter conualeſcentes. HIPP. *De Aliment.* §. 6. p. 596. T. I.

leuis in iſthac ad halitum inſenſibilem vel ſudores procliuitate, ſecundum aetates [i]), aliarum excretionum robur praeualens [k]), variasque praeterea conditiones, differentia, qua efficitur, vt aequales conualeſcendi rationes penes vnumquemque eſſe haud poſſint, hinc maiorem oporteat eſſe in morbis conflictum, ſi plus magisque motui cordis obſiſtat cutis, nec dimittat facile, quod ſua indole in ſubtilem aliquem halitum diſſipari ſolet, et paria poſt cutem excretionum organa inuenturum haud eſt, niſi forte quoddam aliud effugium, vt poteſt, natura quaerat, et praeſtantiori organo ſurroget ſecundarium [l]). Quando autem *ſudores* nomino, quibus morbos longos aeque ac acutos, ſeruata tamen et aliis emunctoriis ſua libertate, iudicari fas ſit; omnes iſtas virtutes, quae criſin quamuis ornant, adeſſe illis debere intelligo. Veluti ſalubrior euacuatio quaeuis eſt, quo modeſtior [m]); ita effuſiſſimo ſudore

i) Ὁι παῖδες δυσίδρωτες, διὰ τὴν ἄυξησιν, ἐὰν δέ τι καὶ γένηται περίττωμα, τοῦτο ἐκκρίνεται κατὰ κοιλίαν, ἔυρους γὰρ καὶ ἐπίπαν ὑγροτέρα τῶν παιδίων.

Infantes difficulter ſudant, propter incrementum, et ſi etiam illis fuerit quoddam ſuperfluum, hoc excernitur per aluum; fluxilis enim iſta et plerumque humidior eſt infantibus. THEOPHRAST. *De Sudorib.*

k) Ὧν ἁι κοιλίαι ὑγραὶ καὶ εἰς κύστιν ἐπίῤῥοια, οὐκ ἐνίδρωτες, ὅτι πᾶν τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθ᾽ ὥρμηκεν.

Quorum ventres humidi et deſtillatio ad veſicam, ad ſudorem non ſunt faciles, quia omne humidum illuc delatum eſt. THEOPHR. Ib.

l) Τὰ νοσήματα πάντα λύεται ἢ κατὰ ὄγκον, ἢ κατὰ κοιλίην, ἢ κατὰ κύστιν, ἢ τινὸς ἄλλου ἄρθρου κυρίου, ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη κοινὴ ἁπάντων.

Morbi omnes ſoluuntur aut habitu corporis, aut aluo, aut veſica, aut alio viſcere nobiliore; Sudores autem idea communis omnibus. HIPP. *De Victu Acut.*

m) Ἑτοιμοτέρα ἡ κένωσις ὅσῳ διὰ μαόνων.

Praeſtantior euacuatio quaeuis, quo moderatior. GAL. *Ars Medica.*

ſudore praeſtat mador [n]). Temporibus addicti ſint ſudores, vt illis febris vel miteſcat, vel penitus ſoluatur [o]). Vti enim in febribus continentibus et continuis, plurium dierum numero abſoluendis, aliquid ad dies redit, quos criticos appellamus; ita opportunius omnino eſt, ſi aeger paullo liberalius et conſtantius ſudet tunc, quando commotum et funditus euerſum eſt, quod fluere debet; id quod definita aliqua temporum ſucceſſione, quam praecocius fieri, ſatius eſt. Proinde *in diebus criticis ſudare* aegros HIPPOCRATES [p]) poſtulat. Non inferius illud eſt bonitatis penes ſudores argumentum, ſi ſymptomata leuent, et euphoriam aegrotis adferant. Proinde laudantur illi, qui *dormientibus* [q]) largiter fluunt, quandoquidem certiſſima illa eſt ſalubris ſudorum effectus ſignificatio, vt eosdem conſequatur tranquillitas, et, quod alibi ſcriptum a me eſt, ſtare ſudor cum ſummo aeſtu ſummaque pulſus contentione et lucta cordis neſcit. Inde eſt. quod

n) Οἱ ἱδρῶτες μετὰ ςαλαγμῶν καὶ ἀτμίζοντες, ἀγαθοί.
Sudores, cum madore, et halantes, boni. HIPP. *Prognoſt.*

o) Ἱδρὼς ἄριςος ὁ λύων τὸν πυρετόν.
Sudor optimus, qui morbum ſoluit. HIPP. *Coac. Praenot.*

Λυτικὸν εἶναι δεῖ τὸν ἱδρῶτα, ἢ πρὸς λόγον κȣφίζοντα καὶ εὐφορώτερον ἀποφαίνοντα τὸν ἄρρωςον.
Soluendo morbo parem decet eſſe ſudorem, aut quodammodo leuantem, et qui bene ſeſe habentem reddat infirmum. AETIVS *Tetrab.* I. Tract V. *v.*

p) Ἱδρῶτες ἄριςοι μὲν εἰσὶν ἐν πᾶσι τοῖς ὀξέσι νουσήμασιν, ὁκόσοι ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι γίνονται καὶ τελέως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάττȣσιν.
Sudores quidem optimi ſunt in omnibus acutis morbis, quotquot in diebus criticis fiunt, et perfecte febrem mutant. HIPP. *Progn.*

q) Ἐν ὕπνοις ἱδρῶτες ἀγαθοί.
In ſomnis ſudores boni. HIPP. *Prorrh.* I.

quod aeſtus vna cum ſudoribus legitimis remittit, laudaturque ſudor, qui *mediocriter incaleſcit* [r]). Tametſi autem haud raro partes quaedam ſolae ſalubriter ſudant, frons, pectus, aliae; in febribus tamen expeditius eſt, *totum ſudare* hominem, quod inter virtutes ſudoris merenter numeratur ab HIPPOCRATE [s]). Praeterea, quod ad *ſudoris copiam* attinet, licet illa pro conditionum penes aegrotantes diuerſitate inſigniter variet, vt certi quidpiam ſtatui de eadem nequeat; febrium tamen omnium indoli conuenientius eſt, blande, lente, at ſufficienter, ſudare [t]).

Quodſi ab iſtis virtutibus ſudores recedunt, non poſſunt ſalubriter omnino aegrotantibus euenire. Quantum enim ad *temporis opportunitatem* attinet, officioſi haud ſunt illi, qui ſtatim a principio febrium fluunt [u]), iique copioſiores [x]): Difflato enim fluido, manet craſſum, et vis vitae ſimul dilapidatur [y]), nec ipſis recte valentibus ſudores magni, ſiue illi a cauſſis ambientibus excitati fuerint, ſiue

r) *Θερμὸν ἀναγ δεῖ συμμέτρως τὸν λυτικὸν ἱδρῶτα, καὶ δι᾽ ὅλȣ σώματος γιγνόμενον.*

Calidum eſſe oportet moderate ſudorem, ſoluendo morbo idoneum, et omni corpore naſcentem. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. V. *v.*

s) *Ἀγαθοὶ οἱ ἱδρῶτες διὰ παντὸς τȣ̃ σώματος γινόμενοι.*

Optimi ſudores, qui toto fiunt corpore. HIPPOCR. *Prognoſt.*

t) *Ἱδρῶτες οἱ κατὰ μικρὸν, ὠφελέȣσι, οἱ δὲ ἀθρόοι.*

Sudores lenti iuuant et continui. HIPP. *Coac. Praen.*

u) *Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ γινόμενος ἐν ὀξεῖ, φλαῦρος.*

Sudor, ſtatim cum febre ingruens in acuto morbo, malus. HIPP. Ib.

x) *Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετοῖσιν ὀξέσι γιγνόμενος, φλαῦρος.*

Sudor multus vna cum febribus acutis factus, malus. HIPP. *Prorrh.* I.

y) *Ὁ ἱδρὼς τῆξίς τις ἐστίν.*

Sudor colliquatio quaedam eſt. THEOPHRAST. *De Sudoribus.*

ſiue ſua ſponte fluant, bene euenire ſolent [z]). Plus tamen nocet, *deficere ſudores*, quam luxuriare [a]), eſtque iniquum, cutem inter calores habere aridam et ſiccam [b]); iniquius, frigentem anxiumque non ſudare [c]). Nocentior omnino ſudorum defectus eſt, quandoquidem praeſtantiorem conualeſcendi modum opprimit; dubia ſaltim erit ſudorum profuſio, poſſuntque excuſari, ſi ex toto aequaliter homine, calente illo et ſignis aliis ſalubribus gaudente, fluunt; damnantur autem *frigidi*, ad caput tantum et faciem aut iugulum, ſiccis reliquis partibus, miliaribus erumpentes guttulis, ſoluto flaccidoque aegro, et ad contactum frigente [d]), vel a frigore ad calo-

rem,

z) Ἱδρὼς πολὺς ἀκρήτως γινόμενος ὑγιαίνοντι νόσον σημαίνει, θέρεος μὲν μείω, ψύξεως δὲ πλέω.

Sudor multus immoderate contingens ſano, morbum ſignificat, aeſtate quidem minus, frigida autem tempeſtate plus. HIPP. *De Iudic.*

a) Ἱδρῶτες ἀμέτρως ἐκκρίνεσθαι κακὸν, (χεῖρον δὲ) ἰσχέσθαι μὴ δεόντως.

Sudores immoderate excerni, malum; peius autem, cohiberi haud debite. GAL. *De Cauſſ. Morb.*

b) Καρφαλέον δέρμα.

Aſpera cutis. HIPP. *Epid.* VI. Sect. 6. p. 812. T. I.

Καρφαλέον καὶ περιτετυμένον τὸ δέρμα.

Aſpera et indurata cutis. Ib.

c) Ἀλυσμῷ ἀνιδρῶτι περιψύχεσθαι, κακόν.

Cum anxietate et ſine ſudore frigeſcere, malum. HIPP. *Prorrh.* I.

d) Οἱ ἐ λυσιτελέες (ἱδρῶτες). Κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι καὶ τὸν αὐχένα· οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι, σὺν δὲ πρηϋτέρῳ μῆκος νόσου, καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα, ὡσαύτως γινόμενοι τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν. οἱ δὲ κεγχροειδέες καὶ μοῦνον περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι, πονηροί. — Κατανοεῖν δὲ χρὴ τὸ σύνολον τῶν ἱδρώτων· γίνονται γὰρ οἱ μὲν δι᾽ ἔκλυσιν σωμάτων, οἱ δὲ διὰ συντονίην φλεγμονῆς.

Sudores, qui perfecte non ſoluunt: Peſſimi autem frigidi, et qui ſaltim circa caput et faciem fiunt, et collum:

rem, a calore ad frigus alternis vicibus conuerſo; damnantur etiam *ſteriles* illi, quibus aeger nihil proficit [e]), ſed deliqueſcit, tum maxime, ſi diarrhoea accedat [f]), qua, ſudante aegro, nihil poteſt eſſe turbulentius, quod ſudores ſubſiſtere, fluente aluo, nequeant, et fractae iam vires nouo fluxu penitus deiiciantur: damnat etiam *foetidos* HIPPOCRATES [g]), quod putredinem prodant. Non tamen ita ominoſi ſunt, vt bene propter illos ſperare deſinamus, ſiquidem multi etiam ex hilariter valentibus ob exercitia et calorem partium, prope quas ſudor erumpit, hircum olent [h]). In morbis ſuſpectus magis

collum: Hi enim vna cum febre acuta mortem ſignificant; cum benigniore autem, morbi diuturnitatem; et qui per totum corpus ſimiliter fiunt, vti illi, qui circa caput; Miliaribus autem guttulis prodeuntes, et ſaltim circa collum naſcentes, mali: Sciendum autem eſt id, quod ad ſudores in genere attinet. Alii enim fiunt propter infirmitatem corporis, alii autem ab augmento caloris. HIPP. *Prognoſt.* 5. p. 452. T. I.

e) Ἢν τὸ χρῶμα ψύχηται καὶ αὖθις θερμαίνηται ἢ τὸ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλληται, μῆκος νόσου σημαίνει· ἢν πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγίνηται, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακὸν, μηκύνει ἡ νοῦσος.

Si cutis frigeſcat, iterumque incaleſcat, et color ex alio in alium mutetur, magnitudinem morbi ſignificat. Si febrienti ſudor ſuperueniat, non remittente febre, malum; creſcit enim morbus. HIPP. *De Criſ.*

f) Ἐφιδροῦσι πολλῷ κοιλίαι καθυγρανθεῖσαι, κακόν.

Plurimum ſudantibus, ventres humidi, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

g) Πᾶσαι δὲ ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεις ὀδμαὶ, κακαί.

Omnes putridi et foetidi odores mali. HIPPOCR. *Prognoſt.*

h) Πολλοὶ τῶν γυμναζόντων καὶ δοκούντων εὖ ἔχειν, βαρεῖς καὶ κακώδεις τοῖς ἱδρῶσιν.

Multi eorum, qui corpus exercent, et bene ſeſe habere putantur, graueolentes ſunt, et foetidi ſudoribus. THEOPHRAST. *De Sudoribus.*

Ἐκ

gis eſt *ſudoris foetor*, et putrida exanthemata ſubeſſe plerumque nuntiat [i]); quibus expulſis ad frugem redit. Nihil ſane effugit veterum circa ſignorum obſeruationes induſtriam, quare et *colorem ſudoris* attendebant. *Sanguini* fere *ſimilis* THEOPHRASTO [k]) aliquis eſt, forte ille, quem rhachitide correpti infantes ſub alis habent. *Luteum* morbo regio laborantibus ſalubriter fundi quotusquisque eſt, qui neſciat [l]). Non autem tantum ſerum ſanguinis abripit ſudor, cumque illo febrium cauſſas fundit et disiicit, ſed etiam *putre illud*, omni alio emunctorio corporis efficacius, aufert, quod, *exanthematum* nomine, in cutem erumpit, et illi defixum ac manens ſalutem adfert aegrotantibus. Ita enim ſapienter prouidit auctor naturae, Deus, vt ſponte ſua [m])

 ad

Ἐκ τῶν μασχάλων ἱδρὼς καὶ ὅλως ὁ ἐκ τῶν κοιλῶν, κακωδέστατος: Κατάπνιξις καὶ κοιλία ποιεῖ τὴν κακωδίαν.

Ex alis ſudor, et in vniuerſum ex cauis, foetidiſſimus. Suffocatio et cauitas facit foetorem. THEOPHR. *De Sudorib.*

i) Ἱδρῶτες δυσώδεες ἀποςήματα σηπεδονώδεα.

Sudores foetidi, foetida ea, quae ad cutem abſcedunt. GAL. *De Euchym. et Cacochym.*

k) Ἱδρῶτα τινὲς φασὶν καὶ αἵματι εἰκάσαι.

Sudorem quidam aiunt ſanguini ſimilem fuiſſe. THEOPHR. L. cit.

l) Ἴκτερος μὲν ἐνίοτε γίνεται καὶ ἱδρὼς κριτικὸς, ἀποτιθεμένης τῆς φύσεως εἰς ὅλον τὸ σῶμα καὶ μάλιςα πρὸς τὸ δέρμα τὴν ξανθὴν χολήν.

Icterus quandoque fit, et criticus ſudor, deponente natura in totum corpus, et maxime ad cutem, flauam bilem. GAL. *Comm. IV. in Aphor.* HIPP.

Γίνονται μὲν ἰκτερικοὶ καὶ λόγῳ κρίσεως ἀγαθῆς ἐν πυρετοῖς, ἐπισκήψαντος τοῦ χυμοῦ τοῦ χολώδους πρὸς τὸ δέρμα.

Fiunt quidem icterici ad rationem bonae criſeos in febribus, abſcedente ſucco bilioſo ad cutem. GALEN. *De Compoſ. Medicam. ſecundum locos* IX. 1. pag. 595. T. XIII.

m) Ἐκθύματα αὐτομάτως ἐξανθοῦντα κατὰ τὸ δέρμα.

Efflo-

ad cutem ferantur ea, quae, ſi manerent in ſanguine, maiorem morbum ipſamque mortem allatura forent, ſintque hoc ſuo ad ambitum corporis ſeceſſu, aliarum aegritudinum medela [n]), certumque vitae praeſidium. Quem ſaluberrimum ſane rerum nocentium ad cutem motum, ſi qui naturae tribuere ſimplicius nolint, ſatiusque ducant, neceſſitatibus a directione arteriarum cutanearum pendentibus illum largiri, ego non abnuo. Quocunque modo illud accidat, ſalubre eſt et ſanitatem intendit, licet cauſſae ſaepe adſint, propter quas hoc beneficio vti, et ſalutem abinde conſequi aegrotantes nequeant. Sunt autem, quae in cutem cum ſudore, veluti exanthematum vehiculo, ſalubriter erumpunt, varia, quorum ſumma capita adduxiſſe nunc ſufficiat. Aut rufa cutis fit, aut purulenta, aut ſcabra, aut vlceroſa; nihil etiam impedit, quo minus criticis ſudorum effectibus attribuamus id, quod ad glandulas aliquid, quod, manens in ſanguine, noxam crearet, officioſe declinet. Horum quaedam, parua febre commota, prodeunt, et, febre ceſſante, manent; alia magna febre, mox continente, mox continua, excutiuntur, ſudoresque habent comites. Laudat HIPPOCRATES [o]) eryſipelas laete rubens, quod

Effloreſcentia ſponte tubercula ad cutem. GALEN. *Comm. III. in* HIPP. *Epidem. III.*

n) Ἀποστάσιες ἑτέρων ἄκος.
Quae ad cutem abſcedunt, aliorum ſunt ſanatio. HIPP. *De Humorib.*

o) Τὸ ἔρευθος προσώπου: Ἐρυσίπελας προσώπου.
Rubor faciei: Eryſipelas faciei.

Τὰ παρ' οὖς ἔμπροσθεν ἐρυθήματα.
Pone aurem anteriorem rubor. HIPP. *Coac. Praenot.*
Οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει γινόμενον, ἀγαθὸν, ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

Tumor

quod tumet caletque p). Veluti enim ſacer ille ignis felici omine ſuper cutem apparet, et febres ſoluit, ſi perſiſtit et diſcutitur; ita in ſummum vitae diſcrimen aegros adducit, ſi diſparet q), ſatiusque eſt, niſi penitus ſolui poſſit, in abſceſſum conuerti eryſipelas r). Eadem eſt *macularum* quarumuis febrilium ratio, vt in eruptione ſalus, in fuga ſit perni-

 cies,

Tumor et rubor in pectore factus, bonum; Extrorſum enim vertitur morbus. HIPP. *Epidem.* VI. et VII.

Ἀσφαλέστερον τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι.

Praeſtabilius, tumorem et ruborem quam maxime extrorſum verti. HIPP. *Progn.*

p) *Εἰ δὲ τὸ οἴδημα ἐκφύει καὶ οἰδίσκεται πρὸς τὰ στήθεα καὶ ἐρυθρὸν εἴη καὶ καίηται, ἐλπίδες πλέονος ὑγιείας.*

Si autem oedema efflorefcit, et tumet ad pectus, et rubrum fuerit excandeſcatque, ſpes vberioris ſanitatis adeſt. HIPP. *De Morb.* II.

q) *Τοῦ ἐρυσιπέλατος οὐ διαφορουμένου κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, οὐ μόνον οὐκ ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ μέγιστον κακόν.*

Eryſipelate non tranſpirante ad externam ſuperficiem, non tantum bonum iſtud haud eſt, ſed etiam maximum malum. GALEN. *Comment. III. in Prognoſt.* HIPP.

Τὸ ἐρυσίπελας ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι, χρήσιμον, εἴσω δὲ τρέπεσθαι θανάσιμον. τρέπεται δὲ, ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ ἐρυθήματος βαρύνηται τὸ στῆθος καὶ δυσπνοώτερον γένηται.

Eryſipelas extrorſum procedere, proficuum; intus autem conuerti, letale. Retrocedit autem, quando, diſparente rubore, grauatur pectus, et anheloſum fit. HIPP. *Coac. Praenot.*

r) *Σώζονται ἣν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα· ἣν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος συστραφέντος ἔξω ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι, ὀλέθρια γίνονται.*

Salui fiunt, quibus non retrocedant rubores; Si autem diſpareant, tuberculo extus haud collecto, in diebus criticis, pernicioſi fiunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

cies [s]), nec quidquam aliter ſeſe gerunt *papulae*, quas febris et ſudor excitat [t]), et ſi quae alia purulenta.

Λυομένης φλεγμονῆς ἢ τȣ̃ πύȣ γένεσις, ὅρος τῆς ἀκμῆς.

Aut diſcuſſa inflammatio, aut puris generatio, terminus ſummi *(febrium)* ſtatus. GALEN. *De Tot. Morb. Temp.* c 3. p. 30. T. VII.

s) Ἐξανθήματα κνησμώδεα θερμὰ ὥσπερ περίκαυςα.

Exanthemata pruriginoſa, ardentia, veluti ambuſta. HIPP. *Epidem.* VII.

Ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα.

Effloreſcit quidpiam, veluti culicum morſus. HIPP. *Coac. Praenot.*

Οἷα τῶν κωνώπων δήγματα.

Inſtar culicum punctura. HIPP. *Epidem.* V.

Ὁπόσα ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα, οἷον τῇ τȣ̃ πολεμάρχȣ παιδίσκῃ ἐρυσίπελας.

Quaecunque abſque iudicationis ſigno diſparent, male decernunt, veluti, quod POLEMARCHI ancillae contingit, eryſipelas. HIPP. *De Morb. Vulg.* II. Sect. 3. p. 699.

Σώζονται ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα, ἀσφαλέςατον δὲ τὸ ἔρευθος καὶ τὰς ἀποςάσιας ὅτι μάλιςα ἔξω τρέπεσθαι.

Salui fiunt, niſi retrocedant rubores; Optimum autem, rubores et alia quae ad cutem ſecedunt, quam maxime extrorſum verti. HIPP. *Coacae Praenot.*

t) Ἐξανθήματα μεθ' ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, ςρογγύλα, σμικρὰ, οἷον ἴονθοι.

Exanthemata cum ſudore, rubra, rotunda, parua, inſtar varorum, manebant. HIPP. *Epidem.* I.

Ἐγένοντο καὶ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι περὶ ζ' καὶ η' καὶ θ' τρηχίσματα ἐν τῷ χρῶτι κεγχρώδεα, τοῖσι ὑπὸ κωνώπων γινομένοις ἴκελα ἀναδήγμασιν, ȣ̓ πάνυ κνησμώδεα, ταῦτα διετέλει μέχρι κρίσεως.

Fiebant autem in aeſtiuis febribus circa ſeptimum, et octauum, et nonum diem aſpredines in cute miliares, culicum ſimiles morſibus, non valde prurientes; haec permanebant vſque ad morbi finem. HIPP. Ib. II. Sect. 3. p. 697.

Vide, an purpurae febrilis noſtratis imaginem hic offendas. *)

*) Diſpu-

lenta ad cutem ſecedunt u), quorum virtutes praeterea in debita eruptionis celeritate x) et comple-

*) Diſputationem hanc nuper attigi in *Antiquit. Morbor.* Sect. II. n. 1. p. 110. ſequ. ex quo colligitur, veteres non prorſus ignoraſſe varia eruptionum genera, ſed non ſatis curate deſcripſiſſe, vagos fuiſſe in ſymptomatis, ſine quibus certi quid hodie affirmare non poſſumus. Submiratus hinc ſum, cum iunior quidam medicus, ſcholae quondam noſtrae alumnus, nos tecte carperet, quaſi vero ignorem, quae purpurae, quae peticularum notae ſint: Omiſerat enim, vt ſolent tales iudices, quae paullo poſt ſequebantur. *G.*

Καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἀχῶρες, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον· ἔπειτα φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι διανίσταντο καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον.

Et ſub cute apparebant achores, ſtabiliti vero incaleſcebant, et pruritum faciebant; deinde vrentes papulae exſurgebant, et ſub cute vri putabant. HIPP. Ib.

u) *Τὰ γενόμενα ἕλκεα, καὶ κρινόμενα πυρετοὺς καὶ φύματα, οἷσι ταῦτα μὴ παραγίνεται, ἀκρισία.*

Vlcera, quae facta ſunt, vt febres iudicent et tubercula, ſi quibus haec non accidunt, febris haud iudicata manet. HIPP. Ib.

Τὸ πῦον ἀποκορυφοῦται πρὸς τὸ δέρμα.
Pus faſtigiatur in cutem. GAL. *De Loc. Affect.* VI.

Ἄνθραξ, βουβῶνες, φύματα, φύγεθλα, φλυκταῖναι, ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἀνίστησιν.

Furunculus, bubo, tubercula, phygethla, phlyctaenae, maxima cutis parte exſurgunt. GAL. *Therapeut. ad* GLAVCON. II. 1. p. 369. T. X.

x) *Φυμάτων φλεγμοναὶ καὶ ὅσα ἄλλα ἐπιφαίνονται ὕστερον, ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν, τὰ μὲν θᾶσσον, βραχύτερα, τὰ δὲ βραχύτερον, μακρότερα.*

Tuberculorum inflammationes et quaecunque apparent poſt morborum principia, veluti et alia communia morborum negotia, quae quidem citius, breuiorem; quae ſerius, longiorem exitum nuntiant. HIPP. Ibid.

mento *y*), inque diſtantia a partibus nobilioribus conſiſtunt. Aliquando etiam *abſceſſus* grandior ſalubriter effloreſcit ad aurem *z*), in ore *a*) paſſim *b*), vt non tantum acutae febres ab illo beneficium accipiant, vti intercurrens bubo purpurae albae, tutelare malum eſt *c*), ſed etiam lentae febres hac ratione feliciter expediantur *d*). Oportet autem, vt proficui ſint abſceſſus, pus habere exquiſitiſſimum, album,

y) Τὰ διαπυήματα, ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται, ἄριστά ἐστιν, μικρά τε ἐόντα καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα· τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα καὶ ἥκιστα ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, κάκιστα.

Purulenta, quotquot extrorſum vertuntur, optima, parua ſi fuerint, et quam maxime extus vergentia, in acumen conuergentia; Quae autem lata et minime in acumen educta, peſſima. HIPP. *Progn.*

Vide ſis, an variolarum effigiem in hac deſcriptione offendas.

z) Τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται.

Parotides, maxime ex acutis, in ardentibus febribus fiunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

a) Ἀποστάσιες ἐν οὔλοις καὶ παρ' οὖς.

Abſceſſus in gingiuis et ad aurem. HIPP. Ib.

Τῶν παρ' οὖς paſſim apud HIPPOCRATEM fit mentio, vti febrem ſoluant.

b) Οἱ διαφεύγοντες μετ' ἀποστήματος διαφεύγουσι.

Qui effugiunt, cum abſceſſu effugiunt. HIPP. *De Diaet. Acut.*

c) Οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει, θανάσιμον, μὴ γινομένου πυώδους ἀποστήματος.

Quibus in continuis papulae per omne corpus effloreſcunt, letale, niſi fiat purulentus abſceſſus. HIPP. *Coac. Praenot.*

d) Πυρετοὶ μαλακώτεροί τε καὶ οἷον σμυχόμενοι χρονίζουσί τε καὶ εἰς ἀποστάσεις ἐρμῶσι τὰ πολλά.

Febres lentae et veluti depaſcentes, longae ſunt, et in abſceſſus deſinunt vt plurimum. GAL. *ad* GLAVCON. I.

album, inodorum, aequale [e]). Peſſimi ominis res eſt, eos ex profundo ſurgere, putrilagine affectos eſſe, derepente deſiccari, aut nigros ichores fundere [f]), veluti exanthemata depaſcentia quaeuis corruptum corporis habitum ſignificant [g]). Saepe etiam cutis, interna caua inueſtiens, pus fundit ſalubriter, veluti, ſi illud ex naribus et aure fluat, quod bene cedere [h]) capitisque dolores mitigare HIPPOCRATES [i]) intellexit. Si ab illis diſcedas, quae

e) Τὸ δὲ πῦον ἄριστον λευκόν τε εἶναι (χρὴ) καὶ ὁμαλὸν καὶ λεῖον, καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες· τὸ δὲ ἐναντίον τούτου, κάκιστον.

Pus autem optimum album eſſe, et aequale, et laeue, et quam minime foetidum (decet); Quod autem contrarium huic, peſſimum. HIPP. *Prognoſt.*

Σημεῖον δὲ, ἢν μέλλει ἐκφεύξεσθαι, ἢν μὲν τὸ πῦον ᾖ λευκὸν καὶ καθαρὸν καὶ ἶνες αἵματος ἐνέωσιν, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς γίνεται.

Signum, ſi euaſurus eſt aeger, ſi quidem pus ſit album, et purum, et ſtriae ſanguinis inſint, tunc vt plurimum ſanus fiet. HIPP. *De Morbis* II.

f) Νομαὶ θανατωδέσταται ὧν αἱ σηπεδόνες βαθύταται καὶ μελάνταται καὶ ξηρόταται, πονηραὶ δὲ καὶ ἐπικίνδυνοι ὅσαι μέλανα ἰχῶρα ἀναδιδοῦσι.

Paſcentes abſceſſus maxime letales, quorum putrilagines maxime profundae, et nigerrimae, et maxime ſiccae. Mali etiam et periculoſi, qui nigrum ichorem reddunt. HIPP. *Prorrh.* II.

g) Τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθίσματα φθίσιν ἕξιος σημαίνει.

Depaſcentia exanthemata abſumtionem habitus deſignant. HIPP. *Coac. Praenot.*

h) Πῦον δ' ἂν ἔλθοι διὰ ῥινῶν ἢ διὰ ὤτων ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κάμνοντος.

Pus ſi venerit per nares et aures, ſalutare eſt aegrotantibus. GAL. *Comm. in Prognoſt.* HIPP.

i) Κεφαλὴν περιοδυνέοντι καὶ νοσέοντι, πύου ῥέοντος, ἢ κατὰ τὰ ὦτα ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας, λύει τὸ νόσημα.

Capitis dolorem acutum habenti aegrotanti, pure fluente aut per aurem, aut per nares, ſoluit morbum. HIPP. *De Iudicat.*

quae intra febres ſalubriter per cutem eiiciuntur, varia etiam cutis purgamenta k) habiturus es, quae ſine febre ordinata erumpunt, et, licet ſordidum malum ſint, magno tamen, dum viſcera relinquunt, hominem augent beneficio. Propterea pſoram, ſcabiem aliasque cutis ſordities turpitudinem magis quam morbum eſſe HIPPOCRATES l) aſſerit, et tineam capitis propter inſignia merita commendat m). Simili modo ſalubria ſunt *antiqua vlcera*, dum mortiferum aliquod virus emungunt de ſanguine, proinde deſiccari illa aut malam materiem fundere, pernicioſum.

k) *Ἐξανθήματα γίνονται, παχέων χυμῶν ἐν τῷ δέρματι σφηνωθέντων.*

Exanthemata fiunt craſſis humoribus intra cutem defixis. PAVLL. Libr. IV. de Exanthem.

l) *Λέπρη καὶ κνησμὸς καὶ ψώρη καὶ λαχῆνες καὶ ἀλφὸς, καὶ ἀλώπεκες, ὑπὸ φλέγματος γίνονται, ἔςι δὲ τὰ τοιαῦτα αἶσχος μᾶλλον ἢ νοσήματα.*

Lepra et prurigo, et pſora, et lichenes, et porrigo, et alopecia a phlegmate fiunt; Sunt autem iſta, turpitudo magis, quam morbi. HIPP. *De Affectionib.*

m) *Τὸ ῥεῦμα τὸ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ θλιβόμενον ὑπείκει καὶ ἕλκεα εἰς τὴν κεφαλὴν ἐκθύουσιν, καὶ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύουσιν καὶ οὐχ ἑλκοῦνται τὰ βλέφαρα, οὐδὲ δάκνει, οὐδὲ ἀμβλυώσσειν ποιέει, ἀλλ' ὀξὺ ὁρῶν γίνεται.*

Rheuma, quod caput afflixit, ſecedit, et vlcera in capite eſfloreſcunt, et illacrumant oculi, ſed non vlcerantur palpebrae, nec pruriunt, nec hebetudine afficit oculos, ſed acute videntes fiunt. HIPP. *De Locis in Homine.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XVI.
DE SPVTO CRITICO.

Diuerſi omnino ſunt, nec origine, materie aut fine conueniunt humores, quos ſpuimus, vt ſub eodem titulo [a]) illorum eiectio ſtare haud poſſit. Enim vero, cum latina vox itidemque graeca euacuationes illas, quae ex oris glandulis et aſpera arteria fiunt, vna voce ſputi, cui τὰ πτύελα Graecorum reſpondent, deſignet [b]), opportunitate termini vſus, diuerſorum quidem organorum actiones criticas,

a) GALENVS τὰς διὰ τοῦ ςόματος κρίσεις, *purgationes ore factas*, iunctim nominat, et per illas *ſputa*, *ſaliuam* aeque ac *pituitam* intelligit, quae, exponente FOESIO, *Oecon.* HIPP. V. κρίσις, p. 357. ſequ. extremae aſperae arteriae et faucibus inhaerent. Verum generis loco eſſe nequit iſte conceptus, cum diuerſiſſimae res, ventriculi, inteſtinorum ſordes, narium mucus, ſanguis varius ore egerantur.

b) Vnaquaeque earum euacuationum, quae ore celebrantur, vti natura differunt, ita diuerſum penes graecos medicos nomen ſortitae ſunt: ἐμέειν eſt *vomere*, σιαλοχέειν *ſaliuae fluxum* exprimit, βὴξ *tuſſis* et χρέμψις *ſcreatus* differunt, exponente PETRO PETIT in Comm. ſuper ARETAEI *De Cauſſis et Signis Acutorum* locum: βήσσουσι ἀντὶ τῆς χρέμψιος, *tuſſiunt loco ſcreatus*: quod illa eſt ex pectore cum motu thoracis, haec vero e faucibus duntaxat. Quae palato defluunt, κατάῤῥοι vbique audiunt: vt propterea diuerſa res diuerſis nominibus vbique compelletur; at pulmonum ſordes, ſeu pituita, ſeu pus, ſeu ſanguis fuerint, πτύσις, πτύσμα, πτύελον, promiſcue appellantur, vti ex poſtea allegandis patet. *)

*) Cf. ſi placet, WEBER Diſp. *De ſignis ex ſputo*, Gott. 1775.

criticas, niſi naturali, grammatico tamen nexu coniunctas, ſimul tradi poſſe arbitratus ſum. Friuolae ſunt et ſcholis relinquendae, quae circa nominum ſignificatum in re ſeria mouentur altercationes c), ſi circa veritatem conſenſus eſt.

Sputa adeoque, quaecunque ſint, morborum conuenientium impetus frangere et materiem illorum educere ſolent poſſuntque; hinc locum merenter inter humores habent, qui fluxu ſuo ſalutem procurant vel certe intendunt d). Quod ad illa attinet, quae *ſaliuam* ore ducunt, habent omnino haud leuem, qua iuuare poſſint, opportunitatem, dum organis vtuntur ducendo copioſiſſimo liquido adaptatis e). Haec enim, vti in vita ſana, ſalutis cauſſa perpetuis fontibus ſcaturiunt f); ita proficua ſunt

c) Ὀυ χρὴ περιέλκεσθαι τοῖς ὀνόμασιν: Ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἄρξασθαι διαφορᾶς, ἐκ ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων.

Non oportet circum nomina trahi: A negotiorum diſcrimine incipiendum eſt, non a nominum. GALEN. *De Method. Med.* I.

d) Ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν: κοιλίης, ἔρων, ἱδρῶτος, πτυάλε, μύξης ὑςέρης, καθ᾽ αἱμοῤῥοΐδα, ἐκ ῥινῶν, ἐκ πνεύμονος.

Secretiones ſecundum naturam: alui, ſudoris, ſaliuae, muci vteri, per haemorrhoides, e naribus. HIPP. *De Aliment.*

Ἀποςάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ διὰ δέρματος, ἢ κατὰ ὀςέα, ἢ κατὰ τὸν νωτιαῖον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκροὰς, ςόμα, αἰδοῖον, ὦτα, ῥῖνας, ἐξ ὑςέρης.

Separationes, vel per vaſa ſanguifera, vel per aluum, vel per cutem, vel ad oſſa, vel ad ſpinam dorſalem, aut ad alia colatoria, os, pudendum, aures, nares, vterum. HIPP. *Epid.* II. Sect. I. p. 687. T. I.

e) Ἀδένας σιαλοχόοι.

Glandulae ſaliuales. GALEN. *Comment.* I. *in* HIPP. *Prorrh.*

f) Πτυελίζειν, τὸ πτύειν πολλάκις ἢ πληρᾶσθαι συνεχῶς πτυέλε τὸ ςόμα.

Sputare, ſaepe ſpuere, repleri continue ſaliuis ore. GALENVS *Comment.* I. *in Prorrh.* HIPPOCR.

Quod

ſunt in morbis, et euacuationum criticarum vices haud raro gerunt. Non enim tantum propter inſignem, quae effundi poteſt, ſaliuae quantitatem humorum copia eius fluxu imminuitur g), ſed etiam variae ſanguinis ſordes eadem eluuntur quam efficaciſſime, vti ſalſa h), pinguis i), amara k), alioue ſapore vitiata fuerit. Eſt quaedam ſaliuarum ad os veluti conductio l), et viarum, quibus illae fluunt, aptitudo, qua ſanguini reſpondent, et eiusdem fieri poſſunt excerniculum. Aliquando, ſine apparente effectu, morborum, maxime gaſtricorum, ſaltim ſunt ſymptoma, et nauſeam comitantur m); alio autem

Quod alibi HIPPOCRATI eſt σιαλοχοέειν et σιαλοχέειν, *ſaliuam frequenter ſpuere*, HIPPOCRAT. *De Morbis* III. interque mala febrium omnia refertur: ſi ὁ ἄῤῥωστος κεχηνὼς κέεται σιαλοχέων, *infirmus ore hians iacet, et ſaliuam fundit.* Aliis autem etiam ſecundum naturam euenit, vt inter loquendum ſputent, vti HESYCHIVS σιαλοχόους exponit τοὺς προσραίνοντας σίαλον ἐν τῷ διαλέγεσθαι, *eos, qui inter loquendum ſaliuam ore ſpargunt*, et ſalubriter in angina, de quibus HIPPOCRATES Epidem. II. habet, quod ſint διαλεγόμενοι σιαλόχοοι, *ſaliuam fundentes, dum loquuntur.*

g) Μύξαι καὶ πτύελα πλησμονῆς ἐπίκρισις.
Pituitae et ſaliuae, repletionum ſunt curatio. HIPP. *De Diaet.* III.

h) Σίαλον εἰς τὸ στόμα πολλὸν καὶ ἁλμυρόν.
Saliua in os multa et ſalſa. HIPP. *De Morbis* II.

i) Πολὺ καὶ ἀφρῶδες σιαλόν.
Multa et ſpumoſa ſaliua. HIPP. *De Diebus Iudicat.*

k) Σιαλὸν ἀθροίζοντες πικρόν.
Saliuam amaram colligentes. Ita σιαλοχόους explicat EROTIAN. in Gloſſ. HIPP. p. 133. T. II.

l) Στόματος σιάλου ἀγωγή.
Ad os ſaliuarum conductio. HIPP. *Epid.* L. VI. Sect. 5. Aph. 3.

m) Ὁι μέλλοντες ἐμεῖν πτυαλίζουσιν ἔμπροσθεν.
Qui vomituri ſunt, ſputant. HIPP. *Coac. Praen.*
Δακνόμενοι τὸν στόμαχον σιαλίζοντες.

Qui

tem tempore criticum quid habent. Prodeſt autem *ſpontaneus* ille *ſaliuae fluxus*, cumprimis vicinis ori partibus, aliquo morbo affectis. Glandularum pone aurem tumores magnum abinde accipere poſſunt beneficium [n]). Abſceſſus faucium atque angina propius aliud excerniculum, illoque opportunius aliud haud inueniunt [o]). Capitis dolores vti varias agnoſcunt cauſſas; quapropter etiam diuerſis colatoriis res nocentes expurgari fas eſt; ſic poſt alias euacuationes criticas [p]) ſaliuae etiam fluxum experiuntur ſalubriter, maxime ſi catarrhales fuerint. Toti homini ille prodeſt, ſi febribus ſuperuenit, quibuscumque etiam, maxime tamen acutis, cumprimis tunc, ſi ſudores oppreſſi fuerunt, quorum vices gerit [q]), veluti ptyaliſmus, variolis accedens, huius

Qui ventriculo mordentur, ſputant. AETIVS Libr. VIII. cap. 58.

n) Πτυελισμὸς τὰ παρ᾽ ὖς ἀπαλλάσσει.

Ptyaliſmus tumores ad aurem mutat. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

Τὰ παρ᾽ ὖς ἐξερεύγεται.

Quae ad aurem fiunt, eructantur ad os. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

o) Ἐν τοῖσι παρισθμίοισιν ἕλκεσιν μετὰ τοὺς πρώτους χρόνους διαρρεῖν φλέγμα διὰ τοῦ στόματος, πρότερον οὐκ ὄν, χρήσιμον.

In abſceſſibus, qui ad palatum naſcuntur, poſt prima tempora, fluere phlegma ad os, cum antea illud haud eſſet, vtile. HIPP. *De Dentitione.*

p) Κεφαλαλγίην λύει πῦον διὰ ῥινῶν ἢ πτύελα παχέα καὶ ἄνοσμα, λύει δὲ καὶ ἑλκέων ἔκθυσις, ποτέ τε καὶ ὕπνοι καὶ κοιλίης ῥύσις.

Capitis dolorem ſoluit pus ex naribus, aut ſputa craſſa et inodora, ſoluunt etiam, quae cute effloreſcunt, et ſomni, et alui fluxus. HIPP. *Coac. Praenot.*

q) Ἀνιδρῶντι πτύελα παραρρέοντα πυρετώδει ἐόντι, εὐήθεα.

Non ſudanti, ſaliuae fluentes, febrienti, benigna. HIPP. *Coac. Praen.*

Πτυάλου ἀναχρέμψιες ἐν πυρετῷ.

Saliuae ſcreatus in febre. HIPP. *Epidem.* VII.

huius rei exemplum eſſe poteſt, et commoda ad dentientes infantulos abinde redundantia, id vberius confirmant. Quamuis HIPPOCRATES [r]) ptyaliſmum aliquando culpat; laudat tamen eundem paſſim, veluti morbum ſacrum leuet, dum, ſpuma oris oborta, torqueri angique aegroti deſinunt [s]), et ſoporoſis affectibus ſalubris ſit [t]).

Quae *pulmonibus* educuntur *ſputa*, vti varia ſunt; ita ſingula criticae euacuationis dignitatem tuentur. Haec perpetua eſt et recte etiam valentibus proficua, dum inueſtiens aſperam arteriam eiusque fines tunica vnguinoſa [u]) quotidie lentos ſuccos, reſpirationis optimae cauſſa deſtillat, quos oporteret praefocare guttura, niſi tuſſis eſſet, quae in exſpiratione aucta, collectos intra tracheam mucos expellente, conſiſtit [x]). Multo autem magis vitam

r) Πτυελισμὸς, κακόν.
Ptyaliſmus, malum. HIPP. *Prorrh.* I.

s) Καὶ ἀφροὶ διὰ τοῦ στόματος ἀνατρέχουσι εἰκότως.
Spumae per os decurrunt conuenienter. HIPP. *De Morbo ſacro.* Addit:
Ἀποζέσαντος τοῦ ἀφροῦ καὶ καταστάντος τοῦ αἵματος καὶ γαλήνης ἐν τῷ σώματι γινομένης, πέπαυται τὸ νόσημα.
Deferbeſcente ſpuma, et quieſcente ſanguine, tranquillitate in corpore facta, quieſcit morbus. Ibid.

t) Νοῦσος ἡ καλουμένη λήθαργος: βὴξ ἴσχει καὶ σίαλον πτύει πουλὺ καὶ ὑγρόν.
Morbus, qui lethargus vocatur; Tuſſis habet et ſaliuam ſpuit multam et tenuem. HIPP. *De Morbis* II.

u) Ὁ ὑπαλείφων ἔνδοθεν τὴν τραχὴν ἀρτηρίαν ὑμήν.
Inungens intus aſperam arteriam tunica. AETIVS Libr. VIII. c. 58.

x) Βὴξ μηδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ σφοδροτάτη τις ἐκφύσησις, ἵνα πλεῖστον θ' ἅμα καὶ τάχιστα φερόμενον ἔξω τὸ πνεῦμα παρασύρῃ τε καὶ προωθῇ τῇ ῥώμῃ τὰ ἐμφράττοντα τὰς ὁδούς.
Tuſſis nihil eſt aliud, quam vehementior exhalatio, vt plurimus et celeriter extrorſum delatus ſpiritus euerrat

vitam ſuſtinet in morbis pectoris, quos, niſi curat, tamen leuat, dum peregrinos humores, vel intra pulmonem genitos, vel illuc translatos, educit, eſtque ex omnibus euacuationibus, quae aegrum ſolari poſſunt, deſideratiſſima y). Quam miſera eſt quacumuis dyspnoea detentorum aegrotantium conditio, dum tuſſis ſicca z) ſperatum auxilium illis haud adfert, quia variae cauſſae eam excitant, ſputis haud auferendae, defluens acre ad aſperam arteriam, conſenſus cum ventriculo a), tumor durus pulmo-

euerrat et expellat robore ſuo ea, quae vias infarciunt. GAL. *De Sympt. Cauſſ.* II. 4. p. 71. T. VII.

Βὴξ ἕνεκα τῦ καθαρὰς ἐργάσασθαι τὰς ὁδὲς τῆς ἀναπνοῆς, γίνεται.

Tuſſis propterea, vt purae fiant viae reſpirationis, fit. GAL. *Comm. in VI. Epid.* HIPP.

y) Βῆχα ποιέει τὸ ἐν τῆσιν ἀορτῆσιν ἐνεχόμενον, ὥς τε ςενὰς διατρήσιας ἐχέσας τὰς ἀόρτας, ςενοχωρίην τῷ πνεύματι παρέχειν, ὥς τε ἀναλιπόμενον ἀεὶ ἐπιθυμέει ἀναπνεῖν.

Tuſſim facit, quod in aortis (aſperae arteriae finibus) continetur, vt anguſta foramina habentes aſperae arteriae fines anguſtum iter ſpiritui faciant, vtque, quod relictum intus eſt, ſemper cum deſiderio velit efflari. HIPP. *De Locis in Homine.*

z) Βῆχες ξηραὶ ἐφ᾽ ὧν ἐδὲν ἀναπτύεται.

Tuſſes ſiccae, quibus nihil exſpuitur. HIPP. *Epid.* IV. Aph. 54.

Βῆχες κοπιώδεες.

Tuſſes laborioſae. HIPP. *Epid.* VI. Sect. 7.

Βὴξ κερχναλέη καὶ ῥεγχώδης.

Tuſſis ſtridula et ſtertoroſa. ib. Libr. VII.

Βὴξ πνιγμώδης.

Tuſſis ſuffocatiua. *ibid.*

a) Βηχὸς αἰτίαι διαφοραί: καὶ γὰρ ὑγρὸν ἀπὸ κεφαλῆς καταῤῥέον εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐργάζεται βῆχα, ἡ τραχύτης δὲ μόνη τῦ ὑπαλείφοντος ἔνδοθεν τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ὑμένος ἐρεθίζει βῆχα, καὶ τὰ παρεμπίπτοντα δὲ πινόντων ἢ ἐσθιόντων βῆχα κινεῖ, χυμὸς δὲ δριμὺς ἐνοχλῶν τῷ ςομάχῳ καὶ ποιότητά τινα ἐρεθιςικὴν παρεμπέμπων τῇ φάρυγγι φαντασίαν βηχὸς ἐργάζεται.

pulmonibus innaſcens [b]), tenax pituita, vias praecludens ſpiritui [c]), ſpaſmus ſtringens guttura [d]), morbus prior aliquis, cuius ſymptoma dyſpnoea eſt [e]), in quibus omnibus tuſſiendo nihil proficiunt aegroti. Sunt, vti omnibus euacuationibus criticis; ita et huic, ſua, intra quae perfici poſſunt, tempora; Eſt etiam ſputis ſua maturitas, quae *coctio* dicitur, et febre aliqua, ſine qua nihil morbidi a ſano ſeparatur, perficitur [f]). Haec enim, ſi bene-

 fica

Tuſſis cauſae variae: nam humidum ex capite defluens ad tracheam, efficit tuſſim, ſola ſiccitas inungentis intus aſperam arteriam tunicae irritat tuſſim, eaque, quae intercidunt bibentibus et edentibus, tuſſim mouent, et ſuccus acris perturbans ventriculum, et qualitatem aliquam ſtimulantem transmittens pharyngi, ſimulacrum tuſſis efficit. AETIVS Libr. VIII. c. 58.

b) Ἆσθμα χωρὶς πυρετȣ͂, τινὸς ἀπέπτȣ φύματος ἐν τῷ πνεύμονι συςάντος.

Aſthma ſine febre, tuberculo in pulmonibus concreto. GAL. *Comm. IV. Libr. VI. Epid.*

c) Ἆσθμα καὶ ὀρθόπνοια τὸ πάθος ὀνομάζεται χωρὶς πυρετȣ͂ γινόμενον, παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν καταλαμβανόντων τὰς ὁδȣ̀ς τȣ͂ πνεύματος.

Aſthma et orthopnoeam morbum appellant ſine febre, craſſis viſcidisque humoribus occupantibus ſpiritus viam. GAL. *Comm. IV. in Epid. VI.*

d) Σπασμώδεα πτύελα.

Spaſmodica ſputa. HIPP. *Coac. Praenot.*

e) Δύσπνοια ἑτέροις πλέοσι ἐπακολȣθȣ͂σα πάθεσιν.

Dyspnoea alios plures comitans morbos. PAVLLVS Libr. III. c. 29.

Ἐν παροξυσμοῖσιν ἀσθμαίνοντες.

In paroxyſmis anhelantes. ARETAEVS *De Cauſſis et Signis Chronicorum Morborum.*

f) Πέπονα δέ ἐςὶ τὰ μὲν πτύελα, ὁκόταν γένηται ὅμοια τῷ πύῳ.

Coͨta ſunt ſputa, dum fiunt ſimilia puri. HIPP. *De Victu Acut.*

fica eſt, facilem de pectore cuiuscunque demum materiae expulſionem ſecum adfert [g]).

Sunt autem ſputa iſthaec, ſi materiem et ortum ſpectes, tria. Alia plus minus acria, tenuia vel mucoſa ex glanduloſa aſperae arteriae tunica ſcaturiunt, et febre excocta tuſſi reiiciuntur, quae ab affinibus aliis *glandularum muſcoſarum ſtillicidiis criticis*, *catarrhis vulgo dictis*, proxime a me deſcribendis, ſeparare nolo; alia intra pulmonum ſubſtantiam fiunt, *cruenta*, ſinceri ſanguinis *alia*, quae *haemorrhagiis criticis* relinquo, alia *purulenta*, eaque vel ingenita pulmonibus, vel illuc translata. Tubercula naſcuntur in pulmonibus, quae, ſi vires ſufficiunt, et ſors bene cadit, matureſcunt, rumpuntur, ſputisque ſanantur [h]). Verum valde anceps ille pulmonum ſtatus eſt [i]), ſemperque ſuſpecta manent *purulenta ſputa*, licet optima, ea autem maxime, quae, praecedente ſanguinis ſputo, eueniunt [k]), aut antiqua ſunt, febremque lentam comitem habent [l]). Vera haec phthiſis ratio eſt, in abſceſ-

g) *Πτύελον ἀνωδύνως καὶ ταχέως ἀναφερόμενον, ὀλίγης δεῖται βηχός.*

Sputum ſine dolore et celeriter educendum parua indiget tuſſi. GAL. *Comment. II. in Prognoſt.* HIPP.

h) Ἢν *μὲν ἀποπτύσῃ πᾶν, καὶ ἡ κοιλίη, ἐν ᾗ πῦον ἐνῇ, προσπέσῃ καὶ ἀναξηρανθῇ, ὑγιὴς γίνεται.*

Si tuſſi reiiciat omne, et ſinus, in quo pus infuerit, concidat, et deſiccetur, conualeſcunt. HIPPOCR. *De Morbis* I.

i) *Πῦον λευκὸν, ἄνοσμον ὁμόχροον ἀφλέγμαντον.*

Pus album, inodorum, aequalis coloris, haud tenue. HIPP. *in Prognoſt.* et *Coac. Praenot.*

k) Ἐπὶ *αἵματος πτύσει, πύου πτύσις, κακόν.*

Poſt ſanguinis ſputum puris ſputum, malum. HIPP. *Aphor.* Libr. VI Sect. 7. Aphor. 15.

l) Ἢν *ἐντὸς ἐξ ἀποστάσιος ἐν τῷ πνεύμονι γένηται, ἢ ἐκ βηχὸς χρονίης, ἢ ἀναγωγῆς αἵματος, καὶ ἀναβήσσῃ πῦον, πύη καὶ φθίσις*

abſceſſu intra pulmonem nato, qui callum induxit, conſiſtens m), licet omnes, quicunque ſenſim deficiunt et extenuantur, phthiſicos HIPPOCRATES n) appellet. Vnica illorum fiducia, vt viuere poſſint, in ſputo critico ponitur, actumque de illis eſt, ſi obortae alui deiectiones tuſſim ſputumque delent o), aut alia de cauſſa educi pus haud poteſt p). Peſſimae

φθίσις κικλήσκεται, ἢν δὲ ὁ πνεύμων ἕλκος ἴσχει τένομαι φθόη μεταλαμβάνει: ξύνεστι δὲ καὶ πῦρ ξυνεχὲς ὡς μὴ δοκέειν, λῆγον μὲν οὔκοτε καὶ ἐς νύκτα ἐκλάμπει.

Si intus ex abſceſſu in pulmone fiat, aut ex tuſſi diuturna, aut tuſſi ſanguinis, et ſpuat pus, *Pye* et *phthiſis* vocatur; Si autem pulmo vlcus concipit, nomen *Phthoe* aſſumit: Simul eſt continua febris, quae vix putatur eſſe, nunquam quidem deſinens, ad noctem tamen eluceſcens. ARETAEVS *De Morbis Chron.* Cap. 8.

m) Πτύελον χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγήμασι τοῖσι περὶ τὸν πλεύμονα καὶ τὰς πλευρὰς ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ.

Sputum oportet in omnibus doloribus, qui circa pulmonem ſunt et pleuras, cito eiici, et facile admixtum apparere flauum valde, ſputo. HIPP. *Prognoſt.*

n) Ἱπποκράτης φθινώδεας τίνας εἴρηκεν, οὐ πάνυ σαφές ἐστιν: εἴωθε γὰρ τοὺς ὅπως δήποτε ἰσχνομένους τὸ σῶμα καὶ φθίνοντας οὕτως ὀνομάζειν, οὐ μόνον τοὺς διὰ τὴν τοῦ πνεύμονος ἕλκωσιν ὅλον τὸ σῶμα τηκομένους.

HIPPOCRATES tabidos quos appellauerit, haud liquet: Solet enim quoscunque extenuatos corpore ita compellare, non tantum, qui ob vlcus pulmonum toto corpore deliqueſcunt. GALEN. *Comment. in I. Epid.* HIPP.

o) Ἔμπυον θεραπεύοντι ἡ κοιλίη ῥυεῖσα, διαφθείρει.

Pus habentem ſi curas, quando aluus fluit, occidit. HIPP. *De Morbis* I.

Ἡ τοῦ πτύσματος ἄνω κάθαρσις οὐχ ὁμαλὴ γίνεται τῆς κοιλίης ἀγούσης πάντα κάτω εἰς ἑαυτήν.

Sputi per ſuperiora purgatio non aequalis fit, aluo omnia ad ſe trahente. HIPP. ibid.

p) Ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχεται, ἀποθνήσκουσιν.

Si ſputa cohibentur, intereunt. HIPP. Libr. VII. *Aph.* ibid. Ἐν

mae praeterea notae ſunt *phthiſicorum ſputa*, quae tuſſi reiecta foetent q), aut prunis iniecta graueolent, quod putredinis eſt; in aquam proiecta fundum petunt r), quod grauitatem purulentae materiae et abraſam pulmonum ſubſtantiam ſignificat. Ad ſummam mali peruentum eſt, ſi, quae ſpuuntur, *foedi coloris* ſunt, nigra, parca, fauces vrentia ac acria s), quae

Ἐν φθινώδεσιν ἐπισχέσιες πτυάλων, (κακόν).

In tabidis ſputorum oppreſſiones, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

q) *Ὀδμὴν ἔχον ἐκβήσσουσι.*

Foetorem habentes res tuſſiunt. HIPP. *Prorrh.* II.

Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθίσεων ἐνοχλουμένοισιν ἢν τὸ πτύσμα ὅτι ἂν ἀποβήσσωσι βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, θανάσιμον.

Quibus a phthiſi correptis ſputum, quod tuſſiunt, graue olet prunis iniectum, letale. HIPPOCR. *Aphor.* Sect V.

Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὄζει τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ, ἀπόλλυνται.

Phthiſicorum, quibus ad ignem olet ſputum foetore graui, pereunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

r) *Ἐς τὸν πυθμένα βαδίζειν τὸ πῦον ὀλέθριον συντόμως.*

Ad fundum demergi pus, perquam letale eſt. HIPP. *Coac. Praenot.*

Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θάλασσαν πτύουσιν ἐς τὸν πυθμένα βαδίζει τὸ πῦον, ὀλέθριον συντόμως.

Phthiſicorum, quibus, dum ſuper aquam marinam ſpuunt, ad vaſis fundum ſecedit pus, breui letale eſt. HIPP. *Coac. Praen.*

s) *Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ χολώδεες πᾶσαι κακαί.*

Screatus in febribus non remittentibus liuidi, ſanguinei, bilioſi, omnes mali. HIPP. *Aph.* Sect. IV.

Τὸ πῦον, λευκὸν καὶ γλίσχρον καὶ στρογγύλον ἀλυσιτελὲς, κακὸν δὲ καὶ τὸ χλωρὸν ἐὸν κάρτα.

Pus album, tenax, rotundum, haud proficuum, malum etiam, viride valde exiſtens. HIPP. *Prognoſt.*

Τὸ μέλαν δεινότερον, κακὸν δὲ ἢν μηδὲν ἀνακαθαίρηται; μήτι προΐει ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πλήρης ἐὼν, ζέει ἐν τῷ φάρυγγι.

Nigrum funeſtius, malum etiam, ſi nihil expurgetur, nec proficit abinde pulmo, ſed plenus exiſtens vritur ad vsque fauces. HIPP. *Prognoſt.*

quae omnia non tam metum faciunt, quam certam deſperationem [t]).

Non autem tantum, quae intra pulmones abſcedunt, ſputo eiiciuntur, ſed etiam, quod admirabile eſt, quae foris, intra pleuram inque thoracis cauo, viam ad aſperae arteriae fines, a natura datam, habent, qua eiici poſſint. Quod ad pleuram attinet, illius dolor inflammatorius et febrilis hominem iugulat, niſi ſputis, ab initio ſanguineis, hinc purulentis ſoluatur. Idem fieri oportet, membrana, quae pulmonem cingit, inflammata, ſiquidem difficile eſt, propter membranarum communionem, accenſa pleura, ſaluam manere pulmonum ſuperficiem; hinc duo iſti morbi acuti ita ſemper ſunt apud HIPPOCRATEM et GALENVM, vt ſimul nominentur vbique. Eſt adeoque etiam communis vtrique morbo ad ſalutem via, *ſputum*, cuius virtutes in eo conſiſtunt, vt paucis ab inuaſione morbi diebus appareat, facile ſit [u]), ſtriis ſanguineis raris ex flauo

t) Τὰ μείζονα πάντα ἰῶνται μοῦνοι θεοί.
Maiora omnia medicantur ſoli dii. ARETAEVS *De Signis et Cauſſ. Diuturn. Morb.* II.

u) Πτύελον χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι ἀλγήμασι τοῖσι περὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὰς πλεύρας ταχέως ἀποπτύεσθαι καὶ εὐπετέως.
Sputum oportet in omnibus doloribus circa pulmonem et pleuras cito exſpui, et facile. GAL. *De Criſib.* I. 5. p. 382. T. VIII.
Τὸ πτύελον εἰ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοιτο, ξανθὸν ἐὸν ἢ πολὺν βῆχα παρέχον καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίνεται.
Sputum, ſi longo poſt principium doloris tempore eiicitur, flauum exiſtens aut magnam tuſſim exhibens, nec exquiſite mixtum, peius eſt. HIPP. *Prognoſt.*
Πτύαλον δ' ἐν τῇσι πλευριτίσι τρίτον μὲν ἀρχόμενον πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους ποιέει τὰς ἀπολύσιας, ὕστερον δὲ, βραδυτέρους.
Sputum in pleuritidibus inchoante tertio die coqui et eiici, celeriores facit ſolutiones; tardius, tardiores. HIPP. *Coac. Praenot.*

flauo intertextum [x]), dolorem ſoluat [y]). Damnantur pleuritides ſine ſputo, aut illo parum officioſo, quod dolorem haud extinguat [z]). Qua autem via pleurae ſanguis ad bronchia deueniat, vt ſpui poſſit, ſcite et adpoſite enarrat GALENVS [a]). Eadem

x) Αἵματι ξυμμεμιγμένον μὴ πολλῷ πτύελον ξανθὸν ἐν τοῖσι περιπλευμονικοῖσι περιεστηκὸς, καὶ κάρτα ὠφελέει, ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι καὶ παλαιοτέρῳ, ἧσσον ἀσφαλές.

Sanguine mixtum non multo ſputum in peripneumoniis conducibile, et valde iuuat; ſeptimum autem diem agenti et adoleſcenti morbo minus exquiſitum. HIPP. *Prognoſt.*

y) Τὰ δὲ παύοντα ὀδύνην πάντων ἀμείνω ἀναπτυόμενα.

Sputa dolorem ſedantia omnium optima. HIPPOCR. *Prognoſt.*

z) Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώτατοι.

Siccae pleuritides et ſine ſputo, difficillimae. HIPP. *Coac. Praen.*

Πάντα τὰ πτύελα πονηρά ἐστιν, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύει.

Omnia ſputa mala, quae dolorem haud ſedant. HIPP. *Prognoſt.*

a) GALENVS longam diſputationem exorſus de via puris atque ſanguinis ex cauo thoracis et pleura ad pulmones, ERASISTRATVM arguens, quod ille ab arteriis accipi et ad pulmones transferri ſanguinem et pus voluerit, arteriam etiam bronchialem, tunc haud incognitam, ab hoc negotio excludens, tandem ita ſentit:

Τὸ παραγιγνόμενον ἐκ τῶν πλευρῶν πῦον εἰς τὴν κατὰ ῥάχιν φλέβα, πρότερον μὲν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφίκεται, δεύτερον δὲ εἰς τὴν φλέβα, τὴν ἀπ᾽ αὐτῆς εἰς τὸν πνεύμονα φερομένην, εἶτα τὸ τρίτον ἐκ ταύτης εἰς τὰς ἐν ἐκείνῳ τραχείας ἀρτηρίας: Τὸ περιεχόμενον αἷμα κατὰ τὴν ἐν τῇ ῥάχει φλέβα πρὸς τὴν καρδίαν ἀναφέρεσθαι πέφυκεν, κατὰ τὴν καρδίαν ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ· ἡ φλὲψ ταύτῃ ἀρχομένη, ἅμα ἑαυτῆς κομίζει αἷμα τὰ κατὰ τὰς ὀκτὼ πλευρὰς μόρια πάντα τοῦ θώρακος τρέφον, οὐ γὰρ δὴ τάγε κατὰ τὰς ὑψηλὰς αὐτοῦ τέτταρας· αἱ γὰρ ἐκεῖνα τρέφουσαι φλέβες ἀπὸ τῆς εἰς τὰς σφαγὰς ἀναφερομένης πεφύκασιν ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ καρδίας τε καὶ κλειδῶν.

Tran-

Eadem puris in thoracis cauum effuſi via eſſe poteſt [b]).

Praeterea *translatoria* quaedam eſt *materies*, quae, relicto, per quod purgari opportunum erat, colatorio, ad os aut pulmones diuertit, hinc *ſputo critico* depellitur. Labor iſte, licet aliquando rheumatis titulo inſigniatur [c]), qua voce *fluxiones ad extrema* rectius deſignantur [d]); frequentius tamen ab antiquis *catarrhus* dicitur, qui in ſtillicidio acris

 vel

Tranſiens ex pleuris pus in eam, quae iuxta ſpinam eſt, venam, primum quidem ad cor venit, deinde in vas ſanguiferum, qnod ab illo in pulmones fertur, hinc tertio ex hoc vaſe in aſperae arteriae ramos. Sanguis in pleura effuſus per eam, quae ad dorſum eſt, venam (ſine pari dictam) duci natus eſt ad cor auris dextrae; Haec vena incipiens ſecum affert ſanguinem, qui interiacentes octo coſtis partes et omnia thoracis loca nutrit, neutiquam autem quatuor illa coſtarum ſuperiorum interſtitia; Quae enim illas nutriunt venae, ab illa, quae ad iugulares fert, oriuntur, in medio inter cor et clauiculas loco. GAL. *De Locis Affect.* V. 3. p. 482. ſeq. T. VII.

b) Ὁ ἀποχεόμενος εἰς τὰ κενὰ τȢ̃ θώρακος ἰχὼρ μεταλαμβανόμενος εἰς τὰς τραχέας τȢ̃ πνεύμονος ἀρτηρίας, ἀναπτύεται μετὰ βηχός.

Effuſus in vacua thoracis, ichor, ſuſceptus in tracheas pulmonis arterias, exſpuitur cum tuſſi. GAL. *De Locis Affect.* V. l. cit.

c) Ῥευματιζομένοις παρίσθμια, κοιλίη κατενεχθεῖσα πλέω, λύει τὰς ξηρὰς ἐν ὀδοντοφυΐῃ βῆχας.

Ad fauces *rheuma* habentibus aluus fluens abundantius, ſoluit, in dentitione, tuſſes. HIPPOCR. *De Dentitione.*

d) Κατάῤῥοι λέγονται οἱ ἐκ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα, διὰ φάρυγγος καὶ ἀρτηρίας γινόμενοι, ἀλλὰ πάντα τὰ καταφερόμενα εἰς τὰ μόρια, ῥεύματα.

Catarrhi dicuntur, quae a capite ad pulmones per fauces et aſperam arteriam fiunt (fluxiones); Quae autem ad artus feruntur omnia, *rheumata*. GAL. *Comm. III. in Aphoriſm.* HIPP.

vel viſcidi humoris per nares e) et glandulas faucium conſiſtit. Saepe alterutrum euenit, ſeorſim nares ſtillant, ſeorſim palati et tracheae oſtiola, quod ſingularibus indicitur nominibus f); ſaepe, quod naribus fluere coepit, in fauces erumpit g). Saluberrimus iſtius ſputi effectus, vti in vulgus notus eſt, ita ratione comprobatur. Licet enim, veluti veteribus viſum eſt, immediata ex capitis penetralibus ad fauces via haud ſit h); ſtat tamen cum

e) Τὸ διὰ τῶν ῥινῶν ἐκκρινόμενον ὑγρὸν, λεπτὸν καὶ ἄπεπτον ὀνομάζειν εἰώθασιν πάντες οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ, καθάπερ τὸ δι᾽ ὑπερώας τοιοῦτον, κατάῤῥουν.

Quod naribus excernitur, humidum, tenue, crudum, vocare ſolent omnes antiqui medici, vti etiam, ſi quid ſimile per palatum, *catarrhum.* GAL. *Comm. in Prognoſt.* HIPP.

f) Κατάῤῥουν ὀνομάζομεν, ἐπειδὰν εἰς τὸ στόμα καταῤῥέῃ τὸ περίττωμα, κορύζαν δὲ, ἐπειδὰν εἰς τὰς ῥινὰς, ὁ δὲ βράγχος ἐπὶ κατάῤῥοις γίνεται, διαβραχείσης τῆς φάρυγγος, εἰ δὲ εἰς τὸν γαργαρεῶνα κατασκήψῃ τὸ ῥεῦμα, ἤ τοι τὴν ἐν αὐτῷ καλουμένην σταφυλὴν ἐγέννησεν, ἢ ἄλλως εἰς ὄγκον ἤγειρεν αὐτὸν, εἰ δὲ εἰς τοὺς ἑκατέρωθεν ἀντικειμένους ἀλλήλοις ἀδένας ἐν τῷ πέρατι τοῦ στόματος ἀντιάδας, εἰ δὲ εἰς τὰ τούτων ἐχόμενα παρίσθμια.

CATARRHVM vocamus, ſi ad os defluat abundans humor; CORYZAM autem, ſi ad nares; at BRANCHVS fluxionibus fit, deſtillante pharynge, *ſiue* ad vuulam redundet fluxio, et ita dictum *vuulae deſcenſum* genuerit, aut alio modo eandem in tumorem extulerit, *ſiue* in illas, quae ſibi vtrinque ex oppoſito ſitae ſunt, glandulas in fine oris, *tonſillas, aut* illud, quod ab illis occupatur, velum palati. GAL. *De Sympt. Cauſſ.* II. 4. p. 72. T. VII.

g) Κατάῤῥους ἐστὶν ὑγρῶν πολλῶν καταφορὰ διὰ τῶν τρημάτων τῆς ὑπερώας πολλὴ διὰ τῶν μυξητήρων.

Catarrhus eſt multorum humorum deſcenſus per foramina palati multus ex naribus. *Auctor Defin.* GAL. n. 252. p. 262. T. II.

h) Φάρυγξ ὑποδεχομένη τοὺς ἐκ κεφαλῆς καταῤῥέοντας χυμούς.

Pha-

cum circuli legibus, ſenſoriis bene eſſe, ſi glandulae oris acre vel viſcidum emungunt; hinc totus homo, veluti eſt in febribus catarrhalibus, emunctoriis hiſce haud parum proficit.

Enimuero *ad pulmones* etiam, licet minus officioſe [i]), transferuntur acria atque viſcida, dum per aſperae arteriae intima *critica* fit *euacuatio*, nec raro naſi, faucium, pulmonum emunctoria, ſimul, corporis ſalutem criticis ſtillicidiis, critica ſternutatione, procurant [k]).

Pharynx accipit, ex capite defluentes, humores. GAL. *Comm. II. in Aphor.* HIPP.

i) Ἔμπυοι γίνονται, ὅταν ἐλάσσον ἀποχρέμπτωνται, ἢ ἐπιῤῥέει ἐς τὸν πλεύμονα· τοῦτο γὰρ τὸ ἐν τῷ πλεύμονι συνιστάμενόν τε καὶ ἐπιῤῥέον, πῦον γίνεται.

Purulenti fiunt, quando parum ſcreant, aut fluxio fit ad pulmones; Illud enim, quod in pulmone conſiſtit et ſuperinfluit, pus fit. HIPP. *De Locis in Homine.*

k) Οἵ γε μὴν πταρμοὶ ταῖς κορύζαις ἕπονται τὰ πολλὰ, καὶ μὲν δὴ καὶ σείοντες σφοδρῶς ὅλον τὸν θώρακα, λυμαίνονταί τε καὶ τὸν πνεύμονα· σωτηρίαν σημαίνουσι, κἂν θανατώδης, ὅσον ἐπὶ τοῖς ἄλλοις σημείοις, ἡ νόσος ὑπάρχῃ· πέψεως δὲ καὶ εἰσὶ γνωρίσματα καὶ ῥώμης τῆς κατὰ τὸ ἐγκέφαλον ἀποκριτικῆς δυνάμεως.

Sternutationes coryzas ſequuntur plerumque, mouentes quidem valde totum thoracem, et affligentes pulmones. Salutem indicant, etiamſi letalis, quantum ad alia ſigna, morbus exiſtit. Coctionis enim ſunt ſigna et roboris ſeparatricis a cerebro virtutis. GAL. *Comment. in Prognoſt.* HIPP.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XVII.

DE HAEMORRHAGIIS CRITICIS.

Cruenta veluti morborum medela eſt ſaepiſſime; ita ſpontaneo ſanguinis fluxu haud pauci et valent, et conualeſcunt. Illi quidem ordinatis ſanguinis effuſionibus propterea ſalutem lucrantur, quoniam grauiſſimos morbos a plethora vel aeſtu, qui plethorae par eſt [a]), orituros, ſic redimunt [b]), hi autem morborum variorum, et quae illos ſequuntur, ſymptomatum leuamen abinde accipiunt tunc, quando aegritudinis ratio in ſanguinis copia conſiſtit, quae conuenientiorem ſibi, quo imminui poſſit, modum *haemorrhagiis* haud inuenit, vtpote quae ex natura humoris, intra ſua vaſa compreſſi [c]), non

a) Τὸ *αἷμα ταράσσεται καὶ θερμαίνεται.*

Sanguis exaeſtuat et calet. HIPP. *De Nat. Puer.*

b) *Οἷς ἂν συνήθης κένωσις αἵματος ἐπίσχηται, τούτοις ἔσονται νοσήματα πληθωρικὰ, ῥυέντος αὐτοῦ πρὸς ἐκεῖνα τὰ μόρια τοῦ σώματος, ὅσα πλησίον ἐστὶ τῶν ἐπισχημένων ἐκρύσεων.*

Quibus conſueta euacuatio ſanguinis obſtruitur, illis erunt morbi plethorici, illo ad iſtas partes fluente corporis, quae obſtructis fluxibus ſunt propiores. GALEN. *Comm. III. in III. Prorrhet.* HIPP.

Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισι αἱμοῤῥαγέοντα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ.

Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundere debent, niſi fundant, epileptici finiunt. HIPP. *Prorrh.* I.

c) *Πιεζόμενον τὸ αἷμα πολὺ γενόμενον ἀναῤῥήγνυσι τοὺς πόρους.*

Compreſſus ſanguis, multus factus, perrumpit vaſa. HIPP. *De Flatib.*

non poteſt non conſequi, vt, niſi hoc beneficio ſubleuetur cor aliqua circumducendi ſanguinis parte, vel opprimi illud, vel ſanguinem in vaſa indebita, aliquo errore loci, quem haud ignorauit antiquitas [d]), conuehi, hinc ſtatum aliquem inflammatorium oriri oporteat. Id quod quando verendum eſt, ne fiat, fluxiones ſanguineae ſalutis cauſſa excitantur, quod bene cedit tam acute aegrotantibus, quam morbo eiusmodi longo, cuius forma in plethora conſtituitur, correptis. Quod ad acutas affectiones attinet, haemorrhagiae tam morbis ipſis, quam eorum ſymptomatis ſalubriter euenire ſolent. Febres maxime hoc ſibi a natura datum habent, vt, poſtquam ſanguis alicubi conuenienter fluxit, aeſtus ſeſe remittat, et ſymptomata miteſcant. Febris quidem ipſa, quaecunque ſit, ſolis haemorrhagiis raro ſedatur, licet maiorem forte illis gratiam referat; (nam intercurrunt omnibus euacuationes etiam aliae magis ſolemnes et perpetuae, ſudor, vrina turbida, quaedam etiam, ſaltim ſub certis conditionibus, ſalubres, diarrhoea [e]), vomitus; nollem tamen omnino

d) Ἡ εἰς τ᾽ ἄλλα μόρια μετάῤῥυσις τοῦ αἵματος διὰ τῶν ἀναστομουμένων. διὸ καὶ χρεία τῆς ἀνατομῆς ἐστὶν εἰς διάγνωσιν τῆς τοιαύτης κοινωνίας.

In alias partes transfluxio ſanguinis, propter mutuum vaſorum nexum. Quapropter anatome opus eſt ad communicationis huius dignotionem. GAL. *Method. Med.* XIII. 21. p. 313. T. X.

e) Τὰ δὲ ὀξέα κρίνεται, αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ γενομένου καὶ οὔρου πυώδεως καὶ ὑαλώδεως γενομένου, ὑπόστασιν χρηστὴν ἔχοντος καὶ ἀθρόου γενομένου. καὶ ἀποστήματος ἀξιολόγου καὶ κοιλίης μυξώδεως καὶ αἱματώδεως καὶ ἐξαπίνης καταῤῥαγείσης καὶ ἐμέτων οὐ μοχθηρῶν κατὰ κρίσιν.

Febres acutae iudicantur, ſanguine ex naribus fluente, die critico, et ſudore multo, et vrina puri ſimili ac vitrea facta, ſedimentum optimum habente illudque copioſum, et abſceſſu fide digno, et aluo mucoſa aut ſan-

no in dubium vocare, febrem aliquam tempeſtiua haemorrhagia iuxta principium ita manſueſcere poſſe, vt alia euacuatione porro haud opus ſit, veluti HIPPOCRATES [f]) vidit. Quamuis autem narium [g]), vteri et haemorrhoidum ſanguinem natura vbique malit; non tamen ita legibus adſtricta eſt, vt locis etiam minus commodis ſanguis ſalubriter haud fluat [h]), veluti inter morbos beneficos haemoptyſin aliasque fluxiones ſanguinis proxime enarrabo. Oportet autem *haemorrhagias*, vti alias quascumque euacuationes *criticas*, ſi hunc titulum tueri volunt, virtutibus pollere iſtis, quae excretionem aliquam ornant, effectu, qui in euphoria aegroti, aliqua certe, conſiſtit commodo, maturitate, quae ad legitimum morbi tempus refertur, et ſufficiente

copia:

ſanguinea et ſubito commota, et vomitibus non laborioſis prope ad criſin HIPP. *Coac. Praen.*

f) Ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο, οἷσι γὰρ ἦν ἢ διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι, ἢ κατὰ κύστιν οὖρα πολλὰ καὶ πολλὴν ὑπόστασιν καὶ καλὴν ἔχοντα ἔλθοι, ἢ κατὰ κοιλίην ταραχώδεα χολώδεα ἐπικαίρως, ἢ δυσεντερικοὶ γενοίατο. Πολλοῖσι δὲ ξυνέπιπτε ὑφ᾽ ἑνὸς κρίνεσθαι.

In iſta conſtitutione epidemica, ſignis maxime quatuor conualuerunt. Quibusdam enim aut illud erat, vt ſanguis ex naribus flueret, aut ex veſica vrinae multae et copioſum ſedimentum et bonum habentes, aut per aluum tumultuoſa bilioſa tempeſtiue veniebant, aut dyſenterici fiebant. Multis tamen accidit, vt ab vno horum ſolo iudicarentur. HIPP. *De Morb. Vulg.* I.

g) Haemorrhagia narium plerumque κατ᾽ ἐξοχὴν *Haemorrhagia* dicitur.

Αἱμοῤῥαγίας ὁ Ἱπποκράτης καλεῖ ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὸ μέρος, ἐξ οὗ κινεῖται τὸ αἷμα, τὰς ἐκ τῶν μυκτήρων ἀποτελουμένας.

Haemorrhagias HIPPOCRATES vocat ſine additione loci, ex quo mouetur ſanguis, illas, quae ex naribus fiunt. GAL. *Comm. I. in Epid. I.*

h) Ἐν πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγήσαντες ὁκοθενοῦν.

In febribus ſanguinem dimittunt vndecunque demum. HIPP. *Coac. Praenot.*

copia: Quodſi enim iſta deſunt, magno aegrorum incommodo ſanguis fluet [i]). Copioſum ſanguinis fluxum febres ardentes volunt, eumque vel ſtatim a principio, vel aliquo illorum dierum, quos experientia magnam in conficiendis morbis acutis vim habere docuit [k]). Vti enim ſtatus inflammatorius viſcerum hoc ipſo auertitur, vel praeſens mitigatur, totius morbi vis frangitur, et reliquis euacuationibus, miteſcente aeſtu, ſudori, vrinae turbidae, via ſternitur; ita haemorrhagia ſymptomatis quibusdam, dolori aurium [l]), ſurditati febrili,

i) Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα, τὰ προκρινόμενα, ἢν ὠμῶς κριθῇ, ὑποστροφαὶ, ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι. γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια· τὰ μὴ σμικρὰ, ὅσα κρίσιμα σημεῖα γινόμενα, τὰ αὐτὰ ταῦτα μὴ γινόμενα, δύσκριτα.

Quae iudicare ſolent, ſi non iudicent, aut letalia ſunt, aut in longum trahunt; Quae ante diem fluunt, ſi cruda fluunt, aut recidiuae, aut ſi minus, criſes nullae. Poſſunt etiam perniciosa fieri: Quae non parum fluunt, cum ceteroquin ſigna decretoria ſint, ſi talia nunc non ſint, in longum trahunt. HIPPOCR. *Epid.* II.

k) Αἱμοῤῥαγίαι λᾶυροι ἐκ ῥινῶν, ῥύονται πολλά.

Copioſae haemorrhagiae e naribus ſaluant plerumque. HIPP. *Epid.* II.

Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμοῤῥαγίαι.

In principiis magnae haemorrhagiae. HIPP. *Coac. Praenot.*

Damnat tamen quarto die factas, paſſim HIPPOCRATES.

Αἱ αἱμοῤῥαγίαι τεταρταῖαι δύσκριτοι.

Haemorrhagiae, quae quarto die fiunt, difficulter iudicant. HIPP. *Epid.* II.

Αἱμοῤῥαγίαι τεταρταῖαι οὐ λυτικαί.

Haemorrhagiae, quae quarto die fiunt, non ſoluunt. Id. *De Criſib.*

l) Ὠτὸς πόνος σύντονος μετὰ πυρετοῦ ὀξέος κτείνει παραφρονήσαντας μὴ ῥυέντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος.

Auris

li m), capitis doloribus n), vertigini o), ſpinae doloribus et aſthmati p) praeſentaneum affert ſolatium. Quare etiam a ſymptomatum iſtorum praeſentia ad futuram haemorrhagiam concludere HIPPOCRATES q) ſolebat. Veluti autem optimam quamuis excre-

Auris dolor continuus cum febre acuta occidit, accedente delirio, niſi fluat multum puris ex auribus aut ſanguinis ex naribus. HIPP. *Coac. Praenot.*

m) Ἡ μεθ' αἱμοῤῥαγίαν κώφωσις, κακόν· αἵματος διαχώρησις κώφωσιν λύει.

Poſt haemorrhagiam ſurditas, malum; Sanguinis excretio ſurditatem ſoluit. GAL. *Comm. III. in* HIPP. *Prorrh. III.*

n) Κεφαλαλγίη ἐν ὀξέϊ, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινέων ἐς φρενιτικὸν περιΐσταται.

Dolor capitis in febre acuta, non fluente ſanguinè ex naribus, in delirium abit. HIPP. *Coac. Praen.*

o) Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς, αἱμοῤῥοίη ῥινὸς λύει.

Vertiginem ab initio fluor ſanguinis ex naribus ſoluit. HIPP. Ib.

p) Ῥάχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν αἵματος ῥύσις λύει.

Spinae contorſionem et difficilem reſpirationem, ſanguinis fluxus ſoluit. HIPP. Ib.

q) Τραχῆλα ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμοῤῥαγικά.

Ceruicis dolores, rubentes oculi, haemorrhagiam praedicunt. HIPP. *Prorrh.* I.

Παραλόγως ἀγρυπνήσοντα αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι.

Qui praeter cauſſam vigilat, ſanguinis fluxus habiturum, arbitror. HIPP. Ib.

Κεφαλῆς πόνος σύντονος αἵματος ῥύσιν, ἢ πῦον ἐκ ῥινὸς ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημαίνει.

Capitis dolor continuus, ſanguinis fluxum aut pus ex naribus, aut abſceſſus ad inferiora ſignificat. HIPP. *Coac. Praenot.*

Ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσιόντα σημεῖα αἱμοῤῥαγώδεα οἴομαι.

Lumborum dolori dolores prope os ventriculi accedentes ſigna haemorrhagiae eſſe puto. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

Ὄμμα-

excretionem maligna ſymptomata vitiant; ita parum promittunt haemorrhagiae, quas ſumma comitatur debilitas, vti illam ſudores tenues et frigidi ſignificant r). Nec quidquam commodi ſecum adferre poſſunt imbecillae illae atque defectuoſae ſanguinis fluxiones e naribus, quas vbique damnat antiquitas s), vtpote quibus maxima contra cor reſiſtentia, huius autem debile robur, aut organi ſanguinem fundentis ineptitudo ſignificantur. Non tamen omne *ſanguinis ſtillicidium* tenue pernicioſum eſſe puto, laudatque HIPPOCRATES t) illud, quod

Ὄμματα ἐξέρυθρα αἱμοῤῥαγικά.

Rubentes oculi haemorrhagiam indicant. HIPPOCR. *Coac. Praenot.*

Ἠχώδεα αἱμοῤῥαγέα.

Sonitus aurium haemorrhagiam indicat. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

Εἰ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ῥῖνας φέροιεν, ὡς κνώμενοι, τηνικαῦτα μὲν οὐκέτι μέλλον, ἀλλ᾽ ἤδη ῥέον ὄψει τὸ αἷμα.

Si manus naribus admouent, veluti vellicantes, tunc non forte futurum eſt, ſed iam videbis, fluere ſanguinem. GAL. ap. GLAVCON. *Therap.* I. 15. p. 359. ſeq. T. X.

r) Ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν περιψυχόμενα, μοχθηρά.

Qui ex naribus fluit ſanguis, ſi ſimul adſit frigus vbique, malum. HIPP. *Prorrh.* I.

Αἱ μετ᾽ ἐφιδρώσεως αἱμοῤῥαγίαι κακοήθεις εἰσίν.

Cum ſudatiuncula haemorrhagiae, maligni moris ſunt. GAL. *Comm. III. in* HIPP. *Prorrh. III.*

s) Μυκτὴρ ἀποστάζων, ὀλέθριον.

Naſus ſanguinis ſtillas fundens, exitiale. HIPPOCR. *Prorrh.* I.

Οἷς ἂν ἀπὸ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρείῃ μικρὰ ἡ ἀπόσταξις, ἔχει τι δύσκολον.

Quibus e naribus, cum ſurditate et ſomnolentia, parua eſt ſanguinis deſtillatio, difficile quid habet. HIPP. Ibid.

t) Οἷσιν ἀρχομένοισιν πυρέσσειν αἵματος στάξιες ἐκ ῥινῶν, πταρμοῦ γενομένου, λευκὴν ὑπόστασιν τὸ οὖρον ἴσχει, λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει.

quod propter coryzam febribus catarrhalibus ab initio adeſt. Licet autem ſatius ſit ſanguinem fundi, quam ſtillare; poteſt tamen veluti omnium, ita et huius excretionis exceſſus eſſe et nociua hypercriſis [u]), maxime ſi ſingultus [x]) aliaque ſiniſtra accedant ſymptomata, aut fluxus iſte febri nihil detrahat, pluribusque de locis ſimul contingat [y]). Efficacior illa merito cenſetur haemorrhagia, quae vires aegroti haud frangit, cui bonitatis notae et illa addenda eſt, ſi proximo ad partem affectam loco celebratur. Pertinent adeoque huc ea, quae de *ſputo cruento* morbis thoracicis ſalubri, alibi a me ſcripta ſunt; Praeſtantius illud, ſi parcum. Aliquando tamen *ſinceri*, ſi per vaſa transſudat, *ſanguinis ex*

Quibus, cum febrire incipiunt, ſanguinis ſtillicidium ex naſo, ſternutatione facta, ſedimentum autem album vrina habet, ſolutionem ſeptimo die ſignificat. HIPP. *Coac. Praenot.*

u) Λαῦρα, βίαια, πολλὰ ῥυέντα, ἕτοιμαι εἰς σπασμοὺς προσάγεται.

Copioſa, impetuoſa et multa quibus fluunt, apta ſunt ad conuulſiones deduci. HIPP. *Prorrh. III.*

Exponit GAL. *Comm. III. in h. l.*

Βαρυνομένη τῷ πλήθει τοῦ αἵματος ἡ φύσις ὥρμησε μὲν ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν αὐτοῦ, κρατῆσαι δὲ τοῦ συμμέτρου μὴ δυνηθεῖσα τὴν καλουμένην ὑπέρκρισιν εἰργάσατο.

Grauata multitudine ſanguinis natura impetum quidem fecit ad apocriſin (ſeparationem), ſed ipſum modum ſeruare haud valens, hypercriſin ſic dictam (immoderatam excretionem) effecit.

x) Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ ἢ λυγμὸς ἢ σπασμὸς, κακόν.

Poſt ſanguinis fluxum multum, aut ſingultus, aut conuulſio, malum. HIPP. *Coac. Praen.*

y) Ὧι δ᾽ ἂν αἱμοῤῥαγίη πολλὰ ἄνω καὶ κάτω καὶ πυρετὸς ἐπιγένηται, ὕδατος ἐμπλησθῆναι πολλαὶ ἐλπίδες τούτου.

Cui autem plurimus ſanguis fluxerit deſuper et infra, et febris ſuperueniat, aquis repleri, multa eſt ſuſpicio. HIPP. *Prorrh.* II.

ex pulmonibus eiectio [z]), vti morbus eſt ex illis, qui caſu bene cedunt, iuuat; nam inflammationem pulmonum ſedat. Cum autem et alia ratione ſanguis exſpui poſſit [a]), proinde in ſpuma ſanguinis ore reiecti [b]) ſignum ſputi pulmonici ponitur. Sic etiam aliquando beneficae ſunt, et ad illorum morborum tam acutorum, quam longorum, quorum *τόποι πεπονθότες* parteſque affectae in abdomine ſunt, ſolatium haud parum conferunt, quae deiectionibus cruentis celebrantur, haemorrhagiae, niſi ab eroſis inteſtinorum villis oriantur, quae ominoſae maxime [c]). Proficua ſemper illa eſt, quae vaſis, eum in finem a natura inſtructis, vt ſanguinem euomere

 poſſint,

z) Ὅταν ἕλκος ἐν πνεύμονι γίνεται ῥαγέντος ἀγγείȣ, καὶ τότε πτύȣσιν αἵματος, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τινὰς τῶν περιπνευμονικῶν ἐπιφαινόμενον αἷμα παντελῶς ὀλίγον, ὅμοιον γίνεται τῇ κατὰ διαπήδησιν ὀνομαζομένῃ πρὸς τῶν ἰατρῶν αἵματος πτύσει.

Quando vlcus in pulmonibus fit, rupto vaſe, tunc ſputant ſanguinem; ſed et illud, quod in quibusdam peripneumonicorum apparet, omnino paruum, ſimile fit illi, quae per diapedeſin (tranſitum per parietes vaſis, illaeſo illo,) a medicis appellatur, ſanguinis ſputationi. GAL. *Comment. II. in Progncſt.* HIPP.

a) Ὧν δ' ἐμπίμπλαται αἵματος ἡ φάρυγξ, ȣ̓́τε βηχὸς ἐχȣ́σης, ȣ̓́τε ἐμέοντι, τȣ́τȣ κατιδεῖν εἰς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα, ἢν ἕλκος τι ἔχειν φανεῖται.

Quibus ſanguine repletur pharynx, nec tuſſi praeſente, ſi aeger nec vomat, his introſpiciendae ſunt nares et pharynx, an vlcus habere deprehendantur. HIPP. *Prorrh.* II.

b) Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες πτύȣσι, τȣτέοισιν ἐκ τȣ̃ πλεύμονος ἡ ἀναγωγὴ γίνεται.

Qui ſanguinem ſpumoſum ſpuunt, illis ex pulmonibus eductio fit. HIPP. *Aphor.* Sect. V.

Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέȣσι ἀπὸ τȣ̃ πλεύμονος ἐμέȣσι.

Qui ſpumoſum ſanguinem vomunt, a pulmonibus vomunt. HIPP. *Coac. Praenot.*

c) Ἐν ὀξέσι κακὸν τὸ αἱματῶδες διαχώρημα.

In acutis mala ſanguinolenta deiectio. HIPP. Ib.

poſſint [d]), celebratur. Aperiuntur adeoque non tantum ſanitatis tuendae cauſſa venarum haemorrhoidalium oſcula [e]), et malo conſilio, ſi fluxus illorum ſolemnis eſt, opprimuntur [f]), ſed etiam morbis acutis [g]) aeque ac tardis [h]) proſunt, quorum apparitio-

d) Ἡ φύσις ἀναστομώσασα φλέβας τῶν κατὰ τὴν ἕδραν ἀγγείων, διέκρινε χυμὸν αἵματι μεμιγμένον.

Natura aperiens venas ex vaſis ad anum poſitis, expellit mucum ſanguini immixtum. GAL. *De Atra Bile*, c. 4. p. 169. T. III.

Μελαγχολικὸν αἷμα τοὺς κιρσοὺς ἐργάζεται.

Melancholicus ſanguis varices ani facit. GAL. Ibid. p. 170.

e) Οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι οὔτε περιπνευμονίῃ οὔτε φαγεδαίνῃ οὔτε δοθίῃσιν οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται.

Qui haemorrhoidas habent, nec pleuritide, nec peripneumonia, nec vlceribus, nec furunculis, neque tuberculis a cicere dictis, capiuntur. HIPP. *De Humor.*

f) Τῷ ἰηθέντι χρονίας αἱμοῤῥοΐδας, εἰ μὴ μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι ἢ φθίσιν.

Cui haemorrhoides diuturnae curantur, niſi vna ex his ſeruetur aperta, periculum eſt, hydropem ſuperuenire aut phthiſin. HIPP. *Aphor.* Sect. VI. 12.

g) Κωματώδεας, κοπιώδεας, κεκωφωμένους, κοιλίης κατεῤῥωγυίης ἐρυθρὰ διελθόντα περὶ κρίσιν, ὠφελέει.

Somnolentos, languidos, ſurdaſtros, aluo fluente, ſi rubra exeant circa criſin, prodeſt. HIPPOCR. *Coac. Praenot.*

Ἐν ὀξέσι κώφωσις κακόν· αἵματος διαχώρησις κώφωσιν λύει.

In acutis ſurditas, mala: Sanguinis deiectio ſurditatem ſoluit. HIPP. *Prorrh.* I.

Ἀποπληκτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγενόμεναι χρήσιμον.

Apoplecticis haemorrhoides ſuperuenientes, vtile. HIPP. *Coac. Praen.*

h) Τοῖσι μαινομένοισι, κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγενομένων, μανίης λύσις.

Furioſis, varicibus ani aut haemorrhoidibus ſuperuenientibus, furoris ſolutio. HIPP. *Aphor.* Sect. VI. 21.

Μελαγχολίας ἤδη γεγενημένης ἴαμα μέγιστον ἐστὶν αἱμοῤῥοΐς, μελλούσης ἔσεσθαί γε κώλυμα.

Melan

titionem lumborum maxime dolor, accedente aegri memoria, eundem ſenſum, anteaquam fluxus oboriretur, aliquando fuiſſe [i]) praenuntiant. Omnium fluxionum ſanguinearum illa naturae cenſetur conuenientior, quae feminis, veluti naturalis contra plethoram et morbificos illius effectus medicina, data eſt, *catameniorum* ſcilicet et *lochiorum purgatio*, cui GALENVS [k]) lactis prouentum, tanquam ſalu-

brem

Melancholia iam facta, magna medicina eſt haemorrhois, futurae autem impedimentum. GAL. *Comm. IV. in Aphor.* HIPP.

i) *Τὰ ἐν ὀσφύϊ ἀλγήματα αἱμοῤῥοϊκά.*

Lumborum dolores haemorrhoidum fluxum praenuntiant. HIPP. *Coac. Praenot.*

Ἐν ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσελθόντα σημεῖα αἱμοῤῥοώδεα ἢ καὶ προγεγενημένα.

Lumbis dolentibus accedens cardialgia, ſigna ſunt haemorrhoidum, maxime ſi illae iam ante adfuerint. HIPP. Ib.

Ὀδυνωμένων ὀσφὺν καὶ καρδιαλγέντων προσδοκᾷν χρὴ δι᾽ αἱμοῤῥοΐδων κενώσεως. Πρόγνωσις ἐκ τοῦ γνῶναι, καὶ πρόσθεν αὐτῷ γεγονέναι δι᾽ αἱμοῤῥοΐδος κένωσιν.

Lumbis dolentibus et iuxta os ventriculi dolentibus, expectatio eſſe debet, in haemorrhoidum euacuatione. Praecognitio ex eo, quod conſtet, et ante, illi factam eſſe per haemorrhoidas excretionem. GAL. *Comm. III. in Prorrh.* HIPP.

k) *Τοῦ αἵματος ἔδει τὸ θῆλυ γένος, πλῆθος ὑποτρέφον, ἴαμα φυσικὸν ἔχειν τοῦ πλήθους τὴν κένωσιν. ἓν μὲν τοῦτο ἡ τῆς φύσεως ἔργον, ἕτερον δὲ ἡ μετὰ τόκον κάθαρσις, καί τοι καὶ ἡ κύησις αὐτὴ κένωσις, ἣν ἐκ τοῦ τῆς μήτρας αἵματος τὸ κυούμενον τρέφεται: Καὶ ἡ μετὰ τὴν κύησιν δὲ τοῦ γάλακτος ἐν μαστοῖς γένεσις, οὐ σμικρὰ κένωσις, οὐδ᾽ αὐτὴ τῷ πλήθει. μία γὰρ ἀμφοτέρων ἡ οὐσία καταμηνίων τε καὶ γάλακτος.*

Sanguinis oportet muliebris ſexus plenitudinem nutriens, tanquam medicinam naturalem habere fluxum. Hoc vnum eſt naturae opus, alterum, a partu purgatio; nam et grauiditas ipſa eſt quaedam euacuatio, ſiquidem ex matricis ſanguine foetus nutritur: Et quae

poſt

brem ſanguinis diminutionem, adiungit, quandoquidem tantum ſit in lac abſumi ſanguinem, quantum eſt, fluere. Veluti enim ex menſium obſtructione infinita fere mala penes feminas oriuntur; ita vnica hac euacuatione ſalutem illae tunc impetrant. Nec minus officioſa illa eſt intra febres acutas, veluti ſaluberrimum eius effectum [l]), et feminarum ſingularem propterea in ſuperandis morbis felicitatem, depraedicat HIPPOCRATES [m]), et ſigna, quibus, eam fore, percipi poſſit, declarat [n]). Non autem ita huic fluxui addictae ſunt mulieres,

poſt grauiditatem eſt lactis in mammis generatio, non parua euacuatio et ipſa eſt plenitudinis; vna enim ſubſtantia menſium et lactis. GAL. *De Venaeſ. ad* ERASISTRATVM, c. 5. p. 398. T. X.

Ὅσαι θηλάζουσιν, οὐ καθαίρωνται, καὶ ἢν θηλαζούσῃ γυναικὶ δι' ὑστερῶν ὁρμήσει τὸ αἷμα, σβέννυται τὸ γάλα.

Quae lactant, non purgentur vtero, et ſi lactanti feminae per vterum ruat ſanguis, extinguitur lac. GAL. Ibid. *)

*) Haec regula non omni exceptione maior eſt. Saepe enim vidimus feminas lactantes et tamen menſtruatas. Ex quo etiam, aliter ac medici vulgo praecipere ſolent, nullas moleſtias infans ſenſit, niſi menſtrua ipſa largius profluerent. G.

l) Τὰ ἀχλυώδεα, γυναικείων συχνῶν ἐπιφανέντων, λύεται.

Vertigines, muliebri fluxu copioſius apparente, ſoluuntur. HIPP. *Coac. Praenot.*

Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις.

Feminae ſanguinem vomenti, menſibus fluentibus, ſolutio. HIPP. *Aph.* Sect. V.

m) Ἢν τὰ γυναικεῖα δαψιλῶς ἐπιφανείη, διὰ τουτέων ἐσώζοντο, καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀπολλυμένην, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο.

Cum fluxus muliebrium copioſus appareret, per illa ſaluae euaſerunt, nec vllam vidi periiſſe, ſi quibus illorum quid bene eueniſſet. HIPP. *Epid.* I.

n) Τὰ ἠχώδεα αἱμοῤῥοεῖ καὶ τὰ γυναικεῖα καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθέῃ.

Soni-

lieres, vt aliis ſalubriter vti propterea nequeant, quin accidit haud raro, quo defectum menſium ſuppleat narium haemorrhagia [o]), quandoque cruenta alui deiectio [p]), quamuis illud ex morbo tunc fieri putem. Ad lochiorum fluxum quod attinet, vt ille puerperis, ſi ſincerus fuerit, ad vitam ſanam conſequendam magnum adfert auxilium [q]); ita, ſi illa ex obſtructione reuiuiſcunt, morbos, quos oppreſſa fecerant, ſalubriter expediunt, hinc fluxus critici honorem tuentur.

Sonitus aurium fluxus ſanguineos indicat, et muliebria eruptura, veluti etiam, ſi ad ſpinam iunctim aeſtus ſequatur. HIPP. *Coac. Praenot.*

o) *Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.*

Feminae, menſibus emanentibus, ſanguinem e naribus fluere, bonum. HIPP. *Aphor.* Sect. V.

p) *Ἡ δὲ ἕδρας αἵματος ῥύσις ἀγαθὴ ταῖς ἔλλειψιν καταμηνίων ἔχουσι γυναιξίν.*

Sanguinis per anum fluxus bonus menſium emanſionem habentibus feminis. GAL. *Comment. V. ad Aphor.* HIPP.

q) *Χωρέει δὲ τὰ λοχεῖα τῇ ὑγιηρῇ γυναικὶ ἱκανὸν, ἔπειτα ἐπὶ ἐλάσσονα, μέχρις ἂν παύηται. χωρέει δὲ, οἷον αἷμα ἀπὸ ἱερείων ἢν ὑγιηρὴ ἡ γυνὴ ᾖ καὶ μέλλει ὑγιαίνειν.*

Secedunt autem lochia ſanae feminae abundanter, deinde ſenſim pauciora, donec quieſcant. Secedunt autem, vti ſanguis victimarum, ſi ſana fuerit femina, et ſanitatem conſecutura eſt. HIPPOCR. *De Morb. Mulier.* I.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XVIII.
DE MORBIS CRITICCIS.

Veluti calamitates emungunt malam mentem; ita morbi quidam faeces impuras euerrunt de corpore, et ſanitatem procurant, illa, quae ante morbum erat, firmiorem, et faciles hilariter viuendi modos homini reddunt. Proinde laudantur aegritudines haud ſane paucae, illae cum primis, quae in turpis materiae excretionem exeunt. Merenter ita laudat HIPPOCRATES [a]) morbos, qui pueris ſalubriter eueniunt, ſordida cutis vlcera, aurium fluxum purulentum, narium mucoſas fluxiones et ſaliuae profluuium. Nec minus officioſae ſunt febres intermittentes, et pro cruciatibus, quos aegrotis, dum durant, faceſſunt, optimam ſanitatem rependunt. Magno propterea in honore haberi vult quartanam HIPPOCRATES, tum quod ſua natura ſalubris ſit, tum quod morbos, quibus ſuperuenit,

a) *Ὁκόσοισι μὲν παιδίοισιν ἐξῶσιν ἐξανθέει ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὰ ὦατα καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρῶτα, καὶ σιαλώδεα γένηται καὶ μυξόῤῥοα, ταῦτα μὲν ῥήϊστα διάγει προϊούσης τῆς ἡλικίης.*

Quibus, cum infantes eſſent, effloreſcunt vlcera in capite inque auribus, et in reliqua cute, et ſaliuae ſputatores fiunt, et narium mucum fundunt, illi quidem commode viuunt, ſuccreſcente aetate. HIPP. *De Morbo Sacro.*

Καὶ τὰ οὕτω καθαρθέντα οὐκ ἐπίληπτα γίνεται, ὁκόσοι δὲ καθαρά ἐστι, καὶ μήθ' ἕλκος μηδὲν μήτε μύξα μήτε σίαλον προέρχεται μηδὲν, τοῖσι τοιούτοισι ἐπικίνδυνόν ἐστι ἁλίσκεσθαι ὑπὸ ταύτης τῆς νούσου.

Et

uenit, ſoluat [b]). Quamuis autem et illae aegritudines, quae imminentes homini afflictiones praeuertunt, *criticae* appellari poſſint, in quantum cauſſas, in grauius malum exituras, circumcidunt, qua in re, quandoquidem a ſimilitudine cum iudicis officio c) *criſis* dicitur, illud ipſum fit, quod iudices agunt, qui ita decernunt, ne nouae lites, cauſſa perfunctorie acta, ſubnaſcantur; ſenſu tamen in ſcholis recepto, cum ille euentus tantum *criticus* dicatur, qui praeſentem morbum, quocunque demum modo, conuertit, aegritudines ſaltim illas criſin praeſtare, recte dicimus, quae ſtatui cuidam praeternaturali accedunt, eumque mutant: Id quod duplici modo accidere poteſt, vt morbus prior, in alium ſua natura diuerſum, transeat, morbumque ſoluat [d]), veluti variae atque variae eiusmodi conuerſiones eſſe ſolent e), quae ſingularem medicorum

Aa 5 curam

Et qui ita purgantur, epileptici haud fiunt; Qui autem mundi ſunt, vt nec vllum vlcus illis, nec mucus narium, nec ſaliua vlla procedat, his periculum eſt, ne hoc morbo capiantur. GAL. *De Morbo Sacro.*

b) Ἀσφαλέστατος δὲ πάντων καὶ πυρετῶν ῥήϊστος καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος, οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων μεγάλων ἄλλων ῥύεται.

Optima omnium febrium eſt, et facillima, et longiſſima, quartana. Non autem ipſa in ſe ipſa talis eſt, ſed et a magnis aliis morbis liberat. HIPP. *Epidem.* I.

c) Ἡ κατὰ τὰ νοσήματα κρίσις ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μετενήνεκται.

Quae in morbis fit criſis, ab illis, quae in dicaſteriis fiunt, translata eſt. GAL. *Comm. III. in* HIPP. *Progn.*

d) Μεταπίπτειν εἰς ἕτερόν τι γένος τῶν νόσων.

In aliud genus morborum translabi. GAL. *Method. Med.* IX.

e) Πολυτροπίη, πολυσχιδίη νουσημάτων.

Verſuties multiuaria eſt morborum. HIPPOCR. *De Diaeta.*

curam atque ſolicitudinem exigunt f), vtque cauſſa morbi ſaltim migret, et, relicta ſede priore, eademque ſanata, ad aliam transferatur, et nouus veluti morbus fiat g). Cum autem, vti alibi a me ſcriptum eſt, criſis optimo, dum ſanitatem facit, ſignificatu ſemper haud accipiatur, ſed ſiniſtri etiam euentus hoc nomine deſignentur, meum eſſe arbitror, illud primo loco indicare, quid mali morborum ex alio in alium conuerſiones ſecum adferant: Deinde *μεταπτώσεως* iſtius virtutes enarrabo. Male ſua natura vergunt, nihil certe priori morbo adferunt, vnde ſalus ſperari poſſit, mutationes in peius factae. Aut enim grauius leuiori malo ſubſtituitur, id quod plerumque regiminis et curae neglectu accidit h), quando criſes deliquium patiuntur i), veluti febres ephe-

f) *Δεῖ ἐπισκέπτεσθαι τὰς μεταβολὰς, ἐξ οἵων εἰς οἷα γίγνεται.*
Inſpiciendae ſunt conuerſiones morborum, ex quibus, in quos fiant. GAL. *De Morb. Temporib.* II. 2. p. 254. T. VII.

g) *Ὅσα κοινωνεῖ ταῖς φύσεσιν, ἑνὶ περιλαμβανόμενα γένει, καὶ διὰ τοῦτ᾽ εἰς ἄλληλα μεταπίπτειν δυνάμενα.*
Quaecunque naturalibus nexibus communicant, dum ab vno morbi genere dimanant, propterea in aliud delabi poſſunt. GAL. *Meth. Med.* IX. 1. p. 202. T. X.

h) *Τὸ νόσημα γίνεται ἐκ πυρετῶν καὶ κακοθεραπείας.*
Morbus fit ex febribus ob prauam medicationem. HIPP. *De Affectionib.*
Ἐκ μεταπτώσεως τῶν ὀξέων νοσημάτων ἑκτικὸς ἐπιγένοιτο, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: μὴ θεραπευομένων καλῶς τῶν καυσωδῶν πυρετῶν, οἱ μαρασμώδεις ἐπιγίγνονται ἑκτικοί.
Ex translapſu acutorum morborum hecticae febres ſuperueniunt, vt plurimum non rite percuratis ardentibus. Lentae febres fiunt hecticae.

i) *Τὰ μὲν ἁπλῶς καὶ πρώτως ἐστὶν ὀξέα, τὰ δὲ ἐκ μεταπτώσεως.*
Febres vel ſimpliciter et primario ſunt acutae, vel ex conuerſione.
Μετάπτωσις ἐν ταῖς ἐλλιπέσι κρίσεσι γίνεται τῶν ὀξέων νοσημάτων, οὐκ εἰς ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν χρονίων ἔνια, καὶ μάλιστα

ephemerae in acutas k), intermittentes in acutas abeunt l), ex acutis longi fiunt m); Vel morbus fuco obducitur, nec curatur, pro extincta inflammatione latens ſcirrhus inducitur n), male curata febris frequente reditu in tabem deſinit o); Aut mala materies a partibus,

μάλιϛα ἐς μαρασμὸν, καὶ τεταρταῖον, καὶ φθόην, καὶ ὕδρωπας.

Conuerſio fit, deficientibus criſibus acutorum morborum, non in conſimiles tantum, ſed etiam in quosdam longos, maxime autem in marcorem et quartanam, et phthiſin, et hydropas. GAL. *Comm. I. in* HIPPOCR. *Prognoſt.*

k) Ἐκ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν ἡ μετάϛασις εἰς τὰς ὀξέας γίνεται.

Ex ephemeris febribus, conuerſio in acutas fit. GAL. *Method. Med.* VIII. 8. p. 197.

Μεταπίπτουσιν εἰς τὰς ὀξέας οἱ ἐφήμεροι.

Delabuntur in acutas ephemerae. GAL. Ib.

l) Οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ ἐπιεικέως μεθίϛανται ἐς τὰς ὀξέας νόσους.

Hiemales quartanae facile conuertuntur in acutas. HIPP. *Coacae Praenot.*

m) Ὕδρωπες ἐκ τῶν ὀξέων ὀλέθριοι.

Hydropes ex acutis, pernicioſi. HIPP. Ib.

Οἱ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νουσημάτων πάντες κακοί.

Hydropes ex acutis morbis omnes mali. HIPPOCR. *Progn.*

n) Παυσαμένου τοῦ πυρετοῦ σκοπεῖσθαι χρὴ, μή τις σκιῤῥώδης φλεγμονὴ γίνηται. Πολλάκις γὰρ εἴωθεν οὕτως συμβαίνειν, ὅταν τῶν ἐργασαμένων αὐτὴν χυμῶν, τὸ μὲν λεπτομερέϛερον διαπνευσθῇ, τὸ δὲ παχὺ ἔτι καὶ γλισχρὸν ἐν αὐταῖς ἐμπλασθῇ ταῖς κατὰ λεπτὸν εὐρυχωρίαις τῶν οὕτω παθόντων σωμάτων.

Extincta febre, circumſpiciendum eſt, ne ſcirrhoſa quaedam inflammatio fiat. Saepe enim ſolet ita accidere, quando, qui illam faciunt humorum, quod tenuius eſt, difflatum fuerit, craſſum autem et glutinoſum illis infigatur viis, quae ſaltim tenuibus ſuccis ſatis late patent in corporibus ita affectis. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *Progn.*

o) Τοῖσι πολλάκις ὑποτροπιάζουσιν, ἢν ἑξάμηνον ὑπερβάλλωσιν, ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπιεικέως γίνεται.

Saepe

tibus, morbum impune laturis, ad partes, quae eundem impatienter ob texturae indolem ferunt, migrat, vt nihil commodi, quin praeſentaneum vitae periculum, ex iſta mutatione proueniat. Sic malignum ſemper eſt, malos ſuccos ad ſummas partes rapi p). Quod ita etiam eſt cum ſordibus cutaneis ad viſcera conuerſis q), vt morbo taedioſo periculo plenus alius ſubſtituatur. Quodſi autem mitiorem *criſi* ſignificatum tribuere, et illud, quod in morbo bene cedit, *iudicatum* appellare velis, habiturus es morbos haud ſane paucos, qui priorem, cui ſuperueniunt, ſtatum, a natura alienum, ſoluere, et ſalutem procurare poſſint. Id quod quando euenit, vt morbus morbum ſoluat, haud ſane eandem iſtius euentus rationem eſſe deprehendas.

Saepe reuertentibus febribus, ſi ſex menſes excurrant, tabes dorſalis facile fit. HIPP. *Coac. Praenot.*

p) Ἐπὶ τὴν κεφαλὴν γίνεσθαι τὴν ῥοπὴν τῶν χυμῶν.

Ad caput fit raptus humorum. GALEN. *Comm. III. in Prorrh. III.* HIPP.

Ῥοπὴ εἰς καρδίαν.

Raptus ad cor. GAL. *Comm. I. in Aphor.* HIPP.

Ταῦτα δ' ἐστιν, ἔρευθος, ὄγκος παρὰ φύσιν, ὑγρότης ὀφθαλμῶν, ἀχλυῶδες ὁρᾷν, παρ' οὖς ἐπανίστασθαι.

Talia ſunt, rubor, tumor praeter naturam, oculorum mador, obſcurum videre, prope aurem exſurgere. GAL. Ibid.

Ἐξ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύσαντα.

Ex lumbis in collum et caput redundantia, paralyſin facere poſſunt. HIPP. *Prorrh.* I.

Εἰς κεφαλὴν ἀναδρομῶντες χυμοὶ θερμοὶ μὲν ὄντες καὶ λεπτοὶ παραφροσύνας καὶ αἱμοῤῥαγίας φέρουσιν.

In caput recurrentes ſucci calidi quidem exiſtentes et tenues, deſipientias et haemorrhagias afferunt. GAL. *Comm. III. in III. Prorrh.* HIPP.

q) Ἔμπυοι γίνονται νέοι ἐόντες, ἐξ ἀποσκήψιος ἢ σύριγγος ἢ ἀπ' ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων ἢ ἐκ παλινδρομίης ἀποστάσιος.

Vlceroſi fiunt, iuuenes dum ſunt, ex translatione puris, aut fiſtula, aut ex retroceſſione abſceſſuum. HIPP. *Prorrh.* II.

das. Aut enim morbus omnino nouus ſuperuenit, qui ex natura prioris haud eſt, vti, ſi febris induсta aegritudinem ſoluat [r]); aut materia morbifica a parte ad partem migrat [s]), hinc in tantum morbus prior, ſuperueniente nouo, ſolutus fuiſſe dicitur, in quantum pars haud facile deſtruenda, hinc ignobilior dicta [t]), impetum mali ſuſtinet, et translatam ad ſe cauſſam accipit atque tenet, vt facilius deſtruendae alii, hinc nobiliori dictae, bene ſit. Id quod veluti quotidie, magno aegrotorum commodo, euenit; ita ſub hac conditione ſalubre eſt, vt ſeceſſus malignae materiae ad partes fiat, propius ad corporis extrema poſitas, vt his facultas turbidum expellendi ſimul inſit, vtque translatio ſit, morbi naturae apta, ſolemnis, omnique modo abſoluta et cum perfecta partis antea affectae libertate coniuncta [u]). Si a primarum viarum morbis exempla

r) *Γυναικὶ ὑπὸ σπασμοῦ πιεζομένῃ ἐκ τόκου πυρετὸν ἐπιγενέσθαι, ἀγαθόν.*

Feminae ſpaſmis correptae poſt partum, febrem ſuperuenire, bonum. HIPP. *De Morbis* I.

Ἀποπληκτικοῖσιν ἢν πυρετὸς ἐπιγένηται, λύσις.

Apoplecticis ſi febris ſuperueniat, Lyſis. HIPP. *Coac. Praenot.*

s) *Ἀπὸ σπλάγχνου ἐπὶ σπλάγχνον ἡ μετάβασις γίνεται.*

Ex viſcere ad viſcus tranſitus fit. GAL. *Comm. III. in III. Prorrh.* HIPP.

t) *Νοσήματα, τῆς φύσεως ἀποτιθεμένης ἕκαστόν τε τὸ περιττὸν εἰς ἀκυρότερα μόρια, γίγνεται.*

Morbi, natura deponente vnumquodque, quod *(a morbo priori)* ſupereſt, in ignobiliores partes, fiunt. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 6. p. 23. T. VII.

u) *Ἀποστάσιες χρησταὶ αἱ κάτω τῆς νόσου οἷον ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω, ἄρισται δὲ μάλιστα, αἱ κάτω καὶ αἱ κατωτάτω καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νόσου, καὶ αἱ κατ᾽ ἔκρουν, καὶ ἀθρόως ῥεύσασαι καὶ μὴ ἡμιῤῥόπως καὶ μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσου.*

Seceſſus optimi, qui deorſum in morbo fiunt, veluti grauitas lumborum, deſcenſu ex ſuperioribus facto. Optimae omnino, quae deorſum, et quantum fieri poteſt

pla capienda ſunt, ſoluuntur vomitus alui ſeceſſibus, aliquando tamen et vomitus diarrhoeam ſiſtit [x]). In remotis etiam viis nihil minus ſolemne eſt, ſeceſſus ex viſceribus vel toto homine ad cutem fieri ſalubriter. Opportunum omnino eſt, bilem, quae intra hepar inflammationem motura erat, ad peripheriam cutis deferri [y]), ſi, motibus criticis praeuiis, nec tumultuario motu ac praecocius res ita cedat. Nec

teſt deorſum, et remotiſſime a loco in morbis affecto, et illae, quae ad effluxum fiunt, et confertim fluentes, nec ſemiplene, nec indecenter ad conſuetum morbi decurſum. HIPP. *Epid.* II.

Χώρην δὲ ἕκαϛα διαπρήσσεται ἐς ἥντινα ἐσέλθῃ καὶ δέξεται τὰ προσπίπτοντα, ἐ γὰρ δύναται τὸ ὁμότροπον ἐν τοῖσι ἀσυμφόροισι χωρίοισιν ἐμμένειν.

Regionem ſingula poſtulant, in quam ingrediantur, et illata recipiantur. Non enim, quod paria ſibi colatoria poſtulat, poteſt incompetentibus locis immanere. HIPP. *De Victus Ratione* I.

Ἐις ἀσύμφορα χωρία ῥοπαὶ τῶν χυμῶν.

Ad incompetentes locos lapſus humorum. GALEN. *Comm. I. in Aphoriſm.* HIPP.

x) Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς ἀπὸ τ᾽ αὐτομάτε ἔμετος ἐπιγενόμενος, λύει τὴν διάῤῥοιαν.

A diarrhoea longa detento, ſponte vomitus ſuperueniens ſoluit diarrhoeam. HIPP. *Aphor.* Sect. VI. 15.

Διαῤῥοίῃ δὲ ἐχομένῳ ἰσχυρῇ ὁ ἔμετος, ἀγαθόν.

Diarrhoea detento valida, vomitus, bonum. HIPP. *De Morbis* I.

y) Ἴκτερος πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγενόμενος κακὸν, ἑβδόμῃ δὲ καὶ ἐννάτῃ καὶ ἑνδεκαταίῃ καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταίῃ, κρίσιμον, μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια, ἢν δὲ μὴ, ἐνδοιαϛόν.

Icterus ante ſeptimum diem ſuperueniens, malum; ſeptimo autem, et nono, et vndecimo, et decimo quarto, criticum eſt, niſi indurata ab eo ſint hypochondria; Si ſecus, ſuſpectum. HIPP. *Coac. Praenot.*

Πυρέσσοντι μὲν καὶ χολῶντι ἐν καιρῷ σκεδασθεῖσα ἔξω ἡ χολὴ, ἀγαθόν· ὑπὸ τὸ δέρμα δὲ κεχυμένη καὶ ἐσκεδασμένη εὐπετέϛερα ἔχειν τε τῷ ἔχοντι καὶ τῷ ἰωμένῳ ἰῆσθαι.

Febrien-

Nec minus ſalutare, in cutem effloreſcere [z]), ibidemque figi [a]) malam materiam, ipſaque vlcera ſic bene cedunt, ſi fluere haud deſinunt [b]); male, ſi deſiccantur [c]). Sunt praeterea morbi, in fluxu quodam poſiti, qui, vti vel nouus et inconſuetus eſt, vel ſolemnis, et ſecundum naturam praeſens [d]), nunc tamen auctus aegritudines alias ſoluit. Nec vno quidem modo morboſae eiusmodi fluxiones bene cedunt. Aut enim in deſtillatione aliqua viſcida et ſeroſa, ex contextibus glanduloſis facta [e]) aegritudo ſalubris conſiſtit, aut ipſi vaſorum ſanguiferorum apices purpuram fundunt, vt non tam ſymptoma fluxus ille tunc ſit, quam morbus vere nouus,

Febrienti quidem et bilioſo in tempore propulſa extus bilis, bonum. Sub cute effuſa et diffuſa, facilior ferri quidem illi, qui habet, eſt, et medenti, curari. HIPP. *De Morbis* I.

z) Ἀποςάσιες ἑτέρων ἄκος.

Seceſſus in cutem aliorum morborum ſunt curatio. HIPP. *De Humoribus.*

a) Ἀποςηριζομένυ τῦ νοσήματος ἐ παλινδρομήσει ἡ ἀπίςασις.

Firmiter radicato morbo, non retrofugiet abſceſſus. HIPP. *Prorrh.* 1.

b) Ἕλκος δὲ, ἤν τε καὶ προγεγονὸς τύχῃ ἔχοι, ἤν τε καὶ ἐν τῇ νέσῳ γένηται καταμανθάνειν χρὴ, ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὁ ἄνθρωπος, πρὸ τῦ θανάτυ πελιδνόν τε καὶ ξηρὸν ἔςαι ἢ ὠχρόν τε καὶ ξηρόν.

Vlcus autem, vtrum quis tale ante morbum habeat, an intra morbum factum ſit, diſcere oportet. Si enim interiturus eſt homo, ante mortem liuidum et ſiccum erit, et fuſcum, et aridum. HIPP. *Prognoſt.*

c) Ἕλκος πέλιον καὶ ξηρὸν ἢ χλωρὸν γινόμενον, θανάσιμον.

Vlcus liuidum, ſiccum aut viride, letiferum. HIPP. *Coac. Praenot.*

d) Ῥεύματα ἃ διαῤῥέειν εἴωθεν ἑκάςοισι δι᾽ ὧν ἔξοδοι δίδονται.

Fluxiones, quae defluere ſolent omnibus (organis), per quae euacuationes fieri conceſſum eſt. HIPPOCR. *De Arte.*

e) Ἐς τὰς ἀδένας ἡ ῥοὴ γίνεται.

Ad glandulas fluxio fit. HIPP. *De Glandulis.*

nouus, priorem finiens, aut habituoſum quid circa carnium tendines f) oſſiumque perioſtia figitur, quod a vitalibus organis, circa quae decubuerat, nunc recedens, ſalutem facere poteſt. Quod ad illos fluxus attinet, qui ſano homini ſolemnes haud ſunt, inque morbo euenientes, boni quid ſecum adferunt, primo loco nominandus erit *aurium fluxus*, qui ſurditates capitisque dolores ac febres, ſi quae illis accedunt, mitigat g). Nec *lacrumae* extra oculum tranquillam vitam agentibus fluunt. Quare, vti varii morbi circa *humores oculum vngentes* fiunt; ita ſalubres eſſe poſſunt. Lemae h) ophthalmiam finiunt i), dum tenuis rodensque humor, ad leges puris, febre coquitur k), ipſaque illacru-

f) Ἁι ἀδένες τὸ ἐπιῤῥεόμενον ἐκδεχόμεναι.
Glandulae id, quod defluit, excipiunt. HIPP. Ib.

g) Ἐις τὰς ἀδένας καὶ τὰς σάρκας ἀφικνᾶται τὰ ῥεύματα.
Ad glandulas et carnes ſecedunt fluxiones. GAL. *De Venaeſect.*

h) Καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥίνας ἢ κατὰ τὰ ὦτα ὕδωρ ἢ βλέννα, ἀπαλλάσσεται τῆς νόσε.
Et ſi deſtillauerit per nares et aurem aqua vel mucus, mutatio fit morbi. HIPPOCR. *De Victus Ratione, Prooem.*
Ῥευματιζόμενοι τὰ ὦτα, ποτὲ μὲν ἰχῶρι λεπτῷ καὶ ὑγρῷ, ποτὲ δὲ οἷον πυώδει τε καὶ δυσώδει.
Fluxionibus ad aurem correpti, aliquando ichore tenui et madido, aliquando veluti purulento et foetido. GAL. *Comm. I. in Epid. VI.*

i) Ἁι περὶ τὰς κανθὰς τῶν ὀφθαλμῶν πεπηγυῖαι συςάσεις ἢ ἐκρέυσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι.
Circa angulos oculi compactae res aut effluentes ex oculis impuritates. HESYCH. in Voce λῆμαι.
Λευκὸν ὑγρὸν τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς συναγόμενον.
Album humidum in oculis collectum. VARINVS ad Vocem λῆμαι.

k) Ὅσα ἐπὶ τὰς ὀφθαλμὰς τρέπεται τῶν ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δριμύτητας ἔχοντα: Ἑλκοῖ μὲν βλέφαρα, κατεσθίει δὲ

illacrumatio vlcuſculis, intra albuginem natis, proficua eſt [l]). Solemnior narium eſt excretio pituitoſa, ſuisque vſibus deſtinata et perennis; auctior inter morbos ſtat beneficos, et organis ſenſoriis, reuellendo, quod circum illa decumbit, prodeſt [m]). Nec minus fluxiones reliquae, quae in deſtillatione ſeri acrioris ad palatum et aſperae arteriae glanduloſam tunicam eueniunt, priores morbos, maxime illos,

δὲ ἐνίων γνάθους τε καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, ἐφ᾽ ᾧ τι ἂν ἐπιῤῥυῇ, ῥήγνυσί τε καὶ διεσθίει τὸν ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα, ὀδύναι τε καὶ καῦμα καὶ φλογμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ καὶ γένηται παχύτερα καὶ λήμη ἀπ᾽ αὐτέων εἴη.

Quaecunque e fluxionibus ad oculos conuertuntur, veluti validam variamque acredinem habentes, erodunt quidem palpebras, exedunt autem quorundam genas, et locos, qui ſub oculis ſunt. Vbi defluunt, rumpunt et deſtruunt tunicam, quae pupillae circumeſt, dolores autem et ardor, et aeſtus ſummus habet ad certum tempus, donec fluxiones coquantur, et fiant denſiores, et lema abinde ſit. HIPP. *De Priſca Medicina.*

l) Ἐν ταῖς ὀφθαλμίαις ἐν ἀρχῇ μὲν ἀποῤῥεῖ πολὺ καὶ λεπτὸν, ἄπεπτον ἱκανῶς, ἐφεξῆς δὲ ἔλαττόν τι καὶ παχύτερον, ὥστε καὶ κολλᾶσθαι τὰ βλέφαρα κοιμηθέντων ὑπὸ τῆς γενομένης λήμης.

In ophthalmiis, in principio quidem fluit tenue crudum copioſe, deinde vero minus et craſſius, vt etiam glutinet palpebras dormientium a facta lema. GAL. *De Tot. Morb. Tempor.* c. 3. p. 306. T. VII.

Ὀφθαλμοὶ λημῶντες ἄριστα ἀπαλλάττουσιν.

Oculi lemis affecti bene cedunt. HIPP. *Prorrh.* II.

Ὅταν δ᾽ ἄρ᾽ ἠπηγέμων, δακρύειν τῷ ὀφθαλμῷ ἀρήγει.

Si vlcus albugineae eſt, illacrumare prodeſt. HIPP. *De Loc. in Homine.*

m) Βλένναι ἐν τοῖσι ῥισὶ γινόμεναι (κεφαλαλγίην λύουσι).

Mucoſitates narium dolores capitis ſoluunt. HIPP. *Prorrh. II.*

Ὠφελέουσί τε καὶ πταρμοὶ, καὶ βλένναι ἐν τοῖσι ῥισὶ γενόμεναι.

Proficiunt ſternutationes et fluxus mucoſi in naribus facti. HIPP. Ib.

illos, qui caput affligunt, ſaepe ſoluunt [n]), vt mucos vteri, eosque, qui ano effluunt [o]), aegrisque proficui ſunt, nunc non attingam. Singularis illa eſt affectionum conditio, qua res quaedam ſatis haud definienda in corpore humano circumuehitur, et veluti migrat, atque de loco in locum concedit, vt, quando ſenſus doloris plus vel minus grauis, acuti, lancinantis, vel alius diuerſimode ab aegrotis percepti, aliqua in parte obortus eſt, ſubito ille diſpareat, et in remota alia parte perſentiſcatur, cum loci paullo ante affecti leuamine. Hanc morborum mutationem, dum a nouo oborto alio vetuſtior ſolatium accipit, optime animaduerterunt, proque tenui ſcientiarum in re anatomica apparatu, niſi quantum ad rationes mechanicas et leges, quibus illud fiat, certe, quantum ad effectus, ſcite expoſuerunt veteres medici. *Rheumatum* nomine id omne indictum fuit, quod, cum hactenus nobilioribus

n) *Κοινὸν μὲν ὑπάρχει τοῖς πάθεσι, περιττωματικὴν ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑγρότητα παρὰ τὰ ὑποκείμενα φέρεσθαι μόρια, ταύτης κατὰ μὲν τοὺς μυκτῆρας ἐνσκηπτούσης, κορύζα τὸ πάθος προσαγορεύεται, κατὰ δὲ φάρυγγα καὶ τὴν ὑπερώαν ἁπλῶς κατάῤῥους, ἐπειδὰν δὲ καὶ τὸν λάρυγγα καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐνεχθῇ, ὥστε καὶ τὸν ἔνδον ὑπαλείφοντα ταύτην ὑμένα τραχυνθῆναι, βραγχώδης ἡ φωνὴ γίνεται, καλοῦσι δὲ βράγχον τε τὸ πάθος καὶ ἀρτηριακόν.*

Hoc commune eſt in morbis, ſuperfluam ex capite humiditatem in ſubiacentes partes deferri. Hac ad nares deſtillante, CORYZA affectus dicitur; iuxta pharyngem aut palatum, ſimpliciter CATARRHVS: Quando autem ad laryngem et aſperam arteriam illata eſt, vt, quae intus hanc inungit, membrana exaſperetur, clangoſa vox fit, BRANCHVS malum appellatur, vel *Arteriacus morbus*. PAVLL. III. c. 8.

Βλεννώδεις γυναῖκες.

Mucoſae feminae. HIPP. *De Carn.*

Βλένναι ἴασιν ἐκ τῶν ὑστέρων.

Muci eunt ex vteris. HIPP. *De Morb. Mulier.* I.

o) *Μυξώδης κοιλίη.*

Mucoſa aluus. HIPP. *Coac. Praen.*

ribus partibus infenſum eſſet, benefice et ſalubriter ad extrema concedit [p]). Quamuis autem hac noſtra aetate paullo confidentius de iſto naturae opere eloqui poſſimus, dum aliam viam, qua humores, dolorem inferentes, huc illucue disiici poſſint, quam, quae legibus circuli ſanguinis omniumque humorum fit, haud nouimus, nihilque propterea *rheuma* ſit aliud, quam ſerum ſanguinis, ſuos limites transgreſſum, minimisque vaſis, quae circa perioſtia ſunt, arteriarum propaginibus lymphaticis inditum, vt ſeroſam abinde inflammationem neceſſum ſit conſequi; tamen propterea hoc ipſo nihil dicitur, quod, quantum ad locum affectum, prius haud dictum ſit, nec de ſalubritate euentus dubitatum vnquam fuit. Febres potiſſimum bene cedere obſeruauit HIPPOCRATES [q]), ſi dolores ad artuum extrema oboriuntur [r]). Hos adeoque in parte, ad quam, bene-

 ficio

p) Τοῖς αὐτομάτοις κόποις, ἑνὶ λόγῳ τὰ ῥεύματα, εἰς ἄρθρα κατασκήπτειν συμβέβηκε.

Doloribus ſponte natis, qui vno verbo rheumata, ad artus deponi conceſſum eſt. GALEN. *Comm. IV. in Aphor.* HIPP.

Κατασκήπτει εἰς ἄρθρα τὸ περιττόν.

Ad artus concedit, quod ſuperfluum eſt. GAL. Ib.

q) Ἐν μακροῖς πυρετοῖσι ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται καὶ ἢν γένωνται ὀκ ἄχρηστοι.

In magnis febribus ad artus dolores fiunt, et ſi fiant, haud inutiles. HIPP. *Coac. Praenot.*

r) Οἱ τῶν περικειμένων τοῖς ὀστοῖς ὑμένων πόνοι βύθιοί τ' εἰσὶν, τοῦτ' ἐστὶν διὰ βάθους τοῦ σώματος ἐπιφέροντες αἴσθησιν, αὐτῶν δὲ τῶν ὀστῶν ἐπάγουσιν φαντασίας ὡς ὀδυνωμένων, ὀνομάζουσι γοῦν αὐτοὺς ὀστοκόπους οἱ πλεῖστοι. καὶ γίνονται τὰ πολλὰ μὲν ἐπὶ γυμνασίοις, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ διὰ ψύξιν ἢ πλῆθος.

Dolores membranarum, quae oſſibus circumſunt, profundi ſunt, hoc eſt, dum in profunditate corporis ſenſum inferunt, ipſorum oſſium inducunt, ac ſi dolerent, opinionem. Appellant adeoque illos, *oſſium dolores prementes*, plurimi. Et fiunt vtplurimum, poſt exercitia; aliquando poſt refrigerium, aut humorum copiam. GAL. *Comm. IV. in Aphor.* HIPP.

ficio naturae moti, ſemel compulſi fuerunt, ſeruari oportet. Eſt enim aliquid in iſtorum dolorum indole, quod ſatis intelligi nequit, volubilitatis, mobilitatis atque inconſtantiae, vt illi variis de cauſſis moueri, intus compelli, hinc ad nobiliores partes, vel illas, quas iam ante occupauerant, reuerti, vel ad alias concedere ſoleant; id quod quando accidit, malo ſane omine accidere deprehenditur. Sequuntur enim iſti humorum decubitus naturam exanthematum; quae ſi retrocedant, niſi mortem, ſtatum certe, quam, qui prior erat, periculoſiorem inducunt, nec expeditius cutis papulae vel maculae a cauſſis, febrem infirmantibus vel tranſpirationem coërcentibus, ſubterfugiunt, quam dolores iſti critici cedunt, ſi quid erroris vel in regimine, maxime ab admiſſo incautius frigore, vel in cura ipſa, incompetente purgantium aliorumue euacuantium vſu, commiſſum eſt. Id quod, qua ratione fiat, quo quid aufugere, partem ſanam et dolore deſtitutam ſubito praeſtare, ad aliam transferri, ibidemque radicari poſſit, exponere quidem nunc longum foret; Alia tamen iſtius euentus ratio eſſe nequit, quam quod venae ſorbentes minimae, quae arteriarum lymphaticarum ſunt propagines, illud acre, mordens, quod iuxta perioſtia conſedit, in ſe recipiant, quo cordi reddita, hinc diſiecta iterum materies, vti caſus fert, illabatur partibus plerumque aliis, quam quae prius affectae erant [s]), veluti, ſi turbidus

s) Hanc morborum mutationem *decubitum humorum* nominari receptum eſt: Graeci *ἀποσκήμματα* appellant, dum humores, relicta vna parte, ad alteram transeunt.

Ἀποσκήμματα εἰσὶν διαθέσεις ἐκεῖναι, ὅταν χυμοί τινες ἐνοχλοῦντες πρότερον ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο, εἰς ἕτερον μεταστῶσιν

Decubitus ſunt iſtae diſpoſitiones, quando humores quidam, in alia parte tumultuantes, illam relinquentes, in aliam transferuntur. GAL. ad GLAVCONEM II. 4. p. 374. T. X.

dus humor, qui ad crus, aut pedem, aut genu [t]) decubuerat, retro vertatur, quod παλινδρομεῖν Graecis dicitur [u]). Satius propterea eſt, antiquos [x]), qui iam aliqua in parte defixi et veluti domeſtici facti ſunt, dolores ſeruari, et minori malo maius redimi, quod ἀποστηρίζειν, *firmare, fulcire morbum*, Graecis appellatur [y]). Dubia ſane ſemper res eſt ἀμφοτερίζειν [z]) illud, quando dolores vagi, incerto ſane euentu, magnoque metu, ne in iſta malignorum humorum migratione ad vitalia viſcera morbus conuertatur, in corpore circumeunt; Solent tamen aliquando morbi, quando alternant, ad connexas partes concedere, quod tutius eſt: veluti, quod HIPPOCRATI [a]) forte incognitum haud fuit, ſi venereum virus ad teſticulos diuertat.

t) Ἐις γόνυ φέρεται τὸ ῥεῦμα.
Ad genu fertur rheuma. GAL. Ib.

u) Ὁ κατασκήπτων εἰς τὸν μηρὸν χυμὸς, παλινδρομήσας ἄλλο τι μόριον ὑποδέχεται.
Decumbens ad crus humor *hinc* reccurrens, aliam partem inuadit. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

x) Παλαιὸν ῥεῦμα ἐν τῷ μορίῳ.
Antiqua fluxio in parte. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* II. 2. p. 370.

y) Χωλὸν δὲ γενέσθαι τὸ ἄρθρον, ἐς ὃ ἀπεστήριξεν, ἀναγκαῖον ἐστὶν, ἢν ἄρα καὶ περιγίνηται ὁ ἄνθρωπος.
Obſtipum fieri articulum, in quem morbus ſeceſſit ibique inradicatus fuit, neceſſum eſt, ſiquidem ſuperſtes eſſe velit homo. HIPP. *Prorrh.* II.

z) Ἀμφοτερίζειν, ἄνω ἢ κάτω ῥέπειν.
Huc illuc ferri, ſurſum deorſum rapi. GAL. *Comm. II. in Prognoſt.* HIPP.

a) Μεταστάσεις, ἀποστάσεις εἰς ὄρχιας.
Translatio, ſeceſſus ad teſticulos. HIPP. *De Vict. Acucutorum.*

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XIX.
DE INDICATIONE FORMANDA.

Non defuiſſe arbitror, qui, cum ſcriptiones meas academicas ſuper antiquorum de curatione ſententiis legerent, parum illas ad therapiam attinere putauerint, cum illis nihil quidquam conſilii, quod ad curandos morbos faciat, inſit, omnes de mutationibus agant, quae aegrotis, decurrente morbo, eueniunt. Enimuero, vti qui aedes conſtruunt, fundamenta ante iaciunt [a]); ita, ſtabilitis ante principiis praeludendum mihi ad viam medendi, nunc ſecundum conceptus generales inſtruendam, fuit. Quod agendum quando in me ſuſcipio, velim ſciant, qui me legunt, non famae, ſed diſcipulorum cauſſa, ſententias has antiquorum a me colligi atque diſponi. Ex quo medicus morbi curam ſuſcipit, illud ſibi agendum intelligit, vt actiones impeditas aut prorſus ablatas [b]), expulſa vel correcta, quae eandem

a) Χρὴ οἶμαι τὰ θεμέλια τοῖς οἰκοδομήσουσιν ἰσχυρὰ προκαταβεβλῆσθαι καὶ τὴν τρόπιν τοῖς σκάφεσιν, εἰ μέλλει τι τῶν ἐπ' αὐτῷ οἰκοδομουμένων τε καὶ πηγνυμένων ἀσφαλὲς γενέσθαι.

Oportet, arbitror, aedes ſtruentibus fundamenta firma poni, et carinae ſuſtentaculum nauibus, ſi quidem, quod ſtruendum compingendumque eſt, abſolutum fieri debet. GAL. *Method. Med.* XI. 1. pag. 248. T. X.

b) Νόσος ἡ παρὰ φύσιν κατασκευὴ τοῦ σώματος καὶ αἰτία τοῦ βεβλάφθαι τὴν ἐνέργειαν: ἢ συντόμως, νόσος ἐστὶ διάθεσις παρὰ φύσιν ἐνεργείας ἐμποδιστική.

Morbus

dem cohibet, cauſſa c), auferat, quod THERAPIA d) dicitur, cuius veram rationem atque viam ſi quis bene callet e), medicus eſt, qui multa quidem ſuo ingenio, plura tamen ad ſpontaneorum naturae f) motuum leges facit, cumque cauſſae morborum

Morbus eſt praeternaturalis corporis conſtitutio et cauſſa, qua actio laeditur. Vel breuius: Morbus eſt diſpoſitio praeter naturam actionem impediens. GAL. *De Morb. Different.* c. 1. p. 32. T. VII.

Ἡ νόσος ἢ ἐνεργείας ἢ κατασκευῆς ἐστὶ βλάβη.

Morbus aut actionis, aut organi eſt laeſio. GAL. Ib.

c) Ὑγείαν ἐκπορίζεσθαι τοῖς νενοσηκόσι σώμασι, τουτέστι, τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας τῶν μορίων, ἅπερ βεβλαμμέναι τύχοιεν, ἐπανορθῶσαι.

Sanitatem conciliare aegrotantibus corporibus, eſt, actiones naturae congruas partium, ſi laeſae fuerint, reſtituere. GAL. *Meth. Med.* I. 5. p. 1?. T. X.

d) Θεραπεία ἡ ἀναίρεσις τῶν ποιούντων τὰς νόσους αἰτίων.

Therapia eſt ablatio facientium morbos cauſſarum. GAL. *Comm. II. in Aphor.* HIPP.

e) Ὁ τὴν ὁδὸν ἅπασαν ἐπιστάμενος τῆς θεραπείας ἄχρι τοῦ τυχεῖν τοῦ σκοποῦ, μόνος οὗτος ἐστὶν ὁ γινώσκων ἰᾶσθαι.

Viam omnem intelligens therapiae, donec fine potiatur, ſolus ille eſt, qui ſciat mederi. GAL. *Meth. Med.* VI. 1. p. 121.

f) Χρὴ ἐπιστήμονα τῶν φύσεως ἔργων εἶναι τὸν ἰατρόν.

Oportet naturae operum conſcium eſſe medicum. AETIVS *Tetrabibl.* Tract. V. 2.

Συνεργεῖν δὲ δεῖ τῇ φύσει πρὸς σωτηρίαν ἀγωνιζομένῃ, πρὸς τὴν νόσον· οὕτως γὰρ ἡ φύσις σύμμαχον λαβοῦσα τὸν ἰατρὸν τὰ δέοντα ποιοῦντα, αὐτόν τε τὸν ἄρρωστον πειθήνιον, καὶ μηδὲν ἐν τῇ διαίτῃ ἁμαρτάνοντα, περιγένοιτο ἂν τῆς νόσου· Συνεργοὺς δὲ εἶναι χρὴ καὶ τοὺς ὑπηρέτας καὶ τοὺς ἔξωθεν πρὸς τὸ μηδὲν ὑπεναντίον τοῖς καλῶς πραττομένοις γίνεσθαι.

Cooperari naturae, ad ſalutem magna contentione in morbo eunti, (medicum) decet. Ita enim natura, commilitonem adſciſcens medicum, quae oportet facientem, ipſum autem aegrotum obſequioſum et in regimine haud peccantem, poterit eluctari morbo. Operis etiam ſocios eſſe decet famulos et adſtantes, ne quid contrarium fiat recte agentibus. AETIVS *Tetrabibl.* I. Tract. 1. cap. 2.

borum quam plurimae in abſcondito poſitae ſint, earum cognitionem, quod omnium primum eſt, coniectura, ſapienter ſecundum artis regulas inſtituta, conſequitur [g]). Neutiquam vero circa coniecturas haereat ille, qui artem recte facturus eſt, ſed ad demonſtrationis euidentiam, quae [h]) ſignorum, ſenſibus obuiorum, perſpicuitate oritur, adſpiret, vt, veluti vult GALENVS, ita verum declaratumque ſit, quod morbum facit, eumque ſanat, veluti illud eſt [i]): *Aequalibus aequale ſi addas, quod ſupererit, manet aequale.* Quapropter prolixa meditatione opus eſt [k]), quo inueniatur auxilium [l]), quod morbos et cum illis ſymptomata exſcindit [m]): cuius inue-

g) *Στοχαστικῶς, οὐκ ἀτέχνως, οὐδὲ πόῤῥω τῆς ἀληθείας.*
Coniecturaliter, non praeter artem, nec procul a veritate. GAL. *Comm. I. in Aphor.* HIPP.

h) *Ἀρχαὶ πάσης ἀποδείξεως εἰσὶ, τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐναργῶς φαινόμενα.*
Principia omnis demonſtrationis ſunt, quae ad ſenſum et intellectum clare patent. GAL. *Meth. Med.* I. 4. p. 12. T. X.

i) *Ἐὰν ἴσα ἴσοις προστεθῇ, καὶ τὰ ὅλα ἴσα γίγνεται· καὶ ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, καὶ τὰ λοιπὰ ἴσα εἰσίν.*
Si aequalia aequalibus addantur, et omnia erunt aequalia, et ſi ab aequalibus aequalia auferas, et reliqua aequalia erunt. GAL. *Method. Med.* I. ib.

k) *Ἐκ πλείονος χρόνου προβουλεύεσθαι πρὸς ἕκαστα.*
Longo ante tempore meditari. HIPP. *Praenot.*

l) *Συμβιβάζειν τοὺς σκοποὺς τῇ χρήσει τῶν βοηθημάτων.*
Dirigere intentiones ad vſum medicamentorum. GAL. *De Conſtit. Med.*

m) *Πρῶτον δὲ καὶ μάλιστα τοῦτο σπουδάζειν τοὺς ἰατροὺς, καὶ τοῦτο σχεδὸν αὐτῶν ἔργον ὑπάρχειν ἴδιον, ἐκκόπτειν τὰς νόσους, ἅμα τούτοις καὶ τἄλλα συμπτώματα συναναιρεῖται.*
Primario et maxime hoc ſedulo agendum eſt medicis, et hoc omnino opus eorum proprium eſto, exſcindere morbos, cum quibus etiam reliqua ſymptomata auferuntur. GAL. *Meth. Med.* II. 7. p. 43. T. X.

Ἡ

inueniendi ratio, mentis veluti per varias operationes proceſſio, et meditationis ordinatae ſequela *indicatio* appellatur n). Hac ad artem recte laudabiliterque faciendam manu veluti ducimur o), dum ex vna eademque generali meditatione ſenſim ad eam deducimur, quae medicamenti inuentionem parit p). Ordo ille, quo cogitamus, methodus eſt ac veluti via, qua a cognitis rebus ad abſcondita, quousque mens ire poteſt, principia, quibus cauſſae morborum inſunt, delabimur q). Nec ſane aliter fieri poteſt,

Ἡ μὲν ἴασις ἀναίρεσις ἐςὶ τῶν διαθέσεων, ἀκολȣθεῖ δ' αὐτῇ ἡ τῶν συμπτωμάτων ἀναίρεσις.

Curatio eſt ablatio morboſarum diſpoſitionum; Sequitur autem eam et ſymptomatum ablatio. GAL. Ib. XI. 3. p. 250.

n) Τὴν οἷον ἔμφασιν ἀκολȣθίας ἔνδειξιν λέγομεν.

Veluti aliquem conſequentiae impetum dicimus indicationem. GAL. *Meth. Med.* VI.

o) Ἡ τῶν εὑρηθέντων ἔνδειξις ἐποδήγει τὰς θεραπείας ποιεῖσθαι.

Inueniendorum indicatio viam monſtrat, qua curatio facienda eſt. GAL. Ib.

p) Ὅςις ἀκριβῶς βȣ́λεται συςήσασθαι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἄρξασθαι μὲν αὐτὸν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐνδείξεων χρὴ, μεταβῆναι δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς μεθεξῆς.

Qui curioſe inſtituere vult methodum medendi, incipiendum illi eſt a primis indicationibus; Transeundum abinde eſt ad eas, quae conſequuntur. GAL. Ib. II. 7. p. 43.

q) Ὅσοι λόγον ἡγεμόνα τῆς εὑρέσεως ἐποιήσαντο καὶ τάξιν, ὁδόν τε μίαν τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἄγȣσαν ὑπέθεντο, τȣ́τοις ἀναγκαῖον μὲν, ἀπὸ πρώτȣ τινὸς ἀρξαμένοις ὁμολογȣμένȣ πᾶσιν ἀνθρώποις, ȣ̔́τως ἤδη μετιέναι πρὸς τὰ λοιπά. ȣ̔́τως οἶμαι κἀπὶ τῶν τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐπιδεικνυμένων ἁπάντων εἰς πρώτας τινὰς ἀναποδείκτȣς προτάσεις καὶ ἐξ ἑαυτῶν πιςὰς, ἀνάγεσθαι χρῆναι πάντας.

Qui rationem ducem inuentionis fecerunt, et ordinem, et viam vnam, quae ad finem ducit, inſtituunt, illis neceſſum eſt, ab vniuerſali quodam incipientibus, agnito ab omnibus, tranſire ad reliqua. Sic arbitror etiam ab illis, quae in medica arte demonſtratae ſunt, ad ſummas quasdam haud porro demonſtrabiles, et ex ſe

teſt; quam quo illi, qui artem optima aliqua via didicerunt r), ordinate etiam eandem facturi ſint s), habetque rationis, quae in concinna idearum conductione et compoſitione conſiſtit, vſus ad fidem faciendam illis, quae ſalutis cauſſa inueniuntur t), efficaciam ſane ſingularem, dum neglectum ſui ars cogitandi, quae in demonſtrabilium et probabilium ſcientia conſiſtit, ignorantia earum rerum vendicat, quae in morborum cura paullo altioris ſunt indaginis u). Eſt enim *Indicatio* nil quidquam aliud, quam ratio-

ſe ipſis fide dignas propoſitiones adſcendendum eſſe omnibus. GAL. Ib. I. 4. p. 11. ſequ.

Ἐκ τῶν καθόλȣ τȣ̃ γένȣς εἰρημένων εὑρίσκειν τὰ κατὰ μέρος.

Ex illis, quae in genere dicta ſunt, inuenire ea, quae in ſpecie. GAL. Ib. VII. 4. p. 157.

Ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ἐναργέστατα φαινομένων.

Incipiendum ab illis, quae omnium clariſſime apparent GAL. *De Differ. Febrium* II.

Τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις χρηστέον, εἰς τὴν τῶν ἀδήλων πίστιν.

Clare apparentibus vtendum ad fidem faciendam illis, quae in obſcuro latent. GAL. *De Venae Sect. ad Eraſiſtrataeos Romae.*

r) Ἅπαντα σὺν ἀποδείξει καὶ μεθόδῳ μανθάνειν.

Omnia cum demonſtratione et methodo diſcenda. GAL. *De Conſtitut. Medic.*

s) Γυμνάζειν τὸν λογισμὸν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα.

Ratiocinium exercendum ad artis operas. GAL. *De Locis Affect.* II.

t) Τȣ̃ εὑρεῖν τὸ ζητȣ́μενον αἱ λογικαὶ μέθοδοι τὴν δύναμιν ἔχȣσι, τὸ πιστώσασθαι τὰ καλῶς εὑρημένα.

In detegendo quaeſito, rationales methodi eam vim habent, vt illis, quae bene reperta ſunt, fides habeatur. GAL. *Meth. Med.* I. 5. p. 14.

u) Ἀγνοῆσαι αὐτȣ̀ς συνέβη, διὰ τὸ μὴ γεγυμνάσθαι πρότερον ἐν ταῖς λογικαῖς μεθόδοις, ἐξ ὧν γνωρίζεταί τε καὶ διακρίνεται τῶν ἀποδεικτικῶν λημμάτων τὰ πιθανά, ȣ̓δὲν δὲ ἀληθὲς ȣ̓θ' εὑρεῖν, ȣ̓τ' ἀποδεῖξαι δυνάμενοι.

Illos oportet ignorare, qui antea exercitati haud fuerunt in methodo logica, ex qua diſcitur et iudicatur de

ratiocinium et eius, quod tam generalius, quam ſpecialius dictum verum eſt, neceſſaria ſequela, qua ad finem obtinendum idonea ſeliguntur remedia x): Et veluti in ſyllogiſmis conficiundis, quod vniuerſalius verum eſt, concluſionem, niſi ad rem, quae in quaeſtionem adducta fuit, ſubſumtum fuerit, haud efficit; ita etiam in ſyllogiſmis iſtis practicis, quos indicationes appellamus, nulla vnquam generalis propoſitio ad inueniendum auxilium quidquam ſola valet y). Sed opus eſt, quo vniuscuiusque aegroti ſingularis indoles, morbique, vti in ſingulis variant, mores, eorum varia tempora z), in *minore*, quae ad

de illis, quae inter demonſtratiuas propoſitiones fide ſunt digniores, vtpote qui verum nec inuenire, nec demonſtrare poſſint. GAL. *De Different. Febrium* I. 3. p. 109. T. VII.

x) Ἐν ταῖς μεθόδῳ τινὶ συνισαμέναις τέχναις, ἀρχὴ τῆς συςάσεως ἡ τȢ̃ τέλȢς ἐςὶν ἔννοια.

In artibus, aliqua methodo conſtantibus, principium inſtituti eſt, finis contemplatio. GALEN. *Method. Med.* I. ib.

y) Οὗτος ἂν ἄριςος ἰατρὸς εἴη, τῶν κατὰ μέρος ἁπάντων νοσημάτων ὁ μέθοδόν τινα πορισάμενος, ἐξ ἧς διαγνωςικὸς μὲν τῶν φύσεων ἔσοιτο, ςοχαςικὸς δὲ τῶν ἑκάςης ἰδίων ἰαμάτων, τὸ δὲ οἴεσθαι, κοινήν τινα πάντων ἀνθρώπων εἶναι θεραπείαν, ἐσχάτως ἠλίθιόν ἐςι ὥσπερ οἱ ἀναισθητότατοι νομίζȢσι μεθοδικοί.

Ille demum optimus medicus erit, qui omnibus in ſpecie morbis methodum aliquam adornare nouit, ex qua et naturarum poſſit eſſe demonſtrator, et accommodatorum vnicuique medicamentorum inuentor; arbitrari autem, communem eſſe ad omnes homines therapiam, extreme friuolum eſt, vti ſtupidi putant methodici. GAL. *Meth. Med.* III. 1. p. 54. T. X.

z) Προστεκμαρτέα καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τȢ̃ νοσήματος ἑκάςȢ, καὶ τῆς φύσεως τȢ̃ ἀνθρώπȢ καὶ τȢ̃ ἔθȢς τῆς διαίτης.

Inſuper animaduertenda eſt vis et viciſſitudo cuiusuis morbi et naturae hominis, et conſuetudo regiminis. HIPP. *De Victu Acutorum.*

Ὁκόσα ἑκάςῳ καὶ ἐφ᾽ οἷσι νοσήμασι καὶ ὁπότε, τȢ̃ νοσήματος ἡλικίαν, εἰδέαν, δίαιταν, (σκεπτέον).

Quae

ad concluſionem proxima eſt, *propoſitione* recte explicentur. Quodſi enim in minimis, quae auxilii ſelectum indicant, circumſtantiis negligentior fuerit medicus, graui cum periculo aegrotantium offendet. Quare ad optimam rationem curandae aegritudinis negotioſa requiritur circumſpectio, meditatio ampliſſima [a]), et ſignorum ſapiens intelligentia, quo coniectura ſecundum artis regulas rite inſtituatur [b]). In quo tamen negotio ſoli demonſtrationi confidendum haud eſt, omnium minime illi, quae arbitrariis, ex longinquo accerſitis, nouis et difficilibus intellectu principiis nititur [c]), ſed experientiae, quae obſeruationum fide conſtat, illi ſcilicet probae et legitimae, quae cum ratione ſtat, neutiquam ſeruili et mercenariae [d]), aliquid largiendum eſt,

Quae ſingulis (accidunt) et quibus in morbis, et vnde, et morbi aetatem, procedendi modum, regimen, (conſiderandum). HIPP. *Epid.* III.

Ἡ διάγνωσις τῶν παθῶν ἀναγκαῖα πρὸς τὴν θεραπείαν ἐστίν.

Dignotio morborum neceſſaria ad therapiam eſt. GAL. *Comm. I. in Librum* HIPP. *De Diaeta Sana.*

a) Πράγματα, περὶ ὧν ὁ λόγος εὑρίσκειν, οὕτως σπουδαστέον, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν διαλάθοι, σύμπαντα γὰρ ταῦτα παρασκευαστικὰ πρὸς τὴν θεραπευτικὴν ἐστὶ μέθοδον.

Negotiorum, de quibus agitur, ita cura habenda eſt, vt nihil eius, quod ad illa attinet, ſit ignotum; Haec enim omnia praeparatoria ſunt ad therapeuticam methodum. GAL. *De Tumor. praeter naturam.*

b) Ἐπιστημονικὴ διάγνωσις, τεχνικὸς στοχασμός.

Scientifica dignotio, artificialis coniectura. GAL. *De Locis Affectis* II.

c) Μοχθηραῖς ἀποδείξεσι παραλογισθέντες, οὐ μόνον οὐδὲν ἐξευρίσκουσι χρηστὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῆς ἐμπειρίας ἐγνωσμένα διαφθείρουσι.

Operoſis demonſtrationibus in concluſione falſi, non tantum nihil inueniunt bonum, ſed et ea, quae per experientiam nota ſunt, corrumpunt. GAL. *Meth. Med.* II. 1. p 28. ſequ.

d) Ἄτεχνόν τι καὶ ἄλογον ἡ πεῖρα, καὶ τύχης ἀγαθῆς δεόμενον.

Illi-

eſt, vtpote quae ad eliciendas concluſiones et indicationes formandas, dum medicamentorum aliorumque auxiliorum robur docet, plurimum confert e). Eſt enim indicationis effectus auxiliorum, quorum ſcientia haud infimam medicinae partem conſtituit f), et in opportuna remediorum ad partes morbo affectas applicatione conſiſtit, adminiſtratio, quae tamen, niſi ex corporis humani tam ſani, quam aegroti cognitione curioſiſſima, inſtitui haud poteſt. Vnde apparet, qua ratione omnes artis diſciplinae in vna indicatione, quae meditationis finis eſt, conſpirent g). Quae cum ita ſeſe habeant, vt medicinae peritia via ſit atque methodus, qua auxilia, cauſſis morborum oppoſita, per ratiocinium inueniuntur h), naturae ſane, vti omnis concluſionis categoricae, ita etiam indicationis, per rationem inuentae, conſentaneum eſt, lento veluti gradu et praeuia collectione omnium *indicantium* perfici. At, veluti in formandis ſyllogiſmis hypotheticis poſitio quae-

Illiberale et irrationale quid, experiri velle, et bona fortuna indigens. GAL. *Method. Med.* I. cit.

e) Εὑρίσκεται δὲ κἀκ τῆς πείρης τὸ ἀκόλουθον.

Inuenitur autem etiam per experientiam, quod neceſſum eſt conſequi. GAL. Ib. II.

f) Εὑρίσκειν ὕλας βοηθημάτων οὐ μικρόν ἐστι μόριον τῆς τέχνης.

Inuenire materiem auxiliorum, non minimum eſt artis. GAL. *De Conſtit. Med.*

g) Ἡ τῆς θεραπευτικῆς τέχνης σύστασις εἰς δύο κεφάλαια (διΐστησι), εἰς τε τὴν γνῶσιν τῶν σωμάτων οἷς προσάγεται τὰ βοηθήματα, καὶ αὐτὴν τῶν βοηθημάτων φύσιν.

Artis curandi ambitum in duo capita (diuidunt), in cognitionem corporum, quibus applicantur auxilia, et ipſam auxiliorum naturam. GAL. Ib.

h) Ὁδὸς εἰς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν.

Via ad medicamentorum inuentionem. GAL. *De Locis Affectis* II.

Ἡ τῶν βοηθημάτων εὑρετικὴ μέθοδος.

Auxiliorum inuentrix methodus. GALEN. *Method. Med.* XI.

quaedam vera eſſe ſupponitur, vt, hac ſtante, illud conſequi oporteat, quod intendimus; ita etiam in empirica concludendi forma eſſe ſolet, quo, quod iterum atque iterum compertum eſt i), in meditationis negotio primum ſit. Enimuero meretur ſuas laudes iſta concluſiones medicas performandi ratio, tum, ſi commodam vnicuique homini, vt ille pharmacum fert, medicationem inſtruimus k), tum ſi ab illo proficimus, quod caſu bene cedit l). Quare amica quidem nobis ſit *ratio*, amica tamen et *experientia* m), cum modo haec, modo illa, illa ſapientius,

i) Ἡ τήρησις γίνεται ἐπὶ τισὶ πλειστάκις καὶ τὸ αὐτὸ ἀπηντηκόσιν. Obſeruatio fit, quibusdam eodem modo obuiam factis. GAL. *De Optima Secta.*

Τῆς ἐμπειρίας εἶδός ἐστι, τὸ μιμητικὸν, ὅταν τῶν ὠφελησάντων ἢ βλαψάντων ὁτιοῦν, ἢ φύσει ἢ τύχῃ ἢ αὐτοσχεδίως, αὖθις ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν εἰς πεῖραν ἄγοιτο.

Empiriae indoles in imitatione ponitur, quando ex iuuantibus et nocentibus, quodcunque demum, ſiue natura, ſiue caſu, ſiue ſponte tale fuerit, in ſimilibus morbis iterum ad experimentum ducitur. GAL. *De Sectis.*

k) Ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας ἐκ τῆς ἰδίας ἑκάστου τριβῆς καὶ γυμνασίας εἰσφέρεσθαί τι χρὴ, πρὸς τὴν τῶν οἰκείων τῷ κάμνοντι φαρμάκων εὕρεσιν.

Ab experientia, ex vniuscuiusque proprio vſu et exercitio inferendum aliquid eſt ad familiarium aegrotanti medicamentorum inuentionem. GAL. *Meth. Med.* III. 1. p. 54 T. X.

l) Οὐ μὲν ἐκ προαιρέσεως ἡμετέρας (ὠφέλειαν φέρων) ἀλλὰ κατά τινα συντυχίαν, οἷον συνέβη, πεσόντα τινὰ ἢ πληγέντα ἢ ἄλλως πως τρωθέντα, αἷμα ῥυῆναι, καὶ πιεῖν ἐν νόσῳ, χαρισάμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ, ψυχρὸν ὕδωρ ἢ οἶνον ἢ τοιοῦτον ἄλλο.

Non quidem noſtra ſemper voluntate fit, quod quidpiam vtilitatem afferat, ſed aliquo caſu, vti euenit, alicui, poſt lapſum, aut afflicto alicui, aut alia ratione vulnerato, ſanguinem fluere, aut bibere aliquem in morbo, indulgentem cupiditati, frigidam, aut vinum, aut vinum, aut aliquid ſimile GAL. *De Sectis.*

m) Ἐπιχαροῦντες ὁτιοῦν ἐξευρίσκειν λογικῶς, ἀλλ' ἅμα μὲν ἀποχωρεῖν

tius, haec ſecurius, auxilium adferat [n]), illa excogitet, haec applicet. Satius omnino eſt, vtramque illam animi facultatem in curandae ſanitatis negotio adhibere [o]), inter quam, ne vni ſoli quidquam ad formandas indicationes tribuatur, amica intercedit conſpiratio et veluti copula, *analogiſmus*, qui in fideli ante viſorum obſeruatione morborumque ſimilitudine omnino perſpecta [p]) conſiſtit, dum *manifeſta* accipit, eademque matura cogitatione perficit et elaborat [q]). Vehementer autem culpandi ſunt, qui nuda factorum a ſe memoria, quod crudi empirici eſt, ad id, quod effici in medicina oportet,

χωρεῖν τῆς ἐμπειρίας, ὡς γεγυμνασμένες τὸν λογισμὸν, ἅμα δ' ἀγυμνάςες ὄντας, ἐν αὐτῷ σφάλλονται μέγιςα.

Qui ſuſcipiunt, quodcunque demum, excogitare ad rationem, ſi ſimul diſcedant ab experientia, veluti, qui rationem ſaltim exercere voluerint, ceteroquin haud exercitati, in iſta re vehementer errant. GAL. *Meth. Med.* I. 4. p. 13.

n) Τινὰ μὲν ἐκ μόνης τῆς πείρας εὕρηται φάρμακα, τινὰ δὲ ἐκ μόνε τε λόγε, τινὰ δ' ἐξ ἀμφοτέροιν.

Quaedam ex ſola experientia inueniuntur medicamenta, quaedam ex ſola ratione, quaedam ex vtraque. GAL. Ib. XIII. 17. p. 310. ſequ.

o) Τε πιςώσασθαι τὰ καλῶς ἐυρημένα δύο ἐςὶν ἅπασιν ἀνθρώποις κριτήρια, λόγος καὶ ἐμπειρία.

Ad fidem recte inuentis faciendam duae ſunt hominibus iudicandi regulae, ratio et experientia. GAL. *Meth. Med.* I. 3. p. 10.

p) Χρήσιμα θεωρήματα, ἀναλογισμὸς, τήρησις, ἱςορία, ὁμοίε μετάβασις.

Vtiles ſcientiarum fontes, comparatio, obſeruatio, deſcriptio, translatio a ſimilibus. GALEN. *De Optima Secta.*

q) Ὁ ἀναλογισμὸς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων, λήγει δὲ ἐπὶ τὰ διὰ παντὸς ἄδηλα.

Comparatio ſimilium oritur a cognitis, deſinit autem in principiis omnino abſconditis. GAL. *De Sectis.*

tet, concludunt [r]), et cum vitae humanae periculo [s]) experimenta inſtituunt. Illis quidem indicatione haud opus eſt, vtpote qui, inconſulta ratione, agant [t]). Neque vero noſtra tantum aetate ita res geritur, quo ſint, qui otioſam illam et ab omni ſapientia remotam artis normam adſciſcant, ſed etiam propius ad artis origines iſta hominum, qui ſine mente facerent, faece maculata medicina fuit, cum eſſent, qui indicationibus vſi, eſſent etiam, qui illis deſtituti agerent [u]), denique eſſent, qui indicationibus, generalius captis, ipſis empiricis peiores, ingenio

r) Ὁι ἐμπειρικοὶ φαίνεσθαι λέγουσιν τὰ ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτοντα, γινώσκεσθαι δὲ τὰ μνημονευόμενα.

Empirici aſſumenda eſſe dicunt ſenſibus obuia, et mente tenenda ea, quae memoria repetuntur. GAL. *Meth. Med.* I. 4. p. 12. T. X.

s) Ἐπ᾽ ἀνθρώπου σώματος πειρᾶσθαι τῶν ἀπειράτων, οὐκ ἀσφαλές, ἐς ὄλεθρον ὅλου τοῦ ζώου τῆς κακῆς πείρας τελευτώσης.

In humano corpore experiri nondum explorata, haud liberale, in perniciem totius corporis inani tentamine exeunte. GAL. *Comm. I. in Aph.* HIPP.

t) Χωρὶς ἐνδείξεως λογικῆς ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας μόνης ὁμολογοῦσι θεραπεύειν.

Sine indicatione rationali, per tentamina ſola putant curam aegrorum ſuſcipi oportere. GAL. *Meth. Med.* IV. 3. p. 83.

u) Δύο εἰσὶν πρῶται τῆς ἰατρικῆς αἱρέσεις, ἡ μὲν ἑτέρα διὰ πείρας ἰοῦσα πρὸς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν, ἡ δ᾽ ἑτέρα δι᾽ ἐνδείξεως: καὶ ὀνόματά γε ταῖς αἱρέσεσιν ἔθεντο ἐμπειρικήν τε καὶ λογικήν, καλεῖν δ᾽ εἰσὶν εἰθισμένοι τὴν ἐμπειρικὴν, τηρητικήν τε καὶ μνημονευτικὴν, τὴν δὲ λογικὴν, δογματικὴν καὶ ἀναλογικήν.

Duae ſunt primariae medicinae ſectae, altera per tentamina procedens ad medicamentorum inuentionem, altera per indicationem, et nomen quidem his ſectis indiderunt, EMPIRICAE et LOGICAE; Empiricam quidem etiam appellare ſolent OBSERVATRICEM et MEMORIALEM, rationalem autem, DOCTRINALEM et COMPARATIVAM. GALEN. *De Sectis.*

genio prorſus deſtituerentur [x]). Eſt ergo indicatio, auxilii vſu comprobati, *quod eſt experientiae*, ſelecti et circumſtantiis accommodati, *quod eſt rationis*, inuentio [y]). Huius concluſionis practicae quaedam veluti elementa ſunt, poſitiones ſcilicet et ſententiae, quae ad cauſſam morbi ſolam reſpiciunt, et τῶν ἐνδεικνυμένων, *indicantium*, nomine veniunt [z]): Quae ſi ex indole alicuius cauſſae, morbos plures congeneres facientis, fluunt, *indicationes generales* [a]); Si autem a propriis vniuscuiusque morbi moribus deſumtae ſunt, *indicationes ſpeciales* [b]) conſtituunt. Enimuero, cum a cauſſa morbi ſimul ad circumſtantias alias morbum definientes aduertendus ſit animus, ſi quid praeter morbi cauſſam eſt, quod medicum ad agendum excitat, et conſilium eius quodammodo mutat, τὸ συνενδεικνύμενον, *coindicans*,

x) Ὁι μεθοδικοὶ καλȣ́μενοι, κοινῇ καὶ καθόλȣ τιθέμενοι· καὶ δὴ καὶ καλȣ͂σι κοινότητας δύο, ἐνδείκνυνται καί τινα τρίτην μικτὴν, ὀνόματα δὲ αὐταῖς, στέγνωσιν καὶ ῥύσιν, ἔθεντο, καὶ πᾶν νόσημα φασὶν στεγνὸν ἢ ῥοῶδες εἶναι ἢ ἐξ ἀμφοῖν ἐπιπλεγμένον, ἔνδειξιν δὲ τȣ͂ συμφέροντος ἐπὶ μὲν τῶν στεγνῶν τὴν χάλασιν, ἐπὶ δὲ τῶν ῥοωδῶν τὴν στάλσιν εἶναι.

Methodici ſic dicti communibus et generalibus ſententiis innituntur. Vniuerſales quidem duas adducunt, et aliquam tertiam mixtam allegant, et omnem morbum inquiunt ſtrictum vel laxum eſſe, aut ex vtroque complicatum: Indicationem autem eius, quod fieri conducit, in ſtrictis quidem eſſe laxationem, in laxis autem adſtrictionem. GAL. Ib.

y) Ἔνδειξις τῶν βοηθημάτων.

Indicatio auxiliorum. GAL. *Meth. Med.* II.

z) Ἡ ἰδέα τῶν βοηθημάτων ἐκ τῆς τȣ͂ πάθȣς φύσεως ἐυρίσκεται.

Conceptus de auxiliis ex morbi natura inuenitur. GAL. *Meth. Med.* XIII.

a) Ἡ διὰ τῶν καθόλȣ μέθοδος.

Vniuerſalis methodus. GAL. *De Locis Affect.* IV.

b) Ὀικεῖαι ἑκάστȣ νοσήματος ἐνδείξεις.

Ad ſingulos morbos indicatio. GALEN. *Meth. Med.* XIII.

dicans [c]), dicitur, veluti, ſi vires aegroti, aetas, tempus, regio, conſuetudo [d]), ſedes cauſſae in partibus [e]), ſymptoma [f]), etiam ad formandam indicationem concurrant. Fit etiam ſaepiſſime, vt vna vel altera iſtarum circumſtantiarum eo medicum redigat, vt deſerenda ſit prior, licet cauſſae morbi accommodata omnino cenſeatur ſententia. Id quod non in cura tantum morborum, ſed in vniuerſa etiam vita hominum contingit, vt

- - - quae te ſcire credas, neſcias,
Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies [g]).

Nouum illud conſilium *contraindicationis* titulo denotatur [h]). Vexatiſſima omnino eſt ille malorum concurſus, cum medicus ſaepe, morbo, an ſymptomati, et cui ex pluribus primo loco medendum ſit, neſcit [i]). Nullum autem ſupereſt dubium, illud ſymptoma

c) *Συνενδεικνύμενα.*
Coindicantia. GAL. *Meth. Med.* L. cit.

d) *Συνενδεικνύμεναι, δύναμις καὶ φύσις, καὶ ἡλικία, καὶ ὥρα, καὶ χώρα, καὶ ἔθος.*
Coindicant, vis vitae, natura, annus, regio, et conſuetudo. GAL. Ib.

e) *Ἡ παρὰ τῆς θέσεως τῶν μορίων ἔνδειξις.*
A ſitu partium Indicatio. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* II. 4. p. 373. T. X.

f) *Εἰ συμπίπτοιεν τινὲς ἕτεραι οἷον σκιαί τινες παρακολουθοῦσαι, οὐ νοσήματα καλέσομεν ἀλλὰ συμπτώματα.*
Si coincidant quaedam aliae conſtitutiones, veluti vmbrae corpus ſequentes, non morbos vocabimus, ſed ſymptomata. GAL. *De Sympt. Differ.* c. I. p. 32. T. VII.

g) TERENTIVS Adelph. Act. 5. Scen. 4. v. 3. ſeq.

h) *Ἔνδειξις τῶν ἐναντίων.*
Indicatio contrariorum. GAL. *Meth. Med.* VIII.
Ἔνδειξις ἐναντιουμένη καὶ ἀντιπράττουσα.
Indicatio contraria et reluctans. GAL. Ib. IX.

i) *Διαθέσεων ἐπιπλεκομένων δυοῖν ἢ τριῶν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐναντιωτάτων ἀλλήλοις δέωνται βοηθημάτων, τὴν οἰκείαν τῆς θεραπείας ἐφ' ἑκάστης αὐτῶν ἔνδειξιν λαβεῖν, ἥν τινά τε χρὴ πρώτην τῶν*

ptoma illumue morbum ſuperuenientem primam medentis curam poſtulare, a quo, vtpote magis vrgente, maius metuendum eſt periculum k), dum illud, quod obſtat, quo prior voluntas exerceri poſſit, *contraindicans* l) appellatur. Quare vel nouo et a prius mente concepto conſilio prorſus diſcedendum eſt, vel, vti GALENVS m) vult, mixta adhibenda ſunt auxilia. Sunt etiam aliae indicationum differentiae, vti ad diuerſum hominis ſani, aegri conualeſcentisue ſtatum et curationis finem, vt morbus ſanetur, vel certe trahatur, attinent, vel, vti morbi varia tempora, et effectus varius medicamento producendus, diuerſum conſilium poſtulant.

τῶν ἄλλων ἢ μᾶλλον, ἥν τινα δ᾽ ἧττον ἢ δευτέραν ἢ τρίτην ἰάσασθαι.

Diſpoſitionibus complicatis duabus vel tribus, et maxime ſibi inuicem contraria poſtulantibus auxilia, domeſtica vnius cuiusque illarum indicatio perpendenda eſt, qualem oporteat reliquis prius aut plus, qualem etiam minus et ſecundo aut tertio loco, curari. GAL. *Meth. Med.* X. 1. p. 223. T. X.

k) *Ἐι δύο ποτὲ συμπτώματα ἐναντία παρακολουθέη, σκέπτεσθαι χρὴ, ὁπότερον αὐτῶν ἰσχυρότερόν ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ νοσήματα δύο περὶ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον εἴη, μαχομένας τὰς ἐνδείξεις ποιούμενα.*

Si duo quandoque ſymptomata contraria conſequuntur, diſpiciendum eſt, quodnam eorum ſit fortius; ſimiliter etiam, ſi duo morbi in eodem homine ſunt, pugnantes indicationes facientes. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* I. 15. p. 359. T. X.

l) *Τὸ ἀντιδεικνύμενον λέγουσιν ἐνδείκνυσθαι μὲν τὸ συμφέρον, μὴ ἐπιτρέπειν δὲ πράττειν.*

Contraindicans dicunt, indicari quidem vtile, ſed non permitti, vt fiat. GAL. *De Optima Secta.*

m) *Ἐπιπλεκομένων ἀλλήλαις ἐναντίων ἐνδείξεων ἐπιπεπλέχθαι χρὴ καὶ τὸ φάρμακον.*

Complicatis contrariis indicationibus complicari etiam oportet pharmaca. GAL. *Meth. Med.* XIII. 22. p. 314.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XX.

DE INDICATIONIBVS COMMVNIBVS.

Medicinam finiunt, vt quaſi viam quandam, quam μέθοδον Graeci nominant, eorumque, quae in morbis communia ſunt, contemplatricem eſſe contendant. AVREL. CORN. CELSVS *De Re Medica.* Libr. I. Praef. p. 15.

Veluti varii ſunt fines, verſus quos medicus in negotio naturae intra morbos curando proſpicit; ita ab illorum diuerſitate, indicationes ipſae variant, vt aliae ſint *proparaſceuaſticae* a), quibus, quod ab initio morbi factu opus eſt, conſulitur; aliae habeantur *vitales* b), quibus virtus ad ſuperandas aegritudines neceſſaria adiuuatur, aliis *euacuationum*

a) Πολλὰ προγενέσθαι δεῖ, καὶ προοδοποιῆσαι καὶ προπαρασκευάσαι ῥάδιον ἐς ἴασιν τὸ σῶμα, καὶ τῆς ἁπάσης ἕξεως φροντίσαι, κενοῦντα, καὶ ἰσχναίνοντα, καὶ, οἷς χρὴ, τρέφοντα, ἐς ὅσον χρήσιμον.

Multa ab initio fieri oportet et viam ſterni et praeparari ad faciliorem ſanationem corpus, et totius habitus curam gerere, mouendo et extenuando, et quibus fas eſt, nutriendo, in quantum vtile. LVCIANVS in *Abdicato.*

b) Ῥώμην ἐντιθέναι τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν περὶ τὴν ἐνέργειαν.
Robur indere infirmis ad actionem. GALEN. *Meth. Med.* II.
Ἡ ἀπὸ τῆς δυνάμεως ἔνδειξις.
Ad virtutem augendam indicatio. GAL. lb. IX.

tionum cauſſa inſtitutis [c]), nonnullis etiam ideo, quod ad exempla plus, quam ad rationem componuntur [d]), *empiricis* ac, quandoquidem morbo fucum faciunt, labem autem, ceu pallio, obuelant, *palliatiuis* [e]) compellatis; ita maximum omnino diſcrimen illis intercedit indicationibus, quae vel καθ' ὅλȣ, *communes*, ſunt, vel κατ' ἴδιον, *ad ſingulos morbos* partemque ab illis affectam diriguntur. Non contemnenda omnino eſt Methodicorum, vti CELSVS [f]) iſtius ſectae placita deſcribit, ſententia, ſi

c) Ἡ τῆς κενώσεως ἔνδειξις.

Euacuationis indicatio. GALEN. ad GLAVCON. *Therap.* I.

d) Ἔνδειξις τȣ̃ συμφέροντος καὶ βλάπτοντος.

Indicatio a iuuantibus et nocentibus. GAL. *De Sectis ad Introduc.* c. 4. p. 288. T. II.

e) Τὸ μὲν πάθος ἐθεραπεύθη, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀπέθανε, ὅπερ ὁσημέρας ὁρᾷς γιγνόμενον ὑπὸ τῶν πλείστων.

Morbus quidem curatus, ſed homo moritur, id quod quotidie vides fieri penes plurimos. GAL. ad GLAVCON. *Therap.* II.

Ἢν μὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσημάτων τȣ̀ς κάμνοντας, τὸ τὰς σφοδρότητας τῶν νοσημάτων ἀμβλύνειν.

Ni penitus leuari morbis aegroti poſſint, illud certe agendum, vt aſperitas morborum obtundatur. GAL. *Introduct.* ſiue *Medicus.*

f) *Quidam medici ſeculi noſtri, ſub auctore* THEMISONE, *contendunt, nullius cauſſae notitiam quicquam ad curationes pertinere, ſatisque eſſe, quaedam communia morborum intueri.* AVREL. CORNEL. CELSVS *De Re Medica* L. I. Praefat. p. 15. *)

*) Sectae Methodicae olim non incelebris et etiamnum non ſpernendae placita, praeter hiſtoriae medicae ſcriptores, docte ac fuſe deſcripſerunt PROSPER ALPINVS L. *De Medicina Methodica*, Lugd. Bat. 1719. 4. et WERLHOF Diſſ. *De Medicina Sectae methodicae veteris, eiusque vſu* et *abuſu*, Helmſt. 1733. rec. in *Opp.* P. I. p. 3. ſequ. *G.*

Τὰ καθ' ὅλȣ.

Leges communes. GAL. *Comm. III. in* HIPP. *De Victu Acut.*

ſi recte illam capias, medicinam communium et ad omnes ſimul morbos pertinentium legum, quibus, quod factu opus eſt, imperatur, eſſe ſcientiam. Quamuis enim *vix vlla praecepta perpetua medicinalis ars recipit* [g]), nihilque in regulis artis noſtrae ita perpetuum habetur, vt non aegroti ſingularis quaedam conditio aliaque ſuperuenientia noui quid ſemper ſecum adferant, quapropter ſcite admodum *rei domeſticae* [h]) *penes aegrotos cura*, a GALENO medicina dicitur; ſunt tamen conceptus quidam generales [i]), a quibus, vti in omni ſcientia, ita etiam in arte ſalutari, cogitationum ad inueniendа auxilia directarum ſeu indicationum primordia capiuntur, a quibus ad ſingulorum morborum indicationes ſpeciales

g) Ἔνδειξις ἰαμάτων, ἰδία ἑκάστου.
Indicatio curationum vnicuique propria. GAL. *Meth. Med.* II
Ὀυκ ἐφαρμόζει πᾶσι τοῖς νόσοις ἡ ἀυτὴ ἀγωγὴ τῆς θεραπείας.
Non conuenit omnibus morbis eadem curationis conductio. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Morbis Acutis*, et CELSVS *De Re Medica* L. I. Praef. p. 8.

h) Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομία.
Oeconomia rerum, quae aegroto inſunt. HIPPOCR. *Epid.* VI.

i) Ὅστις ἀκριβῶς βούλεται συστήσασθαι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἄρξασθαι μὲν ἀυτὸν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐνδείξεων χρὴ, μεταβῆναι δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς ἐφεξῆς, εἶτ᾽ ἀῦθις ἐπὶ τὰς ἐπ᾽ ἐκείνων ἐχομένας, καὶ τοῦτο ποιοῦντα μὴ πάυσασθαι, πρὶν ἐφικέσθαι τοῦ τέλους ἀυτῶν. τέλος δ᾽ ἐστὶ τῆς προκειμένης πραγματείας, ἐξευρεῖν ἑκάστου τῶν νοσημάτων ἰάματα: τίς οὖν ἀρχὴ τῆς ἐπὶ τοῦτο φερούσης ὁδοῦ; τοῦ νοσήματος ἡ γνῶσις.
Quicunque exquiſite methodum curandi inſtituere vult, eum a primis indicationibus principium capere oportet, et ab his ad eas, quae ſequuntur, digredi, et ab his ad iſtas, quae propiores ſunt, et ita facientem non quieſcere, donec ad finem earum peruenerit. Finis autem propoſiti effectus eſt, ad vnumquemque morbum inuenire remedia; Quale autem eſt principium viae, quae illuc ducit? Morbi cognitio. GAL. *Meth. Med.* II. 7. p. 43. T. X.

ciales plana via eſſe poteſt [k]). Haec ſunt iſta artis principia, quae, tanquam firma atque ſtabilita, aſſumi poſſunt, et a quibus deflectere neminem fas eſt [l]), veluti illa ex natura iſtius negotii fluunt, quod medicus agendum in ſe ſuſcepit. Cum autem, quidquid praeter naturam accidit, vel morbus ſit eiusque cauſſa, vel ſymptoma, quid illorum curandum prae ceteris ſit, ſcire refert [m]). Ad morbos accommodanda ſunt auxilia [n]), quorum cauſſa ſubſecta [o]), ſymptomata ſua ſponte ceſſabunt. Oportet autem

Cc 4 ad

k) Καθ' ἕκαστον νόσημα διδασκαλία.

De ſingulis morbis doctrina. GALEN. *Comm. III. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

l) Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, καὶ μὴ γενομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τῶ δόξαντος ἀπ' ἀρχῆς.

Omnia ſecundum rationem facienti, quamuis ad intentionem res non ſuccedant, non diſcedendum ad alia, firma manente principiorum ſententia. HIPP. *Aphor.* Sect. II. 52. p. 76. T. I.

m) Ἅπασα διάθεσις σώματος ἐξισαμένη τῶ κατὰ φύσιν, ἤτοι νόσημά ἐστι, ἢ αἰτία νοσήματος, ἢ σύμπτωμα νοσήματος, ὅπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ἐπιγένημα καλῶσιν.

Omnis diſpoſitio corporis ab eo, quod ſecundum naturam eſt, diſcedens, aut morbus eſt, aut cauſſa morbi, aut ſymptoma morbi, quod quidam medici EPIGENEMA dicunt. GAL. *De Sympt. Differ.* II. c. 1. p. 30. T. VII.

n) Σκοπὸς αὐτῶ τῶ βοηθήματος, ἡ τῶ πάθως φύσις.

Finis auxilii eſt morbi indoles. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Diaet. Acut.*

o) Ἡ τάξις τῆς θεραπείας, τῇ τάξει τῶν αἰτιῶν ὁμολογεῖ.

Ordo therapiae ordini cauſſarum aequus eſt. GAL. *Meth. Med.* VII.

Οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ τελέως ἰαθῆναι διάθεσιν ὀδεμίαν, ἔτι μενούσης τῆς ἐργαζομένης αὐτὴν αἰτίας.

Non poſſibile eſt perfecte curari diſpoſitionem morbi vllam, manente, quae eam facit, cauſſa. GAL. Ib.

Κατὰ τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αἰτίαν χρὴ σκοπεῖν.

Ad cauſſam vniuscuiusque morbi efficientem oportet reſpicere. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

ad *proximam morbi cauſſam* medicando procedere; *Remotiorum* enim conſideratio ad ſanitatem tuendam [p]) et ad minimos morbos, quibus nemo, etiam recte, vti videtur, valentium, omnino deſtituitur, opprimendos [q]) quidem multum valet, ad ſanationem autem parum facit, nec ad indicationem formandam quidquam confert [r]), vti nec ſubtilius cogitatae cauſſae boni quid in medium conſulunt [s]). Aliquando tamen, relicta morbi cura, ad ſymptoma, ſi vrget, aduertendus eſt animus [t]), vel, *ſi mixtum vitium eſt, occurrendum vehementiori malo* [u]). Quod, quando ita agimus, ſi iuuare haud poſſimus, non nocuiſſe ſatis eſt [x]). *Neque alia ſpes in malis magnis*

p) Τῶν ὑγιαινόντων φυλάττειν ὑγιαῖνον τὸ σῶμα κατὰ τὴν ἀρχαίαν κρᾶσιν, καὶ ταύτην ἀεὶ βελτίω ποιεῖν.
Sanorum cuſtodiendum eſt corpus in priſtina miſcela, illamque ſemper meliorem reddi fas eſt. GAL. *Meth. Med.* VIII.

q) Ἀπαθείας προσδέξασθαι δόγμα ἀναγκαῖον ἐστὶ, μηδενὸς ἀρίστας ἔχοντος ἁπάσας τὰς ἐνεργείας.
Status perpetui morboſi aſſumenda eſt opinio, nemine optimas quasuis actiones habente. GAL. *Ars Medica*, c. 2. p. 198. T. II.

r) Οὐδὲν τῶν προκαταρξάντων αἰτιῶν πρὸς ἔνδειξιν θεραπείας ἐστὶ χρήσιμον.
Nulla ex remotioribus cauſſis ad indicationem curatiuam vtilis eſt GAL. *Meth. Med.* IV.

s) Σοφιστικὰ, τὰ μηδὲν εἰς τὸ βέλτιον ἰατρεύειν συντελοῦντα.
Subtiliora, ad meliorem curam nil conferentia. GAL. *Comm. I in Prorrh* HIPP.

t) Ἀναγκαζόμεθα, τὴν ἀγωγὴν τῆς θεραπείας, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνεστησάμεθα, μεταβαλόντες ἐν τῷ παρόντι, πρῶτον ἐκκόψαι τὸ σύμπτωμα.
Oportet nos aliquando methodum medendi, quam ab initio inſtituebamus, relinquentes, nunc primum exſcindere ſymptoma. GAL. *Meth. Med.* XI. 11. p. 257. T. X.

u) CELSVS *De Re Medica* L. I. Praef. p. 15.

x) Ἀσκεῖν περὶ τὰ νοσήματα δύο, ἢ ὠφελεῖν, ἢ μὴ βλάπτειν.
Duo circa morbos facienda ſunt: iuuare aut non nocere. HIPP. *Epid.* I. Sect. 2. p. 662. T. I.

magnis eſt quam vt impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus, quod curationi locum praeſtet [y]. Non autem tantum id, quod ante pedes eſt, perſpicimus, ſed etiam auertere tentamus id, quod intra morbos ſuperuenit, et malum grauat [z]). Temporis ſcilicet, quod morbi durationem et decurſum circumſcribit, hinc aetatum, quibus morbi inuadunt, adoleſcunt et finiunt, ratio habenda eſt quam curioſiſſime, vt opportuna adhibeantur auxilia [a]), quae, licet ſaepe exigua, iuuant, quia tempeſtiua [b]), dum maxima quaeuis nihil commodi adferunt, quin nocent, quod data ſunt, quo tempore dari fas haud eſt [c]). Quamuis

 enim

y) CELSVS *De Re Med.* II.

z) Τὸ ἤδη γεγονὸς ἰητέον, τὸ δὲ ἐσόμενον κωλυτέον.

Quod iam factum eſt, illi medendum: quod futurum eſt, impediendum. GAL. *Method. Med.* XIII.

Παρὰ τοῖς νοσέουσιν τάτε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, σκεπτέον.

Penes aegrotantes praeſentia, et praeterita, et futura cognoſcenda. HIPP. *Prognoſt.* §. 1. p 447. T. I.

Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι, πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν.

Illum arbitror optimum medicum eſſe, qui prouidentia vtitur. HIPP. *Prognoſt.* ib.

a) Εἰσὶ δὲ ἐπιτήδειοι χρόνοι, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀπαιτοῦντα τὴν παράληψιν τοῦ βοηθήματος πάρεστι, τῶν δὲ κωλυόντων οὐδὲν ἐστι.

Sunt autem opportuna tempora, quibus ea, quae auxilii adminiſtrationem poſtulant, adſunt, nihil autem eorum adeſt, quod impedit. GALEN. *De Optima Secta.*

Τοὺς καιροὺς τῆς προσαγωγῆς τῶν βοηθημάτων τηρητέον.

Tempora applicationis auxiliorum ſunt ſeruanda. GAL. Ib.

b) Ἐν καιρῷ καὶ ψυχρὸν ὕδωρ πολλάκις ὠφελεῖ.

In tempore et frigida ſaepe iuuat. GALEN. *Meth. Med.* I.

c) Διὰ τὴν ἀκαιρίαν τῆς χρήσεως, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελοῦσι, ἀλλὰ καὶ προσβλάπτουσι.

Propter intempeſtiuitatem vſus, non tantum nihil iuuant, ſed etiam inſuper laedunt. GAL. Ib. III.

enim in expeditionis celeritate maxima ad curandos morbos efficacia ponitur [d]), et, *quo celerius tempeſtates corripiunt, eo maturius auxilium, etiam cum aliqua temeritate, capiendum eſt* [e]); ſatius tamen quandoque putandum, tempus inſumi laboribus, quos nimia feſtinatio corrumperet [f]). Eſt enim quaedam eorum, quae intra morbos perfici a medico debent, ſeries et negotiorum ſucceſſio. Ab inuaſione ſaepe magni morbi minima re opprimuntur [g]). Valentior etiam medicatio principiis morborum,

d) Τὸν παρόντα καιρὸν οὐκ ἀφετέον. καὶ γὰρ αἰσχρὸν, παρόντι μὲν μὴ χρῆσθαι, παρελθόντος δὲ αὐτοῦ μεμνῆσθαι.

Praeſens tempus non praetermittendum; Nam turpe, praeſente haud vti, et praeteriti meminiſſe. ISOCR. *Paneg.* p. 174.

Ἐν ᾧ ἄν τις ὠφελήσει, ἐν καιρῷ ὠφέλησεν.

Si quis aliqua re prodeſſe cupit, tempeſtiue iuuet. HIPP. *De Victus Ratione.*

Τέχνης μὲν πάσης ἀλλότριον ἀναβολὴ, ἰητρικῆς δὲ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις.

Ab omni quidem arte aliena eſt dilatio, a medica autem prorſus, in qua animae periculum productio. HIPP. *Ep. ad* CRATEVAM, p. 930. T. II.

e) CELS. *De Re Medica* II.

f) Ἐν πλείονι χρόνῳ θεραπεῦσαι βέλτιον, ἢ τοὺς σπεύδοντας ἀνδρείως ἀποθανεῖν.

Longius tempus curae impendere, melius, quam celerius progreſſos, maſcule occidere. GAL. *Method. Med.* XII. 1. p. 275. T. X.

Ἄκεσις χρόνῳ.

Medicatio tempore fit. HIPP. *Praecept.*

g) Τὰ αἴτια, ὅταν μὲν ἤδη πως ἢ κατὰ τὸ σῶμα, μικρὰ τ' ἔτι καὶ ἀρχόμενα, κωλύειν αὐτὰ δεῖ μείζω γενέσθαι, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ προφυλακή.

Cauſas, quando paullo ante inductae corpori, vel cum adhuc paruae ſunt et incipiunt, impedire, ne fiant maiores, oportet: Haec eſt prophylaxis. GAL. *Meth. Med.* XIII. 2. p. 295.

Κωλυέτω κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νόσημα, ὡς μηδὲ δυσίατον ἢ ἀνίατον, αὐξηθὲν, γενέσθαι.

Impe-

borum, cum vires ſuppetunt, eſt conuenientior [h]. Quamuis autem res ita ſeſe habeat, quo prope ad morborum principia paullo confidentius agere medicus poſſit, ſpe fretus, fore, vt recens paruumque malum generoſo conſilio in ipſis natalibus opprimatur [i]; non tamen lex iſta inducere vllum debet, vt vehementius irruat, et cauſſas vrgeat, cum morbus duci velit [k], non inſtigari [l]. Multo minus illo, quod in morbo ſummum dicitur, tempore, mouendum quid eſt impetuoſius, aut innouandum, ſed, ſi vllibi expectatione quid efficitur, tunc, cum ſumma naturae contentio adeſt, modeſta morbi ad finem ſuum conductio temerario conſilio quouis plus eſt [m]. Scilicet in omnibus negotiis, ſanitatis

Impediat medicus, prope ad natales, morbum, ne vel curatu difficilis, vel inſanabilis, auctus fiat. GAL. Ib. VIII.

h) *Κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων ἡ δύναμις ἐ καθήρηται, καὶ διὰ τἕτο ἐκ ἐμποδίζει τὴν τῶν βοηθημάτων παράληψιν.*

Iuxta principia morborum vis vitae nondum ablata eſt, et propterea medicamenti vſum haud impedit. GAL. *De Optima Secta.*

i) *Ἰώμεθα τὸ ἤδη γεγονὸς, κἂν ὀλίγον ᾖ.*

Curamus recens malum tunc, cum paruum adhuc eſt GAL. *Meth. Med.* VIII.

k) *Κατ᾽ ἀρχὰς μετρίως καὶ πραέως ἄγειν.*

Ad principia moderate et manſuete ducere. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

l) *Τὰ ἐκκρινόμενα δι᾽ ἐρεθισμὸν ἄκαιρον ἢ πλημμελῆ κίνησιν ἐπεγάρονται τὴν δύναμιν, ἢ δι᾽ ἀναςόμωσιν, ἢ ῥῆξιν, ἢ διάβρωσιν ὀργάνε τινός.*

Excreta, inſtigatione intempeſtiua, aut copioſiore euacuatione, irritant vim vitae, aut apertis vaſorum oſculis, aut ruptione, aut eroſione alicuius viſceris. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* III. 3. p. 89. T. VII.

m) *Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα, ἀρτίως μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐᾷν.*

Humo-

tis reſtituendae cauſſa ſuſceptis, motuum ſpontaneorum legibus ſeſe accommodare medentes debent, ne ſeſe ingerant, et praepoſtera ſedulitate ſolicitent, quod expectare ſatius fuerat [n]). Quamuis enim ruſtica illa expectatione, qua otioſum euentus in morbis ſpectatorem medicus ſeſe gerit, nihil ſit indecentius [o]); nocent tamen ſemper arbitraria tentamina. Natura morbos ſanat [p]), illa ſcilicet vitae vis [q]), quae, datis ſibi a creatore facultatibus vſa, adiuta tamen medico, legum vitalium gnaro [r]), cauſ-
ſas

Humores iudicandi, vel iudicati vehementius non mouendi, nec innouandum quidpiam, nec pharmacis, nec aliis inſtigationibus, ſed relinquendi. HIPP. *Aph.* Sect. 1. 20. p. 71. T. I.

n) Τὰ αὐτόματα ὠφελέει.
Quae ſponte fiunt, iuuant. HIPP. *De Humor.*

o) Μὴ τὸ αὐτόματον παραμένειν.
Spontaneum haud expectandum. GALEN. *De Optima Secta.*

p) Νούσων φύσιες ἰητροί.
Morborum, naturae, medicae. HIPPOCR. *Epid.* VI. Sect. 5. p. 809. T. I.

q) Φύσις, πᾶσα δύναμις διοικοῦσα τὸ σῶμα.
Natura eſt omnis vis corpus inhabitans. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* II.

r) Ἡ δύναμις ἀντιτέτακται τῇ νόσῳ, καθάπερ τις ἀνταγωνιστής, καὶ πρόκειταί γε τῷ ἰατρῷ βοηθεῖν ταύτῃ καὶ συναγωνίζεσθαι τρόπῳ παντί.
Vis vitae opponitur morbo, veluti aliquis antagoniſta, et conuenit medico illam iuuare, et cum eadem commilitare omni modo. GAL. *Meth. Med.* XI. 3. p. 249. T. X.
Βούλεται μὲν ἡ φύσις τὸ λυποῦν ἀπώσασθαι, μὴ δυναμένη δὲ ἐπιθῆναι τῷ ἔργῳ τὸ τέλος ὑπ' ἀῤῥωστίας, ἡμῶν βοηθῶν δεῖται.
Vult quidem natura, quod affligit, depellere, non autem valens imponere operi finem propter infirmitatem, auxilio noſtro indiget. GALEN. *De Venae Sectione.*

ſas morborum mutat aut expellit [s]). Huius actiones prouida imitatione ſapienter adſequitur miniſter eius [t]), qui in conſiliis, cuique homini accommodandis, et ſecundum vniuscuiusque idioſyncraſiam attemperandis, illis ſcilicet indicationibus, quae *κατ' ἄνθρωπον* dicuntur, agendi normam ab ipſo ſaepe aegroto [u]) accipit, et, ſi quae illi, vti quotidie fieri ſolet, noua accidunt, a receptis morbi moribus aliena, in ſuos vſus conuertit, ſi opportuna fuerint. Haec eſt illa *fortuna*, cui aliquid largiendum eſſe GALENVS [x]) imperat. Sunt tamen certi fines

s) Πειρᾶται ἀεὶ ἡ φύσις, ἑαυταῖς χρωμένη δυνάμεσι, ὁμοιοῦν τοῖς τρεφομένοις ὅσον ἂν ἐγχωρεῖ γενέσθαι χρηστὸν, ἐκκρίνειν δὲ τὸ μὴ τοιοῦτον.

Tentat ſemper natura, propriis vſa viribus, *aſſimilare* nutriendis, quidquid ita comparatum eſt, vt vtile eſſe poſſit; *expellere* autem, quod ita non eſt. GAL. *De Different. Febr.*

t) Μιμητὴν εἶναι (χρὴ) τὸν ἰατρὸν οὐ τῆς φύσεως μόνον, ἀλλὰ κἀκείνων, ὅσα αὐτόματα ὠφελεῖ.

Imitatorem eſſe oportet medicum non naturae tantum, ſed et eorum, quae ſponte euenientia proſunt. GAL. *Method. Med.* IV.

u) Αὐτὸς ὁ κάμνων ἡμᾶς διδάξει τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐμπείρως ἔχων.

Ipſe aegrotans nos docebit, ſuae ipſius naturae conſcius. GAL. lb. X.

x) Φύσις καὶ τέχνη, καὶ τύχη, πρότερα τῶν βοηθημάτων ἐστὶν ὑγείας αἴτια.

Natura, et ars, et fortuna, primariae ſunt auxiliorum ad ſanitatem cauſſae. GALEN. Ib. XI. 1. p. 248. T. X. *)

*) Multa apud veteres et recentiores proſtant teſtimonia, vnde pateat, quantum in medicina acceptum referendum ſit fortunae. Cf. ſi placet, HIPP. *L. De Arte*, §. 5. p. 3. ſeq. et *L. De Loc. in Hom.* §. 58. p. 399. T. I. ed. *Lind.* et noſtram Diſſ. *De Fortuna et Prudent. med.* Jen. 1776. Prudentis medici eſt, hac ita vti, vt cedat in commodum aegri et gloriam ſui. Neglectus eius haud raro fecit infelices medicos, etiamſi doctiſſimos. *G.*

fines et indicationes communes, qui ad omnes homines, eodem morbo oppreſſos, pertinent, in conceptibus quibusdam generalioribus ponuntur, et indolem ſuam in oppoſitione aduerſus cauſſas, ſeu contrarietatibus conſtitutam habent [y]. Hae ſunt iſtae *regulae practicae*, a quibus cogitandi intra morbos principium capitur [z]), quorum exempla ex antiquae medicinae theſauris depromam.

Quidquid ſui copia nocet, euacuetur; quod defectu ſui morbum facit, ſuppleatur. Tenuis homo implere ſeſe debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens ſiccare, ſiccus madefacere [a]. *Si quid ex his mixtum eſt, mixta conſi-*

y) Τὰ δ' ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα.

Contraria contrariorum ſunt medicamenta. GAL. *De Sectis.*

Τὰ ἀντικείμενα ἀλλήλων ὑπάρχει ἰάματα. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἡ κένωσις ἰᾶται, τὴν δὲ ἔνδειαν αἱ τροφαὶ, καὶ ὅλως μὲν, τὸ ὑπερβάλλον ἡ ἀφαίρεσις, τὸ δὲ ἐλλεῖπον, ἡ πρόσθεσις.

Oppoſita ſunt medicamenta inuicem; Nam plenitudinem euacuatio curat, indigentiam nutritio, et in genere, abundantiam ablatio, defectum appoſitio. GAL. *Meth. Med.* XIV.

Ἰᾶσθαι χρὴ διὰ τῶν ἐναντίων, τὴν πύκνωσιν τοῖς ἀραιοῦσι, τὴν δὲ πίλησιν τοῖς χέουσι, τὸ δὲ πλῆθος τοῖς κενοῦσι.

Mederi oportet per contraria, infarctum rarefacientibus, lentorem diluentibus, copiam euacuantibus. GAL. Ib. XI. 1. p. 248.

z) Τὰ εἰς τὴν ἰατρικὴν τέχνην παραγγέλματα, δι' ὧν ἐστὶν εἶναι τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς σκεπτέον.

Artis medicae praecepta, per quae licet arti conuenienter ſeſe gerere, a principio ſunt perſpicienda. HIPP. *De Medico*, §. 2. p. 45. T. I.

a) CELSVS *De Re Medica* I. 3. p. 28.

Τὸ ὑπερβαρῦν καθαίρειν.

Quod grauat, purgandum. GAL. *De Conſtitut. Medicinae.*

Πληροῦν τὰ κεκενωμένα.

Vacua replenda. GAL. Ib.

Ὀξύ-

conſilia poſtulat b). *Si quid educitur, conueniente organo, et illo, quod natura vult, debitoque tempore educatur* c), *aut ab illegitimo colatorio ad decens ablegetur* d). *Humores errantes e diuerticulis ad viam duci fas eſt* e). *Quod male mixtum eſt, conuertatur;*

Ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νοσήματα, κένωσις ἰῆται· ὁκόσα δ' ἀπὸ κενώσεως γίνεται νοσήματα, πλησμονὴ ἰῆται· ὁκόσα δ' ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται· ὁκόσα δ' ἀργίη νοσήματα τίκτει, ταλαιπωρίη ἰῆται.

Quoscunque morbos plenitudo parit, euacuatio ſanat; qui a vacuitate fiunt morbi, repletio ſanat; qui a laboribus fiunt, quies ſanat; quos autem morbos quies parit, labor ſanat. HIPP. *De Natura Hominis.*

Εἰ μὲν γὰρ ἔψυκται, θερμαντέον· εἰ δ' ὕγρανται, ξηραντέον· εἰ ἀμέτρως τεθέρμανται, ψυκτέον· εἰ δ' ἐξήρανται, ὑγραντέον. οὗτοι μὲν ἁπλοῖ τρόποι τῆς ἰάσεως.

Si quid refrigeratum eſt, calefaciendum; Si humectatum, deſiccandum; Si immoderate calefactum, refrigerandum; Si deſiccatum, humectandum. Hi ſunt ſimplices conceptus curationis. GAL. *Meth. Med.* II. 7. p. 43. T. X.

b) Τὴν θερμὴν δυσκρασίαν ψυκτέον ἐστὶ, τὴν δὲ ψυχρὰν θερμαντέον. οὕτω δὲ καὶ μὲν τὴν ὑγρὰν ξηραντέον, τὴν δὲ ξηρὰν ὑγραντέον. εἰ δὲ κατὰ συζυγίαν τινὰ εἴη γεγεννημένη, μιγνύειν ἀμφοτέρους τοὺς σκοπούς.

Calida intemperies frigefacienda eſt, frigida calefacienda. Sic humida deſiccanda, ſicca humectanda: Si autem ex combinatione quaedam orta eſt, miſcendi erunt diuerſi fines. GAL. Ib. VII. 10. p. 172.

c) Τὸ μὲν λεπτὸν ῥεῦμα παχύνειν, τὸ δὲ πολὺ κενοῦν, τὴν δὲ ὁρμὴν τῆς φύσεως, ἣν ἐν καιρῷ γένηται, δέχεσθαι.

Quod nimium eſt, euacuetur, et impetus naturae, ſi in tempore fiat, pro agendi norma accipiatur. GAL. *De Sectis.*

d) Παροχετεύειν, ὅταν χυμός τις, δεόμενος κενώσεως, μὴ καθ' ὃ δεῖ χωρίον ὁρμήσει.

Deriuandum, ſi humor aliquis euacuationis indigus per illud, quo oportet, colatorium haud defluat. GALEN. *Comm. II. in Epid. VI.* HIPPOCR.

e) Ἀντισπᾶν τοὺς κακῶς ἐπί τι μόριον ὁρμήσαντας χυμούς.

Reuellendi ſunt, qui male ad aliquam partem delati ſunt, humores. GAL. L. cit.

tur f); *quod tenue eſt, inſpiſſetur* g); *quod ſpiſſum, incidatur et extenuetur* h); *quod ſubſtitit, moueatur* i); *quod fluxu morbum facit, coërceatur* k); *quod laxum, ſtringatur; quod ſtrictum eſt, laxetur.*

f) Αἱ ἀλλοιώσεις διὰ τῶν ἐναντίων.

Conuerſiones fiant per contraria GAL. *Conſtit. Med.*

Σκοπὸς τῆς ἰάσεως διττὸς, ἀλλοίωσίς τε καὶ κένωσις.

Fines curationis duo, *alterare* et *euacuare*. GAL. *Ars Medica.*

g) Τὸ λεπτὸν παχύνειν.

Quod tenue, incraſſandum. GAL. *De Sectis.*

h) Τὰ πεπυκνυμένα πρὸς τἀναντίον ἐπιστρέφειν.

Craſſa in contrarium conuertenda GALEN. *Conſtit. Med.*

Ἐκφράττειν τὰς στενὰς διεξόδους, ἀπορρίπτειν τὸ προσπλαττόμενον γλίσχρον ἐκ τῶν χυμῶν τοῖς ἀγγείοις, τέμνειν δὲ καὶ λεπτύνειν τὰ παχέα τῶν ὑγρῶν.

Ab infarctu liberandae ſunt anguſtae viae, et defaecandae ſunt a glutinoſo, de humoribus ad minima vaſa compulſo; Incidenda et attenuanda ſunt, quae ſpiſſa in humoribus GAL. Ib.

i) Τὰς ἐμφράξεις ἐκφράττειν.

Infarctus extricare GAL. Ib.

Χαλᾶν τὰ πεπιλημένα καὶ ἀραιοῦν τὰ πεπυκνυμένα.

Laxare oppleta et attenuare craſſa GALEN. *Meth. Med.* XI.

Στενοῦνται καὶ ἀνευρύνονται παρὰ τὴν κατὰ φύσιν συμμετρίαν ἐνίοτε μὲν ἀγγείων τινῶν ἢ μορίων αἰσθητὰ στόμια, πολλάκις δὲ λόγῳ θεωρητὰ, κατά τε τὸ δέρμα κἂν τῷ βάθει, καὶ χρὴ τὰ μὲν πεπυκνυμένα διοίγειν καὶ ἀραιοῦν, μετρίως ἐκθερμαίνοντας, τὰ δὲ ἀναπεπταμένα συνάγειν, στύφοντά τε καὶ ψύχοντα.

Anguſtantur et viciſſim dilatantur praeter naturalem menſuram, mox vaſorum quorundam aut partium oſcula ſenſibus obuia, mox ſaltim ea, quae *ratione* contemplari poſſumus, tam in cutis ſuperficie, quam in profundo, et oportet obſtructa aperire et rareface-re, leuiter aeſtum augendo; aperta autem contrahere, ſtringendo et refrigerando. GALEN. *Comm. II. in VI. Epid.* HIPP.

k) Τὰς ἀναστομώσεις συνάγειν.

Aperta vaſorum oſcula ſunt contrahenda. GALEN. *Conſt. Med.*

tur [l]). *Sicca humectentur* [m]), *humida deſiccentur* [n]). *Concreta vaſorum oſcula aperiantur* [o]). *Soluta et laxa compingantur* [p]). *Quae corrupta ſunt et aliena, aut ſuperflua, auferantur* [q]). *Quae exciderunt, in ſedem compellantur* [r]). *Quod diuiſum eſt, vnia-*

l) Χαλᾷν τὰ ϛεγνὰ, ϛέλλειν τὰ ῥοώδη.
Laxanda ſunt anguſta, contrahenda laxa. GALEN. *Introductio* ſeu *Medicus*.

m) Ξηρότης δεομένη ὑγράνσεως.
Siccitas indiget humectatione. GALEN. *Method. Med.* VII.
Νοτίδα χρηϛὴν ἐνθᾶναι τοῖς ϛερεοῖς τῦ ζώυ μέρεσι.
Vaporem ſubtilem optimum indere ſolidis corporis partibus GAL. Ib X.
Ὅσα ἐν τῷ τετραχύνθαι παρὰ φύσιν ἔχει, τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἀντεισακτέον λειότητα.
Quaecunque ſeſe eo, quod aſpera ſint, praeter naturam habent, illis ea, qualis ſecundum naturam eſſe debet, inducenda eſt laeuitas. GAL. *Ars Medica*.

n) Ὅσα τῷ λεῖα γενέσθαι παρὰ φύσιν ἔχει, τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἀντεισακτέον τραχύτητα.
Quaecunque eo, quod laeuia ſint, ſeſe praeter naturam habent, illis ea, quae ſecundum naturam eſſe debet, inducenda eſt aſperitas. GAL. Ib.

o) Ἀνεῖναι καὶ χαλᾶσαι καὶ ἀνευρῦναι συνιϛηκότας πόρȣς, ὅπερ ἡ τῶν εὐκράτων ὑδάτων ἐργάζεται ποιότης.
Remittere, relaxare et aperire contractos poros, id quod aquarum bene mixtarum efficit qualitas. GAL. *Meth. Med.* VII.

p) Ξυντάνοντα λύειν καὶ τὰ λελυμένα ξυντάνειν.
Cohaerentia (praeter naturam) ſoluere, ſoluta combinare. HIPP. *De Natura Hom.*

q) Τὸ διεφθαρμένον, ἀλλότριον, ἐνδείκνυται τὴν ἄρσιν.
Corruptum, alienum, indicat ablationem. GALEN. *Meth. Med.* IX.
Ἀνελεῖν τὸ περιττόν.
Illud, quod ſuperfluum eſt, auferre. GAL. Ib. III.

r) Μεταθεῖναι εἰς τὴν οἰκείαν χώρην τὸ ὑπαλλαχός.
In propriam ſedem compellere, quod receſſit. GALEN. Ib.

vniatur et glutinetur [s]). *Quod tumidum eſt, indito partibus robore, diſcutiatur* [t]).

Ineſt ſua eiusmodi conſiliis generalius conceptis virtus. Quamuis enim illis ſaltim fines, verſus quos proſpicimus, deſcribantur, et longe adhuc ab auxilii quaeſiti inuentione abſit, qui iſta καθ' ὅλου dicta haud ignorat; habent tamen indicationes communes illud facultatis, vt proceſſum mentis, quem cogitando illa ſeruat, forment atque inchoent, quo denique, facta ex propoſitionibus iſtis curioſius elaboratis atque perfectis ad aegroti ſingulares conditiones ſubſumptione, ad id, quod factu opus eſt, concludatur.

Ἐν τοῖς κατὰ διάπλασιν (νοσήμασι), εἰς τὰ κατὰ φύσιν ἐπαναγαγεῖν σχήματα.

In morbis a ſitu laeſo, formae ſecundum naturam reddendae ſunt. GAL. *De Conſtit. Med.*

s) Ἐν τῷ τὴν ἕνωσιν λελύσθαι, κόλλησιν ἐργάζεσθαι τῶν κεχωρισμένων.

Tunc, quando vnio laeſa eſt, glutinatio ſeparatarum partium procuranda. GAL. Ib.

Κατάξαντα χρὴ διαπλάττειν αὖθις ὀρθῶς, εἶτα πωρεῖν.

Fracta oportet recte iterum componere, deinde callum inducere. GAL. *Ars Medica.*

Ἡ τῆς συνεχείας λύσις, ἑνώσεως, ἡ δὲ τῆς οὐσίας ἀπώλεια, γενέσεως χρήζει.

Continui laeſio, vnionis, ſubſtantiae iactura, reſtaurationis deperditi indiget. GAL. Ib.

t) Τῶν σωμάτων αὐτῶν εἰς ὄγκον τινὰ ἀρθέντων, ἀποκλείεσθαί τε καὶ στενοχωρεῖσθαι τοὺς πόρους συμβαίνει.

Corporibus, in tumorem aliquem elatis, conſtringi compingique poros oportet. GAL. *De Diff. Morb.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXI.
QVO
INDICATIO MVTANS FLVIDA
SISTITVR.

§. I.
INDICATIO EXPERIMENTALIS HAVD CONTEMNENDA.

Cum varius eſt medicamenta inueniendi modus [a]), tum ille ad artem plurimum confert, quo vel *vſu*, vel *rationibus* auxilia diſcuntur. Quamuis enim concluſiones, ex obſeruatis factas, GALENVS [b]) damnet, nec nomine quidem indicationis legitimae dignas aeſtimet, quam oporteat per pronam aliquam ex antecedentibus ſequelam perfici, ſeruile etiam ſit et illiberale, pharmacis vti, nullo ſcientiarum apparatu acquiſitis, caſu oblatis, vel a maioribus traditis, et dubia omnino fiducia applicatis; non tamen deſpicienda omnino ſunt ſalutis conſequen-

a) Conferantur Παλαιολογίας Therapiae Spec. XIX. *De Indicatione formanda*, et XX. *De Indicationibus communibus*.

b) Τὴν οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας ἔνδειξιν λέγομεν. εὑρίσκεται μὲν γὰρ κἀκ τῆς πείρης τὸ ἀκόλουθον, ἀλλ᾽ οὐκ ἐμφαινόμενον τῷ ἡγουμένῳ.

Conſequentiae veluti effectum appellamus INDICATIONEM; inuenitur quidem et ex compertis conſequens, ſed ab antecedente haud illuſtratum. GALEN. *Meth. Med.* II. 7. p. 43. T. X

ſequendae praeſidia, quae ante rationem experientia, propria vel aliena, ſubminiſtrantur, ſi illam ſolicita caſuum ſimilium comparatio, quam *analogiam* vocant, ſuſtinet atque fulcit. Haec eſt illa *Indicatio ſpecifica, quae tollit cauſſam morbi, ſimpliciter applicando tale quid, quod quis ſolo vſu valere nouit* c). Huius cauſſam perorat CELSVS d): *Multis verba ſupereſſe, deeſſe medendi ſcientiam. — Saepe cauſſas patere, neque ex his patere medicinam. — A certis et exploratis petendum eſſe praeſidium, id eſt, his, quae experientia in ipſis curationibus docuerit, ſicut in omnibus ceteris artibus: Nam ne agricolam quidem aut gubernatorem diſputatione, ſed vſu fieri. — Non a quaeſtionibus deductam eſſe medicinam, ſed ab experimentis. — Repertis iam remediis, homines de rationibus eorum diſſerere coepiſſe. — quia non interſit, quid morbum faciat, ſed quid tollat: Morbos non eloquentia, ſed remediis curari.*

§. II.

INDICATIO DOGMATICA PRAESTANTIOR.

Quamuis autem ab eo, quod iuuit nocuitue, ad inuenienda remedia prona via ſit, neminemque indicationibus empiricis debitam laudem derogare oporteat, *ſi diligentes homines notant, quod plerumque melius reſpondet, deinde aegrotantibus praecipiunt, tententurque remedia ſimilia illis, quae vicino malo ſaepe ſuccurrerunt* e); ſecurius tamen in tanto, quod ad vitam hominis attinet, negotio, eſt, certis ſtabilitisque principiis f) innixum, vel inuenire reme-

c) BOERHAAVE Inſtit Aph. §. 1154.
d) CELSVS *De Re Medica* Lib. I. Praef. p. 8. ſeq.
e) CELSVS ibid.
f) Λογικῶς ἐπισκέψασθαι.

Iuxta

remedia noua, ſaepe plebeia ac domeſtica, vel ex cognitis praeſtantius, vti aegri morbique conditio id ſecum adfert, ſeligere hinc prudenter ac circumſpecte applicare. Recte igitur, *qui rationalem medicinam profitentur, haud poſſe credunt eum ſcire, quomodo morbos curare conueniat, qui, vnde hi ſint, ignoret* [g]). Nihil ſane, niſi conuictio et euidentia ſubſcribit, valere apud bonum virum poteſt auctoritas [h]). Argumenta valent, veluti illa magno ſtudio conquiſita ſunt, vt conſtet, quid effici par ſit, quo cauſſa morbi circumcidatur, mutetur, prorſusque auferatur. Nil quidquam in arduis eiusmodi rebus temerario aliquo auſu ſuſcipiendum eſt, nec per peccata diſcendum, ſed maturo vbique iudicio via quaerenda eſt, qua per cognitas ſententias ad incognita et quaeſita ſalutis conſilia deueniri poſſit [i]).

 §. III.

Iuxta rationem diſpiciendum. GALEN. *De Different. Morbor.* I.

g) CELSVS ibid. p. 4.

h) *Φίλος μὲν ὁ Πλάτων, φίλη δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια.*

Amicus quidem PLATO, amica tamen et veritas. ALEXAND. TRALL. V. 4. p. 245. ed. Baſil. 1556.

i) *Ὀυδενὸς οὖν, εἰκῆ, οὐδ' ὡς ἔτυχε γινομένου, ἐπὶ τοῖς κατὰ φύσιν ἐνεργουμένοις πράγμασι, οὐ δίκαιον, ἀγνοουμένων τῶν λόγων, ἐφ' οἷς δὴ ταῦτα γίνεται, δι' ἁμαρτίας δή τινας καὶ ἀκαιρίας καταιτιᾶσθαι τῶν γενομένων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐγνωσμένων κἀπὶ τὰ μὴ ἐγνωσμένα χωρεῖν, καὶ τὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι συζήτησιν.*

Non aequum eſt, temere ignoratis rationibus, iuxta quas res fiunt, per peccata et intempeſtiuum vſum eorum, quae fiunt, cauſſas inducere, ſed a cognitis etiam ad haud cognita procedendum, et eorum examen inſtituendum. ACTVAR. *De Spirit. Anim. I.* Prooem. p. 7. ed. FISCH.

§. III.

DE INDICANTIVM INDOLE.

Quod indicat, indicando debet eſſe clarius [k]). *Petenda ſunt*, ait CELSVS [l]), *noua conſilia, non a latentibus rebus, (illae enim dubiae et incertae ſunt), ſed ab his, quae explorari poſſunt, id eſt, euidentibus cauſſis*, vti illae per ſigna haud ambigua ſeſe produnt. *Cuius enim rei haud eſt certa notitia, eius opinio certum reperire remedium haud poterit.* Non autem vbique ſperandum eſt, eam fore indicantium perſpicuitatem, vt clare videre medicus et manu prehendere veritatem poſſit, veluti in paruis morbis a manifeſta aliqua cauſſa ortis fieri ſolet, vt etiam illi aliquid percipiant, qui artem haud callent: Sed illud eſt ſapere, *id rationale eſt, inter multa ſimilia genera et morborum, et remediorum cogitare, quo potiſſimum medicamento ſit vtendum* [m]), et tunc quidem maxime conſilio opus eſt, ſi anceps inſtituti operis euentus vacillat [n]). At abhorrent hunc laborem empirici, noluntque tanto conſtare labore inueniendum auxilium [o]), hinc fortunam experiri, quam certi quidpiam reſciſcere malunt, nec, niſi *ſubin-*

k) *Τεκμαιρόμεθα τοῖς παροῦσιν τ' ἀφανές.*
Indicamus manifeſtis obſcura. EVRIPID. in *Oenomao.*

l) CELSVS ibid. p. 13. et 14.

m) CELSVS ibid p. 14.

n) *Βουλευόμεθα περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν καὶ δυναμένων γενέσθαι, καὶ ἀδήλως ἐχόντων τὸ τέλος, τουτέστι δι' ἡμῶν δυναμένων καὶ οὕτως καὶ ἄλλως γενέσθαι.*
Conſultamus de iis, quae in nobis ſunt poſita, et per nos fieri poſſunt, et exitum habent incertum, i e. quae ſic et aliter noſtra opera euenire poſſunt NEMESIVS *De Nat. Hom.* c. 34. p. 251. ed. Oxon.

o) *Μήτε γινώσκουσι τὴν ἀληθῆ θεωρίαν, αἰδοῦνταί τε νῦν ἄρξασθαι.*
Nec ſciunt veram theoriam: pudet autem, nunc incipere. GALEN. *Method. Med.* VIII.

ſubinde aliorum ſalute, aliorum interitu, pernicioſa diſcernunt a ſalutaribus p). Quo ſapientius agunt ſuaeque ſcientiae magis proſpiciunt fidi naturae miniſtri, ſi non euidentes tantum morborum conditiones perſpicere, inueniendi remedii cauſſa, contendunt, ſed etiam obſcuras ſectantur. Veluti autem omnis intelligendi facultas ab illis orditur conceptibus, qui ſenſibus patent, aut memoria ante perceptorum animo ſiſtuntur; ita etiam medicus ab illis, quae coram percipit, aut quorum retro actorum comminiſcitur, cogitandi et auxilium quaeſitum inueniendi opportunitatem accipit, deinde cauſſas rimatur abſconditas, ſi illarum ſcientiam ad indicationem neceſſariam eſſe perſpicit. Nocet enim haud raro alta ſapientia, dum manifeſta ſpernimus indicantia, et ea ſectamur, *quorum incomprehenſibilis natura eſt; Non poſſe vero comprehendi, patet ex eorum, qui de his diſputarunt, diſcordia, quum de iſta re nec inter ſapientiae profeſſores, neque inter ipſos medicos conueniat* q). Incipiat ergo medicus ſtatim a ſuo ad infirmum introitu, ſenſibus obuia quaeuis, *actionem aegri laeſam* r), *partis affectae conditionem* s), *ſenſum mali, veluti ille vel vbique eſt, vel alicubi*, cognoſcere. Haec prima indicationis materies, hoc generale eius argumentum eſto,

p) CELSVS ibid. p. 9.

q) CELSVS ibid. p. 8.

r) *Ἀναγκαῖον ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας ὀργάνου, ζητεῖν δ' ἐφεξῆς ὅς τις ὁ τρόπος αὐτῷ τῆς βλάβης ἐστίν.*

Neceſſum eſt incipere ab organo laeſae actionis, quaerere deinde, qualis illi laeſionis modus ſit. GAL. *De Locis Affect.* I.

s) *Ἀπὸ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας καὶ τοῦ πεπονθότος μορίου ἔνδειξις γίνεται.*

A laeſa actione et parte affecta, indicatio fit. GALENVS Ib.

eſto [t]), cum morbus ipſe, *quam actionis cuiuſuis* [u]) *ex organo vitiato labes* [x]), nihil quidquam ſit aliud. Ita GALENVS [y]) ſuam medendi rationem, niſi me omnia

t) Πρώτη μὲν ἔνδειξις ἀπὸ τῆς τοῦ πεπονθότος τόπου κράσεως ἐστί· Δευτέρα δὲ ἀπὸ τοῦ κοινὸν εἶναι τὸ ἔργον ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ἢ κοινὴν τὴν δύναμιν χορηγεῖν, καὶ τρίτη παρὰ τῆς διαπλάσεως αὐτοῦ, καὶ τετάρτη παρὰ τῆς θέσεως, ἧς μέρος ἐστὶν ἡ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τοῦ ζώου μόρια κοινωνία: καὶ πρὸς τούτοις ἅπασι τὸ τῆς αἰσθήσεως ποσόν.

Prima quidem indicatio ab affecti loci temperie eſt: *Altera* ab eo eſt, (*quod intelligatur*) rem omnibus corporis partibus communem eſſe, et communibus viribus agi oportere: *Tertia* a ſtructura, et *quarta* a ſitu, cuius pars eſt, cum vicinis communio, et ſuper haec omnia, etiam ſenſionis modus. GAL. *Method. Med.* VII. 13. p. 176. T. X.

u) Διαιροῦσι τὰς κατὰ τὸ ζῶον δυνάμεις, καὶ τὰς μὲν λέγουσι ψυχικάς, τὰς δὲ φυσικὰς καὶ τὰς δὲ ζωτικάς. καὶ ψυχικὰς μὲν τὰς κατὰ προαίρεσιν, φυσικὰς δὲ καὶ ζωτικὰς τὰς ἀπροαιρέτους. καὶ εἰσὶ ψυχικαὶ μὲν δύο, ἥ τε καθ᾿ ὁρμὴν κίνησις, καὶ αἴσθησις· φυσικαὶ δὲ καὶ ζωτικαὶ αἱ οὐκ ἐφ᾿ ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντων καὶ ἀκόντων γινόμεναι.

Diſtinguunt animalis actiones, et earum alias quidem appellant animales, alias naturales, alias vitales. Animales quidem, quae ſunt ex electione et conſilio; naturales et vitales illas, quae ſine arbitrio; et ſunt animales duae, et ad impetum motus, et ſenſus; naturales autem et vitales, quae non in noſtra poteſtate ſunt, ſed quae et volentibus et inuitis fiunt. NEMESIVS *De Natura Hom.* c. 26. p. 212.

x) Νόσος ἢ ἐνεργείας ἐστὶν ἢ κατασκευῆς τῶν ὀργάνων βλάβη.

Morbus aut actionis eſt, aut ſtructurae organorum labes GAL. *De Different. Morbor.* I.

y) Ἐζήτησα, τίνος τόπου πεπονθότος ἢ τίνος αὐτῷ συμπάσχοντος ἡ τῆς ἐνεργείας ἐγίνετο βλάβη, καὶ πάσας ἐμαυτὸν εὑρηκέναι τὸ μόριον, ἐφεξῆς ἐζήτησα τὴν διάθεσιν αὐτοῦ, κἀκ τούτων εὐθὺς ἀμφοτέρων ἔλαβον ἔνδειξιν ὅλου τοῦ τῆς θεραπείας γένους, εἴς τε τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποιὸν τῶν βοηθημάτων καὶ τὴν τῶν ἐπιτηδείων ὑλῶν εὕρεσιν, ἐπισκοπούμενος ἅμα τοῖσδε, τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν φύσιν τοῦ κάμνοντος, ὥραν τε καὶ χώραν.

Quae-

omnia fallunt, recte inſtruxit, et CELSVS [z]) ſubſcribit: *Neque enim*, ait, *cum dolor intus incidit, ſcire, quid doleat, eum, qui qua parte quoduis viſcus inteſtinumue ſit, haud cognouerit, neque curari id, quod aegrum eſt, poſſe ab eo, qui, quid ſit, ignoret, aptiusque extrinſecus imponi remedia, compertis interiorum ſedibus et figuris.* Oportet ſane medicum, cauſſas et ex his fluentia ſalutis conſilia rimantem, haud ignorare ſitum partium, earumque fabricam ac nexum et conſpirationem [a]), de quibus ex omni antiquitate multa excitari a me nunc poſſent, niſi, cum ex *natura ſolidi* haec ſint, *indicationi ſolida mutanti* quaedam relinquenda eſſe cenſerem. Poſt haec et alia conſiderari, quae ad cauſſas nondum attinent, oportet; *Quae ex pluribus afflictionibus alterius ſatelles ſit atque ſymptoma* [b]),

 quae

Quaeſiui, cuius partis affectae, aut cuius cum illa conſentientis actionis laeſio eſſet, cumque mihi perſuaſiſſem, inuentum eſſe locum, deinde quaeſiui eius diſpoſitionem, et ex his ſtatim duobus accepi indicationem totius curandi modi, quoad quantum et quale medicamentorum, hinc et neceſſarii apparatus inuentionem, conſiderans ſimul aetatem, et naturam infirmi, anni etiam tempus et regionem. GAL. *De Locis Affect.* III.

z) CELSVS Praef. L. I.

a) Ἐις τὴν ἐπιδέξιον χρῆσιν τῶν βοηθημάτων ἀναγκαῖον ἐπίϛαθαι τὴν ȣ̓σίαν ἀκριβῶς τȣ̃ θεραπευομένȣ μορίȣ καὶ τὴν διάπλασιν καὶ τὴν θέσιν.

Ad dexterrimum auxiliorum vſum, neceſſarium eſt, accurate ſubſtantiam curandae partis, et ſtructuram, et ſitum noſſe. GAL. *Conſtit. Artis.*

b) Τό σύμπτωμα προσαγορέυεται γενικῶς μὲν ἅπαν ὅτι περ ἂν συμβεβήκει τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν. καθ᾽ ἑτέραν δέ τινα καὶ οἷον ἰδικωτέραν ἔννοιαν, ἀφαιρεθέντων τῶν τε νοσημάτων καὶ τῶν αἰτίων, τὸ λοιπὸν πάντα τὰ παρὰ φύσιν ὀνομάζεται συμπτώματα.

SYMPTOMA quidem in genere appellatur omne, quidquid homini praeter naturam accidit; Alio tamen

et

quae caſu accedat c). Haec enim indicantia praeſtantiſſimas indicationes eliciunt, *medicamenta ſymptomatibus opponi haud debere, cum, ablato morbo, ceſſare illa ſponte oporteat* d), *reſpiciendum tamen ad illa tunc eſſe, ſi vrgent, nouisque de cauſſis exſurgunt* e). Ita etiam morborum tempora ſingularem medendi ordinem et remediorum ſelectum aliquem indicant f), tandemque propria hominis textura, aetas,

et veluti domeſtico magis ſenſu, ſi demas morbos et cauſſas, quae reliqua ſunt omnia praeter naturam, appellantur SYMPTOMATA. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* III. 1. p. 85. T. VII.

Ἐι συμπίπτοιεν τινὲς ταῖς νόσοις ἕτεραι διαθέσεις οἷον σκιαί τινες παρακολȣθȣ̃σαι, ταύτας ȣ̓ νοσήματα καλέσωμεν, ἀλλὰ συμπτώματα.

Si accidant quaedam morbis aliae diſpoſitiones, vmbrae inſtar ſequentes, has non morbos vocabimus, ſed SYMPTOMATA.

Τῇ πρωτοπαθείᾳ δευτεροπάθεια ἢ ὑςεροπάθεια ἀντίκειται.

Protopathiae deuteropathia aut hyſteropathia opponitur. GAL. *De Locis Affect.* I.

Τὸ νόσημα αἰτία τȣ̃ συμπτώματος.

Morbus cauſſa ſymptomatis. GALEN. *De Morb. Different.* I.

c) Συμπτώματα οἰκεῖά τε καὶ ἴδια καλείτω, τὰ δὲ μήτ᾽ οἰκεῖα, μήτ᾽ ἴδια, συμπίπτοντα κατά τινα τύχην.

SYMPTOMATA vocentur illa, quae domeſtica ſunt et propria; Quae autem nec domeſtica ſunt, nec propria, SYMPIPTONTA (accidentia caſu aliquo). GAL. *Meth. Med.* I. 8. p. 22. T. X.

d) Ἄχρηςα παντάπασιν ἐςὶ πρὸς θεραπείαν τὰ συμπτώματα, ἀναιρȣμένων γὰρ τῶν παθῶν συναναιρȣ̃ται καὶ τὰ συμπτώματα.

Inutilia omnino ad curam ſymptomata; Nam, ablatis morbis, ſimul auferuntur etiam ſymptomata. GAL. *De Optima Secta.*

e) Ὑπεναντιȣ̃σθαι τοῖς ἀπὸ τῶν αἰτιῶν ἐπιφερομένοις συμπτώμασι.

Obuiam eundum eſt, per ſuas cauſſas illatis ſymptomatis. GAL. Ib.

f) Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ μηδ᾽ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖςα ȣ̓κ ὀργᾷ.

Cocta

aetas, ſolum, annus, aliquid noui ad conſilia adferunt g). *Neque ignorari oportet*, ait CELSVS h), *quae ſit aegri natura, validi nerui, an infirmi, frequens aduerſa valetudo, an rara, eaque quum eſt, vehe-*

Cocta pharmacis pellenda ſunt, nec cruda mouenda, nec in principio, niſi turgeant. Plurima vero non turgent. HIPP. *Aphor.* Sect. I. 22. p. 71. T. I.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

In acutis morbis raro, nec niſi in principio, medicamentis heroicis vtendum, et illud maturo ante iudicio penſitantibus faciendum. HIPP. *Aphor.* Sect. I. 24. p. 72. Addit GALENVS:

Κίνδυνος οὐ μικρὸς ἐν ὀξεῖ νοσήματι κακῶς φαρμακεῦσαι.

Non paruum periculum, in acuto morbo intempeſtiue pharmacis vti.

Ὁκόταν φαρμακεύσεις, διαφυλάττειν τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι ἀλλὰ ληγόντων.

Si pharmaca daturus es, obſeruandae ſunt exacerbationes febrium, ne quidquam offeras, illis vel ſubſiſtentibus, vel futuris, ſed finientibus. HIPP. *De Victu Acutor.*

g) *Τοσαῦται διαφοραὶ πεφύκασιν αἵματος τὴν σύμμετρον ἐκπεφευγυῖαι κρᾶσιν, ἀνίενταί δὲ καὶ ἐπιτείνονται, ἡλικίαις τε καὶ ὥραις, καὶ διαίταις, καὶ τοῖς ἐπικρατήσασι χυμοῖς, καὶ τόποι τε καὶ ἔθη, καὶ μύρια ἕτερα τοῦτ' ἀλλοιοῦσι· πῶς οὐκ ἄν τις οἰηθῇ δικαίως, ὡς οὐ μόνον οὐ πᾶσι ταὐτὸ τυγχάνει τὸ αἷμα, ἀλλ' οὐδὲ δυοῖν ἐφεξῆς ἀνθρώποιν, ὅπου γε μηδὲ ταὐτὸν τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ τῷ ἀριθμῷ ἀνθρώπῳ παραμένει, ὑπὸ συχνῶν αἰτίων μεταβαλλόμενον.*

Tantae ſanguinis natae ſunt differentiae, quae aequalem effugiunt miſcelam, vt vel laxiora ſint corpora, vel ſtringantur, aetatibus, temporibus anni, victu, ſuccisque abinde exſuperantibus. Hinc loci, et mores, et mille alia aliquid mutant. Deberetne quis recte arbitrari, non tantum omnibus eundem ſanguinem haud contingere, ſed nec duobus abinde hominibus. Quare nec vnus omni homini conuenit, a frequentibus cauſſis mutato. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* I. 14. p. 43.

h) CELSVS Lib. I. Praef.

vehemens eſſe ſoleat, an leuis, breuis, an longa; quod is vitae genus ſit ſequutus, laborioſum, an quietum, cum luxu, an cum frugalitate; Ex his enim ſimilibusque ſaepe noua curandi ratio ducenda.

§. IV.

DE CAVSSA VT INDICANTE PROXIMO [i]).

Quando aliquid tempore aut ordine prius, conſiderari ſimul in cura morborum oportere diximus, non propterea aliquid antiquius magis neceſſarium et curae aegrotantium gerendae plus accommodatum illo, vt ad cauſſam reſpiciatur [k]), eſſe voluimus. Licet enim minimis morborum circumſtantiis aequanda ſint conſilia; cauſſis tamen opponenda illa ſunt quam maxime, cum ſimillimi, ſi faciem videas, morbi, quod diſpar cauſſa eſt, diſparem curationem poſtulent [l]). Quamuis autem cauſſarum quae-

i) Ἀπὸ τῶν αἰτίων τὰ ἐνδεικνύοντα.

A cauſſis indicantia.

k) Τὰ βοηθήματα ὑπεναντιοῦται οὐ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ τοῖς ποιοῦσιν.

Auxilia opponuntur non illis, quae facta ſunt, ſed illis, quae faciunt. GAL. *De Optima Sect.*

Κάλλιστον οὕτως ἐντρεπίζειν τὰ νοσεύμενα διὰ τῶν τὰς νόσους ποιεόντων.

Optimum, bene ordinare morbos ſecundum illa, quae fecerunt. HIPP. *De Locis in Homine.*

Τῶν αὐτῶν περιεστηκότων αἰτιῶν, ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἕπεσθαι.

Iisdem cauſſis praeſentibus, oportet eadem fieri. NEMESIVS *De Nat. Hominis* c. 35. p. 261.

Ἀιτίαν ἐκκόπτειν πρότερον, εἶτ' οὕτως ἥκειν ἐπὶ τὸ γεγονὸς ὑπ' αὐτοῦ νόσημα.

Cauſſa circumcidenda eſt prius, ſic accedendum ad morbum, qui abinde factus eſt. GAL. *Ars Medica.*

l) Ὅστις ἰᾶσθαι μέλλει, τὴν αἰτίαν ἐκκόπτειν προσήκει.

Qui curaturus eſt, cauſſam exſcindere conuenit. GAL. *Meth. Med.* II. 1. p. 28.

Περὶ

quaedam ſit copula m), ſeries et ordinata ſucceſſio; quarum nulla medentis perſpicaciam effugere debet, cum etiam *remotiores* illae, *προκαταρκτικαὶ* n), quibus abſentibus, morbus manet, ad indicationem ſaepe aliquid conferant o); ad *propiores* tamen, quas *συνοχὰς* et cum ipſo effectu coniunctas vocant, quan-

Περὶ τὴν διαφορὰν τῆς αἰτίας διαφόρε θεραπείας οἱ ἄνθρωποι δέονται.

Secundum differentias cauſſae, diuerſa cura homo indiget. GAL. *De Optima Secta.*

Αὐτῶν ὄντων παθῶν, διαφερόντων δὲ τῶν αἰτιῶν, ἐ τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρώμεθα.

Similibus exiſtentibus morbis, diuerſis autem cauſſis, non eadem curandi ratione vtimur. GAL. Ib.

m) *Συναίτιον ἐςὶν, ὃ σὺν ἑτέρων δύναμιν ἴσην ἔχον, ποιεῖ τὸ ἀποτέλεσμα.*

Cauſſa ſocia eſt, quae cum aliis aequalis virtutis, producit effectum. GAL. *Definition.* n. 159. pag. 251. T. II.

n) *Αἴτιον ἐςὶν, ὃ ποιεῖ τι ἐν τῷ σώματι· ἔςι δὲ τὸ μὲν προκαταρκτικὸν, τὸ δὲ συνεκτικὸν, τὸ δὲ προηγέμενον: Προκαταρκτικὸν μὲν ἐν ἐςιν, ὃ ποιῆσαν τὸ ἀποτέλεσμα κεχώριςαι, ὡς ὁ δακὼν κύων, καὶ ὁ πλήξας σκόρπιος, καὶ ἡ ἀπὸ τε ἡλίε ἔγκαυσις ἡ τὸν πυρετὸν ἐργαζομένη. Συνεκτικὸν δὲ, ὃ παρὸν παρεσαν μὲν φυλάττει τὴν νόσον, ἀναιρέμενον δὲ συναναιρεῖ, ὡς ὁ ἐν κύςει λίθος. Προηγέμενον αἰτιόν ἐςι τὸ ὑπὸ τε προκαταρκτικε ἤτοι κατασκευαζόμενον, ἢ συνεργέμενον, ἢ προηγέμενον τε συνεκτικε.*

Cauſſa eſt, quae aliquid in corpore producit. Eſt autem alia quidem REMOTA, alia CONTINENS, alia ANTECEDENS. REMOTA eſt, quae producto effectu cedit, vti mordens canis et pungens ſcorpius, et vſtio a ſole, quae febrem facit. CONTINENS autem, quae praeſens praeſentem morbum ſuſtinet; ablata autem ſimul aufert, vti in veſica calculus. ANTECEDENS cauſſa eſt, quae a remota vel comparatur, vel adiuuatur, continendemque antecedit. AVCTOR *Defin.* GAL. Ib.

o) *Τὰς ἀφορμὰς, ὁπόθεν ἤρξατο κάμνειν, σκεπτέον.*

Cauſſas, a quibus quis incepit aegrotare, conſiderandum. HIPP. *Epid.* II.

quandoquidem his demum ablatis [p]) vel correctis morbus ceſſat, aduertendus eſt animus, ſiue paullo magis ab effectu ſuo diſtent, quas *προηγȣμένας* et *antecedentes* [q]) appellant, ſiue ita coniunctae ſint, vt inter illas ipſamque actionis laeſionem nihil intercedat amplius, vtrasque vel introductas, vel ſponte intus genitas [r]). Ex omnibus his praeferendae omnino illae ad indicationem formandam ſunt, quas *propbaſes* [s]) appellare ſolent, cauſſae ſcilicet limato iudicio exquiſitae; manifeſtae, at ſincerae, ſiue nouae, ſiue ex antiquo aliquo morbo ſuperſtites fuerint [t]). Plus illae valent arbitrariis iſtis, curioſius ſaepe, quam verius excogitatis, quae in minimis corporum elementis conquiruntur, *cum in omnibus eius-*

p) *Ἔνλυτον πάθος ὃ ἐνθὺς ἅμα τῷ δράσαντι χωρισθέντι πέπαυται.*
Solui facile malum, quod ſtatim cum illo, quod facit, remoto quieſcit. GAL. *De Locis Affect.* I.

q) *Τὰς κατ' ἀυτὸ τὸ ζῶον διαθέσεις ἀιτίας ὀνομάζȣσι προηγȣμένας νοσημάτων, τὰ δ' ἔξωθεν προσπίπτοντα καὶ ἀλλοιȣ̃ντα καὶ μεταβάλλοντα μεγάλως τὸ σῶμα, προκατάρχοντά τε καὶ προκαταρκτικά.*
Ipſas in animali diſpoſitiones, cauſſas nominant morborum ANTECEDENTES; illas autem, quae foris accidunt, et corpus valde mutant et conuertunt, PRIMAS *et* REMOTAS. GAL. *De Cauſſ. Morb.*

r) *Ἐυμετάβλητον ἡμῶν τὸ σῶμα καὶ ῥαδίως ἀλλοιȣ́μενον, ȣ̓χ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν ἀιτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑαυτȣ̃.*
Mutabile corpus et facile conuertendum non ab externis tantum cauſſis, ſed etiam ex ſe ipſo. GAL. Ib.

s) *Φανερὰς ἀιτίας ὀνομάζει προφάσεις.*
Manifeſtas cauſſas HIPPOCRATES appellat PROPHASES (res in aprico poſitas). GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

t) *Πολλάκις ὑπὸ νοσήματος γίγνεται νόσημα.*
Saepe a morbo morbus fit GAL. *De Differ. Morb.* I.
Καθ' ἕτερον μὲν λόγον ἐςὶ νόσημα, καθ' ἕτερον δὲ ἀιτία νοσήματος.
Ex vna ratione morbus eſt, ex alia cauſſa morbi, GAL. ibid.

eiuſmodi cogitationibus in vtramque partem diſſeri poſſit [u]).

§. V.

DE INDICATIONE A MINIMIS IN HOMINE.

Haec autem licet ita ſeſe habeant, vt in definiendis corporum elementis clare admodum haud videamus, et arbitrariae ſint haud paucae, quae in iſta doctrina adoptantur, ſententiae; ratio tamen dictitat, ex minimis inter ſe copulatis [x]) et ſenſim in organa excreſcentibus conſtare hominem, cum mutationes, quas quotidie ſubimus, deperditi reſtauratio, et medicamentorum effectus, *vnum* in textura ſua ſibique ſimilem illum haud eſſe, clare doceant [y]). Proinde ſicubi cauſſae euidentes haud adſunt,

u) CELSVS *Lib. I. Praefat.* p. 10.

x) *Τὸ σμικρότατον ἐπαναφέρει πρὸς τὴν ὁμοεθνίην, ἕκαστον πρὸς τὴν ἑαυτȣ̃.*

Minimum accedit pro ſua ſimilitudine, vnum quodque ad ſui ſimile. HIPP. *De Locis in Homine.*

y) *Πρὸς τȣ̀ς ἓν μόνον λέγοντας ἐ͂ιναι στοιχεῖον, ἀρκέσει τὰ περὶ Ἱπποκράτȣς εἰρημένα: Ἐι ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, ȣ̓δέποτε ἂν ἀλγήσειεν: ȣ̓δὲ γὰρ ἂν ἦν, ἐφ' ȣ̃ ἀλγήσειεν ἓν ἐὸν, εἰ δὲ καὶ ἤλγεεν, ἓν ἂν ἦν τὸ ἰώμενον. Δεῖ γὰρ τὸ μέλλον ἀλγεῖν ἐν μεταβολῇ γενέσθαι μετ' αἰσθήσεως: ἐι δὲ ἓν μόνον ᾖ τὸ στοιχεῖον, ȣ̓κ ἦν, εἰς ὃ μεταβληθείη* cet.

Illis, qui vnum ſaltim elementum eſſe dicunt, ſufficiant ab HIPPOCRATE dicta: Si vnum eſſet homo, non doleret, neque eſſet, quo doleret; *vnum* ſi foret, et ſi etiam doleret, vnum ſaltim eſſet, quod medetur. Oportet enim, quod dolere debet, in mutatione aliqua cum ſenſu conſiſtere; Si autem vnum eſſet elementum, non eſſet, in quod conuerti poſſet. NEMESIVS *De Natura Hominis* Cap. 5. p. 131. HIPPOCRATEM excitans. Sed HIPPOCRATES L. *De Nat. Hom.* §. 2. p. 265. T. I. aliter habet:

Ἐι ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, ȣ̓δέποτ' ἂν ἤλγεεν, ȣ̓δὲ γὰρ ἦν ὑπὸ τȣ̃ ἀλγήσειεν, ἓν ἐὸν· εἰ ȣ̃ν καὶ ἀλγήσει, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν ἐ͂ιναι, νυνὶ δὲ πολλά.

Si

ſunt, inque partibus ſenſui patentibus haud reperiuntur, oportet ſane ad minima procedere medicum [z]), inque iſtis latibulis hoſtem quam ſagaciſſime indagare. Nec ſane in vlla, quae organi cuiusdam actionem impedit [a]), inueſtiganda cauſſa progredi cum ſucceſſu poterimus, niſi ad elementa, quae illud faciunt, deſcendere velimus [b]). Ita enim comparata ſunt iſta minima, quae ὁμοιομερέα et *ſimilaria* [c]) appellantur, vt conuerti [d]) patique quidquam poſſint, proinde etiam *morbos* quosdam *ſimpliciores*, qui magis compoſitorum veluti elementa ſunt;

Si vnum eſſet homo, nunquam doleret; Non enim eſſet, a quo doleret, vnum ſi foret, et ſi etiam doleret, opus eſſet, et id, quod medetur, vnum eſſe: Nunc autem multa ſunt. *)

*) Incredibilis eſt huius loci apud auctores diſcrepantia. Omnium optime conſentit cum HIPP. NEMESIVS, praeterquam quod pro ὑπὸ τῦ leg. ἐφ' ῦ; at vero MACROBIVS Saturnal. VII 5. leg. εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνϑ ὀυκ ἂν ἤλγεεν· ἀλγεῖ δὲ, ὀυκ ἄρα ἓν ἐςί. Interim quaecunque lectio vera ſit, tamen ſenſus liquet. *G.*

z) Ἀπὸ τῶν ἁπλῶν καὶ ὁμοιομερῶν τῦ ζώου μορίων ἄρξαϑαι, ἔιτ' αὖϑις ἐςὶ τὰ σύνϑετά τε καὶ ὀργανικὰ μεταβάινειν.

A ſimplicibus et ſimilaribus corporis partibus incipiendum, hinc iterum ad compoſita et organica transeundum. GAL. *De Cauſſ. Morbor.*

a) Ὅσα ὄργανον ἐμποδίζουσιν, ἀιτίαι νοσημάτων.

Quae organon impediunt, cauſſae morborum. GAL. *De Morb. Different.*

b) Χωρὶς γνῶναι τὰ ςοιχεῖα τῦ σώματος, ἐξ ὧν πρῶτον γέγονεν, ἀμήχανον ἐξευρεῖν τὰ νοσήματα

Sine cognitione elementorum corporis, ex quibus primum natum eſt, impoſſibile inuenire morbos. GAL. *Meth. Med.* II.

c) Ἁπλὰ καὶ πρῶτα νοσήματα καὶ ὁιονεὶ ςοιχεῖα τῶν ἄλλων.

Simplices et primi morbi, et veluti elementa aliorum. GAL. *De Differ Morbor.*

d) Αὐτὰ τὰ ςοιχεῖα τῶν ἡμετέρων σωμάτων ἀλλοιοῦϑαι καὶ πάσχειν πέφυκεν

Ipſa elementa corporum noſtrorum mutari et pati nata ſunt. GAL. Ib.

ſunt, eſſe oportet, nec facile quiſpiam recentium eſt, quin ad mentem veterum morbos in *ſimilares* ac *diſſimilares* diuidundos putet [e]). Quamuis autem, ſi ſubtilius philoſophari quis vellet, vltra fibram et paruum fluidi vitalis globulum cogitando excedere poſſimus; parum tamen iſtae minutiae ad artem et ad formandas indicationes conferunt, cum nihil in ſe recipiant, veluti elementi natura hoc ſecum adfert, ob materiae ſubtilitatem pati quidquam haud poſſe [f]). Ad illa tamen minima reſpicimus, quae extenſi quidpiam habent [g]), et quorum natura in eo poſita eſt, vt vel miſceri inter ſe, vel agere in ſe mutuo poſſint [h]), in qua facultate vitae leges vnice

e) *Νοσήματα ἁπλᾶ καὶ σύνθετα.*

Morbi ſimplices et compoſiti. GAL. *De Cauſſ. Morb.*

Διττόν που γένος ἔσται νοσημάτων, ἕτερον μὲν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν, ἕτερον δὲ ἐν τοῖς ὅλοις ὀργάνοις.

Duplex erit morborum genus, alterum in ſimilaribus corporibus, alterum in vniuerſis organis. GAL. *Meth. Med.* II. 6. p. 41.

f) *Ἀπαθῶν ὑποκειμένων τῶν πρώτων στοιχείων, ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τὰ παθήματα.*

Cum paſſioni haud ſubiaceant prima elementa, in compoſitione ſola morbi. GAL. *De Differ. Morb.*

g) *Ὁμοιομερὸν πρὸς αἴσθησιν.*

Similares partes ad ſenſum. GAL. ib.

Τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον.

Corporis minimum omnia habet, quae etiam maximum. HIPP. *De Loc. in Homine.*

h) *Τὰ στοιχεῖα πάσχειν ὑποτιθέμενα καὶ δρᾶν εἰς ἄλληλα καὶ κεράννυσθαι.*

Elementa pati facta ſunt, et agere in ſe inuicem, et miſceri. GAL. *Differ. Morb.*

Λέγουσι δὲ οἱ στωϊκοί, τῶν στοιχείων τὰ μὲν εἶναι δραστικά, τὰ δὲ παθητικά.

Perhibent Stoici, elementorum alia eſſe actiua, alia paſſiua. NEMESIVS *De Natura Hominis* Cap. 5. p. 127.

vnice ponuntur. Quodſi ergo animam, materiae expertem, proinde nec propriis, niſi quos a corpore habet, morbis obnoxiam [i]), nec medicamentis, niſi quae in corpus agunt, mutabilem, demas, ad duo ſumma capita, id, quod minimum in homine eſt, reuertitur; Aut enim ſolida ſunt, quae humores tenent, aut viciſſim ſolidis humores continentur. His cauſſae morborum inſunt, nec tertium quodpiam eſt, quod ſua natura ab his diſcrepet, neque vnum ſit vel alterum, cum etiam ſpiritus [k]) fluidorum indolem teneant, et eorum legibus moueantur. Id quod vt clare intelligatur, vtque conſtet, ſolidisne, an fluidis res morbum faciens inſit, quandoquidem, vtrum huc, an illuc in formanda indicatione aduertendus ſit animus, magna ſaepe oboritur dubitatio, ex mali ſenſu eiusque pertinacia ſignum pathognomonicum capitur. *Si qui enim ſolidis inradicantur morbi, firmiter haerent, et virtuti vitali auxiliisque illi accommodatis, docente* HIPPOCRATE [l]), *reſiſtunt pertinacius, dum cauſſae fluidis inditae mobiles ſunt et circumductae.*

§. VI.

i) Καθ' αὐτὴν ἀπαθὴς ἡ ψυχὴ πέφυκεν, ἐπικοινωνεῖ δὲ τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν διὰ τοῦ ἐν ἡμῖν ψυχικοῦ πνεύματος, ὥσπερ ὄχημά τι τοῦτο ἔχουσα, καὶ δι' αὐτοῦ τὰς ἑαυτῆς ἐπιτελεῖ ἐνεργείας.

In ſe ipſa pati neſcia anima nata eſt; Percipit, qui in nobis ſunt, morbos per illum animalem, qui in nobis eſt, ſpiritum, habens illum, veluti vehiculum quoddam, et per illum ſuas perficit actiones. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* I. 5. p. 18.

k) Τὰς αἰτίας ἢ ἐν τῷ πνεύματι θετέον ἢ ἐν τοῖς ὑγροῖς ἢ ἐν τοῖς στερεοῖς.

Cauſſae vel in ſpiritu ponendae, vel in fluidis, vel in ſolidis GAL *Method. Med.* XIII.

l) Τὸ ἐν τῷ ξηρῷ νόσημα πήγνυταί τε καὶ οὐ διαπαύει, τὸ δ' ἐν τῷ ὑγρῷ, διαῤῥεῖ καὶ τοῦ σώματος ἄλλο τ' ἄλλο μάλιστα ἔχει, καὶ αἰεὶ μεταλλάσσον, ἀνάπαυσιν ποιέει καὶ θᾶσσον παύεται ὥστε οὐ πεπηγός.

In

§. VI.

DE INDICATIONE, AD SOLIDVMNE AN FLVIDVM DIRIGI DEBEAT, DVBIA.

Cum autem alternis legibus haec duo inter ſe vniantur, et tantum ſibi tribuant, quantum a ſe inuicem accipiunt [m]), in ambiguo ſane in reliquis, quam quibus manu medemur, morbis pleriſque manet, an ex natura ſolidorum vnice conſiderata bona indicatio conſequi poſſit. Cum enim medicamenta, etiamſi ad fibram directa ſint, aliter eandem haud feriant, quam vti illa ſuis, tum reliquis, tum maxime nerueis perflua eſt humoribus; cum etiam, niſi virtute fibrae animatae adiuta medicamenta, humores ſupplere, educere aut conuertere haud valeant, adeoque ad ἰσόῤῥοπον et aequam lancem diſpoſita in homine ſint elementa, agantque in ſe et ab inuicem mutentur; ſane anceps eſt, an ita in excogitandis auxiliis animo comprehendere ſolida vel liquida medentes poſſint, vt vnum ſine altero intelligatur.

In *ſolido* morbus figitur, nec quieſcit; Qui autem in *fluido*, circumfluit, et corpus aliter aliterque plerumque afficit, et ſemper locum mutans ceſſat, et citius ceſſat, vtpote non fixus. HIPPOCR. *De Loc. in Homine.*

m) Τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ ἑωυτῷ τωὐτόν ἐςὶ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν συγκινέεται.

Corpus autem ſibi ipſi ipſum eſt, et ſui ſimilibus vna mouetur. HIPP. Ib.

Ἐμοὶ δοκέει ἀρχὴ μὲν οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ ὁμοίως τελευτὴ, κύκλον γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη.

Mihi videtur principium nullum eſſe in corpore, ſed omnia ſimul principium et ſimul finis. Circulum enim ſcribenti, principium haud inuenitur. HIPP. Ib.

§. VII.
DE INDICATIONE A FLVIDIS.

Latius tamen patet conceptus de fluidis, morbum facientibus. Non enim tantum, ſi ad originem ipſorum ſolidorum, eorundemque, iuxta quas enutriuntur, leges reſpicias, ad fluidum [n]), quodcunque illud ſit, illa reuertuntur, ſed etiam mutationes, quibus corpora ſubiacent, fluxu perpetuo et inſenſibili minimarum rerum excretione celebrantur [o]), vt propterea in omni, quae valere docet, ſcientia nihil quidquam vel dici, vel effici poſſit, quod, licet ſolidorum virtutibus ſuſtinendis agendisque deſtinetur, ex natura fluidorum haud ſit, inque ſelectu materiae, quae optimos ſuccos vitales praeſtare poteſt, conſiſtat. Sunt ſane per vniuerſam morborum doctrinam infinita, quae fluidi morbum facientis immenſam latitudinem explicare poſſunt, exempla, ita quidem, vt illis etiam aegritudinibus, quae formam in ſolidorum labe poſitam habent, et auxiliis manu

n) *Χυμοὶ οἱ ἐν ἡμῖν, ςοιχεῖα πρῶτα ποιἔσιν.*
Humores qui in nobis, elementa prima faciunt. ACTVAR. I. 6. p. 19.

o) *Τὸ σῶμα ῥέον ἀεὶ καὶ μεταβαλλόμενον ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ.*
Corpus ſemper fluit, et mutatur indefinito tempore. GAL. *Comm. I. in Aph.* HIPP.

Ἐπεὶ δὲ ἐκ σώματός ἐςιν ὁ ἄνθρωπος, πᾶν δὲ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων ςοιχείων συνέςηκεν, ἀνάγκη τέτοις τοῖς πάθεσιν περιπίπτειν αὐτὸν, οἷς καὶ τὰ ςοιχεῖα, τομῇ καὶ μεταβολῇ καὶ ῥεύσει, ἅπερ ἐςὶ μόνε τἒ σώματος.

Cum ex corpore homo ſit, omne autem corpus ex quatuor elementis conſtet, opus eſt, illi accidere eadem mala, quae et elementis, diuiſionem, mutationem et fluxum, quae ſunt ſolius corporis. NEMESIVS *De Natura Homin.* Cap. I. p. 17.

Καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν ἀποῤῥεῖ καὶ διαφορεῖται πάμπολυ τῆς τἒ σώματος ἐσίας.

Omni die fluit et tranſpiratur multum ex corporis ſubſtantia. GAL. *Method. Med.* XIV.

manu allatis curantur p), ſine remediorum, quae ad humores attinent, vſu nihil quidquam ſalubriter conſuli poſſit.

§. VIII.
DE INDICATIONIBVS AD CAVSSAS, QVAE DE VTROQVE HABENT.

Cum ergo difficile ſit, animo ita tenere ac diuidere cauſſas morborum, quae inter ſolidorum ac fluidorum labem mediae ſunt, vt, quid de alterutro plus vel minus ſit, deſcribi poſſit, oportet ſane indicationes ita perfici, vt auxilia vtrinque militantia inueniantur. Valde autem vereor, vt poſſit vllum inueniri, quod, ſi morbis organicis, in labe viſcerum poſitis, opportunum eſt, vim in corrigendis ducendisque fluidis poſitam haud habeat. Ne autem *indicatio ſolida mutans* ſua priuetur ſupellectili, illas cauſſas nunc tangendas puto, quae, dum ſolida mutant, fluidae tamen ſunt, et legibus fluido ſcriptis in ſtatum naturali ſimilem conuertuntur, dum, quidquid vnionem laeſam, deſtructionem continui, rigiditatem, laxitatem, aequalitatem ſublatam, ſitum partium abolitum, aliosque conceptus, ex natura ſolidi potiſſimum fluentes, pro forma agnoſcit, ab hac noſtra tractatione alienum eſt.

 Sunt

p) Ἀμήχανόν ἐστι τοῖς μερικοῖς χρώμενον βοηθήμασιν ὠφελῆσαί τι, μὴ τὸ ὅλον σῶμα πρῶτον ἀπέριττον ἐργασάμενον.

Impoſſibile eſt, auxiliis partialibus vtentem proficere, niſi ante totum corpus immunditie vacuum effecerit. ALEX. TRALL. XI. I.

Ὑπαλλάττων τὴν τάξιν τῶν βοηθημάτων καὶ πρότερον χρώμενος τῷ τοῦ πεπονθότος μέρους, πρὶν ἂν τὸ σύμπαν σῶμα παρασκευάσαι, ὑπερβολὴν ἀμαθείας ἔχει.

Inuertens ordinem auxiliorum, prius vtens medicamento parti dolenti applicato, ante quam totum corpus praeparauerit, exceſſum inſcitiae habet. GALEN. *Meth. Med.* IV.

Sunt autem conceptus eiusmodi ancipites haud pauci. Quicquid traiectum humorum per viſcera, illis tamen integris, necdum deſtructis, inuoluit; quidquid tranſitum per minima vaſa impeditum; quidquid humores in peregrina vaſa, illaeſis tamen iisdem; quidquid minimi vaſis, illaeſo illo, extremum oſculum amplitudine auctum inuoluit, inter humorum ſolidique ſtatum praeternaturalem medium eſt, et de vtroque tenet. Poſſetne *infarctus*, licet ſimul tunc adſit vaſorum inertia, ſuccis mobilibus, intelligi [q]). Adeſt quidem varia iuxta fines eorum anguſtia; eſt tamen etiam haud parum, niſi omne dixerim, quaerendum in fluidi contenti craſſitie, copia, lentore et motu, ad minima vaſa praecipiti, vnde febris eſt tandemque putredo [r]). Accuſandae ſunt vaſorum, *ſi inflammatum quid eſt*, anguſtiae; plus tamen cauſſae in ſanguinis, peregrina vaſa ſubeuntis, errore tunc ponitur, vnde illius quietem, hinc aeſtum atque febrem oporteat ſubſequi [s]). Poſſetne transfundi ſponteque ſua elabi in pulmonum [t]) alia-

q) Ἔμφραξις νόσημά ἐςὶ, οἱ δὲ χυμοὶ ἄιτιοι τȣ̃ νοσήματος.

Infarctus morbus eſt; at humores, cauſſae morbi. GAL. *De Diff. Morb.*

r) Πλῆθος χυμῶν, καὶ πάχος καὶ γλιχρότης, ἔμφραξίς τε καὶ ἐπίχεσις, καὶ σῆψις καὶ πυρετός.

Copia humorum, et craſſities, et viſcoſitas, infarctus et conſtrictio, et putredo, et febris. GAL. *Meth. Med.* XI.

Κατὰ τὰ πέρατα τῶν ἀγγείων ἡ ςέγνωσις γίγνοιτ᾽ ἂν διὰ πάχος ἢ πλῆθος ἢ γλισχρότητα τῶν περιεχομένων ἐν ἀυτοῖς χυμῶν ἀθροώτερον ῥευσάντων ἐπὶ τὴν ἔξω φοράν.

Prope fines vaſorum anguſtia fit per craſſitiem, et copiam, et viſcoſitatem contentorum in illis ſuccorum confertim fluentium propter impulſum retro. GALEN. *Meth. Med.* XI.

s) Ἐξ ἐπιῤῥοῆς ἅιματος πᾶσα φλεγμονὴ γιγνομένη.

Ex ſuperfluxu ſanguinis omnis inflammatio. GAL. *De Loc. Affect.* II.

t) Μετάχυσις τȣ̃ ἅιματος εἰς τὰ τȣ̃ πνεύμονος ἀγγεῖα.

Trans-

aliarumque partium cellulas ſanguis, vel oſculis vaſorum egredi, niſi tenuis eſſet, acris u), aut motore ſuo, a tergo irruente, vehementius compelleretur, licet aliquid violentiae, vaſorum ſolido illatae, tunc ſemper interſit x). Quamuis ergo in formanda, iuxta iſtarum cauſſarum rationes, indicatione ad vaſa robore donanda, vt transprimere vel retinere poſſint, aliquid redeat; non tamen ſecura vbique eſt iſta, quae ſolidum vnice reſpicit, hinc roborantium et adſtringentium vſum docet, auxilii ſignificatio. Saepe nocent medicamenta, fibrae vnice addicta, quae ſuccos, in extrema proiectos, reprimunt y), multoque ad naturam morbi, cuius cauſſae circumducuntur, magis adpoſitum eſt, *medicamentis vti*, quae ab indole ſuccorum indicantur.

Transfuſio ſanguinis in pulmonum vaſa. GAL. *De Plethor.*

u) Ἡ ἀναστόμωσις ὑπὸ τῶν ἐρεθιζόντων τὰ στόματα τῶν ἀγγείων.
Dilatatio oſculorum in vaſis minimis ab irritantibus oſcula vaſorum. GAL. *De Cauſſ. Symptom.*

x) Κατὰ ἀναστόμωσίν τε καὶ τὴν καλουμένην διαπήδησιν αἱμοῤῥαγίαι γίνονται, — ἤτοι κατὰ τὸ πέρας ἀναστομουμένων τῶν ἀγγείων, ἢ τοῦ χιτῶνος αὐτῶν διαιρεθέντος, ἢ, ὡς ἄν τις εἴποι, διηθουμένου ἢ διιδρουμένου: Ὁ μὲν οὖν χιτὼν διαιρεῖται τιτρωσκόμενός τε καὶ θλώμενος καὶ ῥηγνύμενος καὶ διαβιβρωσκόμενος, ἀναστόμωσίς τε γίνεται διά τε ἀτονίαν ἀγγείου καὶ πλῆθος αἵματος.
Per anaſtomoſin et ſic dictam diapedeſin, fluxiones ſanguinis fiunt, ſiue vaſis ad finem apertis aut tunica eorum diſtenta et veluti cribrata vel ſudoris modo transmiſſa. Tunica ergo diuellitur vulnerata aut contuſa, aut rupta, aut eroſa; anaſtomoſis autem fit vel atonia vaſis, vel copia ſanguinis. GAL. *Meth. Med.* V. 2. p. 105. T. X.

y) Μὴ τὰ ἐκκεχυμένα εἴσω ἀπολαμβάνειν.
Quae ſeceſſerunt, intus ne recipito. HIPPOCR. *De Humor.*

§. IX.

DE INDICATIONE AD FLVIDI INDOLEM SOLA.

Quicquid enim inuoluit fluidi cuiusdam, ſiue quieſcentis, ſiue circumducti miſcelam z), vitae legibus inimicam, copiam, vaſorum capacitate maiorem vel inferiorem, circuli leges infractas, vt ſucci quidam, quorſum ferri haud par eſt, ſurſum, deorſum, ad collateralia vaſa, ferantur a), ad rationes fluidi ſolius exigitur. Haec omnia licet illum latere haud poſſint, qui leges motuum, iuxta quas humores vitales circumeunt, haud ignorat, dum iſtae conditiones per effectus ſuos ſeſe clare manifeſtant; non tamen deſunt luculenta omnino ſigna, quae ſtatum motumque humorum ab eo, quod eſſe debent, alienorum, ſatis ſuperque declarant: Quae quidem ita clare ab HIPPOCRATE b) excitantur, vt

z) *Πολλά ἐστι ἐν τῷ σώματι ἐόντα, ἃ ὁκόταν ὑπ᾽ ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηται, νούσους τίκτει, ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι νοσήματος, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν*

Quae iuxta ſe inuicem incaluerunt aut friguerunt, aut deſiccantur, morbos pariunt, vt multae ſpecies morbi dentur, varia autem etiam curatio eorum ſit. HIPP. *De Natura Homin.*

a) *Πλήρωσις, ἀναῤῥοπίη, καταῤῥοπίη, ὑπερβολὴ, ἔλλειψις, παροχέτευσις ἐς κεφαλὴν, ἐς τὰ πλάγια, ἀντίσπασις ἐν τοῖσιν ἄνω ἐπὶ τοῖσι κάτω.*

Plenitudo, ſurſum elatio, deorſum compulſio, exſuperantia, defectus, redundantia ad caput, ad latera, in contrarium motus ex ſuperioribus ad ima. HIPP. *De Humor.* §. 1. p. 316. T. I.

b) *Σημεῖα ταῦτα: ὀδμαὶ χρωτὸς, στόματος, διαχωρήματος, ὠτὸς, φύσης, οὔρων, ἕλκεος, ἱδρῶτος, πτυάλου, ῥινὸς, χρὼς ἁλμυρὸς, ἢ πτύαλον, ἢ ῥὶς, ἢ δάκρυον, ἢ ἄλλοι χυμοί. πάντη ὅμοια, τὰ ὠφελέοντα καὶ βλάπτοντα, ἐνύπνια, ὅ τι ἂν ἐκκρίνηται ἐκ τῶν οὔρων, χροιῆς ἀπάλλαξις, πνεύματος μινύθησις, ἐκ φυμάτων, ἐξανθημάτων.*

Signa

vt aliquid aliud, poſt COI verba, a me adduci haud oporteat. Poſtquam autem de liquidorum errantium quantitate, qualitate vel motu, medico per ſigna conſtitit, ſpontanea quaedam ſequela eius eſt, quod adhiberi, vt vitium expungatur, conuenit: verſabor in iſta materie paullo laxius, et ita me geram, vt ſuccos, intra inteſtina haerentes, primum examini ſubiiciam, deinde et illos, qui per vaſa circumducuntur, attingam.

§. X.
DE INDICATIONE EX PRIMARVM VIARVM FLVIDIS.

Quae ſuccos nutrientes ex alimentis conficiunt, viſcera chylopoeitica, et quae ſub *primarum viarum* nomine GALENO c) iam innotuiſſe arbitror, morborum ſibi propriorum cauſſam et materiem accipiunt, dum optimis illis ſuccis domeſticis, quos ad officium gerendum adeſſe oportet, deſti-

Signa haec: odores corporis, oris, faecum, aurium, flatuum, vrinae, vlceris, ſudoris, ſaliuae, narium, cutis ſalſa, aut ſputum, aut narium mucus, aut lacruma, aut alii ſucci omnes. Similiter iuuantia et nocentia, inſomnia, quod excernitur vrinis, coloris mutatio, reſpirationis difficultas, ex abſceſſibus, exanthematibus. HIPP. Ib. §. 3. p. 317.

c) Τὰ ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ περιττώματα ταῖς ὑπηλάταις ἐκκαθαίρειν.

Quae in primis venis ſunt inquinamenta, ſeceſſibus purganda. GAL. *Conſt. Artis.* *)

*) Ex quo patet, temere a multis adferri auctorem ac inuentorem nominis, *primarum et ſecundarum viarum*, WILLISIVM; Id quod profecto non adfirmaſſent, ſi vlterius in legendo proceſſiſſent. Ego enim facile poſſem, ſi huius loci eſſet, multis comprobare, plurima recentiorum ſcriptorum nomina, cauſſas et origines morborum, remedia cet. a veteribus dudum tradita eſſe. G.

tuuntur, peſſimos autem vel ſponte naſcentes habent, vel ex ingeſtis [d]) effectos; deinde malam rem de ſe ad ſanguinem mittunt, vt pauci ſint ex morbis, illis maxime, qui in longum trahuntur, quin ex ſaburra humorum, quos ventriculus atque inteſtina mala fortuna colligunt, vel naſcantur, vel iisdem ſuſtineantur; proinde, quae primarum viarum fluida reſpicit, indicatio optimorum conſiliorum, remotis etiam viis ſalubrium, fons ſit atque origo. Arbitror autem, domeſticas inteſtinorum aerumnas ante ſignificandas eſſe, vti illae ex fluidorum morboſo ſtatu eueniunt. Deſerit officium *ſtomachus*, *cuius vitium eſt reſolutio*, *cum cibi non tenax eſt* e), quae illius κακοπραγία, mox *idiopathica*, mox vicino viſceri, ſaepe hepati, tribuenda, et *ſympathetica* f) eſt, mox a virium, ſiquidem et ille ex natura fluidi eſt, defectu g), mox ab alimentis quam vt digeri poſſint, durioribus et nimis cupide ſumtis [h]) prouenit. Licet enim pauci ſint, quin guloſitatis

d) Cauſſae externae morborum ad quatuor claſſes referuntur a GALENO *De Sanit. Tuenda* I. vt ſint προσφερόμενα, πραττόμενα, περιέχοντα καὶ ἐκκρινόμενα, *ingeſtae*, *geſtae*, *ambientes*, *egeſtae*.

e) CELSVS IV. 5. p. 207.

f) Κακοπραγία ἥπατος καὶ γαςρός.
Mala actio hepatis et ventriculi. GALEN. *Meth. Med.* XI.

g) Γέροντες πρὶν γεράσαι, ῥαδίως βλάπτονται ὑπὸ σμικρῶν αἰτιῶν, καὶ πέττειν ȣ̓ δύνανται καλῶς: καλεῖται ὁ τοιȣ̃τος μαρασμὸς, ἐκ νόσȣ γῆρας.
Qui ſenes fiunt, antequam ſeneſcant, laeduntur a paruis cauſſis, et coquere haud poſſunt bene; vocatur hic maraſmus, ſenectus ex morbo. GAL. Ib. VII. 6. p. 167. T. X.

h) Ἤτοι δὲ κατά τινα δυσκρασίαν, ἢ χυμῶν τινῶν ἐμπεπλασμένων, ἡ γαςὴρ νοσεῖ, ἄιτε πέψεις ἀτελεῖς ὧδε.
Siue ob aliquam malam temperiem, ſiue ideo, quod ſucci quidam firmiter inhaerent, ventriculus aegrotat, et

ſitatis poenam luant, et a voluptate dolorem lucrentur [i]); *imbecillis* tamen, *quorum in numero maxima pars vrbanorum, omnesque paene cupidi literarum ſunt, obſeruatio maior neceſſaria eſt, vt quod vel corporis, vel loci, vel ſtudii ratio detraxit, cura reſtituat* [k]). Philoſophos quidem laxius quandoque viuere PLATO [l]) cupit: Verendum tamen vehementer eſt, ne illis, aliisque vni vitae generi deditis, male ita conſultum ſit. Mitiora ſuadet diaeta. Exercitia, quantum per vitae rationem illis licet, haud negligant, temperent ſibi a ciborum copia [m]), *ἀδιψίαν,*

et coctiones imperfectae abinde. ACTVAR. *Spir. Anim.* I. 6. p. 19.

Κακοςόμαχα, ὡς καὶ δηγμὸν ἐμποιεῖν, ὅταν πλέονα βρωθῇ.
Ventriculum ita offendunt alimenta, vt morſicationem inducant, ſi plura deuorata fuerint. AETIVS *Tetrabibl.* I. Libr. II. c. 655.

i) *Κακοπαθῶν ςόμα τῆς γαςρός.*
Male affectum ventriculi os. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

k) CELSVS *De Re Medica* I. 2. p. 21.

l) *Ἡ περιττὴ ἐπιμέλεια τῶ σώματος, πρὸς οἰκονομίας, πρὸς ςρατείας καὶ πρὸς ἑδραίως ἐν πόλει ἀρχὰς δύσκολος, ὅτι καὶ πρὸς μαθήσεις ἁςτινασῶν καὶ ἐννοήσεις τε καὶ μελέταν πρὸς ἑαυτὸν χαλεπὴ, κεφαλῆς τινὰς ἀεὶ διατάσεις καὶ ἰλίγγως ὑποπτεύωσα, ὥςε, ὅπη αὕτη, ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντη ἐμπόδιος, κάμνειν γὰρ οἴεσθαι ποιεῖ ἀεὶ καὶ ὀδυνώμενον.*
Superflua corporis cura, ad rem familiarem, ad militiam, ad collegiorum in vrbe principatus, difficile quid, vti etiam ad ſcientias quascunque demum et cognitiones et ſui ipſius conductionem incommoda, vtpote quae capitis quasdam ſemper ſuſpicatur tenſiones, vertiginem metuens, vt, vbicunque ea eſt, virtutem exerceri et probari, impedimento ſit. Aegrotantis enim et dolentis ſemper ſpeciem facit. PLAT. *De Rep.* III. p. 440.

m) *Μὴ γυμνάσιον ἠμέληται, μὴ πλείω καὶ πολύτροφα σιτία συνεχῶς προσενήνεκται.*
Exercitium haud negligatur, nec plures et vberius nutrientes cibi continue offerantur. GAL. *De Plethora.*

ψίαν, quae potus odium eſt, fugiant [n]), ſint, quae lubricare poſſint aluumque lenire, alimenta [o]), abſtineant a flatulentis [p]), a cibo aut opus faciant, aut ambulent [q]), nec noctem inſomnem ducant [r]), et quamuis, quae palato grata, eadem etiam ſint ventriculo [s]), diffidant tamen appetentiae [t]), ſciantque, vitam ſine morbis omni voluptate plus [u]) eſſe, ipſos-

n) Ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται ξυμφέρουσι.
Omnis diaeta humida conuenit. GALEN. *Method. Med.* IV.
Τῷ δὲ ποτῷ δαψιλεῖ χρῆσθαι.
Potu tenui vtendum. PAVLL. I. 43.

o) Τροφαὶ φαρμακώδεες.
Alimenta purgantis vim habentia. AETIVS *Tetrabibl.* I. Libr. 2.

p) Ὄσπρια πάντα φυσώδεα, τουτέοισι μὴ χρέεσθαι εἰ μὴ μετὰ σιτίων.
Legumina omnia flatulenta: his non vtendum, niſi ſecundis menſis. HIPP. *De Victu Acutor.*
Τροφὴ εὔχυμος, εὔπεπτος οὖσα καὶ μάλιστα ἄφυσος.
Cibus boni ſucci, qui digeſtu ſit facilis, et flatus haud gignat. ACTVAR. *De Spir. Anim.* I. 6. p. 19.
Εὐστόμαχα καὶ ῥωστικὰ, μακροτέρας ἑψήσεως οὐκ ἀνέχοντα.
Stomacho grata et roborantia longiorem coctionem haud ferentia. AETIVS *Tetrabibl.* I. Libr. II. c. 654.

q) Τοὺς πόνους τῶν σιτίων ἡγεῖσθαι.
Labor cibum praecedat. HIPP.

r) Ἀγρυπνίη ἐν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει.
Vigiliae poſt cibos nocent. HIPP.

s) Ἡ γλῶττα τούτοις μᾶλλον χαίρει τῶν χυμῶν, ὧν ἂν ἡ κοιλία δέηται.
Lingua illis maxime gaudet ſuccis, quibus venter indiget. GAL. *De Cauſſ. Symptom.* I.

t) Ἄλογος ὄρεξις ἐπισκοτεῖ τὴν κατὰ φύσιν ἡμῶν, καὶ ἀπλανεῖ τῶν ἁρμοζόντων ὄρεξιν.
Ratione deſtituta cupiditas obnubilat naturalem nobis et rectam conuenientium appetentiam. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* I. c. p. 20.

u) Ὑγιεινὴ, πραγματεία τῶν σιτίων, οἷς κεχρῆσθαι δέον, καὶ ἃ παραφυλακτέον, ὡς ἂν ἑπόμενος ταύτῃ ἄμεινόν τε διάγῃ, καὶ τὰς μελετωμένας ἀποδιοπομπῇ νόσους.

Sani-

ipſosque ab ordinato vitae genere augeri ſpiritus [x]). Poſt diaetae leges, ſi therapiam audire vis, ab illa etiam habiturus es, quae imbecillum ſtomachum conſolantur. *Si plus eſt, quam quod concoqui poſſit, periclitari, ne corrumpatur, non oportet; Si vero corruptum eſt, nihil commodius eſt, quam id, qua via primum expelli poteſt, eiicere* [y]). Quod ſi opportunum haud eſt, et vires id nolunt, ſiquidem ſuper hoc negotio *indicatio euacuatoria* conſuli debet, accipi debent, quae roborant, et fibras ventriculi ſtabiliunt [z]). Neque vero tantum ſuum ventriculus officium deſerit, ſed etiam ſecus, quam par eſt, facit. Vitioſa quandoque ſedulitate praeſtantiſſimos, copia autem nocentes ſuccos perficit, quos ad ſanguinem proue&tos excretionibus ſolemnibus obicem ponere [a]), et foecundam illam aegritudinum parentem, *plenitudinem*, excitare oportet; quam, niſi appetentiam caſtigare velint gulae dediti, euacuato licet ſanguine, coërcere nunquam pote-

Sanitatis doctrina eſt alimentorum declaratio, quibus vti opus ſit, a quibus cauendum, vt, qui illam ſequitur, exinde vitam rectius ducat, et metuendos ablegет procul morbos. ACTVARIVS Ib. II. 17. p. 121.

x) *Δίαιτα ἰσονομίαν χαριζομένη πᾶσι τοῖς ἐν ἡμῖν πνεύμασι.*
Regimen bonum aequos motus largitur ſpiritibus noſtris. ACTVAR. Ib.

y) CELSVS I. 3.

z) *Αὔξει τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ὁ σύμμετρος οἶνος, ὡς ἂν οἰκειοτάτη τροφή.*
Auget inſitum calorem mediocris vini vſus, veluti domeſtica nutritio. GAL. *De Cauſſ. Morb.* II.
Εἰς ὄρεξιν ἐπεγείροντα.
Quae appetitum excitant. AET. l. ſup. cit.

a) *Παχυχύμων ἐδεσμάτων ἐσία δυσδιάπνευστόν τε τὸ σῶμα κατασκευάζει καὶ ἐμφράξεις ἐργάζεται.*
Compactioris ſucci ciborum ſubſtantia difficulter tranſpirare corpus facit, et infarctus procurat. GAL. *De Euch. et Cacoch.*

poterunt [b]). Longius tamen a ſanitatis legibus diſcedit ſtomachus, ſi malos ſuccos, nil quidquam ſimilitudinis cum *minimo nutriendo* habentes, excoxerit, quos varios ineſſe homini optime nouit HIPPOCRATES [c]), acidos, ſalſos, auſteros, pituitoſos, nulli etiam claſſi addictos, et ſpecie ludentes haud facile definienda, a quibus ampliſſima morborum caterua, quorum pars ipſa inteſtina affligit, pars toti homini exitialis eſt, procedit [d]). Prae ceteris inimica

b) Ἔι τις ὑγιαίνων ἔτι καὶ μηδὲν μηδέπω βεβλαμμένος ἐν τῇ πληθωρικῇ γένοιτο συνδρομῇ τοῦτον οὐκ ἀνάγκη φλεβοτομεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖ τῷ μὲν ἀσιτία τῷ δ' ὀλιγοσιτία.

Si quis ſanus adhuc et nondum vlla in re laeſus, in plethorico verſetur confluxu, huic non opus eſt venam ſecari, ſed ſufficit, mox abſtinentia plenaria, mox parcus ciborum vſus. GAL. *Meth. Med.* IV.

c) Ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ὀξὺ καὶ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν.

Eſt enim in homine et amarum, et ſalſum, et dulce, et acidum, et auſterum, et inſipidum, et mille alia varias potentias habentia, mixta et contexta inter ſe. HIPP. *De Priſca Medicina* §. 24. p. 27. T. I.

d) Καθ' ὅσον ἂν διαφύγοιεν τὴν ταύτης ὁμαλίαν τὰ προσαγόμενα, κατὰ τοσοῦτον εἰκὸς καὶ τὴν πέψιν αὐτῶν διημαρτῆσθαι· εἰ δὲ καὶ πάνυ μοχθηροὶ εἶεν οἱ ἐγκαθήμενοι χυμοὶ, μείζους καὶ αἱ ἀπεψίαι, καὶ τὰ συνεδρεύοντα συμπτώματα φαίνεται. Γνοίης δ' ἂν τοῦτο τῷ τε βάρει τῆς γαστρὸς καὶ τῶν λοιπῶν σπλάγχνων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ταῖς ἐμφαινομέναις τῇ γλώττῃ ποιότησι τεκμαιρόμενος. ὀξύτητες γὰρ καὶ στρυφνότητες, ἁλυώτητές τε καὶ πικρότητες, καὶ ἀνώμαλοι ἀηδίαι, καὶ παραπλήσιοι ἐρυγαὶ, ἰχθυώδεις τε καὶ ἰλυώδεις, καὶ βρωμώδεις, καὶ ἀλλόκοτοι ποιοτήτων αἰσθήσεις περὶ τὸν ἄνθρωπον. δήξεις τε τοῦ τῆς γαστρὸς στόματος, καὶ νυγμοὶ, καὶ βάρη, καί τινα παραπλήσια συμπτώματα, ἃ δὴ τοὺς ἐπικρατοῦντας ὧδε χυμοὺς σημαίνει. Ὅσα δὲ βάρη κεφαλῆς ἐντεῦθεν ἀναφαίνεται, καὶ ἴλιγγοι, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ ὕπνοι μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἦχοί τε περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ μᾶλλον τὰ ὦτα, σκοτόδινοί τε, καὶ θορυβώδεις καὶ κωματώδεις ὕπνοι, καὶ ἀλλόκοτα ἐνύπνια.

In

mica ſaluti eſt *bilis* tam *atra* illa, quam acidam eſſe GALENVS e) docet, quam quaeuis alia, flaua, porracea, mixta f), quo humore, *ſi ſtomachus bile vitioſus eſt* g), non facile alius plus magisque vel ventrem turbat, et varias nunc haud adducendas calamitates illi mouet h), vel morborum germina toto cor-

In quantum ab aequalitae recedunt *ingeſta*, in tantum opus eſt, et coctionem eorum peccare: Si autem praui etiam *innaſcentes* ſucci fuerint, maiores etiam difficultates coctionis et concurrentia ſymptomata comparebunt. Intelligas autem hoc ex grauitate ventris et reliquorum inteſtinorum, aliquando etiam apparentibus in lingua qualitatibus indicaberis; Aciditates enim et acerbitates, ſalſugines et amaritudines inconſuetae, nauſeae et ſimiles ructus rancidi, ſtercorei, foetidi, et variarum qualitatum ſenſiones in homine, morſicationes etiam circa os ventriculi, et ſingultus, et pondus, et ſimilia ſymptomata, quae praedominantes humores ſignificant. Quantae praeterea grauitates capitis exinde oriuntur, et vertigines et vigiliae, et iuſto protractiores ſomni, ſoni circa caput, et maxime aures, tenebrae oculis offuſae, turbulenti ſtupidique ſomni et varia inſomnia etc. ACTVAR. *De Spir. Anim.* II. 2. p. 65 ſequ.

e) *Πικροχόλαι φύσιες αἱ τὸν πικρὸν γεννῶσαι χυμόν.*
Bilioſae naturae, amarum gignentes ſuccum.
Τὴν μέλαιναν χολὴν αὐτὴν ὀξὺν εἶναι ξυμβέβηκεν.
Atram bilem ipſam acidam eſſe conuenit. GALEN. *Comm. III. in* HIPP. *De Victu Acut.*

f) *Τὰς χολὰς μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι, ἰώδη καλοῦντες ἢ μέλαιναν ἢ ἐρυθρὰν ἢ πρασοειδῆ.*
Biles cum additamento appellant, viridem nominantes, aut nigram, aut rufam, aut praſinam. GAL. *Comm. in* HIPP. *De Natura Hum.*

g) CELSVS IV. 5.

h) *Χολῆς ἐπικρατούσης, ἄλγη ἔσθ᾽ ὅτε κεφαλῆς καὶ στόματος πικρότητες, καὶ σκοτόδινοι, καὶ δίψαι, καὶ ποτοῦ μὲν ὄρεξις, τροφῆς δ᾽ οὔ.*
Bile praedominante, dolor quandoque capitis et oris amaror, et vertigines, et ſitis, et potus deſiderium, nec cibi. ACTVAR. *De Spir. Anim.* II. 12. p. 110.

corpore, ſiue ſponte naſcatur, ſiue ex hepate [i]) infuſa ſit, diſſeminat. Quamuis autem, ſi ſaburra humorum, quaecunque ſit, in primis viis luxuriat, ipſi motus ſpontanei [k]) euacuandos hos indicent, nihilque ad ſcopum propius euacuantium vſu eſſe videatur; prudentia tamen opus eſt, quandoquidem cauſſae, propter quas moueri acerbius aegrotum haud decet, adſunt ſaepiſſime [l]). Proinde ſatius eſt, ab alimentis, quae impuros hos ſuccos faciunt vel fouent, abſtinere, et diuerſis vti, quae vim illos conuertendi poſſident [m]). De medicamentis autem, quae ſingulis deſtinata ſunt, inſtituti ratio, vt nunc agam, ſecum haud adfert.

§. XI.

DE INDICATIONE MVTANTE FLVIDA CIRCVMDVCTA, QVALITATE VITIOSA.

Sanguinis dotes nouis ſubinde facultatibus augentur, ſi praeſtantiſſimae virtutis ſuccus et defaecata

i) Ἡ γαστὴρ συγκαίεται οἷς ἡ ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὴν καταῤῥέουσα χολὴ τὸ μὲν ἐπιπολάζον ἔσχηκεν.

Venter vritur, quibus ex hepate in illum defluens bilis, abundantiam acceperit. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

k) Διάφορα τὰ χρώματα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαινόμενα ἐπὶ ταῖς ἀναδρομαῖς τῆς χολῆς φαίνεται καὶ ἐπισημαίνει τὴν δι᾽ ἐμέτου ταύτης ἐνίοτε ἔκκρισιν.

Varii colores ob oculos apparent in effuſionibus bilis, et indicant per vomitum eius quandoque expulſionem. ACTVAR. ib.

l) Ἀκριβείας δεῖται πλέονος ὅπως μή τι βλάψαιμεν ἰσχυροῖς βοηθήμασι χρησάμενοι.

Perſpicacia multa opus eſt, ne noxam inferamus, validis auxiliis vſi GAL. *Meth. Med.* X.

m) Φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν τροφῶν ἄμεινον, καὶ μᾶλλον ἐὰν ἐξ ἐναντίων εἰσὶ δυνάμεων.

Seruare varietatem ciborum ſatius eſt, et maxime, ſi ex contrariis ſint eorum virtutes. PAVLL. l. *ογ.* περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων.

cata materies cordi adducitur; hinc admirabilis humorum nutrientium concordia eſt, et ſenſus tranquillitatis, in quo ſanitas conſiſtit, naſcitur. Quotiescunque autem peregrinae ſordes, quae ſtare in conſortio cum fluidis domeſticis et naturae amicis nequeunt, ex primis viis ad ſanguinem tranſeunt, fieri ſane aliter nequit, quam vt inteſtina oriatur ſeditio, nullo ſocietatis vinculo fluidorum minima teneantur, diſcedant a ſe inuicem, crudaque ſua ac indigeſta mole cordis vim longe ſuperent, eius motui reſiſtant, morbosque inducant, pro intemperie, plus magisue pernicioſos [n]). Non tamen ad vitia primarum viarum omne redit, quidquid intra ſanguinem male geſtum eſt, cum, his innoxiis, tamen vel diuerſis viis morborum ſemina ſeſe paſſim inſinuent, vel ſponte ob viſcerum, quae ſanguinem elaborant ac perficiunt [o]), defectum, et laeſam abinde haematoſin [p]) humores naſcantur, ipſis, intra quae

n) Χρὴ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμμένους ποιότητι καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμοὺς, ἵν᾽ ὑγεία τε διαμένῃ καὶ μὴ ἐοῦσα ἐπαναλεύσηται.

Oportet ſolicite mixtos eſſe qualitate, et aequales quantitate, ſuccos, vt ſanitas et maneat, et non exiſtens reſtituatur. *Fragmentum quoddam* GALENO adſcriptum *in* L. *De Humor.*

Προσίζει τὸ σύμφορον τῷ συμφόρῳ· τὸ δὲ ἀσύμφορον πολεμεῖ καὶ μάχεται καὶ διαλλάσσει ἀπ᾽ ἀλλήλων.

Adhaeret conueniens conuenienti, inconueniens autem colluctatur, et pugnat, et ab inuicem diſcedit. HIPP. *De Vict. Rat.* I.

o) Ἔνεστι ἑκάστῳ τῶν σπλάγχνων δύναμις, ὅπως ἐπὶ τ᾽ ἀκριβέστερον ἕκαστος τῶν προληφθέντων χυμῶν τῷ προσλαβόντι ἐξομοιωθῇ.

Ineſt vnicuique viſceri vis, vt quam curioſiſſime, quisque acceptorum ante ſuccorum, recens adducto aequetur. ACTVAR. I. 6. p. 20.

p) Ἀποτυχία τοῦ τῆς αἱματώσεως ἔργου.

Defectus in ſanguificationis negotio. GAL. *Comm. in* HIPP. *Progn.*

quae circumeunt, ſolidis exitiales. Horum noxas ad tria ſumma capita referre licet. Aut enim textura ſua et qualitate ab eo, quod ſecundum naturam eſſe debebant, recedunt, aut copia mox excedunt, mox deficiunt, aut tandem motu ita peccant, vt vel a ſuis ſolidis haud contineantur, fluantque, quorſum haud par eſt, vel intra illa tardius eant, et aliquando prorſus ſubſiſtant [q]); Saepe etiam, quod impurum, cum illo, quod copia auctum eſt, concurrit [r]). Quod ad malam ſanguinis temperiem attinet, licet illa ad certa capita reuocari poſſit, vt adſit quaedam humorum illuuies ſeroſa, ſanguinis raritas, pituitoſus terrenusque lentor et acredo [s]); infinita tamen vixque definienda corruptelae iſtius eſt ſeries, *aliquando etiam morbus abinde nouus* [t]); Quapropter latiore cacochymiae, vti GALENVS [u]) vult, termino omnes varietates, quae hic obueniunt, complecti ſatius eſt, quam acidos, alcalicos, ſaponaceos aliosque humores noxios ſanguini tribuere, quorum exiſtentiam probare et diſcrimen, quid de illis

q) Ποιότησι ἢ ποσότησι λυμαίνονται αἱ τροφαὶ, τὰ δ᾽ ὄργανα ἢ δυσκρασίᾳ ἁλόνται ἢ ἐμπεπλασμένας ἔχουσι χυμοὺς τινάς.
Qualitatibus et quantitatibus vitiantur ſucci nutrientes; organa autem aut incontinentia capiuntur, aut infarctos habent ſuccos quosdam. ACTVAR. L. cit.

r) Ἀκάθαρτα καὶ περιττωματικὰ σώματα.
Impura et ſuperfluitates habentia corpora. GALEN. *De Cauſſ. Morb.* II.

s) Αἷμα ὀῤῥωδέστερον ἢ δριμὺ καὶ δάκνον.
Sanguis ſeroſior, acrior et mordens. GAL. *De Euchymia et Cacochymia.*

t) CELSVS *De Re Medica* l. Praef. p. 5.

u) Κακοχυμίας τά τ᾽ ἐρυσιπέλατα καὶ οἱ ἕρπητες, καρκίνοι, λέπραι, ψῶραι, ἀρθρίτιδες, ποδάγραι, κακόχροιαι, αἱ δ᾽ ἐπίμικτοι διὰ πλειόνων χυμῶν διαθέσεις.
Ad cacochymiam, eryſipelata, herpetes, cancri, leprae, pſorae, arthritides, podagrae, pallores, et mixtae ex multis ſuccis diſpoſitiones. GALEN. *De Euchymia et Cacochymia.*

illis plus vel magis inſit, ſtatuere, admodum eſt difficile. Eſt aliquando malorum ſuccorum congeries, quam, ſi inueterata fuit, *Graeci cachexiam appellant*, monente CELSO [x]), *vbi malus corporis habitus eſt, ideoque omnia alimenta corrumpuntur; quod fere fit, cum longo morbo vitiata corpora, etiamſi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt, aut cum malis medicamentis corpus affectum eſt* cet. Quod ſi tamen ſingulae ſanguinis impuritates adducendae ſunt, illae nominari et ad ſtabiliendam indicationem accipi debent, quae ſeſe per ſua ſigna manifeſtant. Quando *ſalſa ſaliua* eſt [y]) et oris amarulentia, quam ſaliua ſecum attulit [z]), de ſanguinis ſalſugine et bilis infuſae inquinamentis, neminem fore arbitror, qui dubitet, eoque minus, ſi obſeruata alia, quae de excretis deque corporis habitu ſumi ſolent, acceſſerint. Quando *foetor excretorum*, ipſarum partium in ſordidum liquamen deſtructio, adeſt [a]), *ſi per aſſiduas puſtulas aut vlcera ſumma cutis exaſperatur* [b]), organa ipſa purulentia abſumuntur [c]), poſſetne aliquis dubi-

x) CELSVS III. 22. p. 167.

y) Ἔνιοι τȣ̃ σιάλȣ φασὶν ὥσπερ ἅλμης αἰσθάνεσθαι.

Quidam ſaliuae dicunt ſe veluti aliquam ſalſuginem percipere. GAL. *Meth. Med.* V.

z) Στόμα ἐκπικρȣ́μενον.

Os amarulentum. HIPP. *Epid.* I.

Αἷμα πικρόχολον.

Sanguis bile mixtus. GALEN. *De Euchymia et Cacochymia.*

a) Ἡ φύσις τῆς σηπεδόνος, ἡ μεταβολὴ τȣ̃ σώματος ἐπὶ φθοράν.

Natura putredinis eſt, mutatio corporis in corruptelam. GAL. *Meth. Med.* II.

b) CELSVS Ib.

Ὑπὲρ χυμῷ τινὶ κνισμώδει, ἐπάρσιες τινὲς ἰονθώδεις γίνονται.

A ſucco quodam feruido tumores, vaſorum inſtar, fiunt. THEOPHR. *De Sudorib.*

c) Πτύσματα περιπνευμονικῶν τε καὶ πλευριτικῶν καὶ πῦον ἐν ἕλκεσι.

Spu-

dubitare, putredinis haec omnia eſſe argumenta? Si ſubitaneae mutationes eueniunt, quae deſtructionem ſolidorum, a ſuis humoribus factam, inuoluunt, poſſetne aliquis anceps haerere, an corroſiuum acre adſit, quale mox ſponte naſcitur, dum liquida ipſa veneni naturam acquirunt d), mox varia ratione, eſu, commercio cum impuris, alioque modo per cutem introducitur e)? Seroſam, et, quae ſero ſpiſſior eſt, pituitoſam intemperiem f) ſuccos inquinaſſe, quotusquisque eſt, qui non percipit, ſi homo, concepta inter cutem aqua, tumet aut pallet, quod non tam plenitudinis aut abundantiae conceptum inuoluit, quam ſanguinis, in liquamen degenerantis, et haematoſeos laeſae eſt comprobatio g)? Quae cum ita ſint, vt humores vitales natiuam deſerant indolem, degenerentque in aliam, quae cum vita et

Sputa peripneumonicorum et pleuriticorum, et pus in vlceribus. GAL. *Comm. in Prognoſt.* HIPPOCR.

d) Οἱ ἐν τῷ σώματι χυμοὶ εἰς φαρμακώδεας ποιότητας ἐκτετρέπεται.

Succi in corpore in venenoſam qualitatem conuertuntur. GAL. *De Euchymia et Cacochymia.*

e) Διὰ μυκήτων ἐδωδὴν, ἀποθανόντες ἔνιοι διὰ κονείων ἢ ναρθήκων, πολυειδέας ἑλκώσεις ἐγένοντο.

Poſt fungorum eſum, cum etiam quidam per cicutas et aconita interirent, varia vlcera enata ſunt. GAL. Ib.

Τὰ ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν, οἷά τε τὰ δηλητήρια καὶ οἱ ἰοὶ τῶν ἰοβόλων ζώων.

Quae toto genere a natura abſunt, vti venenata et ſucci animalium, morſu vel ictu nocentium. GALEN. *Conſtit. Med.*

f) Φλέγματος ἢ τῶν ὑγρῶν ὀῤῥωδῶν μεςὸν σῶμα.

Pituita et humoribus ſeroſis plena corpora. GAL. *Method. Med.* XIII.

g) Ὑδρώπων ἁπάντων ἡ κοινὴ γένεσις ἀποτυχία τοῦ τῆς αἱματώσεως ἔργου γίνεται.

Hydropis omnis communis ortus, error in ſanguificationis negotio eſt. GAL. *Comm. in Progn.* HIPP.

et ſanitate ſtare nequit, neceſſum ſane eſt, vt meditationes, quae medentem ad quaeſitum auxilium ducunt, ſecundum indolem humoris, qui praeualet, componantur. Sunt adeoque aliae indicationes, generalius conceptae, quae ad omnem cacochymiam eiusque ſpecies ſingulas in vniuerſum diriguntur. Quando liquida, quorum textura et materies vbique vitiata fuit, euacuando corrigi nequeunt, conuertenda, et reddendae illis dotes ſunt, quas adeſſe oportet, vt nutriant [h]. Praeit natura et conſilium ſpontaneo illo motu, qui *coctio* dicitur; ſuggerit, dum illa, ſuis viribus vſa, ſanguinem rarum compingere, ſpiſſum ſoluere atque concidere, acrem, putridum, virulentum defaecare, vel, quod vitae inimicum eſt, excitatis euacuationibus, de ſanguine proiicere, aut ad extrema transferre intendit [i]. Saepe

 illa,

h) Τὸ μὲν περιττὸν ἅπαν ἐκκενοῦν προσήκει, τὸ ἐπελθεῖν δυνάμενον εἰς τὸ κατὰ φύσιν, ἀλλοιοῦν διὰ τῶν ἐναντίων, τὸ μὲν παχὺ καὶ γλίσχρον λεπτύνοντα, τὸ δὲ λεπτὸν παχύνοντα, κοινῇ δ' ἄμφω πέπτοντα, τὰ δηλητήρια ἀλλοιοῦντα καὶ κενοῦντα.

Omne ſuperfluum euacuari fas eſt, quod in ſtatum naturalem reuerti poteſt, per contraria mutari, craſſum et viſcidum attenuando, tenue inſpiſſando, et vtrumque iugiter coquendo, acria mutando vel euacuando. GAL. *Conſtit. Med.*

i) Πάντα ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ, καὶ δριμέα ἀφίει, καὶ ἐν τούτοισι τοῖσι ἔρρωται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται, καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καί τ' ἄλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον.

Omnia, primum quidem ſalſa et aquoſa, et acria remittunt, et ita curantur morbi. Cum enim craſſiora et coctiora fiunt, et omnis acredinis expertia, tunc et febres ſoluuntur, et alia, quae hominem affligunt. HIPP. *De Priſca Medicina*, §. 33. p. 33. T. I.

Αἱ πέψεις παχύνουσιν οὐχ οὖρα μόνον, ἀλλὰ καὶ διαχωρήματα κατὰ γαστέρα καὶ πτύσματα περιπνευμονικοῖς τε καὶ πλευριτικοῖς καὶ φλέγματα ἐν καταῤῥόοις καὶ κορύζαις, καὶ λῆμας ἐν ὀφθαλμίαις καὶ πῦον ἐν ἕλκεσιν.

Coctio-

illa, ſi leuis eſt intemperies, ſola *coctione*, mutando acre aut impurum, totum conualeſcendi negotium perficit [k]). Oportet adeoque miniſtrum magiſtrae ſuae, naturae, ſe parem gerere, ſanguini per dictam *ἐπίκρασιν* [l]) res inducere, quae acre demulcere ac eluere poſſint [m]), deliqueſcentes ſanguinis globulos, inducto vnionis vinculo, firmius ligare [n]), viſceribus, per quae transiiciendus ſanguis eſt, apertis, et vigori ſuo reſtitutis; Quod quibus medicamentis effici oporteat, ad ſcriptionem hanc, quae circa indicationes vnice verſatur, nihil nunc attinet.

§. XII.

Coctiones condenſant non vrinas tantum, ſed et excrementa alui, et ſputa peripneumonicorum ac pleuriticorum, et ſerum in fluxionibus et coryzis, et lemas in ophthalmiis, et pus in vlceribus. GAL. *Comm. in Progn.* HIPP.

Ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητας καὶ ἀκρησίας γίνονται, ἀποκαθίςανται κρηθέντα καὶ πεφθέντα.

Quaecunque propter ſuccorum acredinem et cruditatem fiunt, reſtituuntur commixta atque cocta. HIPP. *De Priſca Medicina*, Ib.

k) *Δι᾽ ἐκκρίσεως, δι᾽ ἀποςάσεως, ἢ μόνης πέψεως ἰᾶσθαι.*
Aut euacuatione, aut translatione, aut *ſola coctione* curantur morbi. GAL. *Comment. in Prognoſt.* HIPP.

l) *Καλεῖται ἐπίκρασις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἡ θεραπεία τῆς κακοχυμίας.*
Vocatur epicraſis a medicis cura cacochymiae. GAL. *Meth. Med.* IX.

m) *Τὸ καθάραι τὰς κακοχυμίας, τὸ δ᾽ ἐπικεράσαι.*
Purgare cacochymias, eſt, per epicraſin curare. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Diaeta Acut.*

n) *Τὰ ἐναντία συνάπτεσθαι ἀλλήλοις οὐκ ἠδύνατο, μὴ μέσου τινὸς δεσμοῦ τεταγμένου τοῦ συνδέοντος αὐτά.*
Contraria combinari inuicem non poterant, ſi non eſſet medium quoddam vinculum, adaptatum illis, quae cohaerere fas eſt. NEMES. *De Natura Homin.* c. 5. p. 114. ſeq.

§. XII.

DE INDICATIONE MVTANTE FLVIDORVM QVANTITATEM.

Duo ſunt, quae homini circa vaſorum plenitudinem euenire poſſunt ſolentque, alterum, vt illis copia optimorum ſuccorum, quam ferre poſſunt, maior inſit [o]), alterum, vt humoribus circumducendis et nutritionis cauſſa applicandis ex parte deſtituantur, vnde languorem et ſubſtantiae ipſius decrementum conſequi oporteat [p]). *Si plenior aliquis et ſpecioſior, et coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bona ſua debet* [q]). Non enim tantum morbi ſpecies in ipſa repletione habetur [r]), ſed etiam cauſſae plurimum in ſuccis etiam praeſtantiſſimis eſt, cur morbos induci ſit neceſſarium, ſiquidem adeſſe tunc par eſt vaſorum inertiam, vtpote quae diſtenta agere in contentos humores nequeunt [s]). Virtus ipſa vitalis circumducendorum liquidorum mole opprimitur, dum copia humorum mouenda cordis facultates ſuperat, adeſtque tenſionis, ruptionis et infarctus vaſorum

o) *Πολλὰς τεθησαυρομένας ἔχοντες χυμὰς.*
Multos veluti theſauro collectos habentes ſuccos. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* II. 2. p. 65.

p) *Ἀπέριττον καὶ ὑπόξηρον σῶμα.*
Abundantia vacuum et ſubaridum corpus. Id. ibid.

q) CELSVS *De Re Medica* II. 2. p. 48.

r) *Εἰς πολυσαρκίην ἐκτετράπεται τοσαύτην τὸ σῶμα, ὥστε μηδὲ βαδίζειν ἀλύπως δύνασθαι.*
In carnis copiam conuertitur talem corpus, vt ne progredi quidem ſine triſtitia poſſit. GALEN. *Method. Med.* XIV.

s) *Ἀπολήψιες φλεβῶν αἱ πληρώσεις τῶν φλεβῶν ὑπὸ πλήθους γινόμεναι.*
Inertia vaſorum ob plenitudines vaſorum a copia factas. GALEN. *Comm. IV. in* HIPP. *De Victu Acut.*
Αἱ φλέβες ἐν ὄγκῳ μείζονι καὶ τεταμέναι ὄντες.
Vaſa tumentia et diſtenta. ALEX. TRALL. I. 15.

ſorum periculum [t]). Haud tamen vna extat *plethorae* acceptio; Alia enim *ad vires* eſt, ſi cor imbecillum, ſanguinem haud ſane multum, ob debilitatem commode haud mouet ac circumducit; alia *ad vaſa* dicitur, dum, corde etiam valido, vaſa tamen tenendo ac ſubigendo ſanguini haud ſufficiunt [u]). Licet autem venae ſectione ad imminuendam plethoram nihil ſit efficacius, tum maxime, ſi grauius quid imminet [x]); plus tamen hac valet abſtinentia [y]) et mo-

t) *Τὸ πλῆθος τοσοῦτον γινόμενον, ὡς ἤτοι βαρύνειν τὴν δύναμιν, ἢ τείνειν, ἢ ῥήσσειν, ἢ ἐμφράττειν τάς τε ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας.*

Plenitudo tanta exiſtens, vt et vim vitae grauet, vel diſtendat, vel rumpat, vel infarciat arterias et venas. GALEN. *Meth. Med.* IX.

Ἐπίχυσις τῆς ἐκκρίσεως, τάσις ὅλου τοῦ σώματος ἢ τινῶν μορίων, ὄκνος τε πρὸς τὰς κινήσεις, ἀτονία τε περὶ τὰς ἐνεργείας, καὶ βάρους αἴσθησις.

Tenſio totius corporis aut quarundam partium, lentor ad motus, roboris defectus circa actiones, et grauitatis ſenſus. GAL. *De Plethora.*

u) *Τὸ πλῆθος διπλῶς γίνεται, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, ὡς πρὸς τὴν εὐρυχωρίαν τῶν περιεχόντων τοὺς χυμοὺς ἀγγείων.*

Plenitudo duplici modo fit, veluti ad vires, et veluti ad capacitatem continentium ſuccos vaſorum. GALEN. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae.* *)

Πλῆθος ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἢ ὡς πρὸς τὰ ἀγγεῖα.

Plethora vti ad vires, vel vti ad vaſa. GALEN. *De Plethora.*

*) Quidam noſtrorum hanc veterem plethorae diuiſionem reiiciendam putarunt; quae ſatis vera et firma eſt, modo rite intelligatur et definiatur. G.

x) *Εἰ τὸ πλῆθος ἐργάσεται τὴν ῥῆξιν, ἐκκενώσας τὸ ἐργαζόμενον, κωλύσεις τὸ ἐσόμενον.*

Si plethora ruptionem effectura eſt, euacuando impedies, ne fiat. GAL. *De Venae Sectione.*

y) *Τοῦ πλήθους ἴασις ὀλιγοσιτία ἢ ἀσιτία παντελής.*

Plethorae cura, parcior victus aut plena abſtinentia. GAL. *De Alimentis.*

Ἡ δίαιτα λεπτὴ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων συγκλείεται.

Diaeta tenuis in numero euacuantium remediorum eſt. GAL. *De Venae Sect.*

motus *), vt aliqua ex parte excuſandus ſit ERASISTRATVS, quando, imminuendi ſanguinis cauſſa, τὴν λιμοκτονίαν, προταρίχευσιν, ἀσιτίαν διατριταῖαν, *confectionem inedia*, *emaciationem*, *famem triduanam*, induxit, niſi in morbis acutis illa abuſus fuiſſet [a]); Pauperioris autem ſucci homines [b]), quos auctae excretiones variae morbique graues [c]), vel longa inedia [d]) confecerunt, vel quibus ſpontaneo naturae lapſu, dum conſeneſcunt, aliquando etiam praecoci ſenecta, extremorum vaſorum apices deſiccantur, illi etiam, quibus ex morbo pinguedo deli-

z) Ἰσχνὸν ἐργαζόμενα τὸ σῶμα, ὀξέα γυμνάσια, ἡ λεπτύνουσα δίαιτα, φάρμακα λεπτύνοντα.
Extenuant corpus acriora exercitia, diaeta tenuis, et medicamenta extenuantia. GAL. ibid

a) Κενῶσαι τὸ πλῆθος Ἐρασίστρατος βουλόμενος, ἐπὶ τῆς ἀσιτίας ἀφίκετο, προδήλως ματαίας οὔσας, εἴπερ ἡ φλεβοτομία παρείληπτο, καθ' ἣν ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ῥᾷστον ἦν ἐκκενῶσαι τὸ περιττὸν τοῦ αἵματος.
Imminuere plethoram volens ERASISTRATVS, inediae auxilium inuenit, omnino vanae, ſiquidem venaeſectio omiſſa eſt, qua, opportuno tempore, facilius erat vbertatem ſanguinis euacuare. GAL. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos.*

b) Ἄχροοι καὶ λαπαίμοι.
Decolores et ſanguine deſtituti. HIPP. *De Victu Acut. Exponit* GALENVS τοὺς ἐνδεεῖς ἔχοντες αἷμα, qui pauperioris ſunt ſanguinis.

c) Ὁ πυρετὸς ἐκβόσκεται τὴν οἰκείαν ἰκμάδα τῶν μορίων ὑφ' ἧς τρέφεται.
Febris depaſcit domeſticam humiditatem partium, qua nutriuntur. GAL. *Meth. Med.* X.

d) Κενεαγγεία, κένωσις ἀγγείων ὁπωσοῦν γεγονυῖα, εἴτε δι' ἐκκρισιν πρόδηλον, εἴτε διαφόρησιν καὶ διὰ λιμαγχίαν.
Vaſorum vacuitas: Depletio vaſorum quaeuis, ſiue manifeſta quadam euacuatione facta ſit, ſiue ſudore, ſiue inedia diuturna. GAL. *Comm. in* HIPP. *De Victu Acut.*

deliqueſcit, et caro extenuatur d), auxilium *ab indicatione vitali*, quae vires nutriendo augere docet, petant. Demulcendae his fibrae ſunt, nouis ſubinde fluidis ad ſanguinem deuectis victuque opimo e), ab auſteris abſtineant f), potuque vtantur, qui conſiſtit, manet, nec ſtatim diffluit g).

§. XIII.

d) *Ξηρὰ δυσκρασία, ἐν τῷ τὰ τῆς στερρεᾶς ἐσίας τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων γεγονέναι, οἷον τὸ γῆρας, ξηρότερα: Ἑτέρα ἐστὶν ἡ ξηρότης τῶν ἐκ τῆς ὑγροπαγᾶς ἐσίας συνεστώτων, ὁποῖον ἐστὶ πιμελὴ καὶ σὰρξ, ἐκτακέντων.*

Sicca intemperies in eo conſiſtit, quod ſolida compages ſimilarium, veluti ſenectus eſt, humido ſit vacua. Alia ſiccitas eſt, eorum, quae ex ſubſtantia de fluidis compacta coëunt, qualis eſt pinguedo et caro tabe abſumptorum. GAL. *Meth. Med.* VII. 6. p. 166.

e) *Ἀποπέμψαι πρὸς ὑδάτων χρῆσιν αὐτοφυῶν.*

Dimittere ad aquarum vſum ſponte naſcentium. GALEN. *Method. Med.* VII.

Ὑγραινέσῃ τροφῇ, πληρεῖν τῆς οἰκείας ὑγρότητος ἕκαστον τῶν μορίων.

Humectante victu, implere domeſtica lubricitate, ſingulas partes. GAL. Ib.

Οἱ λιπαροὶ χυμοὶ τὸ τετραχυσμένον ἐκλιαίνεσι.

Pingues ſucci aridum deliniunt. GALEN. *De Cauſſ. Sympt.* I.

Εὔχυμα αἵματος ἀρίστε γεννητικά.

Boni ſucci alimenta, quae optimum ſanguinem generant. AET. *Tetrabibl.* I. Libr. 2.

Πολύτροφα, τροφιμώτατα σαρκεντα τὴν ἕξιν ἐπιτήδεια πρὸς τὴν ἀνάδοσιν καὶ θρέψιν.

Quae plurimum nutriunt, ex nutrientibus praeſtantiora, habitum carne replent, neceſſaria ſunt ad refectionem et emaciatorum curam. AETIVS Ib.

f) *Τὰ αὐστηρὰ ἐδέσματα καὶ πόματα βλάπτεσιν ἐσχάτως τὰς ξηρότητας.*

Auſteri cibi et potus extreme laedunt ſiccitates. GALEN. *Meth. Med.* VII.

g) *Πόματα βραδυποράτερα, ἃ εἰς ἔρησιν ἐ κατατρέχει.*

Potus tardius procedens, qui ad mictum non decurrit. HIPP. *De Victu Acut.*

§. XIII.
DE INDICATIONE MVTANTE HVMORVM MOTVS.

Cum duplex ſit humorum motus, alius *immanens*, quem *circulatorium* vocant, *alius extra vaſa procedens;* ille autem denuo vel ſit *inteſtinus*, vel *progreſſiuus:* erunt ſane totidem cauſſae, quae morborum varias rationes conſtituunt, ad quas componenda eſt indicatio. Motus humorum progreſſiuus vel imminuitur, vel augetur. Imminuitur quidem mox ſolius humoris vitio, ſi ille, quod non ignorauit HIPPOCRATES [h]), circumire propter craſſitiem nequit, et *manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudunt* [i]), mox propter impedimenta, quae ſolidis inſunt minimis, in quibus humor offendit [k]). Ipſa adeoque ratio, quid opus ſit, dictitat, poſtquam vel in hepate [l]), vel in alio viſcere, propter ſanguinis craſſitiem, ſubſtitiſſe quidpiam per ſua ſigna cognoſcitur. Non quidem negligenda erunt euacuantia [m]); plus tamen virtutis eſt

h) *Βραδυπορώτερά ἐστι καὶ οὐκ ἐγκυκλέεται καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχονδρίων.*

Tardiora ad motum ſunt, nec circumeunt, et ſubſiſtunt ad hypochondria. HIPPOCR. Ib.

i) CELSVS *De Re Medica* Libr. I. Praef. p. 5.

k) *Ἐμπεπλασμένος καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἐσφηνομένος ὁ λυπῶν χυμός.*

Impactus, et, vt ita quis dicat, incuneatus affligens humor. GAL. *De Cauſſ. Sympt.* V.

l) *Ἐι γλίσχρων τινῶν ἢ παχέων χυμῶν ἔμφραξις ἐν τοῖς πέρασι τῶν κατὰ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος εἴη φλεβῶν, ἐμποδισθήσεται ἡ ἀνάδοσις.*

Si viſcidorum aut craſſiorum humorum infarctus in finibus venarum, quae ſimam hepatis partem ſubeunt, fuerit, impedietur nutritio. GAL. *Meth. Med.* II.

m) *Ἐὰν ἐθελήσωμεν τοῖς ἐκφρακτικοῖς βοηθήμασι χρῆσθαι, ἄνευ τοῦ προκενῶσαι τὸ πλῆθος, οὐ μόνον οὐδὲν ἀνύσομεν, ἀλλὰ μείζονα τὴν διάθεσιν ἐργασόμεθα.*

eſt in illis, quae tenaces ſuccos ſoluunt, illisque fluorem conciliant [n]), ſimulque diuidunt aliqua acredine et viarum, quibus purgari illos oportet, oſcula aperiunt [o]). Alio autem tempore augetur motus ille circulatorius, mox iunctim cum motu humorum inteſtino, cuius augmentum caloris rationes ſiſtit, mox ſolus, qui tamen calorem, *veluti celer febre inhorreſcentium pulſus docet*, gignere nequit, ſed oportet minimos globulos ſanguinis, interfuſo neruorum fluido, commoueri, vt aeger incaleſcat; At vterque tam circulatorius, quam ille inteſtinus humorum motus imbecillus eſt, ſi a viſcido intercurrente, vel a re ſpecifice noxia, veluti venenorum narcoticorum effectus docet [p]), hinc a defectu optimi neruorum ſpiritus, minimi ſanguinis globuli compinguntur, quo fit, vt, attritu molecularum inter ſe ablato, aeger frigeat. Quodſi ergo cauſſa adeſt, quae vtrumque humorum motum excitat, offen-

Si voluerimus aperitiuis auxiliis vti, ſine praemiſſa plenitudinis euacuatione, non tantum nihil efficiemus, ſed etiam maiorem hanc morboſam diſpoſitionem faciemus. GAL. *Meth. Med.* XIII.

n) Τὰς παχεῖς τε καὶ γλισχρὰς χυμὰς ἐργάσῃ λεπτὰς τε καὶ ῥυτὰς.
Craſſos et viſcidos humores effice tenues et fluxiles. GAL. lb II.

o) Τὰ τῆς λεπτυνέσης δυνάμεως, ἐκφράττει τὰς ςενὰς διεξόδες καὶ ἀποῤῥύπτει τὰ προσπλαττόμενα γλίσχρα, τέμνει δὲ τὰ παχέα.
Quae attenuantem vim habent, aperiunt anguſtas vias et defaecant inhaerentia viſcida, incidunt autem craſſa. AETIVS *Tetrabl.* I. L. 2.
Ὀλιγότροφα αἵματος λεπτοτέρε γεννητικά.
Parum nutrientia, tenuem ſanguinem gignentia. AETIVS lb

p) Ἃ κτείνει τῷ σφοδρῷ τῆς ψύξεως, οἷον μήκων καὶ μανδραγόρα καὶ ὑοσκύαμος καὶ κώνειον, κάρες τε καὶ κώματα καὶ ἀποπληξίας ἐργάζεται.
Quae interficiunt frigore, vti papauer, mandragora, hyoſcyamus, cicuta, caros et comata, et apoplexiam faciunt. GAL. *De Cauſſ. Morb.* II.

fendit ſanguis in vaſa, ſuis humoribus haud peruia, extendit illorum tunicas cum dolore, quod inflammationis eſt [q]), deſtruit etiam illas, manente tamen vita, quod eſt purulentiae [r]), tandemque cum morte partis prorſus delet, quod eſt ſphaceli [s]). Quae omnia, licet ex natura fluidorum ſola haud ſint, ſed ſolidorum labem ſimul inuoluant; ita tamen ſeſe gerunt, vt conceptus ille, qui indicationes parit, ad rationes fluidi plus accedat [t]). Quod ad

q) *Θερμότερα γίγνονται σφῶν αὐτῶν (οἱ χυμοὶ) ἢ ἐκ κινήσεως τινὸς αὐξομένου τοῦ θερμοῦ, ἢ ἐκ σηπεδόνος, ἢ ἐξ ὁμιλίας ἑτέρου θερμοτέρου σώματος, ἢ ἐκ στεγνώσεως.*

Calidiora fiunt ſe ipſis (fluida) aut motu quodam, vnde calor auctus, aut ex putredine, aut ex commercio cum corpore calidiore, aut ex attritu inter vias anguſtas. GAL. Ib.

Αὐξάνονται αἱ φλεγμοναὶ, τῶν θερμανθέντων χυμῶν ἐπιῤῥεόντων αὐταῖς, διατείνεται δ' οἱ χιτῶνες τῶν ἀγγείων, μὴ στέγοντες τὸ πλῆθος ἐν τῇ χύσει πνευματωθέν.

Augentur inflammationes, ſi incaleſcentes ſucci illis a tergo irruunt, diſtenduntur autem tunicae vaſorum, non ferentes copiam, quae in attenuatione aërea facta eſt. GAL. *Meth. Med.* X.

Ἀνάγκη χωρίον ὑπερεμπιμπλάμενον ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν.

Neceſſum eſt, vltra modum repletam partem dolorem et afflictionem praebere. HIPP. *De Natura Homin.*

r) *Τὸ κατὰ φλεγμονὴν αἷμα εἰς πύον μεταβάλλον.*

Ab inflammatione ſanguis in pus conuertitur. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

s) *Στεγνωθησῶν ἀρτηριῶν ὑπὸ πλήθους αἵματος ἢ τινῶν ἐμφραγμάτων ἐν τοῖς στόμασιν αὐτῶν γενομένων, ὡς μηδαμῇ διαπνεῖσθαι, σβεσθῆναι μὲν ἀνάγκη τὸ θερμὸν, νεκρωθῆναι δὲ τὸ διατεθὲν οὕτω σῶμα.*

Obturatis a plethora ſanguinis arteriis, aut thrombis quibusdam iuxta oſcula earum factis, vt diſiici non poſſint, neceſſum eſt extingui calidum, et emori ita conſtitutum corpus. GAL. *De Cauſſ. Morb* II.

t) *Ἐπὶ τῶν ἀρχομένων φλεγμονῶν τοῖς ψύχουσι καὶ στύφουσι χρηστέον, ὅταν μὴ παχὺ τὸ ἐπιῤῥέον ᾖ· σφοδρᾶς τε τῆς ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ σφηνώσεως γεγονυίας οὐκ ἔτ' ἔσθ' οἷον τοῖς ἀποκρουομένοις χρῆσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ διαφορεῖν ἰέναι καιρός.*

In

ad *motum extra vaſa* attinet, duo ſolent euenire, quae diuerſum morbi argumentum ſiſtunt. Aut enim humores, errore loci, peregrina vaſa ſubeunt, quod rheumatis eſt [u]), ex cuius indole conſequitur, *figendum illud eſſe, ſi mobile fuerit; tranſpiratione abigendum, ſi fixum parti inhaeret* [x]); *ſi colatorio cuidam vicinum, illuc transducendum* [y]); aut per colatoria, ſi de ſpontaneis fluxibus ſermo eſt, effunduntur, id quod, per quaſcumque demum partes excretioni humorum deſtinatas eueniat, mox cauſſam plus in ſolido, ſi propter paralyſin [z]) contingit, mox plus in fluido poſitam habet, ſi acredo humo-

In principio inflammationum, refrigerantibus et adſtringentibus vtendum, ſi id, quod ſuperinfluit, craſſum haud eſt; Si autem valida eſt in parte inflammata obſtructio, non porro apocruſticis vtendum, ſed tempus eſt, vt ad ſudorem eatur. GAL. *Method. Med.* XIII.

Ἀποτρέπεσθαι δὲ καὶ ἀποςρέφεσθαι τὸ αἷμα πρὸς ἕτερα μόρια, προχετεύσει καὶ ἀντισπάσει· προχετεύεται μὲν ἓν εἰς τὲς πλησίον τόπες, ἀντισπᾶται δὲ ἐπὶ τὲς ἀντικειμένες, οἷον τῷ δι᾽ ὑπερῴας κενεμένῳ διὰ ῥινῶν μὲν ἡ προχέτευσις, κάτω δὲ ἡ ἀντίσπασις.

Auerti et abſtrahi ſanguinem oportet ad alias partes, deriuatione et reuulſione; Deriuatur ergo ad vicinos locos, reuellitur autem verſus oppoſitos. Exempli cauſſa, ſi id, quod per palatum mouendum eſt, per nares fluit, deriuatio; Si autem per anum ducitur, reuulſio. GAL. Ib. Libr. III.

u) Ἐις ἄρθρα ἀφίςαθαι.

Ad artus diſcedere. HIPP. *Epidem.* VI.

x) Χρὴ ἐπὶ πάντων τῶν ῥευματιζομένων ἀνυςέλλειν μὲν τὸ φερόμενον, διαφορῆσαι δὲ τὸ ἐνσκῆψαν.

In omnibus morbis rheumaticis illud, quod adhuc circumducitur, eſt relinquendum; quod figitur, ſudore abigendum. ALEX. TRALLIAN. IV. I.

y) Κατάῤῥεν μετοχετεύειν ἐῤῥίνοις.

Catarrhum deriuare errhinis. ACTVAR. *De Spir. Anim.* II.

z) Συνεχᾶς ἐκκρίσεις γίγνονται δι᾽ ἀτονίαν ἢ δῆξιν.

Continui fluxus fiunt per atoniam aut acredinem humorum. GAL. *De Cauſſ. Sympt.*

humorum eorumque plethora vel aeſtus occurrunt. Quapropter indicationes etiam vtrinque pendent, vt ad coërcendas haemorrhagias aliasque fluxiones mox incraſſantibus [a]) opus ſit, ſi tenuis humor eſt, mox euacuantibus ac deriuantibus, ſi nobiles partes ſanguinis implet, ibique ſiſtitur [b]), aut copia vrget, mox ſtringentibus, ſi vaſorum adeſt laxitas [c]). Nemo autem ingenio adeo inops fuerit, vt ſibi, ſi quid praeter mores et ſani corporis inſtitutum fluit, coërcendum ſubito eſſe putet, ſiquidem in fluxibus, tum illis periodicis ac conſuetis, quodammodo auctis [d]), tum in multis aliis haud ſolemnibus, ſanguineis [e]) aeque ac ſero-

a) Αἱμοῤῥαγία εἰ διὰ λεπτότητα γίγνοιτο ποτὲ τοῦ αἵματος, ὑπὸ τῆς παχυνούσης διαίτας θεραπευθήσεται.

Haemorrhagia, ſi aliquando propter tenuitatem fit, diaeta incraſſante curabitur. GAL. *Meth. Med.* V.

b) Ἀποστρέφειν τὸ αἷμα πρὸς ἕτερα μόρια προχετεῦσαι τε καὶ ἀντισπάσαι.

Auertere ſanguinem ad alias partes, deriuatione et reuulſione. GAL. Ib.

Πλῆθος αἵματος ἐπὶ κεφαλὴν ἀναφερομένου.

Plethora ſanguinis ad caput delati. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

Τὸ καθ' ἕκαστον μόριον πλῆθος, οἷον τὸ καθ' ἧπαρ, ἢ καρδίαν, ἢ νεφρούς.

Ad ſingulas partes plethora, ad hepar, aut cor, aut renes. GAL. *De Plethora.*

c) Ἐπισχεθῆναι τὸ αἷμα, ἢ διὰ φλεβοτομίας μετοχεύσαντα, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν νεῶν, ἢ διὰ ὀξυκράτου στήσαντα, ἢ ἀποσιτίᾳ μειώσαντα.

Contineri oportet ſanguinem, aut per venae ſectiones transuehendo, maxime ſi morbus recens eſt, aut oxycrato ſiſtendo, aut abſtinentia imminuendo. GAL. *Introd. ſ. Medicus.*

d) Γυναικὶ αἷμα ἐμέσασῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις.

Feminae ſanguinem vomenti, menſibus largiter effuſis, ſolutio HIPP. *Aphor.* Sect. V. 32. p. 93. T. I.

e) Κεφαλὴν πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι πύον ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

Caput

ſeroſis f) pro morborum conditione et naturae arbitrio g), ſalus eſt ſaepiſſime. Proinde legibus nullis, niſi generalius ſcriptis, addicendus eſt animus, ſiquidem ex circumſtantiarum varietate noua ſaepe capienda ſunt conſilia, vti legislatoribus h), qui pro peccatorum nouitate nouum quid ſemper ſanciunt, ita et medentibus.

Caput dolenti et vehementer dolenti, aut pus, aut aqua, aut ſanguis fluens ex naribus, aut ad os, aut per aures, ſoluit morbum. HIPP. *Aphor.* Sect. VI. 10. p. 98.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον. εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν.

Quicunque ſanguinem vomunt, dummodo ſine febre fuerit, ſalutare. Cum febre autem malum. HIPP. *Aphor.* Sect. VII. 37. p. 105.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσι αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγενόμεναι, ἀγαθόν.

Melancholicis et rene inflammatis haemorrhoides ſuperuenientes, bonum. HIPP. *Aphor.* Sect. VI. 11. p 99.

f) *Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.*

Si leucophlegmatia detento fluxus alui ſuperuenit validus, ſoluit morbum. HIPP. *Aph.* Sect. VII. 29. p. 104.

g) *Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.*

Quorſum natura magis vergit, per conuenientes regiones. HIPP. Sect. I. Aph. 21. p. 71.

h) *Νόμος οὐκ ἂν δύναιτο τό τε ἄριστον τό τε δικαιότατον ἀκριβῶς ἅμα πᾶσι προλαβὼν, τὸ βέλτιον ἐπιτάττειν, αἱ γὰρ ἀνομοιότητες τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν πράξεων, καὶ τὸ μηδέποτε μηδὲν, ὡς εἰπεῖν ἔπος, ἡσυχίαν ἄγειν, τῶν ἀνθρωπίνων, οὐδὲν ἐῶσιν ἁπλοῦν ἐν οὐδενὶ περὶ ἁπάντων καὶ ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον ἀποφαίνεσθαι τέχνην οὐδ᾽ ἡντινοῦν.*

Lex nequit, quod optimum eſt et iuſtiſſimum, ſincere comprehendendo, ſemper ita, vt operae pretium eſt, praecipere, quando hominum actionumque diſſimilitudo, et, quod, vt vno verbo omnia dicantur, nihil conſtans maneat in rebus humanis, nihil ſinunt ſimplex in ulla re inter omnes omnique tempore conſpici, in ulla vnquam arte.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXII.
QVO
INDICATIO MVTANS SOLIDA
SISTITVR.

Cum duo ſint ſanitatis momenta, quorum alterum in motoris efficacia, alterum in organorum aptitudine ponitur [a]), morborum etiam conceptus ſummi eodem reuertuntur. Quamuis autem ad vtramque hanc aegritudinis ideam in quamplurimis exemplis fluidorum rationes multum valent, et indicationes ſecundum illas componendae ſunt; fit tamen etiam, vt in morbis numero haud inferioribus malorum forma, cauſſa eorum proxima, ad quam in cura reſpiciendum eſt, hinc auxiliorum deſtinatio, verſus ſolida plus, quam verſus humores his contentos, proſpiciat. Oportet adeoque, ſiue *robur agendi*, ſiue *organi fabrica* a ſtatu naturali deflectat, ad ſolidorum indolem animo ſaepe reuerti, *mox* eorum minima cogitando amplecti [b]), illa nempe, quae iam compoſiti quidpiam habent,

a) Ὑγείαν ἐν δυοῖν τέτοιν ζητέον, ἢ ἐν ταῖς κατὰ φύσιν ἐνεργείαις, ἢ ἐν ταῖς κατὰ φύσιν παρασκευαῖς τῶν ὀργάνων.
Sanitas in his duobus quaerenda, in accommodatis naturae potentiis, inque organorum accommodata naturae conſtitutione. GAL. *De Morb. Differentiis* c. 2. p. 1. T. VII.

b) Ἕκαστον τῶν ὀργανικῶν μορίων ἐκ τινῶν ἑτέρων ἁπλῶν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν σύγκειται, κἀκείνων ἕκαστον ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων.

habent, ſiquidem ex ſubtiliore iſta circa fibrillas et prima corporum elementa contemplatione nil quidquam vtilitatis eſt [c]), *mox* ſingularem vniuscuiusque viſceris fabricam, intra quam cauſſa actionis laeſae ſedet, ſecum perpendere medentes. Tunc autem maxime ad minima ſolida animum aduertimus, ſi ſine aliqua meditatione, ad quodque organon directa, morbos, ad totum hominem vel plura ſimul organa redundantes, contemplamur. Quodſi autem ſingulare viſceris aliusue organi malum eſt, ex omnium, quae illud faciunt, vaſorum aliarumque conditionum circumſtantiis cauſſam, et, quod illi par eſt, medicamenti efficaciam metimur. Fibra adeoque minima, quae, quousque illam mente aſſequi poſſumus, nerui filamentum extremum eſt, fluidi ſui, quod ſpiritus, inopia ſaepe flaccet, et *atoniae* aut imbecillitatis et fibrae laxae conceptus, qui grauiſſimorum ſaepe morborum idea eſt, effingit [d]). Propterea compoſita ex fibris nerueis vaſa minima, ex his maiuſcula, tandemque maiora, laxantur, hinc [e]) effecta ex his viſcera et inſtrumenta, vti vaſorum ſunt congeries, fluidis ſuis transprimendis parum idonea [f]) deficiunt. Si quis in his

Quaelibet organicarum partium ex quibusdam ſimplicibus, ad ſenſum tamen, componitur, et harum ſingula ex primis elementis. GAL. Ib. c. 3. p. 3.

c) *Τὰ ϛοιχεῖα τῶν ἡμετέρων σωμάτων πάσχειν πέφυκεν, τὰ δὲ ἄτομα καὶ ἄναρμα ἐξ ἀπαθῶν τινῶν σύγκειται.*

Elementa noſtrorum corporum pati poſſe, nata ſunt, indiuiſibilia autem et incompoſita ex paſſionis expertibus quibusdam componuntur. GAL. Ib.

d) *Ἡ ἀτονία, τῆς ἐνεργείας ἀῤῥωϛία.*

Toni defectus, in facultate imbecillitas. GAL. Ib.

e) *Νόσημα εὐρύτητος. Ἀμετρία τῶν πόρων.*

Morbus latitudinis: Menſurae exceſſus in meatibus. GAL. Ib.

f) *Γαϛρὸς ἀτονία καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηρίας καὶ μυὸς καὶ παντὸς ὀργάνου ζωτικοῦ τε καὶ ψυχικοῦ.*

Ven-

his omnibus fluidi ideam dominari putet, diſputationi locum habiturus eſt, cogitatione tamen de *ſolido imbecillo, fluidis transprimendis haud idoneo,* vbicunque infirmitas eſt, ſemper praeualitura. Sapienter adeoque neruorum cognitionem in diiudicandis medicamentorum, quae tonum firmant, rationibus et applicandi modo GALENVS [g]) poſtulat, quo, cum opus ſit, partibus laxatis medicamenta foris admoueri [h]), intellectis neruorum originibus [i]), iuxta illorum primordia applicetur pharmacum, vel, ſi illud trans integumenta ire poſſe neges, fons certe ſpirituum communis frictione excitari ad neruei ſucci influxum poſſit. Hac ratione GALENVS crus [k]) manuumque digitos [l]), admoto ſpinae vnguine, perſanauit, vt alia, quae neruos firmant [m]), et minimis illorum apicibus robur ingenerant,

Ventriculi atonia, et venarum, et arteriarum, et muſculorum, et omnis organi vitalis ac animalis. GAL. Ib.

g) Κατὰ τὴν τῶν νεύρων ἀνατομὴν γυμνασάσθω.
In neruorum diſſectione exercitatus eſto. GAL. *De Loc. Affect.* I.

h) Βοηθήματα τοῖς πεπονθόσι μορίοις προσφέρεσθαι.
Auxilia affectis partibus adponere. GAL. Ib.

i) Ἐπίςασθαι τίνι χρὴ μορίῳ προσφέρειν τὰ βοηθήματα.
Sciendum, cui parti applicanda ſint auxilia. GAL. Ib. L. II.

k) Τινὲς ἅμα ἄμφω τὰ σκέλη κατὰ βραχὺ παραλυόμενοι διὰ τῶν κατ᾽ ὀσφὺν ἐπιτιθέντων φαρμάκων ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ καθ᾽ ὃ τὰ τῶν σκελῶν ἀποφύεται νεῦρα τȣ̃ νοτιαίȣ μυελȣ̃, ἐθεραπεύθησαν.
Quidam, vtroque crure ſubito ſoluti, ad lumbos adpoſitis pharmacis illo in loco, vbi nerui crurales oriuntur ex medulla ſpinali, perſanati ſunt. GAL. Ib.

l) Οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι διὰ τῶν ἐπιτιθεμένων τῇ ῥάχει φαρμάκων, θεραπευόμενοι.
Manus digiti, impoſitis ſpinae pharmacis, curati fuerunt. GAL. Ib. Libr. I.

m) Σφίγγειν, σκληρύνειν τὰ σώματα, τȣ̀ς πόρȣς αὐτῶν συνάγειν καὶ πυκνȣ̃ν.
Compingere, indurare corpora, meatus illorum cogere et denſare. GAL. *Meth. Med.* VII.

nerant, ne *indicationi vitali* ſua praeripiatur materies, nunc non attingam. Augeri quidem neruorum robur eo vsque, vt plenitudine illorum ex optimo ſpiritu orta, morbi fiant, haud poſſe arbitror. Hoc autem etiamſi haud fuerit; cauſſae tamen plurimum eſt, ex qua, neruorum minima ſtringi, hinc vaſorum apices anguſtari, et ab illorum conſtrictione, quam ſpaſmum vocant, reluctantia humorum erga cor oriri poſſint, ſi ſanguine distenta vaſa ipſorum neruorum fuerint [n]), ſi ſpontanea, quae per aetatem fit, fluidi fuga corpora compingantur [o]), et fibra obrigeſcat, tandemque *vel* a cauſſis externis [p]) apices vaſorum halantium aliaque liquida ſecernentium adſtringantur, vt manere morbumque inducere, quod pelli debuit, oporteat, *vel* lenta craſſorum congeſtione minima vaſa in ſolidi indo-

n) Ἡ πληθωρικὴ διάθεσις εἰς τὰ νεῦρα ἀφίσταται.
Plethorica diſpoſitio ad neruos redundat. GAL. *De Differ. Morb.*

o) Τῆς στεγνώσεως διαφορὰ διττή, συνίζησίς τε τοῦ σώματος εἰς ἑαυτὸ πανταχόθεν καὶ αὐτῶν τῶν πόρων ἔμφραξις.
Anguſtiae viarum duplex differentia, concretio corporis in ſe ipſum vbique, et ipſorum meatuum infarctus. GAL. Ib.
Τῶν κενουμένων δ' αὐτῶν τῶν πόρων τὰ μὲν ὑγρὰ καὶ θερμὰ καὶ λεπτὰ διαφορεῖται τάχιστα, τὰ δὲ παχέα καὶ γλισχρὰ δυσδιαφόρητα ἐστί.
Euacuatis meatibus, humida et calida, et tenuia exhalant, compacta autem et viſcida exhalari nequeunt. GAL. *Meth. Med.* IX.

p) Ῥιγώσας τις ἀμέτρως καὶ νηξάμενος ἐν ὕδατι στυπτηριώδη ἤ τινος τοιαύτης ἑτέρας μετέχοντι δυνάμεως, ἐστέγνωσέ τε καὶ ἐπύκνωσε τὸ δέρμα καὶ τὰς διαπνοὰς ἔνδον καθεῖρξεν. αἱ δ' εἰ τύχοιεν οὖσαι καπνώδεις, ἀθροισθεῖσαι πυρετὸν ἐγέννησαν.
Horrens aliquis, aut balneo vſus ex aqua atramentoſa et eiusmodi ſimilem facultatem habente, coëgit et obturauit cutem, et intrinſecas *cauorum* exhalationes cohibuit, quae fumoſae, vti congeſtae nunc ſunt, febrem fecerunt. GAL. *De Morb. Different.*

indolem conuertantur q). Id quod variis modis effici potuit, ſiue morbi male cedentes ſuam in minimis materiem reliquerint, ſiue ab humorum indole *immeabilitas*, quae morborum quam plurimorum mater eſt, proueniat r). Hanc ſi quis ad fluidorum vitia referendam ſimul eſſe cenſeat, ego non repugno. Sunt enim alii quoque ſummi quidam de morbo conceptus, qui, dum humorum vitia inuoluunt, ad ſolida tamen plus magisque attinent, ſiquidem illorum deſtructionem ſecum afferunt. Talis febrium inflammatorii s) putridique generis t) idea

q) *Νοσήματα ἐμφράξει γλίσχρων παχέων συνιςάμενα.*
Morbi infarctu glutinoſorum craſſorum conſiſtentes. GAL. Ib.

r) *(Τὰ ῥεύματα) ἢν καὶ περαιτέρω χωρήσωσι καὶ μέχρις αὐτῶν τῶν σπλάγχνων ἀφίκωνται καὶ ὧδε ςηριχθῶσι, χεῖρον μὲν τ' ἂν εἴη τὸ πάθος· μάλιςα δὲ ἢν οἱ παχύτεροί τε καὶ γεωδέςεροι ὧδε ἐναπειλημμένοι ὦσι χυμοί. Ἐντεῦθεν γὰρ τὸ ὑποχονδριακὸν οὕτω καλούμενον πάθος ἄρχεται ἀναφύεσθαι, χέρους καὶ σφοδροτέρας τὰς ἀθυμίας ἐμποιοῦν, βάρους ἐγκειμένου περὶ τὰ σπλάγχνα, καὶ ὕπνοι δὲ θορυβώδεις ὧδε, καὶ ἐνύπνια ἄγρια ὡς ἐπὶ μελαγχολίας μελλομένης.*
Si autem (rheumata) vlterius progrediantur et ad ipſa vsque viſcera procedant, ibidemque figantur, peius quidem hoc malum fuerit, maxime ſi craſſiores magisque terreni humores illuc translati fuerint; Abhinc ſic dictum hypochondriacum malum incipit naſci, peſſimos difficillimosque angores efficiens, pondere circa viſcera impoſito, et ſomni turbulenti et inſomnia fera, ipſa melancholia imminente. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* II.

s) *Φλεγμονώδης διάθεσις.*
Inflammatoria diſpoſitio. GAL. *De Differ. Morb.*

t) *Ὑγρῶν μοχθηρίαι διαβιβρώσκειν πεφυκυῖαι.*
Fluidorum difficultates, erodere poſſe, natae. GAL. *De Cauſſ. Morb.* II.
Τὰ δάκνοντα καὶ διαβιβρώσκοντα μετὰ θερμότητος ἰσχυρῶς δριμέα.
Mordentes et depaſcentes cum calore valido acres ſucci. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. 1. Prooem.

Διε-

idea ſiſtitur, dum vtroque modo ipſa ſolidorum elementa corrumpuntur et euertuntur [u]). Quamuis autem in his omnibus alia, quam quae iuxta leges fluidorum agunt, medicamenta requiri haud poſſint; ſunt tamen nihilo ſecius, quae ad rationes ſolidorum redeunt, indicationes haud paucae. Deſiccatae partes inducto fluido molleſcant [x]), aperiatur tranſpirationis iter [y]), et quod acredine deſtructum eſt, addito, quod glutinare poſſit, reſtituatur [z]).

Morborum quidem *ſingulis viſceribus addictorum* declaratio nil minus a minimorum ſolidorum, et, quae ex illis contexta ſunt, vaſorum ſubtilium contemplatione pendet, dum, ſi quid illis praeter naturam accidit, in eo ſimiliter poſitum eſt, vt vaſa concreſcant, ſuis humoribus haud ſint peruia [a]), a vicino tumore premantur, in ſeſe contrahantur et rigeſcant [b]), laxentur etiam, mox in oſculis, mox in

Διεφθαρμένον αἷμα, ἀναβιβρῶσκον καὶ ἑλκοῦν τὸ σῶμα.

Corruptus ſanguis depaſcens et exulcerans corpus. GAL. *Meth Med.* IV.

u) Νοσήματα ἐκπτώσεως τῶν στοιχείων.

Morbi, qui elementa deſtruunt. GAL. *De Different. Morb.* I.

x) Χυμοὺς ἐνθεῖναι τοῖς στερεοῖς μέρεσι.

Succos indere ſolidis partibus. GAL. *Meth. Med.* IX.

y) Ἀραιῶσαί τε τὸ δέρμα καὶ κενῶσαι πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτοῦ κατεχομένων.

Extenuare cutem et euacuare multa, ante intra illam detenta. GAL. Ib. X.

z) Ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητας καὶ ἀκρησίας γίνονται, ἀποκαθίστανται κρηθέντα καὶ πεφθέντα.

Qui morbi ſuccorum acredine et intemperie fiunt, reſtituuntur mixta et cocta. HIPP. *De Priſca Medicina.*

a) Σύμφυσις, στενοχωρία, ἔμφραξις, θλίψις, συνίζησις.

Concretio, vaſorum anguſtia, infarctus, preſſio, contractio parietum vaſis. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 7. p. 26. T. II.

b) Τινὸς παρὰ φύσιν βλαστήματος ἢ καὶ σκίρρου συστάντος, ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἀποστήματος ἐν αὐτοῖς τῶν ὀργάνων τοῖς σώμασι, κάματα

in pariete c), mox deſtruantur penitus ab vicere d), mox, eodem ſanato, coaleſcant inter ſe e), fluidisque transmittendis hoc ipſo imparia efficiantur f). Plus tamen ad inueniendum applicandumque morbis ſingularibus remedium confert, vt totius viſceris compages et textura illi propria mente teneantur. Quandoque in cauis eorum aliquid peregrini haeret, quod vel tota natura alienum g), vel ex re vitali conuerſum eſt; quod, ſi acre fuerit, demulcendum; ſi putridum, coquendum, bonisque ſuccis perfundendum; ſi inflammatum, per indicationem euacuatoriam deplendum aut reuellendum; ſi laxum,

πατα τȣ̃ παρὰ φύσιν ὄγκȣ τὴν ἐντὸς κοιλότητα καταλαβόντος, ἡ ϛενοχωρία γίνεται.

Excreſcentia quaedam praeter naturam aut ſcirrho coëunte, aut inflammatorio tumore, aut abſceſſu in ipſis organorum corporibus, ipſo deinde tumore praeter naturam, internam cauitatem occupante, fit anguſtia. GAL. Ib.

c) Ἀναϛόμωσις ἀγγείων μικρῶν.

Dilatatio vaſorum minimorum. GAL. *De Symptom. Cauſſ.*

d) Ἐξ ἀναβρώσεως αἱμοῤῥαγίαι.

Ex eroſione, fluxus ſanguinis. GAL. *Meth. Med.* V.

e) Ἑλκωθείσης τῆς ἔνδον ἐπιφανείας κᾄπειτα ξυμφύντων ἀλλήλοις τῶν ἡλκωμένων ἡ διαφθορὰ γίνεται τῆς κατὰ φύσιν διαπλάσεως.

Eroſa interna ſuperficie, deinde coaleſcentibus inuicem eroſis, corruptio fit naturalis conſtitutionis. GAL. *De Cauſſ. Morb.* II. l. cit.

f) Σκιῤῥώδης διάθεσις.

Scirrhoſa diſpoſitio. GAL. *De Different. Morb.*

g) Κατὰ τὸν ἀριθμὸν διτταὶ διαφοραὶ τῶν νοσημάτων γενήσονται, ἢ ἐλλείποντος τινὸς μέρȣ, ἢ περιττεύοντος· τῶν περιττευόντων τὰ μὲν ἐκ τȣ̃ γένȣς ἐϛὶ τῶν κατὰ φύσιν, ὡς εἰ καί τῳ γένοιτο ἕκτος δάκτυλος· ἔνια δὲ ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν ἐϛὶ, ὡς ἕλμινθές τε καὶ ἀσκάριδες.

Quoad numerum, duae differentiae morborum fient, aut deficiente aliqua parte, aut abundante: Eorum, quae abundant, quaedam cognata ſunt, vt ſi cui ſextus

xum, ſtringendum [h]) eſto. Haec quidem conſilia ex natura fluidorum ſunt; iuuant tamen ſolida, veluti etiam humoribus plus medemur, quam ſolidis; ſi viſcera pro peculiari ſua fabrica, pulmonum [i]), hepatis ac ſplenis exemplo [k]), impactis ſuccis, tument, aut cum vicino alio viſcere, praeter quam fieri oportet, connaſcuntur [l]), inque officio ſuo gerendo deficiunt [m]). Ex iſtis meditationibus, ad vnumquodque viſcus relatis, veluti illorum labes iudicioſa ex ſignis cognitione [n]) diſcitur, indicationes, ad partem affectam directae et locales dictae, fluunt,

tus eſſet digitus, quaedam toto genere a natura abſunt, veluti vermes et aſcarides. GAL. Ib. c. 8. p. 10.

h) Ἡ διαπήδησις ὑπὸ τῶν ψυχόντων καὶ ϛυφόντων θεραπευθήσεται.
Parietum vaſis diductio, vt humores transfluant, refrigerantibus et adſtringentibus curabitur. GAL. *Meth. Med.* V.

i) Κορίσκονται τοῦ φλέγματος οἱ πνεύμονες, καὶ τὸ πῦον τοῦτο διεθίει τοὺς πνεύμονας.
Implentur pituita pulmones, et pus hos exeſt pulmones. HIPP. *De Glandulis*, §. 10. p. 420. T. I.

k) Ὕδρωψ, σπλὴν μέγας, ἥπατος πόνος.
Hydrops, ſplen magnus, iecinoris dolor. DIOCL. CARYSTIVS Epiſt. Prophyl. ad ANTIGON. Regem, apud PAVLLVM.

l) Νοσήματα συμφύσει τινί.
Morbi ex concretione aliqua. GAL. *De Differ. Morb.*

m) Σπλὴν μέγας, ἐν ἥπατι κακοπραξία.
Splen magnus, hepatis actio praua. GAL. *Method. Med.* IV.

n) Τῇ τῶν ἐκκρινομένων ἰδέᾳ γινώσκεται τὸ πεπονθὸς μόριον.
Eorum, quae excernuntur ſpecie, cognoſcitur pars affecta. GAL. *De Locis Affect.* II.
Ὅπως ἂν τις εὑρίσκοι τὰ πεπονθότα μέρη τῇ τῶν πόνων διαφορᾷ προσέχειν τὸν νοῦν.
Vt quis inueniat partes morbo affectas, ad dolorum differentias aduertere debet animum. GAL. Ib.

fluunt [o]), quae, ignorato viſceris affecti ſitu, nexu cum vicinis [p]), ſtabilimento [q]), aliisque conditionibus, ex anatome petendis, difficulter inueniuntur. Maximum ſane curationis momentum eo redit, vt medentes, vtrum in illa, quae ſenſum mali habet, parte cauſſa morbi ſedeat, an ex conſenſu dolor et actionum laeſio ſit [r]), clare perſpiciant; quod niſi fiat, nihil intelligunt. Plurimum enim intereſt, ſcire, vtrum ex idiopathia et partis ſubſtantia, aut contentis afflictio orta ſit, an vero ex ſympathia et

Gg 5 con-

o) Ἡ κατὰ μέρος τῶν βοηθημάτων χρῆσις τὴν παρὰ τῆς θέσεως τοῦ πεπονθότος μορίου προσλαμβάνει ἔνδειξιν.

Auxiliorum alicui parti applicandorum vſus, a ſitu loci patientis indicationem accipit. GAL. *De Conſtit. Medic.*

Διαγινώσκειν τὰ κατὰ τοὺς τόπους πάθη, διότι καὶ τὴν θεραπείαν ὑπαλλάττεσθαι συμβαίνει κατὰ τὰς διαφορὰς αὐτῶν.

Cognoſcendi ſunt certis locis addicti morbi, quia curationem mutare conuenit ſecundum eorum differentias. GAL. *De Loc. Affect.* I.

Μερικὰ βοηθήματα.

Parti applicanda auxilia. ALEX. TRALL. I. 1.

p) Νοσήματα τῆς κατὰ φύσιν ἐξαλλαττομένης πρὸς ἄλληλα μορίων κοινωνίας.

Morbi ex conuerſo naturali partium inter ſe nexu. GAL. *De Differ. Morb.*

q) Ἡ πρὸς τὰ παρακείμενα μόρια κοινωνία διαφθείρεται, συμφύντων τινῶν ἀλλήλοις οὐ δεόντως ἢ τινὸς ἀρτήματος ἢ δεσμοῦ χαλασθέντος.

Nexus cum vicinis corrumpitur, connaſcentibus ad inuicem quibusdam, vel ſuſtentaculo quodam aut ligamento laxato. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 7. pag. 26. T. VII.

r) Διορίσωμεν τὰ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου μορίου γινόμενα πάθη, τῶν κατὰ ἰδιοπάθειαν.

Diſtinguamus, qui per conſenſum cum alia parte fiunt, morbos, ab illis, qui ex ſubſtantia eius ſunt. GAL. *De Locis Affect.*

conſenſu, a communione vaſorum [s]) ac propinquitate [t]) orto, peregrinum malum in ſede ſua ſaepe haud percipiendum et quietum, alicubi ita ſentiatur, ac ſi eſſet domeſticum, veluti, ſi caput ob ventriculi ſaburram dolet [u]), quandoquidem hac meditatione, dum interea empiricus ad ſenſum aegri vnice reſpicit, rationalis medicus ad fontem mali procedit, illumque a ſordibus liberat.

Puriores et ſimpliciores indicationes, ſolidis addictas, nec tantum, quantum in reliquis eſt, ad fluida directas, habet ars, quae manu medetur, ſi numero [x]) quid plus vel minus eſt, volumine [y]) abundat vel deficit, a forma, quae natiua partibus eſt,

s) Ὁι τῶν νεύρων ἀποφύσιες συμπάσχουσιν.
Neruorum communicationes. GALEN. *Comm. II. in Prorrh.* HIPP. II.

t) Τὰ πάντα, συμπαθοῦντα ἀλλήλοις, ἢ τῷ γειτνιᾶν, ἢ τῷ κοινωνίαν ἔχειν μεγάλην κατὰ τὰ ἀγγεῖα καὶ νεῦρα, πάσχει.
Omnia, quae inter ſe conſentiunt, aut eo, quod prope accumbant, aut eo, quod communicationem habeant magnam per vaſa et neruos, patiuntur. GAL. *Comment. II. in Prognoſt.* HIPP.

u) Τοῦ δὲ σώματος τὰ μέλεα ἕκαστα, τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ὁπόταν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁρμήσει, νοῦσον παραυτίκα ποιέει, ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ.
Corporis autem membra ſingula, alterum alteri, dum huc vel illuc morbus fertur, aegritudinem ſtatim communicant, ventriculus capiti. HIPP. *De Locis in Homine.*

x) Κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἁπλῶν μορίων διτταὶ διαφοραὶ τῶν νοσημάτων γενήσονται, ἢ ἐλλείποντος τινὸς μέρους ἢ περιττεύοντος.
Ad numerum partium ſingularum, duplex differentia morborum eſt, aut deficiente aliqua parte, aut abundante. GAL. *De Differ. Morb.* c. 8. p. 10.

y) Τῶν ὀργάνων νοσήματα, κατὰ τὸ μέγεθος ἢ μεῖζον ἤδη γένοιτο ἢ αὖθις ἔλαττον ἀποτελεσθείη.
Organorum morbi magnitudine, ſi quod maius ſit, et iterum tenuius euadat. GAL. Ib.

eſt, diſcedit [z]), ſi compreſſum [a]) quid eſt vel laxatum [b]), aut ex ſede ſua lapſum [c]), ſi quid ſolutum eſt et continuum eſſe deſiit [d]), ſi quid luxatum, fractum [e]), ſectum, compunctum, contuſum [f]), ipſa vita

z) Ἡ προσήκουσα μορφὴ τοῦ μορίου διαφθείρεται.
Conueniens parti forma corrumpitur. GAL. Ib.

a) Στενοχωρούμενα ὑπό τινος τῶν περικειμένων, ἐμπιπτόντων αὐτοῖς καὶ θλιβόντων.
Anguſtata, a quadam re earum, quae circumiacent, illabentium et comprimentium. GAL. Ib.
Τὰ προσπίπτοντα ἔξωθεν φάρμακά τε καὶ ὕδατα φαρμακώδη καὶ ψυχρά, καὶ αὐτὸ τὸ περιέχον, ἤτοι στέγνωσιν, ἢ μάνωσιν ἄμετρον ἐναπεργάζεσθαι δύναται τῷ μορίῳ. Καὶ τινες βίαιοι δεσμοὶ νεκρώσουσί τε καὶ καταψύξουσι τὸ μέρος.
Quae extus accidunt, venena, aquae medicatae et frigidae, et ipſe, qui nos ambit, aër, vaſorum conſtrictionem et extenuationem menſura maiorem efficere poſſunt parti, vti etiam vincula fortia, quae enecant et refrigerant membrum. GAL. *De Cauſſ. Morb.* c. 7. pag. 26.

b) Σύνδεσμος χαλασθεὶς ἢ συνταθείς.
Ligamentum articuli laxatum aut adſtrictum. GAL. *De Differ. Morb.*

c) Ἡ διαφθορὰ τῆς κατὰ φύσιν διαπλάσεως.
Corruptela naturalis partium inter ſe nexus. GAL. *De Cauſſ. Morb.*

d) Ἑνώσεως λύσις.
Vnionis laeſio. GAL. *De Differ. Morb.*
Δυσκρασίαι τῆς συνεχείας· τῶν μορίων διαίρεσις, λύσις ἑνώσεως.
Continui laeſiones: in partibus diuulſio, ſolutio vnionis. GAL. Ib.

e) Τῆς συνθέσεως τῆς κατὰ φύσιν ὑπαλλαττομένης νοσήματα, παρὰ μὲν τὴν θέσιν ἐν τοῖς ἐξαρθρήσεσι καὶ παραρθρήσεσι καὶ ταῖς ἐντεροκοίλαις καὶ ἐπιπλοκοίλαις.
Compoſitionis, quae ſecundum naturam eſt, mutatae morbi, quantum ad nexum, in luxationibus ac ſubluxationibus, herniis inteſtinalibus et omentalibus. GAL. Ib.

f) Ἀναγκαῖον, ἤτοι ῥῆξιν ἢ θλάσιν ἢ διάβρωσιν εἶναι τὴν διάθεσιν ἐν τῷ διαιρεῖσθαι τὸ συνεχές, ἡ μὲν ῥῆξις ἐκ τάσεως τινός, ἡ δὲ θλάσις ἐκ βάρους, ἡ δὲ διάβρωσις ἐκ δακνώδους γίνεται ποιότητος.

Neceſ-

vita [g]) priuatum, putri carne [h]) malaque intra folliculum collecta materie [i]) impletum eſt. Omnes enim, quae exinde fluunt, indicationes ad ſolidi naturam vnice redire, quilibet facile perſpicit, cum in iſtis morborum cauſſis remouendis manus et medicina efficacior plus omni internorum medicamentorum vſu valeat. Mixti magis ſunt, et de effectu fluidorum in ſolida haud parum habent indicationes chirurgicae illae, quae nouam deperditae aut corruptae partis nutritionem, aut circumducendi humoris motum languidum excitandum inuoluunt. Solida quidem chirurgus vnit, ſi vulnus aequat [k]), fracturam componit; nunquam autem vel ſanguinis fluxum ſiſtet, niſi ipſius ſanguinis grumus ora vaſorum diſſecta claudat [l]), vel nouam carnem generabit

Neceſſarium, aut ruptionem, aut fracturam, aut eroſionem eſſe illam conſtitutionem, qua continuum ſoluitur; ruptio quidem ex tenſione quadam; fractura ex pondere, eroſio autem ex mordente quadam conditione. GALEN. *Method. Med.* XIII.

g) Νέκρωσις ἐκ καταψύξεως ἀμέτρου.
Partis mors ex frigore magno. GALEN. *De Cauſſ. Morb.*
Κάταγμα καὶ τερηδὼν, τῆς ἐν ὀστῷ συνεχείας διῃρημένης.
Fractura et caries, morbi ſunt continui oſſium ſoluti. GAL. Ib.

h) Ἐπαυξήσεις τῶν μορίων ἐν τοῖς ὑπερσαρκοῦσιν ἕλκεσιν.
Augmentum partium in luxuriantibus putri carne vlceribus. GAL. *De Differ. Morb.*
Ἡ ἐπὶ πλέον ἄυξησις. GAL. Ib.

i) Μελικηρίδες, ἀθερώματα, καὶ στεατώματα.
Meliceride s, atheromata, ſteatomata. GAL. Ib.

k) Ὅταν μεῖζον τὸ τραῦμα, προσαγωγὴ τῶν διεστώτων μορίων.
Si maius vulnus, adductio diſtantium partium. GAL. *Ars Medica.*

l) Ἐμφραγήσεται τὸ στόμιον ὑπὸ θρόμβου.
Obturabitur oſculum vaſorum grumo ſanguinis. GAL. *Method. Med.* V.

bit [m]) et cicatricem inducet, niſi vlcere puriore effe-ꝺto, optimisque ſuccis enutrito [n]). Poſſetne artifex vlcus aridum, putri [o]) carne plenum, eadem etiam abſumpta [p]), replere et ad cicatricem ducere [q]), niſi concurrat eorum vſus, quae ſanguinis acredinem [r]) vlceroſam eluunt? Nulli tumores, niſi quibus ferrum medetur, externis auxiliis ſanantur. Siue enim indolens tumor ſit [s]), mollisne, an durior, quandoquidem eius indoles ad humorum extra vaſa errorem et eorum, quamcunque demum, impuritatem reuertitur [t]), ſiue inflammatorius atque dolens; in omni-

m) Λυθείσης τῆς συνεχείας, ὁ μὲν τῆς ἰάσεως σκοπὸς ἕνωσις· ἐν δὲ τοῖς σαρκώδεσι, κόλλησις ἴασις ἐςίν.
Soluta continuitate, curae quidem finis, vnio; at carnium glutinatio, curae eſt complementum. GAL. *Ars Medica.*

n) Ἡ τῆς ἰάσεως τάξις ἀπὸ τῆς ἰάσεως τοῦ ῥύπου τὴν ἀρχὴν ἔχει, τῷ μήτε κολληθῆναι μήτε σαρκωθῆναι δύνασθαι, πρὶν καθαρὸν γενέσθαι.
Curae ordo incipit a ſordium expurgatione; nam nec glutinari, nec caro induci poteſt ante, quam purum vlcus fiat. GAL. *Method. Med.* IV.
Ἢ καθαίρειν ἢ ἀνατρέφειν.
Aut purgare vlcus aut nutrire. GAL. *De Conſtit. Med.*

o) Ἕλκος πελιδνόν τε καὶ ξηρὸν ἢ ὠχρόν τε καὶ ξηρόν.
Vlcus liuidum et ſiccum, aut luridum et ſiccum. HIPPOCR. *Prognoſt.*

p) Τμητικοῖς θεραπεύειν ὑπερσαρκίαν ἄμετρον, λεπτῦναί τε τοὺς χυμοὺς ἱκανῶς καὶ κενῶσαι.
Incidentibus curare carnem putrem, humores autem extenuare et purgare. GAL. ibid.

q) Ἅπασα κοιλότης παρὰ φύσιν ἐνδείκνυται τὴν πλήρωσιν.
Omnis ſinus praeter naturam, indicat repletionem. GAL. *Meth. Med.* III.
Τὸ ἕλκος εἰς οὐλὴν ἀχθῆναι δεῖται.
Vlcus ad cicatricem ducendum. GAL. *Meth. Med.* V.

r) Ἑλκώδης διάθεσις.
Vlceroſa diſpoſitio. GAL. *De Diff. Morb.*

s) Οὐσία οἰδισκομένη.
Subſtantiae tumor. GAL. Ib.

t) Εὐρύτης παρὰ φύσιν τοῦ σώματος εἰς πᾶν μέρος ἔκτασις, αὐτῶν δὲ πόρων ἀναπέτειά τις οὖσα, ἐκπτώσει τῶν στοιχείων καὶ ῥύσεως εἰς αὐτὰ

omnibus, talibus auxiliis opus eſt, quae fluida ipſa mutare poſſint. Qui enim chirurgiam ſolam ſuper his negotiis conſulunt, nec humores commouent, ſua culpa ex inflammatis, niſi, aucta febre, pus factum eſt [u]), ſcirrhos [x]), ex ſcirrhis ſphacelum aut inſanabile vlcus [y]), fluens vel occultum [z]), ſunt effecturi. Adeo certum eſt, in cura morborum nihil ſolum eſſe poſſe, ſed totius hominis nexum [a]) ſimul ad inuenienda auxilia conuocari oportere.

τὰ τινὸς οὐσίας, ὄγκους περὶ τοῖς σώμασιν ἐργάζεται, ἐρυσιπέλατα καὶ φλεγμονὰς καὶ οἰδήματα καὶ φύματα καὶ φύγεθλα καὶ χοιράδας.

Latitudo corporis praeter naturam, in omnem partem extenſio, ipſorum meatuum diductio quaedam eſt, elementorum elapſu de natura ſua, et quadam re in illorum intercapedines effluente, tumores circa corpora fiunt, eryſipelata, tumores inflammatorii, oedemata, oſſiumque tumores et ſtrumae. GAL. *De Morb. Diff.*

u) Ἐπὶ τοῖς σφοδροτάτοις σφυγμοῖς ἐκπυΐσκεται τὰ φλεγμαίνοντα μόρια.

A fortibus pulſibus in pus inflammatae partes conuertuntur. GAL. *De Locis Affectis II.*

x) Σκίῤῥοι τὰ πολλὰ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἐργάζεται, συψάντων καὶ ψυξάντων σφοδρῶς ἐρυσιπέλατά τε καὶ φλεγμονάς.

Scirrhi ſaepe ab ipſis medicis efficiuntur, adſtringentibus et refrigerantibus valde eryſipelata et tumores inflammatorios. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* II.

y) Οὐσία σκιῤῥουμένη τε καὶ φλεγμαίνουσα καὶ σφακελίζουσα καὶ διαπυΐσκομένη.

Subſtantia indurata et inflammata, hinc ſphacelo tacta vel in pus conuerſa. GAL. *De Differ. Morb.*

z) Ὀνομάζουσι τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας βουβῶνας· εἰ δὲ σκιῤῥωδέστερα ἡ αὐτῶν φλεγμονὴ γένοιτο, δυσίατός τε ἐστὶ καὶ καλεῖται χοιράς.

Appellant tumefactas glandulas bubones; Si autem induruerint ſimulque inflammatae fuerint, cancer occultus appellantur. GAL. *Meth. Med.* XIII.

a) Ἀρχὴ δὲ πάντων μία καὶ τελευτὴ πάντων μία, καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή.

Principium omnium vnum et finis vnus, et idem finis et origo. HIPP. *De Locis in Homine.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXIII.
DE INDICATIONE VITALI.

Inanis medentium labor eſt et vana contentio, qua vel mutare cauſſas morborum, vel easdem depellere intendunt, niſi *vim vitae* et ſufficiens cordis penes aegrotantem robur aeſtiment [a]), ad illius valorem medicamenta ponderent [b]), ipſamque illam virtutem tenuem, ſuperſtitem [c]), auxiliis iuuent, et

a) Μέγιϛον μὲν ἓν ἀξίωμα τὸ τῶν δυνάμεων ἐϛίν. αὐτὰ γὰρ τὸ ζῆν ἡμῖν ἐκ τῆς τέτων ὑπάρχει φυλακῆς. - - ἡ δύναμις ἓν ἁπάντων πρῶτον φυλακτέα τοῖς ἀνθρώποις ἐϛὶν, ἐκ τᾶ μήτε κενᾶσθαι τὴν ἐσίαν, μήτ᾽ ἀλλοιᾶσθαι τοσαύτην ἀλλοίωσιν, ὅση πλησιάσει τῇ φθορᾷ.

Maximum in cura momentum illud eſt, quod vires aegroti concernit. Ipſa enim vita ex harum eſt obſeruatione. Vis vitae ergo in omnibus primum eſt conſideranda; qua ſit, vt nihil neque euacuetur, neque inuertatur aliqua mutatione, niſi in quantum quid corruptioni proximum eſt. GAL. *Method. Med.* IX. 13. p. 216. T. X.

b) Ἔϛωσαν καθ᾽ ἕκαϛον ἄρρωϛον εὐθέως ἀπὸ πρώτης ἡμέρας οἱ σκοποὶ, ἥ τε τᾶ νοσήματος ἀκμὴ, ἥ τε τᾶ κάμνοντος δύναμις.

Penes vnumquemque aegrotum ſtatim a primo die indicationes ſint, altera, morbi ſtatus, altera, aegroti vis vitae. GAL. Ib. X. 1. p. 223.

Παρὰ τῆς δυνάμεως τὴν τῶν βοηθημάτων παράληψιν ἐκκρίνειν.

De virtute, medicamentorum ſelectum deſumere. GALEN. *De Optima Secta.*

c) Τὸ καταλειπόμενον τῆς δυνάμεως παντέλῶς μικρὸν καὶ ἀμυδρόν.

Quod ſuperſtes eſt virtutis vitalis, admodum parcum et debile. GALEN. *ad* GLAVCON. *Therap.* II.

et ad agendum excitent [d]). Haec enim omni arte plus eſt [e]), dum impetu ſuo, cauſſae reſiſtentiam ſuperante, quod conuerti poteſt, nouis ad vitam dotibus inſtruit, quod *coquere* eſt [f]), illud autem, quod tota abludit ſpecie, et cicurari nequit, temporibus ad hoc negotium requiſitis, ſenſu rei interitum minantis ad motus criticos [g]) excitata, deiicit atque euacuat [h]), dum, vt illud efficere, et corporis ſui, quod regit, ſecuritati proſpicere poſſit, diuinis facultatibus et ſenſu neceſſitatum haud dubitato praeditus eſt, ille, qui neruis aduehitur, et naturae, quam dicunt, primaria pars cenſetur, ſpiritus animalis [i]). Propterea, cum viſcerum determinata

d) Ῥωννῦναι τὴν δύναμιν, ὅπως ἀντιϲχεῖν τῷ νοσήματι δυνηθῇ.
Roborare vim vitae, quo in contrarium niti morbo poſſit. GALEN. *Method. Med.* XI. 2. p. 249.

e) Ἡ τῆς φύσεως δύναμις ἰσχυροτέρα ἐστὶ πρὸς τὸ πράττειν, ἁπάσης τέχνης βέλτιον.
Naturae vis fortior eſt, ad agendum omni arte melius. GAL. *Comm. V. in Epid.* HIPPOCR. *VI.*

f) Πεπεμμένα τὰ κρατηθέντα ὑπὸ τῆς φύσιος, ἄπεπτα δὲ τὰ μὴ κρατηθέντα.
Cocta ſunt ea, quae a natura ſuperata ſunt; cruda autem, quae nondum ſubacta. GALEN. *Comm. II. in* HIPP. *De Victu Acutor.*

g) Πολλάκις ἡ φύσις, ἥπερ διοικεῖ τὸ ζῶον, ὁρμῇ σφοδροτέρᾳ χρησαμένη τὸ περιττὸν ἅπαν ἐκένωσε δι' αὐτοῦ, καθάπερ ἐκθλίψασα καὶ ἀπωσαμένη.
Saepe natura, quae corpus regit, impetu maiore vſa, omne, quod ſuperfluum eſt, euacuat ſponte, veluti elidens et protrudens. GAL. *De Sectis.*

h) Ἡ τῆς φύσεως δύναμις, ἣν ἀποκριτικὴν ὀνομάζομεν, ἐνεργεῖ δ' αὐτὴ καθ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐν οἷς ἂν αἰσθηται λυποῦντος τινός.
Naturae vis, quam excretoriam appellamus, ipſa agit circa iſta tempora, in quibus intelligit, ſe ab aliqua re affligi. GAL. *Meth. Med.* XIII.

i) Ἐν ἡμῖν θεῖον καὶ νοερὸν πνεῦμα, ὃ δὴ διαλάμπον ἐπὶ τῷ ψυχικῷ τούτῳ καὶ κινητικῷ πνεύματι τὰς ἐν ἡμῖν ἀναπληροῖ ἐνεργείας. In

minata virtus ad id, quod noxium eſt, depellendum requiratur k), maneantque fluidis ſolidisque impactae res turbidae quaeuis l), niſi illas ſuperior morbo cordis facultas excutiat, fieri ſane oportet, quo deiectae aegrorum vires ad opus ſalutis cauſſa recte faciendum excitentur atque augeantur m). Id quod vt efficiatur, aequum eſt, quo *indicatio vitalis* talia medentibus vel pharmaca, vel auxilia ſuggerat, quae tum adiicere aliquid, ex quo ſimilis deperditae res fiat n), tum demere aliquid, quod viribus

In nobis diuinus aliquis et intelligens ſpiritus, qui irradians animali et motum facienti ſpiritui, actiones, quae intra nos fiunt, expedit. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* I. Prooem. p. 1. *)

*) Nituntur haec omnia perantiqua doctrina *de iudicationibus*, quam quidam nuperrime riſerunt. Male. Nam etiamnum vera et certa eſt, modo medicus rite obſeruare morbos ſciat. In eo tamen diſcedendum ab HEBENSTREITIO cenſeo, quod iſtam mutationem ſpiritibus animalibus attribuat. Naturae enim vitaeque vis ſola irritabilitate Halleriana cernitur. Tolle neruos, ſupererit vita; at vero tolle vim iſtam muſculorum inſitam, et vita euaneſcet illico. *G.*

k) *Μορίων δυνάμεως ἰχυέσης δεόμεθα, ὡς ὠθεῖν δύνασθαι τὸ περιττὸν ἀφ᾽ ἑαυτῆς.*

Viſcerum robore indigemus, quo depelli per illud ſuperflui humores poſſint. GAL. *Meth. Med.* XIII.

l) *Πρῶτον καὶ μέγισον ἐςὶ σημεῖον τοῦ χωρὶς κρίσεως τεθνήξεσθαι, ἡ ἀῤῥωςία ἐχάτη τῆς δυνάμεως: οὐ γὰρ ἐπεγείρεται πρὸς διαμάχησιν.*

Primum et maximum eſt ſignum, fore, quo aeger ante, quam criſis fit, moriatur, ſumma roboris debilitas; Non enim excitatur ad luctam. AET. *Tetrabibl.* I. Tract. 5.

m) *Ἐπεγεῖραι τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν κίνησιν τῶν λελυμένας ἐχόντων αὐτάς.*

Excitare ſenſum et motum illis, qui ſolutum vtrumque habent GAL. *Comm.* II. *in Epid.* HIPP. VI.

n) *Φάρμακον εἰς ὁμοίαν τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἀφικνέμενον κρᾶσιν,*

ribus plus eſt o), tum in motum concitare, quod torpet p), poſſit.

Veluti autem cauſſae, quae vim vitae frangunt, variae ſunt; ita conſilium, quo ſuſtinenda illa eſt, haud minus variat. Sunt, qui, praeter morbum debiles, ad actiones peragendas flaccent. *Nimium defatigatio pene febris eſt* q): hunc quies et modeſta leuat cibatio r)! Alii minores, ſenes alii, imbecilli ſuapte natura, diaetae ſolius legibus valentiores fiunt; His pharmaca nihil tribuunt, nihil etiam demant s), niſi morbus iubet: Illi tamen, qui ſpontaneo lapſu, et annorum, quos viuere datum eſt, decurſu infirmantur, morbi ſpeciem habent, cum ſenectus ipſa morbus ſit t), et ſucceſſiua ad mortem via,

Medicamentum ad ſimilem corporibus noſtris texturam deduci valens. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

o) Ἰατροὺς φαμὲν, ἐπισταμένους τέχνῃ, καθαίροντας, ἔτι ἄλλως ἰσχναίνοντας, ἅτε καὶ αὐξάνοντας.

Medicos appellamus, qui ſciunt artem purgandi, extenuandi, ſimul tamen augendi corpora. PLATO *in Politico.*

Ἡ κατὰ τὴν δύναμιν ἀῤῥωστία, ὅταν ἐπὶ μηδεμιᾷ φανερᾷ κενώσει γένηται, πλῆθος ἐνδείκνυται βαρῦνον.

Debilitas roboris, ſi, nulla praecedente manifeſta euacuatione, facta ſit, indicat copiam humorum grauantem. GAL. *Comm.* II. *in* HIPPOCR. *Prorrh.* II.

p) Ἀνάθρεψίς τε καὶ ῥῶσις ἐστὶν ἐκ κινήσεων καὶ τροφῶν συμμέτρων γιγνομένη.

Reſtauratio et corroboratio fit commotionibus et cibationibus modeſtis. GALEN. *Conſtit. Artis.*

q) CELSVS *De Re Med.* I. 3.

r) Ἐπὶ τῆς κλίνης συνέχειν καὶ λεπτῶς διαιτᾶν.

Se in lectulo detinere, et leniter cibare. GALEN. *De Diebus Critic.* I.

s) Ἀθρόας κενώσεις οὐδὲ γέροντες οὐδ' οἱ παῖδες ἀλύπως φέρουσιν.

Euacuationes frequentes, nec ſenes, nec pueri impune ferunt. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

t) Ἤδη δεινὸν πάσχειν δοκῶ, διότι μὴ γέρων ἐγενόμην φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλὴν, τὴν δὲ ὄψιν ἐῤῥυτιδωμένος, κυφὸς, καὶ τὰ γόνα.

via *); quae, ſi naturalis eſt, lenta roboris ſolutione inducitur. Si quid indicatio vitalis hic conſilio valet, illud eſt, ſenectutem, quam non annis, ſed viribus metimur, cum detineri nequeat, ne praecox ſit, impedire x): Id quod illi doctrinae diaeteticae parti, quae *ſenum culturam* docet y), relinquitur.

γόνατα γνωθὴς καὶ ὅλως ὑπὸ τȣ̃ χρόνȣ σαθρός; ὦ μάταιε, τί σοι χρηςὸν εἶναι δοκεῖ περὶ τὸν βίον, ȣ̃ μηκέτι μεθέξομεν;

Nunc triſte quid pati videor, quod ſenex non factus, ſum caluus capillitio, viſu debilis, curuus, genibus flexus, et vbique per tempus putris: Stulte, quid tibi in vita praeſtans eſſe videtur, qua quis nunquam recte perfruitur? LVCIAN. *De Luctu.*

u) Γῆρας, λανθάνȣσα τῶν παρακμαζόντων ἐπὶ τὸν θάνατον ὁδός.
Senectus, inopinata decreſcentis aetatis hominis ad mortem via. GAL. *De Maraſmo* c. 2. p. 179.

x) Κωλῦσαι τὸ γῆρας ἀδύνατον, ἐπισχεῖν δὲ τὸ τάχος αὐτȣ̃ δυνατόν.
Senectutem impoſſibile eſt impedire, eius autem praecocem acceſſum continere licet. GALEN. Ib. c. 5. p. 185. T. VII.

y) Τὸ γηροκομικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰατρικῆς.
Illa, quae culturam ſenum tractat, medicinae pars. GAL. Ib.
Δίαιτα γερόντων.
Diaeta ſenum. PAVLL.
Ἀνακομίζειν καὶ γηροτροφεῖν τὴν πρεσβυτικὴν ἀσθένειαν.
Reſtaurare et diaeta ſenibus conueniente nutrire decrepitam infirmitatem. GALEN. *Meth. Med.* X.
Diaetam ad ſenectutem breuiter tradit GALENVS: Καθαρὸν καὶ ἀπέριττον ἀεὶ τὸ σῶμα φυλάττεσθαι· καί σοι δύο μὲν ἤδη σκοπȣ̀ς τȣ̀ς κατὰ δίαιταν ὑγιεινὴν ὁ λόγος ὑφηγήσατο; τὸν μὲν ἕτερον ἀναπλήρωσιν τῶν κενȣμένων, τὸν δὲ ἕτερον ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων, ὁ γὰρ δὴ τρίτος, ὁ περὶ τȣ̃ μὴ ταχύγηρον γίνεσθαι τὸ ζῶον, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῖς εἰρημένοις.
Purum et excrementis vacuum corpus ſeruandum; Nam tibi duo fines ad diaetam valentium ratio ſuppeditat, alterum repletionem euacuatorum, alterum ſecretionem excrementitiorum; Nam tertius finis, ne ſenio confectum ſubito fiat animal, per neceſſitatem ex dictis conſequitur.

quitur. A quibus ſi receſſeris, ſunt praeterea, quibus ad negotium conualeſcendi recte gerendum, vires in morbis deficiunt, vt medicum de illis reſtituendis ante, quam de quocunque alio conſilio, cogitare oporteat. Pleriſque, dum morbus viget, maxime, ſi acutus fuerit, robur imbecillum eſt; quo ſi quis ſe ad pharmacorum reſtaurantium vſum duci pateretur, falſus foret. Satius tunc eſt, abſtinere [z]), quam febrem regimine calido accendere. Nocent in ſummo febrium ſtatu ea, quae reficiunt [a]); Vix vini parum, aqua temperatum, ſecure datur [b]), cum illud, quod ATHENAEVS [c]) iam vidit, vaſorum fines vrat atque mordeat. Nec tamen aegro cupienti deneganda ſunt cardiaca. Inter adula-

z) Κατὰ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρὰ μὲν τὰ αἴτια, ἀσθενὴς δὲ ἡ δύναμις, διὰ τοῦτο ἡσυχίαν ἄγειν.

In ſummo morborum ſtatu, valentes ſunt cauſſae, debilis autem vitae vis, propterea deſiſtendum a pharmacis. GALEN. *De Optima Secta.*

a) Ὅσα σφοδρῶς θερμαίνει καταλύει τὴν δύναμιν καὶ τὸν πυρετὸν συναυξάνει.

Quae vehementer calefaciunt, ſoluunt vitae vim, et febrem adaugent. GAL. *De Venae Sectione Therap.*

Ἀι ἀναλήψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

Refectiones in ſummo morbi ſtatu inſtitutae, difficiles. GAL. *Comm. I. in Aphoriſm.* HIPP.

b) Οἴνου, πρὶν μὲν πέττεσθαι τὸ νόσημα, παντάπασιν ἀργεῖν, ἀρξαμένου δὲ πέττεσθαι, λεπτὸν καὶ ὑδαρῆ καὶ ὀλίγον τὴν πρώτην διδόναι.

Vino, anteaquam coqui materies morbi incipit, omnino abſtinere; Dum autem coqui incepit, vinum tenue, aquoſum et parum eius, prima, qua coctionis ſigna apparent, die dare. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

c) Μὴ ἀκέραιον ἀναδίδοσθαι τὴν τοῦ οἴνου δύναμιν, μήτε τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων προσπίπτουσα ἐπιδάκνῃ.

Sine aqua mixtam non dare vini vim, ne finibus vaſorum illapſa illa mordeat. ATHENAEVS *Deipnoſoph.* II. 6.

adulationem [d]) et tyrannidem [e]) media eſt miſericordia. Oportet etiam dari, ſi morbo accedit debilitas, et virium deſertionem pulſus debilis arguit [f]): Tunc ex vino panem dari GALENVS [g]) conſulit. Si qui autem ſunt, qui, longis morbis detenti, deficiunt viribus, et carnibus extenuantur, quod *ex morbo eſt ſeneſcere* [h]), vel quibus alia morbi ratio, quam quod ſumma adſit virium deiectio, nulla apparet, dum ſolida quaeuis minima ex neruorum

 vitio

d) Κόλακός ἐστι τὸ χαρίζεσθαι τῷ νοσοῦντι.

Adulatoris eſt gratificari aegro. GALEN. *Method. Med.* XII.

e) Οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ ἀσκληπιάδαι τῶν νοσούντων ἠξίουν ἄρχειν, ὡς στρατηγοὶ στρατηγουμένων καὶ βασιλεῖς ὑπηκόων, οὐκ ἄρχεσθαι καὶ δεσπόζεσθαι καθάπερ Γέται καὶ Φρύγες καὶ Θρᾷκες.

Veteres medici Aſclepiadae aegrotis imperare ſibi arrogabant, vti belli duces militibus, reges ſubiectis, non decet imperare ac dominari ad inſtar Getarum, Phrygum et Thracum. GALEN. *Meth. Med.* I. 1. p. 2. T. X.

f) Προσέχειν τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος, ἁπτόμενον τῶν αὐτοῦ ἀρτηριῶν.

Attendere ad vim aegroti, explorando eius arterias. GAL. *De Venae Sectione Therapeut.* c. 10. p. 438. T. X.

Σφυγμὸς ἀῤῥωστίαν δυνάμεως ἐνδεικνύμενος.

Pulſus debilitatem virium indicat. GAL. *Comm. II. in Progn.* HIPP.

g) Ἔσθ' ὅτε ἐξαίφνης μεταβάλλουσιν εἰς ἀῤῥωστίαν ἢ ἀνωμαλίαν ἢ μικρότητα οἱ σφυγμοί. Καθ' ὃν καιρὸν ἄρτον ἐξ οἴνου κεκραμένου διδόναι προσήκει.

Fit quandoque, quo decidant in debilitatem et inaequalitatem aut paruitatem pulſus. Quo tempore panem ex vino aqua temperato dare conuenit. GALEN. *Meth. Med.* XII.

h) Μαρανθέντες ἐν νόσοις.

Qui a morbo extenuantur. GALEN. *Comm. III. in Epid.* HIPP. VI.

vitio infirmata ſunt [i]), fluidorum autem adeſt penuria [k]) illis, THEOPHRASTI [l]) conſilio excitanda ad vegetiores motus vita eſt, omiſſis vacuantibus, omnique efficaciori medicina alia. Conualeſcentibus, a morbo adhuc infirmis, plus omni pharmaco diaetae leges valent. Quamuis enim ad reficiundos aegros adſtringentium vſus cum motu, ex ALEXANDRI TRALLIANI [m]) conſilio, haud parum conferat; minus tamen illis fidendum eſſe experientia docet. Securius eſt, ex fonte diaetetico, prouti aegri appetentia fert, haurire medicamina. Offerendi ſunt ventriculo, quos ille facile ſubigere poſſit, cibi [n]), et ſine luxurie [o]) optimi ſucci ingerendi

effoe-

i) Ἀτονία γαστρὸς καὶ φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας καὶ παντὸς ὀργάνου ζωτικοῦ τε καὶ φυσικοῦ.

Infirmitas ventriculi, venae, arteriae, omnisque organi vitalis et naturalis. GAL. *De Different. Morb.*

k) Αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι, οὐκ ἐούσης κενεαγγείης, κακόν.

Defectus virium a vaſorum vacuitate, cum nihil fluxerit, malum. HIPP. *Prorrh.* II.

l) Συγκαλεῖσθαι, κινοῦντα, τὴν ὁρμήν.

Conuocare, mouendo, vitae impetum. THEOPHR. *De Sudoribus.*

m) Τοῦ νοσήματος ἤδη μείωσιν εἰληφότος, τὰ αὐτοφυῆ τῶν θερμῶν ὑδάτων πρὸς τελείαν ἀπαλλαγὴν μεταλαμβάνειν καὶ μάλιστα ὅσα μετέχει μετρίας στύψεως. Καὶ τὰ γυμνάσια τούτοις ὠφελιμώτατα καὶ αἰῶραι καὶ πλοῦς καὶ ἀποδημία μακρά.

Morbo (chronico) iam diminutionem ſumente, natiuas aquas calidas, ad perfectam abſolutionem, capere decet, eas maxime, quae parum quid de adſtringente habent. Et exercitia his vtiliſſima, et montanus incolatus, et nauigatio, et diuturna peregrinatio. ALEX. TRALLIANVS VII. 5.

n) Στηρίζειν τὴν δύναμιν εὐστομάχοις τροφαῖς.

Obfirmare vim alimentis ſtomachum haud grauantibus. GAL. *Comm. in* HIPP. *Progn.*

o) Μὴ χαρίζειν τοῖς κάμνουσι πρὸς ἡδονήν.

Non

effoeto per morbum ſanguini p); quod deeſt, lenta cibatione ſupplendum q): Id quod, qua via efficiendum ſit, ornate ſcriptum eſt a veteribus r). Praeterea ſingularum partium quaedam eſt infirmitas, vti, *ſtomachi vitium reſolutio, id eſt, cum cibi non ſatis*

Non indulgendum eſt aegrotis ad voluptatem. GAL. *Comm. IV. in VI. Epid.* HIPP.

p) Ἐνθῆναι τὰς χυμούς.

Indere ſuccos. HIPP. *Epid. VI.* Exponit GALENVS Comment. ad hunc locum:

Ἐνθῆναι, τοῦτ᾽ ἐστὶν γεννῆσαι τοὺς λείποντας χυμοὺς διὰ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων, ἐκλεγόμενοι τὰς προσηκούσας ποσότητας καὶ ποιότητας αὐτῶν, φροντίζοντες, ὅπως πεφθῇ τε καὶ ἀναδοθῇ καὶ προστεθῇ τοῖς σώμασι.

Indere, hoc eſt, generare deficientes ſuccos, eſculentis ac potulentis, eligentes ea, quae ſunt conuenientis quantitatis et qualitatis, curantes, vt et recte digerantur, et ad ſanguinem bene deducantur, et recte corporibus applicentur.

q) Τὰ ἀτροφοῦντα προσθέσεως δεῖται.

Quae emaciantur, repletionis indigent. GAL. ibid.

r) Ἀνατρέφειν λελεπτυσμένους.

Enutrire extenuatos. PAVLL. I. c. 58.

Ἀνατρέφειν τοὺς κατισχνωθέντας.

Enutrire marcidos. ibid.

Διαίτη πιαίνουσα.

Diaeta ſaginans. *Ap.* RVFVM EPHES. *De Veſicae Renumque Affectib.*

Μαλακῶς ἀνατρίβειν ἐφ᾽ ἑκάστῃ ἡμέρᾳ καὶ τρέφειν, κατ᾽ ἀρχὰς μὲν γάλακτι καὶ ῥοφήμασι πτισάνης, καὶ ἀμυλίοις καὶ τῷ πλυτῷ ἀλεύρῳ ἐν γάλακτι ἑφθῷ καὶ ἰτρίοις, καταθρύπτων εἰς ζωμὸν ὄρνιθος λιπαρόν.

Molliter perfricare vnaquaque die et nutrire, ab initio quidem lacte et ſorbitionibus ptiſanae, et farinatis, et farina lota lacti incocta, et placentis, interendo illas iuſculis gallinarum pinguium.

tenax eſt [s]), vel virtutis, quae inteſtina [t]) circumagit, extenuatio, aut artuum macilentia, quae a paralyſi [u]). Oportet adeoque allici ſpiritus, et re ſimili, ex qua noui reſurgere poſſint, augeri; Quod qua ratione effici poſſit, vt incaleſcant nouo igne artus, ſpirituum deſertione flaccentes, PAVLLVS [x]) docet.

s) Stomachi vitium reſolutio, id eſt, cum cibi non tenax eſt. CELSVS *De Re Medica* IV. 5. p. 207.

t) Ἐνέργειαν ἔχει τὰ ἔντερα περιςαλτικήν.
Inteſtina facultatem habent periſtalticam. GALEN. *Comm. III. in* HIPPOCR. *De Victu Acutor.*

u) Τὰ κατισχνωθέντα μόρια.
Extenuati artus. ibid. PAVLL. I. 58.

x) Θερμαίνειν τὸ σῶμα μετρίως χρὴ τρίψει χρωμένες τῇ διὰ σινδόνων, κἄπειτα δι᾽ ἐλαίε τρίβειν γυμναῖς ταῖς χερσὶν, ἄχρις ἂν θερμανθείη καλῶς καὶ μαλαχθείη τὸ σῶμα, ἐπανθῆσαι δὲ ἔρευθος εὐανθὲς καὶ εἰς ὄγκον ἀχθῆναι.

Calefacere corpus modeſte oportet frictionibus, vſos ſindonibus; hinc oleo demulcere, nudis manibus, donec incaleſcat bene et molleſcat corpus, ruborem autem inducere floridum, et ad tumorem excitare. PAVLL. I. cap. *De frictione inſtituenda.*

Ῥωννῦναι τὴν ἐν τῷ μορίῳ δύναμιν, ἐπισπάσασθαί τε αἷμα δαψιλὲς τρίψεσί τε χρωμένες μετρίαις ἐπιτηδείαις τε κινήσεσι, ταῦτά τε ποιεῖν μέχρις ἂν ἔρυθρον γενόμενον τὸ μόριον μετεωρισθῇ· ἀνατρίβειν αὐτὸ καί τινι φαρμάκῳ θερμαίνοντι.

Obfirmare virtutem, quae parti ineſt, et allicere ſanguinem tenuem, frictionibus vtentes et motibus, et haec eo vsque agere, donec rubra facta pars eleuetur; hinc perfricare illam aliquo medicamento calido. PAVLL. I. cap. νή, νθ΄.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXIV.
DE
INDICATIONE EVACVATORIA.

Quotiescunque per ſigna cognoſcitur, ineſſe homini rem, quae affligit, educenda illa eſt, ſi ſponte ſecedere abnuat, aptis auxiliis. Videtur autem ex fluidorum potiſſimum natura eſſe id, quod euacuari debet, vt propterea, quandoquidem plerique morbi vitia humorum in ſe complectuntur, generalior reliquis indicationibus ſit *euacuatoria* [a]). Nullus tamen facile fluxus eſt, quin cum fluidis ſolida etiam ex parte haud abripiat [b]). Quamuis autem illud maxime educendum ſit, quod dotibus vitalibus penitus ita deſtituitur, vt coqui, inuerti et cum reliquis ſuccis vitae aptis conſortium inire haud poſſit [c]); plus tamen et familiari iure ad humorum copiam, tam eam, quae in toto, quam illam, quae in partibus eſt, pertinet euacuatio [d]), cuius neceſſitatem tam ſano, quam aegroto homini eſſe, ſigna indi-

a) Τὸ κεφάλαιον τῆς θεραπείας κοινὸν ἐστὶν ἡ κένωσις τοῦ λυποῦντος χυμοῦ.

Caput therapiae commune eſt euacuatio affligentis humoris. GAL. *Method. Med.* XIII.

b) Ἀποῤῥοὴ τῆς οὐσίας.

Effluxus ſubſtantiae. GAL. De *Sanit. Tuenda* I.

c) Τὸ πεφθῆναι γίνεται ἐκ τοῦ μιχθῆναί τε ἀλλήλοισι καὶ συνεψηθῆναι.

Coqui fit eo, quod quid miſcetur inuicem, et vna ebullit. HIPP. *De Priſca Medicina*, §. 35. p. 34. T. I.

d) Ἐκκενωτέον τὸ πλῆθος.

Quod abundat, euacuandum. GAL. *Meth. Med.* V.

indicant, quae ex tenſione et languore citra cauſſam manifeſtam deſumuntur e), quamuis, qualis ea eſſe debeat, ſtatim haud intelligatur. Iisdem ſaepe viis et illa depelluntur liquida, quae circumferuntur in toto homine, et illa, quae in parte quieſcunt, quandoquidem, quod GALENVM f) haud latuit, interfuſi etiam cauis humores ad ſanguinem redire poſſunt, quod *ἀντισπᾶσαι* eſt, aut *reuellere* g), hinc emunctoriis communibus applicari. Aliquando tamen propiorem exitus viam in propinquo aliquo colatorio fluida viſcerum domeſtica inueniunt, et illuc ſponte feruntur, illuc etiam conuocari per medicamenta ſolent. Proinde ſecundum leges, quas ratio et experientia, per obſeruata de iuuantibus et nocentibus, ſcripſit, inuenienda ſunt organa, per quae certi humores educi debent h). In hoc tamen ſelectu

e) Τοῖς τὰ συνήθη πράττουσιν, ἤτοι δὲ τῶν κυρίων τι μορίων καὶ σύμπαν τὸ σῶμα βαρυνομένοις ἢ τεινομένοις, ἀναγκαῖα μέν ἐστιν ἡ κένωσις.

Illis, cum conſueta negotia adhuc celebrant, quibus nihilominus in principalibus partibus et toto corpore grauitas eſt, aut tenſio, neceſſaria eſt euacuatio. GAL. *De Venae Sectione* c. 62. p. 434. T. X.

f) Ἐπειδὴ τὸ πάθος ἦν ἐν τῷ πεπληρῶσθαι τὸ μόριον ἀμέτρως, εἰς τὰς μεταξὺ χώρας τὰς κενάς, ἀναγκαῖον ἤδη παλινδρομήσαν ἐκκενωθῆναι τὸ περιττόν.

Si morbus in eo eſt, quod pars quaedam praeter menſuram repleatur in cauis interiacentibus, neceſſum ſane, id, quod effluxit, retrouerti, et hinc euacuari. GAL *Ars Medica*.

g) Ξηρῆναι, ὑγρῆναι, ἀντισπᾶσαι.

Siccare, humectare, reuellere. HIPP. *De Humorib.*

h) Ἐν πάσαις γε μὴν κενώσεσι τοῦτο δεῖ σκοπεῖν (καθ' Ἱπποκράτην), ὡς, ἢν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρονται, συμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, ἢν δὲ μὴ τοὐναντίον, καὶ τοῦτ' ἔχει ἀκριβὲς τεκμήριον ἔν τε ταῖς αὐτομάτοις κενώσεσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῆς τέχνης γινομέναις.

In omnibus euacuationibus illud ſecundum HIPPOCRATEM ſpectandum eſt, quomodo, an, et an ea, quae

ſelectu locorum, per quos quales humores ducendi ſint, haud raro magna conſuetudinis et ſingularis hominum texturae eſt efficacia. Quare non ex medicorum tantum arbitrio, ſed ex aegrorum etiam, tam reminiſcentia [i]) eius, quod commodum in ſimili caſu fuit, quam conſuetudine, ſi illa praeſenti morbo reſpondet, ſumenda ſunt, ſeligendi, quo quid euacuandum eſt, organi conſilia [k]). Conditiones, ſub quibus euacuatio, in genere omnis, inſtitui poteſt, habentur variae, nec, niſi poſitis his, quidpiam, quod ſponte ſua fluere abnuat, mouendum ducendumque fuerit. Fas eſt, adeſſe aegroto robur ſufficiens, ſiquidem, etiamſi forent, quae exinanitionem poſtulare poſſent, momenta, non licet, niſi temerarius eſſe velis, humores ducere, ſi vires aegri fractae ſunt, vel aetas haud reſpondet [l]). Fieri quidem poteſt, quo vel ex ipſa plenitudine, vel

quae purgari oportet, purgentur, an et illud conueniat, et aegri bene abinde ſe habeant, vt, ſin minus, contrarium ſtatuendum ſit. Hoc habe ſecurum ſignum et ſpontanearum euacuationum, et earum, quae arte fiunt. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 14. p. 115.

i) Ἀνάμνησις τῆς κενώσεως.

Recordatio euacuationis. GAL. *De Plethora.*

k) Εἴδησις τῶν πρὸς βίον χρηςῶν καὶ ἀναγκαίων καθάρσεων.

Conſuetudo vtilium et neceſſariarum ad vitam euacuationum. HIPP. *De Decenti Habitu.*

Χαίρουσιν αἱ φύσεις ἀεὶ τοῖς ἔθεσιν.

Gaudent naturae ſemper conſuetis. GAL. ibid.

Κενώσεων ἐθάδας ἀδεῶς κενωτέον.

Euacuandum ſecundum euacuationum ſolennitates intrepide. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

l) Ἐπισκέπτου πρῶτον, εἰ δεῖται κενώσεως τὸ πᾶν σῶμα, κᾂν εὕροις δεόμενον, ἐφεξῆς σκέπτου τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, εἰ δύναται κένωσιν ἀθρόαν ἐνεγκεῖν, ἐφεξῆς σκέπτου τὴν ἡλικίαν.

Conſidera primum, an indigeat euacuatione totum corpus, et, ſi indigere deprehenderis, abinde diſpice vim aegroti, an euacuationem magnam ferre poſſit; deinde inſpice aetatem. GAL. *Meth. Med.* XII.

vel a materiae ad nobile viſcus decubitu adſit debilitas; vt ſumma neceſſitas, licet infirmitas contrarium ſuadere poſſit, euacuationem aliquam exigat, proinde *ſatius ſit, anceps auxilium experiri, quam nullum* m); neminem tamen, nulla vrgente neceſſitate, ad euacuationes quasuis praecipiti paſſu contendere decet n), ſed, ſi vera adeſt virium proſtratio, ad augmentum illarum plus, quam ad deriuandos ſuccos, aduertendus eſt animus o). Eo autem confidentior in ducendis fluidis, qua via aptum viſum eſt, fueris, quo plus reſpondet virtutis ſufficientia p). Licet autem in magnis malis magna etiam medicina opus ſit;

m) CELSVS *De Re Medica* II.

Ὅσῳ ἄμεινόν ἐςι τȣ̃ χωρὶς ἐλπίδος ἀπολέσθαι βεβαίως, τὸ σὺν ἐλπίδι χρηςῆ δράσαντά τι καὶ κινδυνεῦσαι· τοσȣ́τῳ τὸ μετὰ μεγάλων βοηθημάτων ἀγωνίσασθαι τȣ̃ μηδὲν πρᾶξαι βέλτιον.

Quo melius eſt, cum ſine ſpe pereundum ſit, cum bona ſpe magnum facinus inſtituendo, etiam cum periculo tentare aliquid; Eo, magnis auxiliis confligere, illo, quod nihil agendum ſuſcipitur, melius eſt. GAL. *Meth. Med.* X.

n) Βέλτιόν ἐςι φυλάττεσθαι τὰς ἀθρόας κενώσεις, εἰ μή τις ἀνάγκη μεγάλη κελεύει.

Melius eſt cauere a magnis euacuationibus, niſi magna neceſſitas iubeat. GAL. *De Venae Sectione*, c. 12. p. 442.

o) Ἀσθενȣ̃ς μὲν ὅλȣ τȣ̃ σώματος ὄντος, θεραπεία ȣ̓ κένωσιν ἔχει, ἀλλὰ τȣ̃ παντὸς σώματος τὴν ῥῶσιν.

Infirmo exiſtente toto corpore, cura non euacuationem habet, ſed totius corporis confortationem. GAL. Ibid.

p) Ἐυρώςων ȣ̓σω̃ν τω̃ν δυνάμεων θαῤῥω̃ν χρω̃ τοῖς κενωτικοῖς βοηθήμασιν, ἅπερ ἐκ τη̃ς κατὰ τὴν νόσον ἐλήφθη διαθέσεως, ἀῤῥωςοτέρων δὲ γεγεννημένων, ἐυλαβω̃ς μεταχείριζε τὰ κενωτικά.

Quando firmae ſunt aegroti vires, confidenter vtere euacuantibus auxiliis, quae morbi conditioni reſpondent; Debiles autem ſi fuerint, caute manum ad euacuantia adhibe. GAL. *Meth. Med.*

ſit q); in omnibus tamen negotiis, a medico ſalutis humanae cauſſa gerendis, aureum illud, *ne quid nimis*, ſuprema lex eſto r). Proinde, ſi quid educendum eſt, ſi quae medicamenta et auxilia, imminuendi peccantis fluidi cauſſa, ſeliguntur, hoc agendum magno ſtudio eſt, ne aegrotis illud, ſine quo morbi curſum abſoluere haud poſſunt, praeſidium, quod in virium integritate ponitur, eripiatur. Cum fluidis immodeſtius ductis pars vitae ſemper perit s), hinc ſpontanei naturae motus, ad quos totum conualeſcendi negotium maxima ex parte redit, vel flac-

q) Ἐις δὲ τὰ ἔσχατα νȣσήματα καὶ ἔσχαται θεραπεῖαι, ἐς ἀκριβείην κράτιςαι.

Ad ſummos morbos, ſummae curationes; ad excellentiam, optimae. HIPP. Sect. I. Aph. 6. p. 69. T. I.

r) Πλεονάζȣσι ἐν τῇ χρήσει τῶν φαρμάκων οἱ δ᾽ ἀκαίρως καὶ ἀμέτρως χρώμενοι, διαφθείρȣσιν τȣ̀ς κάμνοντας· ὥσπερ ȣ̓̃ν ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ᾽ ὅλον τὸν βίον ἕξεσί τε καὶ πράξεσιν, ȣ̆́τω κἀνταῦθα τὸ μηδὲν ἄγαν αἱρετέον, ὅρον ἔχοντα τὴν ὠφέλειαν τȣ̃ κάμνοντος.

Excedunt in vſu euacuantium, hi intempeſtiue, illi immoderatius vtentes, aegrosque corrumpunt. Sicut ergo in omnibus per totam vitam negotiis et rebus gerendis, ita et hic haud nimis inſtigandum eſt, finem habendo vtilitatem aegri. GAL. *Meth. Med.* XII.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενȣ̃ν σφαλερὸν, καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον.

Multum et celeriter euacuare, difficile, et omne nimium naturae inimicum. HIPP. *Epid.* VII. Addit GAL. *in Comm* II:

Τὸ πολὺ πᾶν, ὡς ἂν φθεῖρον τὴν συμμετρίαν, διαλυτικόν ἐςι.

Omne nimium, veluti laedens aequilibrium, ſolutiuum eſt.

s) Βλάπτει τὴν δύναμιν κένωσις ἄμετρος.

Laedit vim vitae immoderata euacuatio. GAL. *Meth. Med.* XII.

Κενωτικὰ βοηθήματα, ὅταν ἀμετρώτερον αὐτοῖς τις χρήσαιτο, βλάπτοντα.

Euacuantia auxilia, ſi quis illis immoderatius vti vellet, nocentia. GAL. Ib. IX.

flacceſcunt, vel penitus opprimuntur. Proinde euacuationes magnae ſuſpectae ſemper manent t), tunc maxime, ſi vel ex morbo aliquo praecedente vires deficiant u), vel aetas magna auxilia detrectet, aegrique conſtitutio imbecilla talia nolit x), vel morbi totius indoles in debilitate poſita ſit y), vel alia, quae euacuationem diſſuadere poſſint, ſymptomata z) adfuerint. Eſt enim *ſanitatem facere*, quod PLATO a) nouit, nihil quidquam aliud, quam illud, quo viuimus, inter principia corpus noſtrum conſtituentia exiſtens aequilibrium, vel integrum ſeruare, vel reſtituere. Veluti ergo nihil eius experiundum in morbis eſt, cuius minimus error maximum

t) Κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί.
Euacuationes ad extremum ducentes, difficiles. GAL. *Comm. I. in Aphor.* HIPP.

u) Τὰς αἱμοῤῥαγίας οὐ φέρουσιν οἱ προεξηραμένοι.
Ante deſiccati non ferunt fluxiones ſanguinis. GAL. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

x) Γίνεσθαι χρὴ τὴν ἔνδειξιν τοῦ μέτρου τῶν βοηθημάτων ἐκ τῆς νῦν κράσεως ὥσπερ γε κἀκ τῆς ἡλικίας.
Fieri oportet indicationem modi auxiliorum, ex praeſentibus conſtitutionibus, vti etiam ex aetate. GAL. *Meth. Med.* XI.

y) Δεῖ δὲ ὀλιγάκις ὀξέσι πολλὰ ἄγειν.
Oportet autem raro in acutis multa duci. HIPP. *De Humor.*

z) Σύμπτωμα κωλυτικὸν ἀθρόας κινήσεως.
Symptoma, magnam euacuationem impediens. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

a) Ἔστι τὸ μὲν ὑγίειαν ποιεῖν τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιστάναι, κρατεῖν δὲ καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλοις, τὸ δὲ νόσον, παρὰ φύσιν ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου.
Sanitatem praeſtare, eſt, ea, quae corpus faciunt, ad naturam recte ordinare, vt omnia aequaliter ſeſe ſubigant, et inuicem ſubigantur; morbum autem facere, eſt, ſi res corpus facientes praeter naturam in ſe inuicem agant, inuicemque ſubigantur. PLATO *De Republica* IV. p. 455.

mum malum ſecum adferre poſſet [b]); ita potiſſimum circa euacuationes inſtituendas prouidum decet eſſe medicum, vt, ſi vires aegri magnas effuſiones humorum nolint; morbus tamen educi fluida imperet, moderamen iuſtum ſeruetur in omnibus [c]). Cum autem, ſi ſemel medicus ad euacuandum per rationes inductus eſt, ſatius ſit; quantum duci oportet, duxiſſe gnauiter, quam humores mouiſſe, nec tamen promouiſſe [d]); cum tamen etiam periculum ſimul ſubſit, ne virtus hominis, neceſſaria licet euacuatione, extenuetur, et ad magnos conatus, quibus per morbum adhuc opus eſt, inepta efficiatur; proinde media quaedam via eligenda eſt, ſuadetque

ALE-

b) Ἐπὶ τῶν καμνόντων βοηθήματα μὴ προσφέρειν ὧν ἡ ἀποτυχία μεγίστην ἐπιφέρει βλάβην.

Super aegrotantibus non tentanda ſunt auxilia, quorum error maximam noxam affert. GAL. *Comm. III. in I. Epidem.* HIPP.

Δραστικὰ βοηθήματα, ἐν οἷς, εἰ παροφθείη τι σμικρὸν, ἡ βλάβη μεγίστη δι' αὐτὸ γίνεται τοῖς νοσοῦσιν.

Efficaciora auxilia, in quibus, ſi parum quid erratum eſt, maxima per illud noxa fit aegrotantibus. GAL. *De Venae Sect.* aduerſ. ERASISTRATEOS *Romae degent.* c. I. p. 409. T. X.

c) Συμμέτρως κενοῦν.

Intra modos euacuandum. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Morbis Acut.*

Ταῖς κενώσεσι μετρίως καὶ εὐλαβῶς χρηστέον.

Euacuantibus modeſte et intelligenter vtendum. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

Οὐ χρὴ παρὰ φύσιν ἐρεθίζειν.

Praeter naturam haud inſtigandum. GALEN. *Meth. Med.* XI.

d) Ἀγνοοῦντα ὅπως ἔχει φύσεως ὁ ἄνθρωπος, κίνδυνος ἢ οὐδ' ὅλως κινῆσαι τὴν κάθαρσιν, ἢ κινῆσαι μὲν, οὐ μὴν ἱκανῶς κεκενῶσθαι.

Neſcienti, quomodo propria vniuscuiusque hominis natura comparata, periculum eſt; ne vel prorſus haud moueat euacuationem, vel moueat quidem, ſed non ſufficienter depleat. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Morbis Acut.*

ALEXANDER TRALLIANVS *e*) ſucceſſiuam euacuandi rationem, vt, quod vna vice educi ſine periculo nequit, repetitis, at modeſtis, eductionibus abſoluatur. Neminem autem ingenio ſuo ita indulgere decet, vt ſibi integrum eſſe putet, organa, per quae quid ſubducendum eſt, ſeligere, aut arte nouos aliosque, quam qui corpori per naturam inſunt, fluxionum fontes excitare poſſe. Cordis, vitae principio adiuti, res eſt, humores ad locos inſtituto fauentes et materiae volumini appoſitos, per motus iſtos, quos criticos appellant, compellere *f*). Suis enim ſingula emunctoria fluidis accommodata ſunt *g*); nec tantum ſolennes illae, quae etiam ſanis vigent, euacuationes eadem, qua, cum homo valeret, lege in cauſſas morbificas agunt, ſed ſunt etiam loci, qui, intra morbum ſaltim, fluida deiiciunt, ſanis quieſcunt *h*). Omnia autem colatoria,

e) *Ἐλθὲ ἐπὶ τὰ κατὰ μικρὸν ἰσχυρότερον καθαίρειν δυνάμενα: δεῖ δὲ μὴ ὑφ' ἓν τοῦτο ποιεῖν, ὥστε μὴ καταβληθῆναι τὴν δύναμιν: βέλτιον ἐστὶ κατὰ μικρὸν καὶ ἀσφαλῶς κενῶσαι, ἢ σπουδάζοντα καὶ θορυβούμενον ἅμα τῇ νόσῳ συνανελεῖν καὶ τὸν κάμνοντα.*

Ad ea perueniendum eſt, quae ſenſim, valentius tamen, euacuare poterunt. Oportet autem illud non vna vice peragere, ne deiiciatur virtus. Satius eſt ſucceſſiue et ſufficienter euacuaſſe, quam feſtinantem et tumultuantem vna cum morbo ipſum occidere aegrotantem. ALEX. TRALL. VIII. 2.

f) *Τὰ λυποῦντα τῷ βιαίῳ σεισμῷ καὶ κλόνῳ ὠθούμενα φέρεται πάντῃ πρὸς τοὺς εἴκοντας τόπους, τὰ μὲν εἰς τὴν ἄνω, τὰ δὲ εἰς τὴν κάτω γαστέρα, τὰ δ' ἐπὶ τὸ δέρμα πρὸς τοὐκτός.*

Res affligentes valido motu et tumultu propulſae feruntur paſſim ad conuenientes locos, quaedam ad ſuperiorem, quaedam ad imum ventrem, quaedam ad cutem extrorſum. GAL. *De Cauſſ. Sympt.*

g) *Ῥεύματα διαῤῥεῖν εἴωθεν ἑκάστοισιν δι' ὧν ἔξοδοι δίδονται.*

Fluxiones fluere ſolent ſingulis, qua exitus dantur. HIPP. *De Arte*

h) *Ῥόοι δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἔως ἀποκρίσεως δι' ὤτων, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ ῥινῶν, καὶ ἄλλοι δι' ὑπερώης ἐς φάρυγγα, ἐς στόμαχον.*

Fluxio-

toria, praeter quod humores circumductos in ſe recipere poſſint, illud habent, quod cauſſis vel intra ſe reconditis, vel intra correſpondentia viſcera poſitis, plus et magis, quam remotis a ſe locis, faueant [i]). Opus adeoque eſt, vt illuc, quorſum humores ſua ſponte et naturae morborum conuenienter feruntur, medici indicatio collineet [k]), ita tamen, vt ſibi relictum illud eſſe intelligat: *Declinandae ſunt humorum euacuationes, qui fluxu nocent* [l]).

Quodſi etiam aptum morbo emunctorium fuerit, multum tamen intereſt, quo tempore fluat id, quod fluxu ſuo morbum ſoluit. Suis enim temporibus, quod alibi a me ſcriptum eſt, addicti ſunt *fluxus* intra morbos *critici*. Illi ſcilicet, qui id, quod male mixtum eſt, et cum vita ſtare nequit, aufe-

Fluxiones ex capite, excretionis cauſſa, per aures, per oculos, per nares, aliae per palatum, ad pharyngem, ad ſtomachum. HIPP. *De Glandulis*, §. 8. pag. 418. T. I.

i) Τὸ τῆς ἐκκρίσεως χωρίον ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ πεπονθὸς ποδηγεῖ.

Excretionis organon ad partem affectam ducit. GAL. *De Conſtit. Med.*

k) Ἀντέα, ἢ ῥέπει διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων.

Pellenda ſunt, quorſum inclinant. HIPP. *De Humor.* §. 3. p. 319. T. I.

Σύμμαχον ἔχειν εἰς τὸ τῆς ὁλκῆς εὐπετέστερον, τὴν τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν κίνησιν.

Commilitantem habere, ad deriuationis commoditatem, ſpontaneum abundantium humorum motum. GAL. *De Criſ. I.*

Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅπη ἂν μάλιστα τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταῦτα ἄγειν.

Si quae ducenda ſunt, illuc, vbi conuenientes maxime loci ſunt, ducenda ſunt. HIPP. *De Humoribus*, §. 3. p. 319. T. I.

l) Δεῖ ἐκκλίνειν τῶν βλαπτόντων κρίσιν.

Declinare nocentium fluxus. GAL. *De Optima Secta.*

auferunt, tunc demum fiunt, quando materia ſanguini intime admixta, mobilis nunc reddita, diuortium, vi vitae excuſſa, facit. Quapropter arbitrariis euacuationibus opus iſtud naturae turbandum haud eſt m), nec ab initio mouendum, quod ex lege morbi ſerius fluit n), multo minus eo tempore, dum ſummo conatu natura aliquid agere intendit, quod in ſtatu morborum acutorum o) inque paroxyſmis intermittentium p) fieri ſolet. Illi autem morbi, qui a plenitudine vaſorum aut humorum quiete oriuntur, maturam euacuationem, quae ſerior noxia foret, poſtulant: Proinde, ſi quid demendum tunc eſt, integris aegri viribus, inque ipſis morborum primordiis dematur, vt, ſi particula humorum ſubducta eſt, reliquum coqui conuertique commodius poſſit q). Quod quando ita eſt, vt eua-

m) *Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μηδὲ φαρμακίησι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν.*

Quae in eo ſunt, vt iudicentur, quaeque iudicata perfecte ſunt, non mouere, neque innouare quidpiam, nec euacuantibus, nec aliis incitamentis. HIPP. *Aphor.* Sect. I. 20. p. 71. T. I.

n) *Κινέειν μὴ ὠμὰ μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν ἢν μὴ ὀργᾷ.*

Cruda non mouere, nec in principiis quidem, niſi ſponte impetum faciant. HIPP. *De Humor.* Ib.

o) *Οὐδὲ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν.*

Nec licet praeter tempus, nec vehementes euacuationes facere, nec adoleſcentibus morbis et in aeſtu conſtitutis quidpiam offerre. HIPP. *De Vict. Acut.*

p) *Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδὲ ἀναγκάζειν ἀφαίρεσιν πρὸ τῶν κρίσεων.*

Illis, qui intra periodicos morbos exacerbantur, nihil dandum, nec magna contentione auferendum quid eſt, ante fluxiones criticas. HIPP. *Aphor.* Sect. I. 19. pag. 71.

q) *Ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει, ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἄγειν βέλτιόν ἐστι.*

Inci-

euacuandum ſit paſſim in morbis, ſub quibus conditionibus, praeterquam quod virium, temporis et ſpontanei niſus naturae ratio habenda eſt, porro educendum aliquid ſit, ſpectandum eſt quam curioſiſſime. Ante quam quid moueatur, funditus euertendum et ex nexu cum bonis ſoluendum illud eſt[r]). Diluantur humores, quo in transfluxu per emunctoria ſua ne offendant[s]); quod autem de optima re ſimul effluxit, reſtituatur[t]). Eadem, qua omnes in genere euacuationes dirigimus, prouidentia ſingulae etiam, per vim optimae indicationis euacuatoriae, regendae ſunt. Aliquando *ſanguinem* ipſum, aliquando eius *ſerum*, et, quod illo

 com-

Incipientibus morbis, ſi quid mouendum videtur eſſe, moue; adoleſcentibus autem, quietem agere ſatius eſt. HIPP. Sect. II. 29. p. 74.

Addit GAL. οὐ χρὴ κεκρατημένοις ἐγχειρεῖν, ἀλλ᾽ ἀφίσταϑαι. Non fas eſt, iam confectorum curam ſuſcipere, ſed abſtinere.

Ἐν ἀρχῇ κενοῦν, ὅπως ἐλάττονα τὴν ὕλην γινομένην, ῥᾷον ἡ φύσις δυνηϑῇ πέψαι.

In principio euacuandum, vt imminutam materiem facilius natura coquere poſſit.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσιν πάϑεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακίησι χρέεσϑαι.

In acutis morbis parum et ab initio euacuantibus vtendum. GAL. *De Criſ.* I.

r) Ἀποφράττειν καὶ καϑαίρειν.

Exſoluere, et purgare. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* II. 4. p. 71.

s) Λεπτυντικῆς τε καὶ τμητικῆς ὄντα δυνάμεως ὡς καὶ τοὺς παχεῖς χυμοὺς τέμνεσϑαι καὶ τὰς ὁδοὺς δι᾽ ὧν ἐκκενοῦνται, διοίγειν καὶ ἀναστομοῦν.

Quae attenuantis et incidentis ſunt virtutis, vt crudi humores diuidantur, et viae, per quas euacuatur, aperiantur, et vaſorum intra illas oſcula dilatentur. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Diaeta Acutor.*

t) Ἐκκενοῦν τὸ μοχϑηρὸν, κατὰ βραχὺ δ᾽ ἀντ᾽ αὐτοῦ τὸ χρηστὸν ἐντιϑέναι.

Euacuare turbidum, ſtatim autem poſt, eius loco, optimum indere. GAL. *Meth. Med.* IX.

compactius eſt, *phlegma*, determinatis organis, ſi, veluti dictum eſt, ſpontanei fluxus haud ſufficiunt, ipſe autem locus, quo duci oportet, recte indicatus eſt, prolicimus, mox *formatis* a natura *viis* vſi, quarum oſcula aperimus, mox *nouas* formantes, quae emunctorii ſuppletorii, ſi legitimae fluere detrectant, vices gerere poſſint. Quod ad *ſanguinem* attinet, quamuis ſatius videri poſſit, eſſe, ſi ille per ordinata organa, vteri ſcilicet os et haemorrhoidum ora, in morbis fluit, longa tamen nimis, vrgente malo, iſta expectatio eſt, nec ſecura medicamenta dantur, quae fluxus iſtos morbo conuenienter excitare valeant. Proinde, cum intellectum ſit, ſanguinem, magnis motibus concitatum, ſaepe vaſorum ora, nobilioribus cauis reſpondentia, aperire cum periculo, licet illud vtcunque bene cedat u), haud expectatis fluxibus iſtis ſpontaneis, ſanguinem, venis ſectis, educi iuſſit neceſſitas. Periculoſa ſane eſt expectatio iſta, inque magnum vel vitae, vel grauioris morbi periculum ſaepe aegrotos ſuos adducunt *haemophobi* medentes, veluti illos GALENVS x) appellat. Haud ſane indulgere fas

u) *Ἐὰν αἷμα πολὺ καθ' ὁντιναοῦν τρόπον ἐκκριθῇ, σωτηρίας ἔχειν ἐλπίδα.*

Si ſanguis copioſus quocunque modo euacuetur, ſalutis fiduciam habere poſſumus. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Victu Acut.*

x) *Ἰατροὶ αἱμοφόβοι.*

Medici, qui ſanguinem metuunt. GAL. *De Venae Sectione Therapeut.*

GALENVS *Meth. Med.* IX. 5. p. 210. T. X. medicos, qui in vena ſecanda timidiores erant, appellat *αἱμοφόβους*, illosque, qui frigidae vſum haud admittebant, *ὑδροφόβους*.

Πολλοὺς ἐθεάσω δεδιότας ἀγυμνάστους ἰατρούς, τοὺς μὲν αἱμοφόβους, τοὺς δὲ ὑδροφόβους.

Multos videas meticuloſos et parum exercitatos medicos, qui vel ſanguinem, vel aquam metuunt.

fas eſt feminis viriſque, ſi, quae ſalutis ſeruandae cauſſa conceſſae illis ſunt, *menſtruorum* quidem ſolennius, *haemorrhoidum* autem parum conſtanter, fluxiones, deficiunt, et hominem defectu ſuo angunt torquentque [y]). Hinc venae ſectio inter *haemagoga* praeſtantiſſimum vbique eſt auxilium, tam ſanitatis tuendae, quam morborum curandorum gratia. Quantum ad prophylacticam ſanguinis ex vena miſſionem, ſiquidem illam multi vano futuri metu vltra ſaepe, quam ratio ſuadet, celebrant, tam opus eſt prudente indicatione valentibus, quam aegrotis, ſi heroica iſta medicina naturae conuenienter celebrari debet. Educendus ſanguis ex vena eſt illis, quibus ob ſanguinis copiam, vi cordis ſuperiorem, vel propter impedimentum aliquod, quo fit, vt per vnum alterumue viſcus tranſiici ille opportune nequeat, morbus imminet, ſi aetas et robur ſufficiens, fieri hoc permittunt [z]). Si enim illi,

 cui

y) *Γυναῖκα τῆς ἐμμήνȣ καθάρσεως ἐπηλειμμένης ἐπὶ θάνατον ἐπωδήγȣν οἱ τῆς φλεβοτομίας ἐχθροί.*

Feminam, cui menſtrua obſtructa erant, ad mortem deduxerunt venae ſectionis inimici. GAL. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae*, c. 1. p. 407. T. X.

Ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ὅσον ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα παραπληγικόν: λύει φλεβοτομία.

Ex haemorrhoidibus leuiter apparentibus ſi vertiginoſa ſuperueniunt, paraplegiae metus eſt; Soluit venae ſectio. HIPP. *Coac. Praenot.*

z) *Φλέβα τέμνειν ὅταν ἤτοι τὰ τῆς ἡλικίας ἢ τὰ τῆς δυνάμεως μὴ κωλύει, κȣφισθεῖσα γὰρ ἡ διοικȣ̃σα τὰ σώματα ἡμῶν φύσις ἀποτιθεμένη τὸ βαρῦνον αὐτὴν, οἷόν πέρ τι φορτίον, ἐπικρατήσει τȣ̃ λοιπȣ̃ ῥᾳδίως.*

Venam ſecare, ſi momenta ex aetate et robore vitali deſumenda, haud impediunt. Nam ſubleuata, quae corpus noſtrum regit, natura, dum ita deponit id, quod illam, veluti pondus quoddam, grauat, reliquum ſanguinem tunc facilius ſubigit. GAL. *Meth. Med* XI.

Κενȣ̃ν αἵματος, οἷς διὰ πλῆθȣς αἵματος ὁ κίνδυνος.

Eua-

cui ſanguinis plurimum circumducitur, particulam eius ex vena ſubtrahis, ſanguinem arterioſum prouocabis, vt liberius venas ſubire poſſit, quod GALENO [a]) intellectum eſt pleniſſime, qui propterea ex venarum plenitudine et habitu corporis, roboris teſte, illo ſcilicet, qui eſt ex carne compacta et modeſte plena, ad neceſſitatem venae ſectionis, obſeruatis ſimul et aliis plenitudinis ſignis [b]), concludit. Minus tamen neceſſaria eſt *mulieribus* venae ſectio, ſiquidem illis, quae fluere oportet, debito ordine et quantitate fluunt. Haud etiam temere, niſi quid vrget [c]), *praegnantes* ſanguine mulctari debent, quandoquidem his ipſe foetus, quando nutritur, partem ſanguinis abſumit, multo minus *lactantibus* ſanguinem duci fas eſt [d]). Quae cum ita ſint,

Euacuare ſanguinem, quibus ob plethoram periculum eſt. GAL. *De Venae Sectione.*

a) *Χρὴ κενῶσαι τὸ πλῆθος, ὅτι δέξασθαι πάλιν εἰς ἑαυτὰς αἱ φλέβες ἐχ᾽ ἂν δύναιντο τὸ αἷμα μεσαὶ τυγχάνεσαι καὶ διατεταμέναι.*

Oportet euacuare copiam, quia recipere in ſe venae non poſſunt ſanguinem (arterioſum) plenae cum ſint et extenſae. GAL. Ib.

b) *Τὰς μεγάλας ἔχοντας τὰς φλέβας ἰχνὲς τε μετρίως καὶ μὴ λευκὲς μὴ δ᾽ ἁπαλοσάρκες ἀφαδέστερον κενώσας.*

Illos, qui magnas habent venas, tenues mediocriter, nec exalbidos, nec carnem teneram habentes, maiore fiducia euacuabis. GAL. Ib.

Προσώπε ἐρυθήματα πλῆθος αἱματικὸν ἐνδείκνυται.

Faciei rubor copiam ſanguinis indicat. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Victu Acutorum.*

c) *Ἁιμοῤῥαγέσι τμητέον φλέβα.*

Quibus ſanguis fluit, vena ſecanda. GAL. *De Venae Sectione.*

d) *Γυναῖκας ἁπάσας ἐφ᾽ ἑκάστῳ μηνὶ (ἡ φύσις) κενοῖ τὸ περιττὸν ἀποχέεσα τε͂ αἵματος, ἓν μὲν τέτοις τῆς φύσεως ἔργον, ἕτερον δὲ ἡ μετὰ τόκον κάθαρσις: καί τοι καὶ ἡ κύησις αὐτὴ κένωσίς ἐστιν: Ἐκ τε͂ τῆς μήτρας αἵματος τὸ κυέμενον τρέφεται, καὶ ἡ μετὰ*

ſint, vt magna ſolicitudine ponderanda ſint, quae valentibus venae ſectionem ſuadere poſſint, momenta, quo maiore cura opus eſt tunc, cum corpus iam morbo afflictum eſt, conditiones omnes, ſub quibus venam ſecare oportet, recte perpendere. Quam primum ergo animum ad educendum aegrotis ſanguinem aduertimus, in vniuerſum quidem conuenienter et ad morbum appoſite cogitandum eſt, ſingulari tamen modo, quo tempore, qua menſura, qua vena, ſanguis mittendus ſit, diſpiciendum e). Finis, quem medici, trahendo ſanguinem ex venis, intendunt, aut ille eſt, vt ſanguinis copia imminuatur, quae *venae ſectio* eſt *euacuatoria*, aut ille, vt impetus ad partem maior frangatur, arterioſo

 ſan-

μετὰ τὴν κύησιν δὲ τȣ̃ γάλακτος ἐν μαστοῖς γίνεσις ȣ̓ σμικρὰ κένωσις ȣ̓δ᾽ αὐτὴ τȣ̃ πλήθȣς.

Feminas omnes, ſingulo menſe, natura purgat, ſuperfluum effundens ſanguinis; Alterum quidem hoc natura opus eſt; alterum autem, poſt partum purgatio. Enimuero et ipſa grauiditas quaedam euacuatio eſt. Ex vteri ſanguine foetura nutritur, et poſt grauiditatem lactis in mammis generatio, nec ipſa quidem parua eſt copiae ſanguinis euacuatio. GAL. *De Venae Sectione*, c. 11. p. 440.

e) GALENVS quatuor vult obſeruari tunc, cum vena ſecanda eſt. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae*, c. 4. p. 414. ſequ.

Τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ χρὴ μάλιστα ποιεῖσθαι τὰς φλεβοτομίας.

Tempus, quo magis conuenit venae ſectiones inſtituere.

Τὸ μέτρον τῆς κενώσεως, πότερον ἅπαξ ἢ πολλάκις ἀφαιρεῖν προσήκει, ἢ ταχέως κενȣ̃ν.

Menſuram euacuationis, num ſemel, an multoties auferre conueniat, an celeriter euacuare.

Τέμνειν καθ᾽ ἕκαστον τῶν πεπονθότων μορίων τὰς ἰδίας φλέβας.

Secare eam, quae vnicuique parti affectae propria eſt, venam.

Χρήσασθαι προσηκόντως τῷ βοηθήματι.

Conuenienter vti auxilio.

ſanguine in vulneratam venam introeunte celerius, quae *reuulſoria* f). Deinde, pro morborum differentiis, quorum formam venae ſectio mutat, alia aliaque eius eſt vtilitas. Aliquando, vena ſecta, magni fluxus ſanguinei continentur g); alio tempore inflammationes, hac ipſa, niſi criticae ſunt, et febrem ſoluunt, veluti, ſi cutis inflammata eſt, mitigantur; quieſcens in parte ſanguis, fluente de vena ſanguine, abſorbetur bibulis vaſis h); dolores magni comprimuntur i). Omnes propterea morbi acuti k) alii-

f) Ἡ φλεβοτομία χρήσιμος ὡς ἕν τι τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων, ἐν ἑτέροις δ᾽ ὡς ἀντισπαστικὸν ἢ προχετευτικὸν ὅταν ὁρμὴν χυμῶν σφοδροτέραν ἤτοι γε εἰς τοὐναντίον ἀντισπάσωμεν δι᾽ αὐτῆς ἢ προχετεύσωμεν εἰς τὰ πλάγια, δεῖται δ᾽ ἀεὶ δυνάμεως ἰσχυρᾶς ἐξαρκούσης τῷ ποσῷ τῆς κατ᾽ αὐτὴν κενώσεως.

Venae ſectio vtilis eſt, tanquam vna ex auxiliis euacuantibus, in aliis tanquam reuellens et mouens, dum impetum maiorem humorum in contrarium per illam deriuamus in latus. Semper autem opus eſt valida vi, ſufficiente quantitati illi, quam euacuare cupimus. GAL. *Meth. Med.* IX.

g) Πολλῶν ἀνεπισχέτως αἱμοῤῥαγούντων τεμόντες φλέβα τὴν αἱμοῤῥαγίαν ἐστήσαμεν.

Multis incontinenter ſanguineos fluxus habentibus, venam ſecando, haemorrhagiam ſiſtimus. GAL. *De Venae Sectione.*

h) Κενῶσαι τὸ περιττὸν αἷμα τοῦ φλεγμαίνοντος μορίου.

Euacuare ſuperfluum ſanguinem inflammatae partis. GAL. *Meth. Med.* XIII.

i) Ὅσοισιν ὀδύναι γίνονται ἐξαπίνης περὶ τὴν νόθην πλευρὴν, τουτέοισι λύσις φλεβοτομίη καὶ κάθαρσις κάτω.

Quibus dolores fiunt derepente ad coſtas ſpurias, illis ſolutio venae ſectio. HIPP. *De Criſ.* §. II. pag. 446. T. I.

k) Τὰ δὲ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίᾳ καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν.

In acutis morbis venam ſecabis, ſi magnus ille morbus appareat, quique illum habent, ſint aetate prouectiores, et robur illis adſit. GALEN. *Comm. IV. in* HIPP. *De Victu Acutorum.*

aliique magni [l]), qui vel derepente inuadunt, vel aſperiora ſecum adferunt ſymptomata, ſi vis vitae ſupereſt, venae ſectionem poſtulant, tunc maxime, ſi ab oppreſſo aliquo fluxu ſolenni ſanguis circa vitalia viſcera congeritur [m]). Veluti autem in omnibus negotiis arduisque conſiliis, ita etiam in adminiſtranda heroica iſthac euacuatione temporis ratio habenda eſt quam curioſiſſime. *Valentibus* etiam, qui imminuendae plenitudinis cauſſa ſanguinem mittunt, tempus aliud alio plus fauet. Cum enim per hiemem ob deſidem vitam humores augeri oportuerit, praeterea etiam morborum, ineunte vere, magna propter aëris mutationes repentinas adſit opportunitas, hac potiſſimum anni aetate venam aperiri fas eſt [n]), licet nulla neceſſitati lex ſcripta ſit, et

 annus

l) Ἐι ἰσχυρὸν εἴη τὸ νόσημα καὶ ῥώμη δυνάμεως· ἐκ ἔστιν ὅστις ἂν ἐ φλεβοτομήσει.

Si validus fuerit morbus, et vis roboris, non eſt, quin venam ſecuerit. GAL. *Meth. Med.* IV.

Σκοποὶ φλεβοτομίας μέγεθος νοσήματος καὶ ῥώμη τε κάμνοντος.

Fines venae ſectionis, magnitudo morbi et virtus aegroti. GAL. *De Venae Sectione Therapeutico*, c. 13. p. 442. T. X.

m) Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀποληφθέντα ἐστιν, ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται, φλεβοτομίη λύει.

Quae ex naribus ſolenniter fluunt ſubito deficientia, ſi quando ſpaſmum inducunt, ſoluit venae ſectio. HIPP. *Coac. Praenot.*

Χρηστέον φλεβοτομίᾳ ἢν περιπνευμονικός τις ἀῃ ἢ συναγχικῶς πνιγόμενος τύχῃ, ἢ ἐξ ἐπισχέσεως ἐμμήνε καθάρσεως ἢ αἱμοῤῥοΐδος ἐπὶ θώρακα αἰσθητῶς τὸ πλεονάζον αἷμα.

Vtendum eſt venae ſectione, ſi quis pulmone inflammatus fuerit, aut ſynanche ſuffocatus fiat, ſiue ex menſtruae purgationis retentione, ſiue haemorrhoidalis ſanguis ad thoracem propellatur. GAL. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae*, c. 1. p. 407. ſequ.

n) Φλεβοτομεῖν χρὴ κατὰ τὴν ἀρχὴν τε ἦρος.

Venam ſecare oportet prope ad veris initium. GAL. *De Venae Sectione Therapeutico*, c. 7. p. 435.

annus ſanguinem miſſuris, ſi recte indicata per rationes euacuatio eſt, vbique pateat. Maiore ad tempus deſtinatione medicus ſanguinem in *morborum acutorum* cura mitti iubet, ſiquidem τὸ προλαμβάνειν καὶ ὑϛερίζειν o), *praeocius agere, aut ſero rem inſtituere*, nullibi plus, quam in hac conſultatione, nocet. Tunc ergo mittendus ſanguis, ſi res praeterea id exigit, eſt, quando prope ad principia morbus ſtatuitur, et vires aegroti ſufficiunt p). Subducta enim ſanguinis particula, reliquae, ſi quae ad negotium naturae intra morbum pertinent, euacuationes criticae ſuccedunt commodius q). Non tamen ita huic legi ſeſe addicere debet medicus, vt ſibi poſt primum diem nihil licere putet; ſed illuc vsque ſanguinem ducere licet, quo vsque inflammationes id poſtulant, vires haud contradicunt, et ſpontanea quaedam euacuatio ſalubrior alia haud occur-

o) GALENVS *De Criſ.* I.

p) Ἅπαντας τοὺς πυρέττοντας ἐν ἀρχῇ μὲν φλεβοτομήσας, ἐὰν ἰσχυροὶ τὴν δύναμιν ὦσι.

Omnibus febrientibus ab initio morbi ſanguinem mittes ex vena, ſi valentes robore fuerint. GAL. *Meth. Med.* XIV.

Περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἀῤῥωστιῶν καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ.

Circa principia morborum et inflammationum auferenda eſt omnis ſorbitionum oblatio; vtendum autem venae ſectione. GAL. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae.*

q) Χρὴ σπεύδειν ἀφαιρεῖν τοῦ αἵματος ὅπως ἡ τῶν ἀγγείων φύσις ἐν τῷ διαπνεῖσθαί τε καὶ ῥιπίζεσθαι, τὴν φυσικὴν εὐκράτειαν φυλάττουσα, κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς τρόπον ἐπικρατῇ τῶν χυμῶν.

Feſtinandum eſt, quo ſanguis auferatur, vt vaſorum natura, dum tranſpirando et ſordes eiiciendo, debitam reſiſtentiam ſeruat, illo, qui ſtatim ab initio morbi inſtitutus eſt, modo, humoribus ſit ſuperior. GALEN. *Meth. Med.* IX.

occurrit [r]). At eodem etiam, quo venam ſecari conſultum eſt, die, multum intereſt, quo *tempore* ſecetur, non horarum [s]), ſed circumſtantiarum ratione habita, ſiquidem deferueſcere debet febris antea, quam ſanguis ducitur [t]). Quo *vaſe* autem vulnerato ſanguinem fluere ſatius ſit, non leuis eſt quaeſtio. *Scarificationem* laudat ALEXANDER in pleuritidis [u]) cura, ſuper partem dolentem, nec rationes,

r) Φλεβοτομίαν ἐν ἀρχῇ μὲν κρίνουσιν οἱ νεώτεροι μέχρι τῆς τρίτης, οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ μετὰ τὴν τρίτην παραλαμβάνουσιν, ἐὰν τὰ τῆς δυνάμεως ὑφεστήκει καὶ τὸ νόσημα ἀπαιτεῖ.

Venae ſectionem in principio quidem neceſſariam iudicant recentiores vsque ad tertium diem, ſed veteres etiam vltra tertium extendunt, ſi vires ſubſiſtunt, et morbus poſtulat. GAL. *Introd. ſeu Medicus.*

s) Γελοῖον ὅπερ οἱ πολλοὶ πράττουσιν ἀπὸ τῆς δευτέρας ὥρας ἡμέρας ἄχρι ε ἢ ϛ ἀφαιροῦντες μόνον αἵματος, ἐν ἄλλῳ δ᾽ οὐδενὶ χρόνῳ.

Ridiculum illud, quod multi agunt, dum a ſecunda, ex quo ſol ortus eſt, hora ad quintam vel ſextam vsque, ſanguinem ſaltem mittunt, praeterea nullo tempore. GAL. *De Venae Sectione Therapeut.* c. 12. p. 441. T. X.

t) Φλεβοτομεῖν ἐν τοῖς τῶν παροξυσμῶν διαλείμμασι.

Venam ſecamus in paroxyſmorum remiſſionibus. GAL. Ib.

Ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καθ᾽ ἣν φλεβοτομοῦμεν, ἐπιτηρῆσαι χρὴ τὴν παρακμὴν τῶν πυρετῶν.

In illo ipſo die, quo venam ſecamus, obſeruandum eſt paroxyſmi febrilis decrementum. GAL. Ib.

u) Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι πολλοὺς, μάλιστα ἐφ᾽ ὧν μήτε πάνυ πλῆθος ἐν ταῖς φλεψὶ φαίνοιτο πλεονάζον αἵματος, ὠφέλησε τὸ καταχάσαι καλῶς ὀξυτάτῃ σμήλῃ τὸν τόπον. Δεῖ δὲ καὶ σικύοις χρήσασθαι μετὰ τὴν τομὴν, ὥστε ἐκ βάθους ἑλκυσθῆναι τὸ περιεχόμενον.

Sciendum autem, multos, maxime illos, in quorum venis abundans adeo ſanguinis quantitas haud apparet, iuuiſſe ſcarificationem in loco affecto, acutiore ſcalpello bene inſtitutam. Oportet autem cucurbitis poſt ſectionem vti, quo ex profundo quieſcens ſanguis educatur. ALEX. TRALLIANVS V. I.

nes, cur ita arbitratus ſit, illi deſunt, vt imitatione dignum hoc inſtitutum propterea eſſe videatur, quandoquidem, quae conciſa cute ſauciantur arteriae, eiusdem, qui pleurae ramos dat, trunci ſint progenies. Quod ad *venas* attinet, quas vulneramus, licet parum referre videatur, quamcunque pertundas, ſiquidem velocitas circuli humorum eundem ab omnibus effectum, dum ſanguis pari ratione vbique imminuitur, promittit; haud tamen leue momentum eſt in ſelectu venarum poſitum, dum, quo propior *ad partem affectam* vena ſecta fuit, eo velocior arterioſi ſanguinis a tergo irruentis acceſſio, et quae illam ſequitur, a parte inflammata reuulſio eſt, quam optionem venarum ſalubrem exemplis GALENVS x) obfirmat. Qui magnos illos veloceſque effectus, quos ex ſanguinis miſſione conſequi oportet, cordis et vaſorum actionem in fluida, horum autem determinatam illis reſiſtentiam, hinc momentaneas, easque ponderoſas mutationes, ſubducta purpurae vitalis parte, in corpore aegrotantis factas, recte aeſtimat, ille tam in re ipſa inſtituenda, quam in expedi-

x) Τῶν ἐγγυτάτων τε καὶ κοινῶν τῷ πεπονθότι μορίῳ φλεβῶν κένωσις ἀρίστη τε καὶ ῥάστη.

Proximarum et communium affectae parti venarum euacuatio optima et facillima. GAL. *Conſtit. Artis.*

Ἐκκενῶσαι τὸ ἐσφηνωμένον ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ; κενωθήσεσθαι δὲ ἄριστον τοῦτο διὰ τῶν συνημμένων φλεβῶν· οὕτω δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς σκιῤῥώδη λείψανα τῶν φλεγμονῶν, ἡ παρὰ τὸν μέγαν κανθὸν φλὲψ ἐνίνησι διαιρεμένη, καθάπερ γε τὰ τῆς κεφαλῆς βάρη καὶ τὰς διὰ πλῆθος ὀδύνας κεχρονικυΐας ἐν αὐτῇ κουφίζειν εἴωθε σαφῶς ἡ ἐν τῷ μετώπῳ φλὲψ τμηθεῖσα.

Euacuandus eſt incuneatus parti affectae ſanguis; euacuari autem poterit optime per connexas venas. Sic, ſi quae in oculis de inflammatione relicta ſunt, iuuabit vena ad maiorem oculi angulum ſita et diſſecta, ſicut etiam capitis grauitas, et diuturni eius per plenitudinem facti dolores leuari ſolent manifeſte, ſi vena in fronte ſecta fuit. GAL. *De Venae Sectione Therap.*

peditionis modo, qui ad quantitatem ſubducendi liquidi attinet, erit prouidentior. Vix autem vnquam ad pondus et bilancem aeſtimare copiam ducendi ſanguinis licet, ſed, quod plus vel minus in arduo iſthoc negotio eſt [y]), ad circumſtantiarum exiſtimationem vnice reuertitur. Ad virium, reſiſtentiae humorum contra cor, et huius, veluti in actione ſua vitae leges excedit, rationes ponderanda ſunt omnia [z]). Donec arterioſus ſanguis, a tergo in venam ſauciatam ruens, manifeſtior rubentiorque [a]) compareat, ſanguis ex vena fluat: ſi magnus dolor compeſcendus eſt, ſi intereſt, vt pulſus arteriarum ſit quam placidiſſimus, veluti in nobiliorum viſcerum inflammationibus, ſatiusque fuerit, ſanguinem quieſcentem placide a bibulis venis ſorberi, quam magno impetu diſpelli, etiam vltra, quam vires ferunt, et ad animi vsque, veluti HIPPOCRATES [b]) vult, deliquium ſanguis dimittatur, aut repetatur euacuatio [c]). Cum autem vnumquodque

y) Ἀφαιρετέον τοῦ αἵματος κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενος τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον.

Auferendum aliquid de ſanguine eſt, ſecundum habitum et aetatem, ratiocinando ſuper illud, quod plus vel minus eſt. HIPP. *De Victu Acutor.*

z) Ἀφαιρεῖν αἵματος ἀνάλογον τῇδε δυνάμει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐμφράξεως, ἔνδειξις δὲ τοῦ ποσοῦ τῆς ἐμφράξεως ἐκ τοῦ μεγέθους ἔσαι τοῦ κατὰ τὸν πυρετόν.

Auferenda eſt pars ſanguinis conuenienter ad vires et magnitudinem infarctus; Significatio autem, quantum quid infarctum ſit, ex magnitudine febris eſto. GAL. *Meth. Med.* VIII.

a) Ἀφαιρεῖν τοῦ αἵματος ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥοῇ.

Auferenda eſt pars ſanguinis, donec longe rubentior fluat. HIPP. *De Diaeta Acutor.*

b) Ἢν ὀξὺ ᾖ τὸ ἄλγημα, ἀγαγεῖν πρὸς λειποθυμίαν.

Si acutus fuerit dolor, ducendus ad deliquium animi vsque ſanguis eſt. HIPP. Ib.

c) Ἐπαφαίρεσις.

Itera-

que conſilium eo plura, quo arduum magis eſt, argumenta, quae contrarium ſuadere poſſint, inueniat, proinde etiam in iſto, quod de ſecanda vena in difficili et ancipiti morbo capitur, indicatio euacuatoria ſuas *contraindicationes* inuenit. Si plethora haud adeſt, in morbis debilibus [d]), ſi ſanguis viſcidus et ad magnos motus iners eſſe per ſigna intelligitur, ſi propterea ſeroſi generis morbus fuerit, veluti hydrops aut quodcunque aliud oedema, temerarium eſt, ſanguinem ducere [e]). Noluit obeſis ſanguinem duci GALENVS, nec tenuibus [f]). Illi enim

Iterata venae ſectio. GAL. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae.*

d) *Τὴν φλεβοτομίαν μὴ παρούσης τῆς πληθωρικῆς συνδρομῆς δίκαιόν ἐστι παραλαμβάνειν.*

Venae ſectionem, non praeſente plethorico ad partes confluxu, iuſtum eſt intermittere. GALEN. *Meth. Med.* IV.

e) *Ἐι δὲ μὴ πλῆθος εἴη τὸ τὴν ἔμφραξιν ἐργασάμενον, ἀλλὰ γλίσχροι καὶ παχεῖς χυμοὶ, οὐ δεῖ φλεβοτομεῖν, ἀλλὰ κεχρῆσθαί τισι μᾶλλον ἀποζέμασι τοῖς λεπτύνειν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν δυναμένοις.*

Si copia ſanguinis haud adeſt quae infarctum faciat, ſed viſcidi et craſſi humores, non decet venas ſecare, ſed magis vtendum decoctis, attenuare et calefacere valentibus. ALEX. TRALLIANVS XII. 1.

Φέρει κίνδυνον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἡ ἄκαιρος φλεβοτομία, ἐπὶ δὲ ὑδρῶπος ἐσθ᾽ ὅτε καὶ θάνατον.

Periculum affert, vti in aliis, intempeſtiua venae ſectio, ita et in hydrope aliquando et mortem. ALEX. TRALL. VIII. 2.

Μηδὲν ἀφελεῖν αἵματος ἐν τρόμοις ὥσπερ οὐδὲ ἐν ὑδέροις οὐδ᾽ ἄλλῳ ψυχρῷ πάθει οὐδενί.

Nihil ſanguini demendum eſt in tremoribus, vti nec in hydropibus, aut vllo morbo frigido. GAL. *De Venae Sectione.*

f) *Ὅσοι παχεῖς ὑπερβαλλόντως ἢ ἰχνοὶ, καὶ τούτων τὰς φλέβας τέμνειν φυλακτέον.*

Quotquot craſſi vltra modum ſunt, aut tenues, illis, ne venae ſecentur, cauendum. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

enim quo pinguiores, eo propterea robuſtiores ob flaccidam fibram haud ſunt; hi, ſi maxime ex antiquo morbo debiles ſunt [g]), ſanguinis iacturam haud ferunt. In vniuerſum, vti in quorumuis magnorum auxiliorum, ita in venae ſectionum adminiſtrationibus virium ratio habenda eſt, vt ſatius ſit, ex ſanguinis copia aliquod ſubire periculum, quam, motore cordis, qui ſpirirus eſt, per miſſionem ſanguinis fracto, circuli leges omnino turbare [h]). Saepe etiam aetas diuerſum ſuadet, vt nec pueros, nec ſenes ſanguine mulctandos eſſe, antiquitas [i]) cenſuerit. Nulli tamen aetati parcendum, et, ſubductis rationibus, ſanguis mittendus, ſi neceſſitas exigit, et vires ferunt [k]). Eadem prouidentia tenuior ſangui-

g) Προκαταλυθεῖσα δύναμις ἐν ταῖς φλεβοτομίαις ἔωθεν καταπίπτειν εἰς ἔσχατον, ὡς μηκέτι αὐτὴν ἀνακτήσασθαι δυνηθῆναι.

Ante iam ſoluta vis vitae, in venae ſectionibus ad extremum excidere ſolet, vt nunquam reſtitui tunc poſſit. GAL. *De Venae Sect. Therap.*

h) Ἡ μὲν διάθεσις ὑπαγορεύει τὴν φλεβοτομίαν, ἡ δ' ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως κωλύει.

Ratio quidem morbi ſubinnuit venae ſectionem, ſed debilitas virtutis impedit. GAL. Ib.

Μᾶλλον ἀπέχεσθαι προσήκει τοῦ καταλύσαι τὴν δύναμιν ἢ τοῦ κενῶσαι τὸ πλεονάζον αἷμα.

Satius eſt abſtinere, ne vis vitae ſoluatur, quam euacuare, etiamſi ſanguinis multum eſt. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Morbis Acut.*

i) Ὁι πρεσβύται μηδ' ὅλως φλεβοτομοῦντες ἄλλοις χρέωνται κενωτικοῖς βοηθήμασιν ἐν μακροτέρῳ χρόνῳ ταὐτὸν τῇ φλεβοτομίᾳ δυναμένοις ἐργάζεσθαι.

Senes neutiquam venam ſecent, ſed aliis vtantur euacuantibus auxiliis, longiore tempore, id ipſum quod venae ſectio effectura erat, facere valentibus. GALEN. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae.*

k) Ὀυδὲ τοὺς παῖδας φλεβοτομήσεις ἄχρι τεσσαρεσκαιδεκαετοῦς ἡλικίας, οὐδὲ μὴν τοὺς γεγηρακότας, καὶ μάλιστα δυνάμεως ἀσθενοῦς ὑποκειμένης: δυνάμεως δὲ ἰσχυρᾶς ὑποκειμένης καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης καὶ τοὺς ἑβδομηκονταετεῖς φλεβοτομήσεις.

Nec

ſanguinis pars, *ſerum*, et cum illo, quod liquido vitali ineſt, acre, ſalſum, putridum [l]), *cute* vel *renibus* depellitur, cum vna vtrinque ſit materies [m]). Quod ad cutis in eiiciendis morborum cauſſis officium attinet, veluti illa ſanitatem tuetur, ſi halitibus et ſero ſanguinis, in vapores imperceptibiles ſoluto, peruia eſt, res nocentes intra ſe haud facile recipit [n]), impuram autem materiem, ſalutis cauſſa eiectam, bene tenet et deſiccat [o]); ita per naturae leges

Nec pueris venam ſecabis vsque ad decimum quartum annum, nec ſenibus, maxime ſi parua vis adeſt; Quodſi autem vis fortis adeſt, et neceſſitas id exigit, etiam ſeptuagenario ſanguinem duces. AET. *Tetrab. I. Serm. III. ex* GALENO.

l) Ἱδρὼς ἁλμυρὸς, ἢ ὀξὺς, ἢ κακώδης.

Sudor ſalſus, acris, foetidus. THEOPHR. *De Sudoribus.*

m) Τὸ κȣφότατον τȣ̃ ἅιματος ἐν μὲν τῇ ὑποςάσει τῇ κατὰ τὴν κύςιν ȣ̃ρον, ἐν δὲ τῇ σαρκὶ ἱδρὼς καλε̃ιται.

Leuiſſima ſanguinis pars in eo, quod ad veſicam ſecedit, vrina, in carne autem ſudor vocatur. THEOPHRAST. Ib.

n) Ἱπποκράτης περὶ τῶν ἀπὸ τροφῆς ἐν ἡμι̃ν ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τε καὶ βλάβῃ γινομένων διδάσκων, ἐπ᾽ ἄλλοις πολλοι̃ς καὶ τȣ̃το ἔγραψεν: ἀραιότης σώματος εἰς διαπνοὴν, οἷς πλε̃ιςον ἀφαιρέεται, ὑγιαινότερον, οἷς δ᾽ ἔλασσον, νοσερότερον, βέλτιον ȣ̃ν ἑκατέρας πεφυλάχθαι τὰς ὑπερβολὰς καὶ μὴ εἰς τοσȣ̃τον πυκνὸν τὸ δέρμα παρασκευάζειν ὡς κωλύειν διαπνε̃ισθαι καλῶς, μηδ᾽ ȣ̔́τως ἀραιὸν, ὡς ὑπὸ παντὸς τȣ̃ ἀιτίȣ τῶν ἔξωθεν ἀυτῷ προσπιπτόντων βλάπτεσθαι ἑτοίμως.

HIPPOCRATES de illis, quae ab alimentis intra nos, vel vtiliter vel nocenter fiunt, docens, poſt alia multa et hoc ſcripſit: Raritas corporis, quibus multum aufert, ſalubrius; quibus parum, morboſius; Praeſtantius adeoque, vtrosque euitare exceſſus, nec in tantum cutim operire, vt impediatur tranſpirare, nec ita rarefacere, vt ab omni cauſa earum, quae ab extra accidunt, laedi poſſit. GAL. *De Ratione Victus* I.

o) Ὁκόσοισι μὲν παιδίοισιν ἐȣ̃σιν ἐξανθέει ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὰ ȣ̃ατα, καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρω̃τα, καὶ σιαλώδεα γένηται,

leges illi ſimiliter datum eſt, mox tenui halitu, ſi ſubtilior res eſt, quae morbum facit p), mox madido rore, ſi quid maius in morbo magisque reſiſtens fuerit, ſanguinem defaecare q). In quamplurimis ſcilicet morbis ſalubrior eſt GALENO r) dicta *ἀέρωσις*, et ſubtilior ſanguinis in vapores ſolutio, quae diluentium vſu procuratur s), vt deſiccati vaſorum api-

ται, καὶ μυξόῤῥοοι, ταῦτα μὲν ῥήϊστα διάγει προϊούσης τῆς ἡλικίης. ἐνταῦθα γὰρ ἀφίει καὶ καθαίρεται τὸ φλέγμα, καὶ τὰ οὕτω καθαρθέντα οὐκ ἐπίληπτα γίνεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ὁκόσα δὲ καθαρά ἐστι, καὶ μηδ᾽ ἕλκος προέρχεται μηδὲν, τοῖσι τοιούτοισιν ἐπικίνδυνόν ἐστι ἁλίσκεσθαι.

Et quibuscunque, cum infantes eſſent, efflorefcunt vlcera in capite et ad aures, et alibi in cute, vel qui ſaliuam aut mucum fundunt, hi quidem facillime viuunt procedente aetate; Abinde enim abiicitur et purgatur phlegma, et, qui ita purgantur infantuli, epileptici haud fiunt vt plurimum. Quotquot autem puri ſunt, nec quidquam vlceris illis exit, hiſce periculum eſt, corripi. HIPP. *De Morb. Sacro*, §. 7. p. 332. T. II.

p) *Διὰ τοῦτο βραχύτερον ἔσται τὸ πυρετῶδες θερμὸν, ὡς διαχωρεῖν αὐτὸ διαπνεῖν εἰς τοὐκτὸς, ἅπερ εἶεν αἱ ἐμφράξεις βραχεῖαι*

In tantum breuis erit febrilis calor, in quantum ſecedere tranſpirando poterit, ſiquidem infarctus parui fuerint. GAL. *Meth. Med.* VIII.

q) *Ἐκκενωθήσεται τὸ μὲν φανερῶς τε καὶ αἰσθητῶς, τὸ δὲ εἰς ἀτμοὺς λεπτυνθέν.*

Euacuabitur, aliud quidem manifeſte et ad ſenſum, aliud autem in halitus extenuatum. GAL. *Ars Medica.*

r) *Ἀέρωσις, λεπτοποίησις τοῦ αἵματος ἢ εἰς ἀτμοὺς λύσις.*

In aëri rem ſimilem extenuatio ſanguinis, aut in vapores ſolutio. GAL. *Meth. Med.* II.

s) *Φάρμακα λεπτυνούσης δυνάμεως, ὅπως ἀναστομῶνται μὲν αἱ ὁδοὶ, τέμνωνται δὲ τὰ δι᾽ αὐτῶν ὁδοιπορήσειν μέλλοντα.*

Medicamenta ſolutiuae virtutis, vt aperiantur viae; incidantur autem ea, quae per illas exitura ſunt. GAL. *Method. Med.* XIII.

apices [t]) lubricentur. Efficaciore tamen cordis impetu, ſi ante, quod diluere poſſit, datum eſt, cum ſudoribus materies morbi decedit, dummodo illi a virium defectu et ſyncope haud ſint, ſed a caloris vitalis augmento excitentur [u]). Sed *modus* etiam eſto in illis. Quidquid intenſius calet, ſudorem vult [x]), nec vlla, ſi ſine ſudoribus fuerit, febris recte iudicatur [y]), obluctantibus cordi fluidis et anxietatem inducentibus rebus illis [z]), quas euacuari fas eſt: Quidquid autem craſſius eſt, quam quo transprimi per cutem poſſit, abigi magnis ſudoribus nequit [a]), niſi coctum aut emotum funditus febre eſt;

t) *Ξηρότης ἡ κατὰ τὰς μικρὰς ἀρτηρίας καὶ φλέβας τὰς ἰδίας ἑκάστου τῶν μορίων συνισταμένη.*

Siccitas, quae iuxta minimas arterias et venas, vnicuique partium proprias, conſtituitur. GALEN. *Meth. Med.*

u) Κατανοεῖν δὲ χρὴ τὸ σύνολον τῶν ἱδρώτων. Γίνονται γὰρ οἱ μὲν δι' ἔκλυσιν σωμάτων, οἱ δὲ διὰ συντονίην φλεγμονῆς.

Recte percipiendum eſt totum ſudorum negotium; Alii enim per ſolutionem corporum fiunt, alii autem intenſiore caloris gradu. HIPP. *Prognoſt.*

x) Ἡ ἀπὸ φλεγμονῆς ἔνδειξις, διαφόρησις, ἐκκενοῦσα θεωρητοῖς πόροις.

A calore magno, indicatio, ſudor, poris ad ſenſum patentibus euacuans. GAL. *Method. Med.* XIII.

Ἐν τῷ διαφορεῖν ἴαται τὸ γεγονὸς ἤδη τῆς φλεγμονῆς.

Sudando curatur illud, quod incaleſcendo factum eſt. GALEN. Ib.

y) Ἄνιδρος πυρετὸς ἄκριτος.

Sine ſudore febris haud iudicatur. HIPP. *De Vict. Acut.*

z) Ἀλυσμοὶ ἀνιδροῦντες.

Qui haud ſudant, angores habent. HIPP. *Coac. Praenot.*

a) Φυλάττεσθαι χρὴ τὸ γλισχρὸν κατὰ τὸν φλεγμονώδη καὶ τὸν ἑλκώδη κόπον, ὡς ἂν κωλύον διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα.

Caute tractandum eſt glutinoſum illud, in inflammatoriis et vlceroſis affectibus, vtpote qui transſudari impuram rem haud ſinunt. GAL. *De Sanit. Tuenda* XII.

eſt [b]); hinc a ſudorificis malos mores et peſſimam acquirit ſalſuginem [c]). Quod ad *ſerum ſanguinis* attinet, vrinis vna cum materia morbi quauis purgandum, vix vlla aegritudo eſt, cui illae haud reſpondeant, quas adeoque, vt ſincerae et coctae fluere poſſint, euacuantibus aliis interpellere nefas eſt [d]). At *primas vias euacuari*, arduum magis ſuisque addictum limitibus. Laudat vomitoria HIPPOCRATES [e]), ſi neceſſitatem ſigna ſuadent, itidemque

b) *Τὴν ἔμφραξιν μᾶλλον ἐπιτείνουσι, τοῖς διαφορητικοῖς πρὸ τῆς πέψεως ἢ κενώσεως κεχρημένοι βοηθήμασιν.*
Infarctum magis intendunt ſudoriferis ante coctionem aut euacuationem vſurpatis auxiliis. ALEX. TRALLIANVS XII. 1. p. 679.

c) *Ἁλμυρὸν γίνεται, διότι τὸ ἀλλότριον ἐκκρίνεται ἐξανηλωμένου τοῦ γλυκυτάτου καὶ κουφοτάτου.*
Salſum fit, quia, quod euacuari haud debebat, expulſum eſt, ablata dulciſſima et leuiſſima parte. THEOPHRAST. *De Sudoribus.*

d) *Ἤν τι κινήσεις κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ πεπαίνεται, ἀλλ᾽ ἄνιδρός τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται.*
Si quid aluo moues, vrina haud coquitur, ſed ſine ſudore, et neutiquam iudicata febris diu erit. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Diaeta Acut.*

e) *Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμοὶ καὶ σκοτόδινος καὶ στόμα ἐκπικρούμενον ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.*
Si quis ſine febre fuerit, et appetentia defecerit, et oris ventriculi ſuperioris dolor adfuerit, et vertigo, et oris amarulentia, per ſuperiora purgationem indicari ſignificat. GALEN. *Comm. in* HIPP. *De Victu Acutor.*
HIPPOCRATES vbique, dum *περὶ φαρμάκων, περὶ τοῦ φαρμακεύεσθαι* ſcribit, purgantia pharmaca, tam *ἄνω*, quam *κάτω*, his innuit, teſte GALENO. *Τὸ καθαίρεσθαι δὲ τῷ φαρμακεύεσθαι συμβαίνει ἐς ταὐτὸν, ὥσπερ γε καὶ φαρμακεύειν ἐν τῷ καθαίρειν.*
Καθαίρεσθαι, quod eſt purgari, et *φαρμακεύεσθαι*, quod eſt medicamento purgante vti, idem ſignificant, vti et *φαρμακεύειν* et *καθαίρειν*. GAL. *Comm. IV. in Libr.* HIPP. *De Victu Acut.*

RVFVS f) non ventriculi ſaltim repletionibus, ſed etiam aliorum viſcerum infarctibus accommodata ea eſſe aſſerit, prouidentiam tamen vbique ſuadet. Veneno quid ſimile illa pharmaca habent, laeduntque tabidos, tenues homines, aliquando etiam plenos, hinc illos, quibus inteſtinum excidit, aut praegnantes. Rarius certe illis antiquitas vſa eſt, frequentius purgantibus, nec illis quidem, niſi prouide et ſapienter. *Valentes homines purgari*, negotioſum nimis eſt AETIO g); ſaepe noxium, tunc maxime, ſi acriora dantur pharmaca h), aut illis dantur, quos pur-

f) Μὴ σφόδρα ταλαιπωρῶντο τοῖς ἐμέτοις (οἱ κάμνοντες) μήτε ἄγαν ἐμπλήσας κέλευε ἐξεμεῖν καὶ τῶν ἐμετηρίων σιτίων προσάξας, ταῦτα δὲ ἐςὶ τὰ πίονα καὶ γλυκέα. ἐ μόνον δὲ πρὸς τὰς πλησμονὰς ἐπαινῶ τὲς ἐμέτες, ἀλλά μοι δοκεῖ τολμήσας τις θαμινὰ ἐξεμεῖν, ταχὺ ἂν καὶ ἕλκος ἐν νεφροῖς καὶ ἄλλην τινὰ ἐντέρων λῦσαι βλάβην.

Ne nimium excrucientur vomitibus aegroti, nec nimium replendo iube vt vomant, aut alimenta offer quae vomitoriam vim habent. Talia ſunt pinguia et dulcia. Non autem tantum ad repletiones tollendas laudo vomitus, ſed videtur mihi, aliquem, qui audet frequentius vomere, ſubito aliquod vlcus renum vel aliam inteſtinorum noxam ſoluturum. RVFVS EPHES. *De Veſicae Renumque Affectib.* cap. 6.

g) Τὲς ὑγιεινῶς ἔχοντας τὰ σώματα ἐργῶδες καθαίρειν.

Qui bene valentia habent corpora, illos negotioſum eſt et ſuperuacaneum, purgare. AET. *Tetrabl.* I. Serm. III. c. 23.

h) Μέγας ὁ κίνδυνος ἐπὶ φαρμάκων καθαιρόντων δόσεσιν, ἢ μὴ κινηθῆναι τὴν κάθαρσιν, ἢ μὴ ῥαδίως ἐκκριθῆναι τὸ συῤῥεῦν εἰς τὴν κοιλίαν, ἢ μετὰ πόνων καὶ δήξεων καὶ ςρόφων καὶ καταψύξεως καὶ ἀσφυξίας καὶ λειποθυμίας ἐκκρίνεσθαι, ἢ ταραχθῆναι μὲν ὅλον τὸ σῶμα σφοδρῶς, ὀλίγον δὲ κενωθῆναι, ἢ ὑπερκενωθῆναι.

Maximum periculum eſt in purgantium medicamentorum exhibitionibus, ſiue non moueatur purgatio, ſiue haud facile euacuetur, quod ad aluum confluit, aut cum dolore et morſicatione, et torminibus, et frigoribus, et pulſus defectu, et animi deliquio eiiciatur, aut

purgari iniquum eſt [i]). Multo magis morborum rationem haberi oportet, ne quis aluum mouendo offendat, et praeſtantiorem euacuationem aliam aegroto ſurripiat [k]). Proinde, vti in omnibus negotiis, ſalutis cauſſa gerendis, ita et in pharmacorum adminiſtratione, ad *temporum* opportunitates reſpiciendum eſt quam curioſiſſime [l]). Deinde morborum, qui purgantia haud ferant, indoles diſcenda plenius, quos HIPPOCRATES [m]) eleganter nominat.

aut totum quidem corpus perculſum ſit, parum autem ſecedat, aut vltra, quam par eſt, euacuetur. GAL. *De Venae Sectione* c. 12. p. 441.

i) Ὅσαι θηλάζουσιν οὐ καθαίρονται, καὶ ἢν θηλαζούσῃ γυναικὶ δι' ὑστερῶν ὁρμήσει τὸ αἷμα, σβέννυται τὸ γάλα.

Quae lactant, ne purgentur; Si enim lactanti feminae per vteros effluat ſanguis, extinguitur lac. GALEN. Ib.

k) Οἱ τὰ λεπτὰ κενοῦντες ῥεύματα, αἴτιοι μᾶλλον βλάβης ἢ ὠφελείας γίνονται, παχυτέρους ἔτι καὶ ξηροτέρους, καὶ δυσδιαφορήτους ἐργαζόμενοι τοὺς χυμούς.

Qui rheumata in tenuiſſima re poſita euacuant, cauſae fiunt plus noxae, quam vtilitatis, dum craſſiores, et ſicciores, et tranſpiratu difficiliores ſuccos faciunt. ALEX. TRALL. XI. 1. p. 613.

l) Μέγιστόν ἐστι παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖς μακροῖσιν ἀῤῥωστήμασι, καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν.

Maximum momentum eſt, obſeruare et cuſtodire, veluti in acutis, ita et in diuturnis morbis, et augmenta febrium, et remiſſiones, et tempus ſtudioſe cuſtodire. HIPP. *De Diaet. Acut.*

m) Ἀνεπιτηδείως φαρμακευόμενοι, οἱ κεφαλαλγικοὶ ἐκ γυμνασίων ἢ δρόμων ἢ πορειῶν ἢ κυνηγεσίων ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου, ἢ ἐξ ἀφροδισίων: οἱ ἄχροοι, οἱ βραγχαλέες, οἱ σπληνώδεες, οἱ λέφαιμοι, οἱ πνευματώδεες καὶ ξηρὰ βήσσοντες, οἱ φυσώδεες, οἱ φλεβῶν ἀπολήψιες, οἱ τεταμένοι ὑποχόνδρια, πλευρὰ, καὶ οἱ ἀπονεναρκωμένοι, καὶ ἀμαυρὰ βλέποντες, καὶ οἷς ἦχοι τῶν οὐάτων ἐμπίπτουσι, αἱμοῤῥαγέοντες ἐκ ῥινῶν ἢ καθ' ἕδραν σφοδρῶς, ἢ ἐν ἐμφυσήμασιν ἐόντες, εἰ πόνος αὐτοῖς ἐπιτρέχει σφοδρὸς καὶ μὴ ἐπικρατέωσι: τῶν τοιούτων μηδένα φαρμακεύειν, κίνδυνόν τε γὰρ

nat. Tentanda certe ſunt mitiſſima in difficilis rei argumento, in quo experiri difficile fuerit [n]). Quo propius autem ad partem affectam colatorium eſt, eo efficacius ſalubriusque materiem mali ducet. Quam commoda eſt tuſſis pulmoni infarcto, quem tamen non tam excitare acribus, quod ſemper noxium, quam mitibus ac dulcibus medicamentis deliniri, fas eſt [o])! Quantum fauet ſaliuae fluxus et mucoſa oris nariumque excretio partibus, ad iſta emun-

γὰρ ἕξεις καὶ ἐδὲν ὀνήσεις: τάς τε ἀπὸ τἀυτομάτε ἀπαλλάξιας καὶ κρίσιας ἀφαιρήσεις.

Inconuenienter purgati ſunt, qui capite dolent poſt exercitia aut curſus, aut itinera, aut venationes, aut alios intempeſtiuos labores, aut a venere; Decolores, tuſſiculoſi, ſplenetici, ſanguine deſtituti, pulmonici, ſicca tuſſientes, flatulenti, venis deficientes, hypochondriis aut pleura infarcti, languidi et hebetes, et ad aurem tinnientes, ex naribus vel ano valde ſanguinem fundentes, aut flatuoſis tumoribus tentati, ſi dolor illos vehemens inuadit, nec robore polleant; Horum neminem purgabis, periculum enim habebis et nihil lucraberis, et ſpontaneas mutationes et euacuationes auferes. HIPP. Ib.

n) Τῶν νοσημάτων ὧν μὴ ἐπίσηταί τις, φάρμακον πίσαι μὴ ἰσχυρὸν, ἢν δὲ ῥᾶον φέρει, δέδεικται ὁδός.

In morbis, quos quis non recte nouit, ſuadeat pharmacum haud validum; Tunc enim, ſi facile ferunt, via monſtrata eſt. HIPP. *De Locis in Homine.*

Τὴν γαςέρα ὑπάγοντα, ςαλτικὰ τῆς γαςρός: Τὰ σπλάγχνα ἀλύπως διακαθαίροντα: ὑγρότητι ἐρεθίζοντα πρὸς ἔκκρισιν.

Quae ventrem ſoluunt, laxantia ventrem; quae inteſtina ſine afflictione ſubpurgant, humiditate excitantia ad ſeceſſum. AET. *Tetrabl.* I. Lib. II. *ονη.*

o) Ἐκλεκτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι.

Eclegmate pulmones purgari oportet. HIPP. *De ratione Victu Acutor.* Exponit GALENVS:

Κενῦσθαι διὰ πτυσμάτων.

Euacuare ſputis.

Τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα διὰ πτυσμάτων ἐκκαθαίρειν.

Thoracem et pulmones ſputis euacuare. GALEN. *Comm. IV.* in HIPP. *De Victu Acutor.*

emunctoria prope ſitis p)! Praeter autem quam quod deſtinata ſuis humoribus et perpetua dantur organa, quae a medentibus, ſi res id exigit, aperiuntur, neceſſitas etiam nouas vias, quibus cauſſae morborum educi poſſint, praeeunte natura, effingere docuit. Exinde, quod ſua ſponte peſſimae res ad extrema deuoluuntur q), *indicatio reuulſoria* nata eſt r), quae doloribus, ruboribus, vulneribus, vlceribus, ad extrema excitatis, quod ad nobiliſſima organa diſceſſurum erat, auocat s). Doloribus dolori medicinam parant artifices: Eleganter hoc PLATO t) transfert ad rem publicam. Vt de mul-

 tis

p) *Διὰ τὸν ἐγκέφαλον πεπλησμένον ὑγρῶν, γίνεται πτυελισμὸς, ἐξ ὧν συῤῥεῖ τι καὶ εἰς τὸ ςόμα, παραπλησίως τῷ κατὰ τοὺς φλεγμαίνοντας ὀφθαλμοὺς δακρύῳ.*

Propter cerebrum humoribus plenum fit ſaliuatio, ex quibus quid ad os confluit, ſimiliter ac in oculis inflammatis lacrymae. GAL. *Comm. I. in Prorrh.* HIPP.

PAVLLVS *De caput vacuantibus, pituitam educentibus, atque naſo inditis ac vnctis* L. I. ait: *τοὺς ἐν τῇ κεφαλῇ χυμοὺς διὰ τῶν πτυσμάτων κενοῦμεν, humores capitis ſputo educimus.*

q) *Νοσήματα, τῆς φύσεως ἀποτιθεμένης ἕκαςο τὸ περιττὸν εἰς ἀκυρότερα μόρια, γίγνεται.*

Morbi, natura deponente omne impurum ad ignobiliores partes, fiunt. GALEN. *De Cauſſ. Morb.*

r) *Ἔνδειξις ἡ πρὸς τοὐναντίον ἐπισπᾷν.*

Indicatio reuulſionis ad contrarias partes. GALEN. *Method. Med.* XIII.

s) *Τὰς εἰς τὰ κυριότατα φερούσας ἐκροὰς ἀποτρέψομεν, ἐρεθίσομεν δὲ τὰς εἰς μὴ κυριότατα.*

Ad principes partes delatas fluxiones auertemus, excitabimus autem illas, quae ad partes minus nobiles. GALEN. *Ars Medica.*

t) *Καθ' ὅλου, ὥσπερ ἐν ἰατρικῇ τὸ χρήσιμον, καὶ δίκαιον, καὶ γελοῖος ὁ φάσκων ἄδικον εἶναι τῶν ἰσχίων πονούντων καίειν τὸν ἀντίχειρα.*

In vniuerſum, veluti in medicina, quod vtile, idem et aequum eſt, riſuque dignus, iniuſtum eſſe putans, coxa dolentibus pedem vrere. PLATO *in* GORGIA, p. 293.

tis exemplis, paucis vtar, cucurbitularum tam ſiccarum, quam quae praemiſſa ſcarificatione adminiſtrantur, vſum, non dolorum ſaltim, ſed etiam fluxionum atque inflammationum cauſſa GALENVS [u]) commendat. Solidae etiam partes purgantur a ſordibus, quae medicina cathaereſis eſt [x]); Saepe etiam illae, ſi pondere nocent et volumine, extenuantur [y]): quod ſub alta carne latet putridum pus, educendum quantocyus [z]).

u) Τὰς ὀδύνας τῆς κεφαλῆς τάς δ' ἀρχομένας καὶ τὰς ἀκμαζέσας ἡ ἐπ' ἰνίε ἀντίσπασις διὰ σικύας, ἐνίοτε μὲν ἀυτῆς μόνης, ἐνίοτε δὲ καὶ μετὰ ἀμυχῶν γιγνομένης, κεφίζει.
Dolores capitis tam incipientes, quam prouectiores, quae ad ſpinam cucurbitulis fit reuulſio, aliquando ſola, aliquando cum ſcarificatione, leuat. GAL. *De Reuulſione, Cucurbitis et Scarificatione*, c. 3. p. 454. T. X.
Σικύα δύναται τὴν ὕλην κενῶσαι, ὀδύνην λῦσαι, φλεγμονὴν μειῶσαι, λειποθυμίας ἀπαλλάξαι, τὰ ἐκ τῶν βαθέων μεταφέρειν ῥεύματα, καὶ αἱμοῤῥαγίας ἐπισχεῖν.
Cucurbitae poſſunt materiam morbificam purgare, dolorem ſoluere, inflammationem imminuere, animi deliquium mutare, fluxiones in profundo ſitas transferre, et haemorrhagias continere.

x) Τὸ τῆς καθαιρέσεως ὄνομα μᾶλλον ἐπὶ τῶν σερεῶν λέγεται.
Cathaereſeos nomen magis de ſolidis dicitur. GAL. *Comm. ad* HIPP. *Epid.* VI.

y) Ἡ καθαίρεσις δρόμοισι, πάλησιν πολλοῖσι, περιπάτοισι ταχέσι.
Ablatio ſuperflui corporis habitus, curſibus, palaeſtris multis, obambulationibus feſtinanter factis. HIPP. *Epid.* VI. Sect. 3. p. 803. T. I.

z) Ὕπελον ἕλκος.
Vlcus ſub cicatrice latens. HIPP. *De Medico.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XXV.

DE INDICATIONE MITIGATORIA.

Poſtquam ita morbus inualuit, vt ſubigendis eius cauſſis, quandoquidem illae vel viſceribus alte inſident, vel virtute vitali maiores ſunt, medicina par eſſe haud poſſit [a]), deſerendus quidem aeger haud eſt, veluti HIPPOCRATES [b]) aliique veterum medicorum [c]) voluiſſe viderentur, et impieta-

 tis

a) *Τὰ μείζονα πάντα ἰῶνται μοῦνοι θεοί. ἢ γὰρ ἐν σπλάγχνῳ καιρίῳ νόσημα φωλεῦσαν ἔτρεψε εἰς καχεξίην τὸ πᾶν, ἀσινὲς οὐδὲν, ἐξ ὅπερ καὶ σμικρὴ τῇ φύσει γίγνοιτο ἂν ἐπικουρίη.*

Magnos morbos ſoli curant dii. Si enim in viſcere principe morbus latens omne in cachexiam conuertit, nihil ſincerum eſt, ex quo et minimum naturae fieri poſſit auxilium. ARETAEVS *De Signis et Cauſſis Morborum Diut.* II. 1.

Ὅταν οὖν τι πάθῃ ἄνθρωπος κακὸν, ὃ κρεῖσσόν ἐστι τῶν ἐν τῇ ἰητρικῇ ὀργάνων οὐδὲ προσδοκᾶσθαι δεῖ ὑπὸ ἰατρικῆς κρατηθεῖναι ἄν.

Si homo quid patitur mali, quod maius eſt medicinae auxiliis, non ſperari oportet illud a medicina ſuperatum iri. HIPP. *De Arte.*

b) *Οὐκ εὐδιορθώτοισι δικαίως οὐκ ἐγχειρέειν τοῖσι νούσοισι.*

Non ordinatis decenter manus haud admouenda eſt morbis. HIPP. Ib.

c) *Τοῖσι κεκρατημένοισι οὐκέτι ἐγχειρέειν, ξυνάχθεσθαι μοῦνον· ἥδε ἐστὶ τοῦ ἰητροῦ μεγάλη συμφορή.*

Morbo victos haud aggredi, ingemiſcendum ſaltim; et haec magna eſt medici infelicitas. ARETAEVS Ib. I. 6.

tis notam non effugerent, niſi illud, οὐκ ἐγχειρέειν τοὺς κεκρατημένους, *Morbo confecti haud ſunt tangendi*, veluti capiendum ſit, ſapienter interpretatus fuiſſet medicorum per Graeciam vindex, PLATO [d]); ſed conſiliis tamen iuuandus aeger eſt, ſi auxilia deſunt, regundusque, cum ſaepe, *licet vix quidquam in medicina eſt, in natura tamen aliquid ſpei ſit* [e]). Propterea, praeter quam quod aegrotum ſanare intendat medicus, ſi illum finem ſe aſſecuturum deſperet, vel proxime ſanare nequeat, alia, quae prope abſunt, et veluti ſecundaria, ſibi agenda ſumit, vt morbum, quem ſanare nequit, certe impediat, quo minus porro creſcat [f]); ſi nec illud poſſit, ne noceat [g]), efficiatque, *ne occidiſſe, niſi ſeruauerit* [h]), *videatur;* hinc, quod praeſtabilius ignaua expectatione eſt, licet illa ignara temeritate cenſenda ſit eſſe potior [i]), vt triſtem morbi ſenſum, ſi

d) *Τὰ δ' εἴσω διὰ παντὸς νενοσηκότα σώματα οὐκ ἐπιχειρεῖν, διαίταις κατὰ μικρὸν ἀπαντλοῦντα καὶ ἐπιχέοντα.*

Quae autem intus penitus morbida ſunt corpora, non ſunt attingenda, regimine tamen opus eſt, vt ſenſim illis vel auferatur quidpiam, vel infundatur. PLATO *De Republ.* III. p. 441.

e) CELSVS *De Re Medica*, II. 8. p. 73.

f) *Τῆς αὐτῆς ξυνέσιός ἐστιν ἧσπερ τὸ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ αἴτια καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς, ἐπίστασθαι πᾶσι τῇσι θεραπείῃσι αἳ κωλύουσι τὰ νουσήματα μεγαλύνεσθαι.*

Eiusdem ſcientiae eſt, qualis eſt, morborum cauſſas noſſe, eosque curare, illorum medicamentorum peritum eſſe, quae impediunt morbos grandeſcere. HIPP. *De Arte.*

g) *Ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα δύο, ὠφελέειν ἢ μὴ βλάπτειν.*

Duo circa morbos exercenda ſunt, *iuuare*, vel certe, *non nocere*. HIPP. *Epid.* I. Sect. 2. p. 662. T. I.

h) CELSVS *De Re Medica*, L. I. Praefat. p. 14.

i) *Ἧττον εἰκός ἐστι σφάλλεσθαι τοὺς μηδ' ὅλως ἐγχειροῦντας οἷς οὐκ ἴσασιν, τῶν πραττόντων ἃ μὴ γινώσκουσιν.*

Minus fieri poteſt, quo errent, qui nihil omnino attin-

ſi per naturam morbi fieri poteſt, obtundat, ſymptomata manſuefaciat, doloresque conſopiat [k]). Ad iſtos fines quando proſpiciunt medentes, ex *indicationis palliatiuae*, quae et *mitigatoria* dicitur, rationibus agunt. Fuit adeo, ſi LAERTIVM [l]) *in Vita* PLATONIS recte capio, ſingularis penes antiquos medendi ratio, et ſeparata a reliquis medicinae pars, *auxiliatrix* dicta, quae, qua ratione quam expeditiſſime morbi, ſuffocatis eorum ſenſionibus afflictiuis, praeter quam quod cauſſa ſimul auferenda fuerat, extinguendi eſſent, docebat. Quos quidem conſiliorum modos, quibus, manente cauſſa [m]), ſenſus ſaltim mali obtunditur, qui laudaturus ſit, neminem bonum fore arbitror, et vitioſa omnino eſt valdeque noxia palliatiua iſta, quae latenti malo pallium dat, et ὕπȣλον ἕλκος, *malum ſub cicatrice pus*, alit, curatio, empiricis ſaltim commoda, dum illi compendium medicationis valentibus quaerunt

tingunt eorum, quae neſciunt, quam illi, qui faciunt, quae ignorant. GALENVS ex PLATONE *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos Romae.*

k) Τὸ θεραπεύειν διττόν ἐςι, ἓν μὲν, τὸ πάντα πράττειν, ὡς ὑγιὲς ἀποφῦναι τὸ πεπονθὸς μέρος: ἕτερον δὲ, τὸ προνοεῖσθαι τὴν ἁρμόττουσαν τῷ πάθει πρόνοιαν, ὅπερ ἐςὶ παρηγορεῖν καὶ πραΰνειν.

Mederi duplex eſt, *alterum* quidem, omnia facere, vt ſana fiat affecta pars: *alterum* autem, adhibita conueniente morbis circumſpectione, ſolari et manſuefacere. GAL. *Comm. in Libr. VI. Aph.* 38.

l) Ἡ βοηθητικὴ, διὰ τȣ̃ βοηθῆσαι εἰς τὸ παραχρῆμα ἀπαλλάττειν τὰς ἀλγηδόνας.

Auxiliatrix medicinae pars, propterea quod ex tempore iuuet, et dolores extinguat. DIOG. LAERTIVS *in Vita* PLATONIS, vbi, inter medicinae partes, *pharmaceuticam*, *chirurgicam*, *diaeteticam*, *noſognomonicam*, quintam facit eam, quae celeriter medetur doloribus.

m) Χωρὶς σημείων ἤτοι ἐκκρίσεως ἢ πέψιος.

Sine ſignis vel excretionis, vel coctionis. GALEN. *Comm. II. in II. Prorrh.* HIPP.

runt pharmacis [n]), et lucrum ita famamque affectant, eorum, quae abhinc euentura ſint ſerius, parum ſoliciti. Neutiquam illa eſt *indicationis palliatiuae* ſignificatio, vt medicum oporteat, cauſſis neglectis, illisque nondum commotis vel expulſis, velum obducere, parum illas attendere, ſed externam aegritudinis formam tantum inuertere, vt ſatis, ſi hoc effecerit, feciſſe videatur; ſed illud eſt ſalubriter morbos palliare, illorum, ſi diuturni ſunt, nec mora ſua nocent, decurſui indulgere, et ſinere, vt per ſuas aetates ſponte decedant, adeoque cunctando rem reſtituere, interea ab efficaciore medicina abſtinere, morbum, cuius cauſſae violentius excitatae ferociunt, trahere, eiusque taedium lenire ac mitigare. Rectius propterea dicunt, qui *mitigatoriam* hanc *indicationem* appellant, cum *palliare* nec ſincera ſatis et probatae latinitatis vox ſit, nec quidquam aliud, quam rem apertam aſtute ac inſidioſe celare ac diſſimulare, ſignificet, vt, ſi ita capias, *indicatio palliatiua* nihil quidquam boni in medium conſulere poſſit.

Indicatio adeoque *mitigatoria*, generalius concepta, eſt conſilium, ex morbi indole probe conſiderata fluens, quo grauis morbus trahitur, eiusque ſymptomata vrgentia ſopiuntur, mors differtur [o]), et lenis, ſenſionibus, quae eam praecedunt, mollitis, efficitur [p]). Licet enim, quod alterum huius

n) Ὁι διὰ συντόμων ὁδῶν ἐπὶ τὸ τέλος ἰόντες: ἁι σύντομαι δ᾽ ὁδοὶ διὰ τῶν ἰσχυρῶν δύναμιν ἐχόντων γίνονται φαρμάκων.
Qui compendiariis viis ad finem contendunt; compendiariae autem viae per medicamenta vehementem efficaciam habentia fiunt. GAL. *Meth. Med.* XIV.

o) Ἐις τὸ τάχος τȢ̃ ὀλέθρȢ πρακτέα ἐμποδιστικά.
Quae fiunt celeritatis interitus impediendae cauſſa. ARETAEVS *De Curat. Acut.* I. 5.

p) Ταράσσει τȢ̀ς ἀνθρώπȢς Ȣ̓ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα, οἷον ὁ θάνατος Ȣ̓δὲν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τȢ̃ θανάτȢ, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστίν. Ter-

huius indicationis finem, in iudicioſa ſpontanei morborum decurſus expectatione poſitum, concernit, deſidem rerum, quae, durante morbo, eueniunt, ſpectatorem agere medicum haud oporteat, paſſimque in morbis, *tum maxime, ſi celerius tempeſtates corripiunt, maturius, etiam cum quadam temeritate, auxilia rapienda ſint* q), et nulli negotio plus, quam illi, quod ſanitatis cauſſa geritur, noceat procraſtinatio r): Licet etiam ſpontaneum illud in morbis s), quod nihil quidquam, quam *vis vitae in cauſſam agens*, eſſe poteſt t), medicorum ſolertiam non

Terrent homines non res, ſed de rebus opinio, vti mors nihil crudele habet, ſed opinio de morte, illud crudele eſt. EPICTET. *Enchirid.* cap. 10. pag. 18. ed. WOLF.

q) CELSVS III. 7. p. 134.

r) Τέχνης μὲν πάσης ἀλλότριον ἡ μεταβολή: ἰητρικῆς δὲ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις.

Ab omni quidem arte aliena eſt dilatio, a medica autem maxime, in qua, animae periculum, procraſtinatio. HIPP. *Epiſt. ad* CRATEVAM, p. 930. T. II.

Ἐπὶ πάντων τῶν νοσημάτων ἐστὶν ἡ ἀναβολὴ κακὸν πάνυ.

In omnibus morbis dilatio malum omnino eſt. ALEX. TRALL. VII. 1. p 286.

s) Τὸ μὲν αὐτόματον οὐδὲν φαίνεται, ἐὸν ἐλεγχόμενον. πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον, διά τι ἀνευρίσκοιτ' ἂν γινόμενον, καὶ ἐν τῷ διά τι· τὸ δὲ αὐτόματον οὐ φαίνεται οὐσίην ἔχον οὐδεμίην.

Spontaneum illud, nihil eſſe apparet, confutatum ſiquidem eſt; nam quidquid fit, propter aliquid inuenietur fieri, et propterea, quod ſine cauſſa nihil eſt, ſpontaneum illud exiſtentiam aliquam habere haud videtur. HIPP. *De Arte* §. 9. p. 5. T. I.

t) Τὰ ἀπὸ ταὐτομάτου ἄνευ φανερᾶς αἰτίας, τοῦτ' ἐστὶ, μηδεμιᾶς αἰτίας ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ γινομένης, ἀλλὰ προνοίᾳ φύσεως.

Quae ſponte fieri dicuntur, ea ſunt, quae ſine manifeſta cauſſa, id eſt, vlla cauſſa, ad medicum redeunte, ſed prouidentia naturae. GALENO interprete, *Comm. in* HIPP. *Epid.* VI. Aph. 15. 17.

Αὐτοματῶς λύεται τὰ νοσήματα.

Sponte ſoluuntur morbi. HIPP. *De Diaeta Acut.*

non excludat, nec vnquam quisquam, ſe ſponte absque medici opera conualuiſſe, ita audacter aſſerere poſſit, veluti HIPPOCRATES [u]) *pro arte* adducit, vt, nulla omnino opera vſus, conualuerit, ſiquidem ſola quies et abſtinentia ipſaque a pharmacis feriatio, actio ad ſanitatem tunc fuerit praeſtantiſſima; Licet denique caeco fato, vti recte COVS exponit, nihil in morborum decurſibus eueniat, ſed quidquid euenit, neceſſum ſit eueniſſe vel propter auxiliorum efficaciam, *quod bona fortuna eſt*, vel cauſſae reſiſtentiam inſuperabilem, *quod mala fortuna* [x]), propterea etiam ſine conſiliis aegroto adeſſe medicum haud oporteat: eſt tamen in officio medici, erga aegrotantes gerendo, admirabilis quaedam *prudentia*, quae inter laborem et otium media intercedit, motusque naturae perſpicit, et, ſi opus eſt, regit, ſed ſine ſuperflua medicamentorum ſupellectili et proprii ingenii oſtentatione [y]), absque ſeruili

u) *Πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ χρωμένους ἰητροῖσιν, νοσήσαντάς τε καὶ ὑγιασθέντας, εἰδέναι, ὅτι ἢ δρῶντές τι ἢ μὴ δρῶντες ὑγιάνθησαν ἢ ἀσιτίῃ ἢ ποτῷ πλείονι ἢ ἡσυχίῃ ὑγιάνθησαν.*

Multa enim neceſſitas, et illos, qui medicis haud vtuntur, ſiue aegrotos, ſiue conualeſcentes, noſſe, quod, ſiue quid fecerint, ſiue nihil fecerint, conualuerint tamen, aut inedia, aut potu multo, aut quiete. HIPP. *De Arte.*

x) *Καὶ φασὶν οἱ τὰ χείρω λέγοντες, τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων καὶ τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτὰ τύχῃ ἀποφεύγειν καὶ οὐ διὰ τὴν τέχνην· ἐγὼ δὲ οὐκ ἀποστερέω οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργου οὐδενός, ἡγεῦμαι δὲ τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νουσήμασι τὰ πολλὰ τὴν ἀτυχίην ἕπεσθαι, τοῖσι δὲ εὖ τὴν εὐτυχίην.*

Et, inquiunt illi, qui peſſima quaeuis de arte dicunt, illos, qui intereunt morbis aut effugiunt illis, fortuna effugere, non autem arte. Ego equidem Fortunam nec ipſe abnego vllo modo, arbitror autem, male curatos malam fortunam ſequi, bene autem curatos bonam. HIPP. *De Arte* §. 5. p. 3. T. I.

y) *Μηδὲν περίεργον ποιέειν, μηδὲ μετὰ φαντασίης.*

Nihil

ſeruili recentis ſectae ſtudio [z]), et rerum, quae placidos naturae motus exaſperant, vſu, ſolius indicationis mitigatoriae legibus, quae, morbis ipſis intactis, et ideo, quod ſalutares ſunt, haud tangendis, eorum malos mores auxiliis corrigit, et aegros, quos iuuare nequit, conſolatur.

Duo adeoque ſunt, in quibus indicationis mitigatoriae cardo vertitur, alterum *omittendum*, ne quid praecipitantius agendum ſuſcipiatur [a]), alterum *efficiendum*, vt, relicta interea morbi cura, ſymptomatis acrioribus proſpiciatur. Et hoc quidem vt fiat, in morbis haud ſane paucis opus eſt, illis maxime, qui a ſpontaneo naturae motu proueniunt, ſuntque neceſſarii et ineuitabiles; deinde in illis, quorum cura ad vim vitae, quae natura eſt, vnice redit, cuius motus expectandi medico ſunt, non prouocandi, ne euacuationes, a morbi indole alienas, excitet, tandemque in illis, quos manere aliquantulum oportet, vtpote ſalutares, nec praecocius opprimendos. Eſt aliquis hominis ſtatus inter opti-

Nihil ſuperuacanei faciendum, nec ex imaginatione propria. HIPP. *De Decenti Ornatu.*

z) Μὴ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίησι, μητ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν.

Nihil nouandum, nec pharmacis, nec aliis inſtigationibus. HIPP. I. *Aphor.* 20.

a) Ὥσπερ ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ᾽ ὅλον τὸν βίον ἕξεσί τε καὶ πράξεσιν, ὅτω κἀνταῦθα τὸ μηδὲν ἄγαν αἱρετέον, ὅρον ἔχοντα τὴν ὠφέλειαν τοῦ κάμνοντος.

Veluti in omnibus per totam vitam rebus gerendis atque negotiis, ita etiam nunc nihil inſtigandum, ſed omnia ad vtilitatem aegroti componenda. GAL. *Meth. Med.* XII.

Μὴ ἐρεθίζειν, μήτε κινεῖν, ἀλλ᾽ ἐᾶν ἀποκαταστῆναι.

Non inſtigandum, nec mouendum, ſed intermittendum. THEOPR. *De Sudor.*

optimam vergentemque ſanitatem medius [b]), non quidem medicamentis tangendus [c]), cum effecturus medicus ſit, ſi acrius, vbi minimum quid mali eſt, ſolicitat pharmacis, quo eorum inepto vſu moueantur, quae quieſcere ſatius fuerat, auctiore effecto viſcerum ſanguinisque motu. Hac potiſſimum indicatione *cultura ſenum* conſtat, quorum incommodis [d]), a lapſu virium et fibra rigeſcente ortis, mederi velle, abſurdum foret, dum impedire, ne quid in regimine iſtius aetatis delinquatur, ſufficit. Sunt

b) *Ῥαςώνη μέσον ἡδυπαθείας καὶ κακοπαθείας.*
Robur vtcunque ſufficiens, inter iucundum triſtemque ſenſum medium. PLVTARCHVS *Praecept. Sanit.*

c) *Ἡ περιττὴ ἐπιμέλεια τȣ̃ σώματος, ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμᾶσθαι πάντῃ ἐμπόδιος· κάμνειν γὰρ οἴεσθαι ποιεῖ ἀεὶ καὶ ὀδυνώμενον.*
Superflua cura corporis, virtutem exerceri et comprobari poſſe, impedimento eſt; Efficit enim, vt quis ſe ſemper morbo laborare, et dolere putet. PLATO *De Republ.* III. p. 440.

d) *Τοῖσι πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι καὶ κατάῤῥοι βηχώδεες, ςραγγȣρίαι, ἰσχȣρίαι, ἄρθρων πόνος, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τȣ̃ σώματος ὅλȣ, ἀγρυπνίαι, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρηκοΐαι.*
Senibus difficultates ſpirandi et catarrhi tuſſiculoſi, vrinae difficultates, et incontinentiae, articulorum dolores, nephritides, vertigines, cachexiae, prurigines corporis totius, peruigilium, viſus imbecillitas, obſcuritates humorum oculi, auditus difficilis. HIPP. *Aphor.* III. 31. p. 82. T. I.

Τὸν δὲ τȣ̃ γήρως μαρασμὸν ἀδύνατον δήπȣ καταλῦσαι, βοηθῆσαι δὲ, ὡς ἐπὶ πλεῖςον ἐκταθῆναι, δυνατόν.
Senectutis marcorem impoſſibile eſt ſoluere, iuuare autem, vt, ad ſummum illa aetas euehatur, poſſibile. GAL. *De Maraſmo*, c. 5. p. 183. T. VII.
Κωλῦσαι μὲν τὸ γῆρας, ἀδύνατον· ἐπισχεῖν δὲ τὸ τάχος αὐτȣ̃, δυνατόν.
Impedire quidem ſenectutem, impoſſibile; continere autem celerem eius decurſum, poſſibile. GAL. lb.

Sunt praeterea incorrigibiles morbi [e]), veluti, quae ex vlcere pulmonum eſt, *tabes*, quos, cum curari nequeunt, traxiſſe ſatis eſt [f]). Eadem indicatione inducimur, quo a magnis auſibus abſtineamus, ſi cauſſae morborum, eorumque ſedes per ſigna ſua nondum conſtant, oportetque expectari, donec, qua via cauſſae ſeceſſum facturae ſint, intelligatur plenius [g]); oportet etiam mitius cum aegroto agi, ſi diu decubuit, viribusque cecidit [h]). Quemadmodum

e) Ἀνεπανόρθωτος βλάβη.

Incorrigibilis noxa. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Victu Acut.*

f) Ἀνακομίζειν καὶ οἷον γηροτροφεῖν τὴν πρεσβυτικὴν τῶν φθισικῶν ἀσθένειαν, ὥστε, οὐ μόνον εἰς μῆνας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτη διαφυλάξαι ζῶντας.

Reſtaurare, et, veluti ad culturae ſenum leges, nutrire infirmitatem phthiſicorum veluti ſenilem, ita vt non per menſes tantum, ſed et per annos ſuperſtites ſeruari poſſint. GAL. *Meth. Med.* I.

g) Τῶν νοσημάτων ὧν μὴ ἐπίστηταί τις φάρμακον πίσαι μὴ ἰσχυρὸν, ἢν δὲ ῥᾷον γένηται, δέδεικται ὁδός.

In morbis, quos quis haud percipit, pharmacum ſuadendum haud generoſum; Si enim res clarior fit, tunc via commonſtrata eſt. HIPP. *De Locis in Homiue.*

h) Ὅτιπερ τῇσι ἀρχῇσι, ὁκότε ἀσθενεστάτη ἐστὶν ἡ νοῦσος, ὁ ἰητρὸς οὐκ ἐνίσταται, ἢν χρόνῳ κρατυνθῇ, ἀνόητος ἡ μελέτη.

Si in principio, vbi imbecillus maxime morbus, medicus haud inſtat, vbi progreſſu temporis ille inualuerit, vana eſt curatio. ARETAEVS *De Curat. Diuturn.* I. 12.

Τίνες οἱ σκοποί? Μέγα νόσημα, ῥώμη τῆς δυνάμεως, ἐπεὶ δὲ προκαταλύεται, τοῦ χρόνου προϊόντος, ἡ δύναμις, διὰ τοῦτο ὁ καιρὸς ἀναιρεῖται τῷ πλήθει τῶν ἡμερῶν, φαίνεται δὲ καταλυομένη ποθ᾽ ἡ δύναμις, ἀφεξώμεθα.

Quorſum reſpicit medicus? Ad morbi magnitudinem et robur virtutis; Si autem ante exſoluitur, progreſſo tempore, virtus, ſimulque tempus abit, dierum numero, hinc penitus diſſoluta vis eſt, abſtineamus. GAL. *De Venaeſect.* c. 9. p. 438. T. X.

dum enim, qui tranquillum mare nauigant, etiamſi omnibus velis contendant, nihil quidquam incurrunt periculi, turbido autem procellis aequore, minima in re offendere poſſunt; ita etiam, ait COVS [i]), paullo

Τῶν δὲ νοσημάτων ἤν τις ἰσχύοντος μὲν τοῦ ἀλγέοντος παραλλάξεται, τοῦ δὲ νοσήματος ἀσθενέως, ἐνταῦθα μὲν ἰσχυροτέρῳ θαρσεῦντα τῷ φαρμάκῳ τοῦ νοσήματος χρῆσθαι ὥστε, καὶ ἤν τι τοῦ ὑγιαίνοντος ἦν ἀπάγειν σὺν τῷ ἀσθενέοντι· ἐπὴν δὲ τὸ νόσημα ἰσχυρότερον, τὸν δὲ νοσέοντα ἀσθενέα λάβῃς, ἀσθενέσι τοῖς φαρμάκοισιν ἐντρεπίζειν.

Morborum ſi quis, valente illo, qui affligitur, ingruit, ipſo morbo imbecillo, tunc quidem fortiore confidenter ad morbum medicamine vti fas eſt, etiamſi de ſanis partibus cum morbida re aliquid decedat. Si autem morbum vehementiorem, aegrotum autem imbecillum habeas, medicamentis indulgendum. HIPP. *De Locis in Homine.*

Ego vbique, ſi ſatis virium eſt, validiora; Si parum, imbecilliora auxilia praefero. CELSVS III. 24. p. 176.

i) *Πολλοὶ τῶν ἰητρῶν ταὐτά μοι δοκέει τοῖσι κακοῖσι κυβερνήταις πάσχειν, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν ἐν γαλήνῃ κυβερνῶντες ἁμαρτάνουσιν, οὐ καταφανέες εἰσὶν, ὅταν δὲ αὐτοὺς κατάσχῃ ἄνεμός τε μέγας καὶ χειμὼν, φανερῶς ἤδη πᾶσιν ἀνθρώποισι δι' ἀγνωσίην καὶ ἁμαρτίην δῆλοί εἰσιν ἀπολέσαντες τὴν ναῦν: οὕτω δὲ καὶ οἱ κακοί τε καὶ πλεῖστοι ἰητροὶ, ὅταν μὲν θεραπεύωσιν ἀνθρώπους μηδὲν δεινὸν ἔχοντας, ἐς οὓς ἂν καὶ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων οὐδὲν δεινὸν ἐργάσαιτο, (πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καὶ πολὺ πλέον τῶν δεινῶν ἀνθρώποισι συμβαίνει), ἐν μὲν δὴ τοῖσι τοιούτοισιν ἁμαρτάνοντες οὐ καταφανέες εἰσὶν τοῖσι ἰδιώτῃσιν, ὅταν δὲ τύχωσι μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ καὶ ἐπισφαλῇ νοσήματι, τότε σφέων τὰ ἁμαρτήματα καὶ ἡ τέχνη πᾶσι ἐπιφανής ἐστι.*

Multi medicorum id ipſum videntur, quod mali nauium gubernatores, pati. Quando ſereno coelo nauigantes peccant, nihil deliquiſſe apparent; Quando autem illos inuadit ventus magnus et procella, manifeſte nunc omnibus hominibus, propter inſcitiam et errorem apparent, peſſumdediſſe nauem. Ita etiam mali plerique medici, ſi medentur hominibus nullo morbo difficili afflictis, et in quibus etiam quis valde errans haud delinqueret, (eiusmodi autem morbi plures et ſaepius, quam alii difficiles, hominibus eueniunt) ſi in eius-

paullo confidentius agere poſſunt medici, ſi ordinatus morbus eſt, quam, ſi magnus ille fuerit, et nulli legi adſcriptus. Multo minus tentandum quidpiam eſt, niſi leuaminis cauſſa, penes illos, quos certo *morituros* per ſigna liquet [k]). Praeterea etiam ab opere vacuos eſſe vult medicos GALENVS [l]), ſi *motus critici* vigent, quos accipere, et, vti ſunt, ſeruare, quam augere, ſatius eſt; itidemque PLATO [m]) monet, morbos, qui ſponte ceſſuri ſunt, medicamentis tangendos haud eſſe, quantumque, ſi qui praeter tempus opprimuntur, periculum enaſci poſſit, declarat [n]). Quantum autem ſit, quod circa intempeſtiuam morborum, quibus ſuperatis ſalus eſt, oppreſſionem delinquant medentes, quotus-

eiusmodi peccent, non apparent peccaſſe illis, qui artem neſciunt; Si autem ſortiantur magnum et ancipitem morbum, tunc illorum peccata et ars omnibus innoteſcit. HIPP. *De Arte.*

k) Προλέγων τὸν θάνατον ἀνέγκλητον φυλάξαις σεαυτὸν μηδενὶ βοηθήματι γενναίῳ χρώμενος.

Dum mortem praedicis, inculpatum te ſeruaueris, ſi heroico medicamento nullo fueris vſus. GAL. *Meth. Med.* XII.

l) Ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ πάυσαθαι καὶ μεθ᾽ ἱδρῶτος ἢ τινὸς ἄλλου τῶν ἔτω κρινόντων.

In die iudicatorio quieſcendum, ſiue poſt ſudores, ſiue aliud, quod hoc die abſcedit. GAL. *Comm. II. in* I. *Epid.*

m) Τὰ νοσήματα, ὅσα μὴ μεγάλους ἔχει κινδύνους, ἐκ ἐρεθιστέον φαρμακείαις.

Morbi, qui magnum periculum non habent, non ſunt irritandi pharmacis. PLATO in TIMAEO, p. 551.

n) Τὰ νοσήματα, ὅταν τις παρὰ τὴν εἱμαρμένην τοῦ χρόνου φθείρῃ φαρμακείαις, ἅμα ἐκ μικρῶν μεγάλα, καὶ πολλὰ ἐξ ὀλίγων νοσήματα φιλεῖ γίγνεσθαι.

Morbos, ſi quis praeter conſtitutam temporis rationem corrumpit medicamentis, ſimul ex paruis magnos, et ex paucis multos morbos moris eſt fieri. PLATO Ibid.

quiſque eſt, qui ignorat? Hos GALENVS o) taxat, quod morbum quidem auferant, aegrotantem autem vna cum morbo extinguant. Veluti ergo *vitioſa iſta indicatio palliatiua* male aegrotis conſulit ita maxime nocet, ſi febres opprimendas ſuadet p), quas

o) Διὰ τὴν τῶν ἰατρῶν ἀμαθίαν εἰς τὰς μαρασμώδεις ἐμπίπτοντες πυρετούς.

Propter medicorum ignorantiam in tabidas incidunt febres. GAL. *Meth. Med* I.

Σκαιοῦ μὲν ἀνδρὸς ἔργον ἐστὶν ἅμα τῷ νοσήματι καὶ τὴν ζωὴν ἀφελέσθαι.

Friuoli viri res eſt, ſimul cum morbo et vitam auferre. GAL. Ib. XII.

p) Οἱ πυρετοὶ λύσεις ἐλλιπεῖς ποιησάμενοι μετὰ ταῦτα πάλιν ὑποστρέφουσιν καὶ δευτέραν ἔκκρισιν ἐξ ἀποσκήμματος ἔχουσι, τελέαν τὴν λύσιν.

Febres ſolutiones inconſtantes facientes, deinde iterum reuertuntur, et aliam excretionem, quacunque re, quae abſcedit ad extrema vel cutim, habent, hinc ſolutionem perfectam. GAL. *Comm. I. in Epid.* VI. HIPP.

Ὁκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύονται μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν.

Quibus febres quieſcunt nec ſignis ſolutiuis factis, nec in diebus criticis, reuerſionem expectari illis fas eſt. HIPP. *Praenot.*

Ὅσοις πυρετοὶ παύονται, μὴ σημείων γενομένων λυτηρίων, ὑποστροφὴ πυρετοῦ.

Quibus febres quieſcunt ſignis ſolutiuis haud factis, reuerſio febris. HIPP. *De Dieb. Crit.*

Ἀλόγως ῥαστωνῆσαι λέγοιτ' ἄν, ὅσα μὴ μετὰ σημείων λυτηρίων.

Sine ratione conualeſcere dicuntur, quae ſine ſignis ſolutiuis (curantur). GAL. *Comm. III. in Progn.* HIPP.

Ἀλόγως λυόμενα, τὰ γενόμενα μὲν οὐ μὴν κατ' ἀξίαν τοῦ νοσήματος.

Sine ratione ſoluta, quae quidem fiunt, ſed non ex morbi dignitate. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *Prorrh.*

Ἀλόγως ἀπύρετοι γενόμενοι, ὅσῳ ἂν ἄμεινον ἔχειν δόξωσι, τοιούτῳ τὴν νοῦσον ὀλεθριώτερον ἔχουσιν.

Sine

quas aegri, quod diuturnae ſint, difficulter ferunt, ſuaque moroſitate medentes eo ſaepe adigunt, vt delinquere contra leges optimae medendi rationis, quam querimonias infirmorum ferre malint. At *prudens mitigatoria* illis, qui diuturnis detinentur febribus, expectationem imperat, victum ordinat, modeſte cauſſas mouet, interquieſcit etiam, et medicamentis parcet [q]), tum maxime, ſi febres ordinatae haud ſunt, quas laceſſere periculoſum eſt [r]). Non enim arti tribuendum eſt, quod febres pertinacius haerent, ſed cauſſarum reſiſtentiae [s]). Proinde febris, ſi iudicata legitimis euacuationibus ſpontaneis nondum eſt, tarda quidem erit, exitialis

 nun-

Sine ratione febris quibus decedit, quanto ſe melius eſſe putauerint, eo pernicioſum magis morbum habent. GAL. *Comm. II. in III. Epid.*

Εὐδοκιμήσει μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ τὸ φάρμακον, ἀνίατον δ᾽ ἐργάσει τὸ λείψανον τῆς διαθέσεως.

Placebit quidem ab initio medicamentum, ſed inſanabile efficiet, quod reliquum eſt diſpoſitionis. GAL. *Meth Med.* XIV.

Τῶν ϛυφόντων φαρμάκων ἡ δύναμις οὐχ ἱκανὴ τὸ πᾶν ἐργάσασθαι, συνάγουσα καὶ σφίγγουσα καὶ οἱονεὶ πιλοῦσα καὶ θλίβουσα τὰ σώματα.

Adſtringentium medicamentorum vis non apta ad omne efficiendum, contrahit, ſtringit, et veluti oppilat et compingit corpora. GAL. Ib. L. XIII.

q) Οὐ φέρουσιν αἱ φύσεις τὰς ἀθρόας ἀλλοιώσεις, φυλάττειν δ᾽ ἐν τούτῳ κατὰ τὰς ἀναγκαίας ἀσχολίας.

Non ferunt naturae frequentes mutationes, ſeruandae in hac re ſunt neceſſariae intermiſſiones pharmacorum. GAL. *Ars Medic.*

r) Τοὺς ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾷν, μέχρις ἂν καταστῶσιν.

Inconſtantes febres relinquendae ſunt, donec conſtiterint. HIPP. *Diaeta Acutor.*

s) Τῆς βραδυτῆτος οὐχ ἡ τέχνη ἀλλ᾽ ἡ φύσις αἰτίη ἡ τῶν σωμάτων.

Tarditatis non ars, ſed natura corporum cauſſa eſt. HIPP. *De Arte.*

nunquam [t]). *Quartana neminem iugulat, ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis aeger eſt* [u]). Immo haud raro euenit, quo ex febre ſalus ſit certiſſima. *Intenditur ſaepe febris, et maior ortus calor ſimul et priora mala tollit, et ſpem remiſſionis in ea curatione oſtendit* [x]). Ita etiam eſt cum aliis morbis, ſalutis cauſſa factis, ſanguinis aliisque fluxibus, quos, ſi benefici ſunt, opprimere neminem decet [y]). Ad cauſ-

t) Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι, χρόνους μὲν ἐμποιέουσιν, ἀτὰρ οὐχὶ ὄλεθρον.

Euacuationum criticarum defectus in febribus tarditatem quidem affert, ſed non perniciem. HIPP. *Coac. Praenot.*

u) CELSVS *De Re Medica* III. 15. p. 146.

Τοὺς τεταρταίους κατ᾽ ἀρχὰς μετρίως καὶ πρᾳέως ἄγειν χρὴ μήτε φάρμακόν τι τῶν ἰσχυρῶν μηδὲν προσφέροντες, μήτε κένωσιν.

Quartanas ab initio mediocriter et blande ducere oportet, nec medicamentorum quidquam ex acrioribus exhibentes, nec euacuationem. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* I.

Ὅσοι δὲ κατ᾽ ἀρχὰς τῶν τοιούτων τι φαρμάκων ἔδοσαν, ἢ ὅλως πρὸ τῆς ἀκμῆς, ἁπλοῦν μὲν ὄντα τὸν τεταρταῖον διπλοῦν πολλάκις ἐποίησαν.

Quotquot autem ſecundum initia harum medicamentum efficacius dederant, aut in genere ante quam febris ad ſummum deuecta erat, ſimplex cum eſſet quartana, duplicem ſaepe effecerunt. GAL. Ib.

x) CELSVS III. 9. p. 137.

y) Αἱμοῤῥοΐδα πρὸ τοῦ καιροῦ μὴ σπεύδειν ἰᾶσθαι, μὴ ὅλως ὄντα ποιῆσαι: Καὶ ἔγωγε πολλοὺς οἶδα μελαγχολήσαντας καὶ ἄλλως ἐκμανέντας ἐπὶ τοιαύταις κενώσεσιν ἰατρῶν ἀμαθείᾳ κωλυθείσαις, οἱ δέ τινες αὐτῶν πλευρίτισι καὶ νεφρίτισιν ἑάλωσαν, ἄλλοι δὲ αἵματος ἤμεσαν ἐκ γαστρὸς ἢ ἐκ θώρακος ἀνέβηξαν ἢ παραληγίαις ἢ ὑδέροις ἀπώλλυντο.

Haemorrhoidas maturius curare, ne properes, nec, ſi haud adſunt, moueas: Multos vidi, triſtes et furentes, eiusmodi euacuationibus inſcitia medicorum oppreſſis, quidam nephritide correpti fuerunt, alii ſanguinem vomuerunt ex ventriculo, aut ex thorace tuſſierunt, et paraplegiis ac hydropibus interierunt. GAL. *De Venae Sect.* c. 19. p. 448. ſequ. T. X.

cauſſas reſpiciendum vbique eſt[z]), mitigatis interea, donec illae cedant, nocentibus ſymptomatis.

Vti ergo *indicatio mitigatoria*, generalius concepta, morbis prudenter trahendis, acrioribus autem ſymptomatis compeſcendis, dicata eſt; ita ſpecialius ſumta doloribus opponitur, eſtque illa *paregorica*, a qua miſerrimi aegrotantes inter varios, quos a morbis, vti ſymptomata, habent, cruciatibus celerrimam, ſi per rationes, in contrarium militantes, fieri poſſit, opem efflagitant. Quod ſi autem in vita communi inque negotiis domeſticis ita eſt, vt *omnia prius experiri conſilio, quam armis, ſapientem deceat* [a]), dum ſaepe

Stat contra ratio, et ſecretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo [b]).

Quo pluris eſt, in experimentis, quae male capta repeti nequeunt, dum illa rem ſalutis humanae in decliui poſitam concernunt, modo aliquo, qui inter temeritatem et negligentiam medius eſt [c]), ad agendum procedere.

Fit autem quam ſaepiſſime, vt inducias cum morbo paciſci medicus nequeat. Proinde, ſi aegritudo acerbiora ſymptomata, quibus ſtantibus aeger ſupereſſe haud poteſt, ſecum adfert, *mitigatoria* conſulenda eſt *indicatio*, ſatiusque eſt, medicamentum

z) Ἀδύνατον γὰρ ἐςὶν εὑρεῖν τὴν θεραπείαν, τὴν αἰτίαν μὴ διεγνωκότας.
Impoſſibile eſt inuenire medicationem, cauſſa haud cognita. ALEX. TRALL. VII. 5.

a) TERENTIVS *in Eunucho.*

b) PERSIVS Satyra V.

c) *Omnis actio vacare debet temeritate et negligentia.* CICERO *Offic.* I.

tum generoſum experiri, quam nullum aut parum efficax. Oportet ſymptoma opprimi, quod maxime vrget, quodque ſua natura aegrotantem in vitae periculum adducit. Sint in exemplo dolores. Hos, ſi vagi ſunt, ſi artus affligunt, nec vitale aliudue viſcus ex nobilioribus tangunt, ſi febrem ſoluunt, nemo ex ſapientibus fuerit, qui mitigare, nullo habito ad cauſſam morbumque primarium reſpectu, audeat. Damnant antiqui medicamentorum vſum, quae dolores obtundunt [d]), nec, niſi ſi illi ſummi ſunt,

d) *Παραυτίκα τελέως ἀνώδυνοι γίνονται πίνοντές τι τῶν ναρκωτικῶν φαρμάκων, αὐξάνεται δὲ αὐτοῖς ἡ διάθεσις παντοίως, οἵ τε γὰρ χιτῶνες τῶν ἐντέρων πυκνότεροι καὶ δυσδιαπνευστότεροι γίγνονται τῇ ψυχρότητι τῶν φαρμάκων, ὅ τε χυμὸς παχύτερος καὶ δυσκινητότερος, ἄχρις ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀνίατος γενόμενος εἰς καχεξίαν τε τοῦ παντὸς σώματος ἀφίκηται καὶ πολλῷ χρόνῳ κακοπαθήσας ἀποθάνῃ.*

Statim quidem perfecte doloribus ſoluuntur, qui aliquid ex illis, quae ſopiunt, pharmacis, bibunt, ſed ipſa morbi cauſſa his augetur omni modo; nam tunicae inteſtinorum oppilantur, et difficulter tranſpirant ob frigus medicamentorum. Et ipſe ſuccus craſſior fit immobiliorque, donec homo incurabilis fiat, inque cachexiam totius corporis deueniat, et poſtquam diu conflictatus eſt, tandem moriatur. GAL. *Meth. Med.* XII.

Τὰ ναρκωτικὰ τῶν φαρμάκων ὅσα καὶ δι' ὀπίου καὶ ὑοσκυάμου τὴν σύνθεσιν ἔχει, οὐ δεῖ σπουδάζειν, εἰ, ὡς ἔτυχε, προσφέρειν, πυκνουμένων γὰρ τῶν πόρων διὰ τὴν ἐκ τῶν ναρκωτικῶν φαρμάκων ψύξιν καὶ παχυνομένων τῶν περιττωμάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὴν ὅλην διάθεσιν ἐπαύξεσθαι μᾶλλον καὶ δυσδιαφόρητον γενέσθαι.

Quae inter pharmaca ſopiunt, quaeque ex opio aut hyoſcyamo compoſitionem habent, non debent frequentius copioſiusue capi, nec, vti obueniunt, exhiberi; condenſatis enim per medicamentorum ſopientium frigus poris, et excernendis compactis, neceſſum eſt, totam diſpoſitionem plus augeri, et ſolutu difficilem reddi. ALEX. TRALL. IX. 1.

ſunt, ſopiri volunt[e]); ſi dolor viſcera, quorum textura de neruis plurimum habet, vehementer affligit, quae, metus et periculum eſt, ne in gangraenam, ſi acerbius dolent, delabantur. Vt ergo dolor ceſſet, non quidem obtundendus aegroti ſenſus eſt, ſed febris aliquantulum mitiganda, et inflammationi, dolorum cauſſae, ſubtrahendum aliquid eſt auxiliis, quae de parte dolente quidpiam abripiunt. Haec enim legitima ſunt paregorica, quae tum dolori leuamen adferunt, tum maxime doloris cauſſam educunt vel mutant. Ita pleuriticorum dolores mitigare HIPPOCRATES[f]) docet; vetat autem illos, quae extrema affligunt, opprimi, dum, quid mali ex illorum relapſu ad nobiliora viſcera naſci poſſit, diſerte monet[g]). Similiter

 GALE-

e) *Ναρκῶσαι μόνας τὰς σφοδρὰς ὀδύνας γίνεταί ποτε χρήσιμον.*
Sopire ſolos vehementes dolores quandoque vtile eſt. GAL. *Comm. II. in Epid.* HIPP. *VI.*

f) *Ἐὰν περὶ τὴν νόθον πλευρὴν περισκελέες αἱ ὀδύναι γίνονται, τουτέοισιν λύσις φλεβοτομίη καὶ κάθαρσις κάτω, οὐ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς ἀδυνατούντων τῶν χωρίων.*

Si circa coſtas ſpurias circumcirca dolores ſunt, his ſolutio venaeſectio, et per inferiora purgatio; laxatis enim ita his partibus, febris haud corripit. HIPP. *De Iudic.* §. 11. p. 446. T. I.

Τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ ξυνεχέως ἐούσης καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀπέπτως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα ταμών, ἢ ὁκότερον ἂν τουτέων ξυμφέρῃ, τὰς δὲ πτισάνας διδοὺς, ταχέως οἱ θάνατοι τῶν τοιούτων γίνονται.

Dolor laterum continuus quando eſt, et ad fomenta haud remittens, ſputo haud educto, ſed cum cruditate viſcido, niſi dolorem quis ſoluat, aut aluum emolliens, aut venam ſecans, aut aliquid aliud eorum, quae fieri opus eſt, faciens, et ptiſanas dans, ſubito mortes horum fiunt. HIPP. *De Victu Acut.*

g) *Τὰ ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, κακόν.*

Quae

GALENVS [h]) medicamentorum, quae dolores leuant, indolem in oppoſitione erga dolorum cauſſas quaerit, nec alius, quam qui erga res affligentes directus eſt, *indicationis mitigatoriae* finis, penes medicum ſapientem eſſe poteſt. Quae ſomnum conciliant, ſiue *medicamenta* fuerint, eaque mitiſſima, ſiue *regimen*, *quies*, *ſecuritas*, *ſilentium*, vti CELSVS [i]) conſulit, mitigant efficacius, et *ſomno* ad motus ſpirituum componendos aeſtusque ſanguinis compeſcendos, adeoque ad mitiganda varia, quae affligunt, ſymptomata nihil eſſe poteſt praeſtantius [k]).

Quae ex lumbis ad caput redundant, malum. HIPP. *Prorrh.*

Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ εἰς κεφαλὴν (κακὸν).

Ex lumbis dolorum recurſus ad caput, malum. HIPP. *Coac. Praenot.*

h) Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη ἢ λουτρὸν ἢ πυρίη ἢ φλεβοτομίη λύει.

Dolores oculorum aquae meracioris potus, aut balneum, aut fotus, aut venae ſectio ſoluit. GAL. *Meth. Med.* III.

i) *Lib. IV.* 4.

k) Ὁ ὕπνος πολλὰ δύναται δρᾷν ἀγαθὰ, ὀδύνην παρηγορεῖται, κόπους δὲ παραμυθεῖται, καὶ τῶν συντεταμένων χάλασιν ἀπεργάζεται καὶ ψυχικῶν τε παθῶν λήθην ἱκανὸς ἐμποιῆσαι καὶ παρακοπτικὸν λογισμὸν ἐπανορθώσασθαι.

Somnus multa praeſtare bona poteſt, dolorem conſolatur, laſſitudinem leuat, ſtrictorum laxationem efficit, affectuum animae obliuionem inducere aptus, et rationem corruptam reſtituere. PAVLLVS I. *de Somno.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXVI.
DE
COGNOSCENDIS MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

Ex indicatione quacunque iuxta morborum indolem, quam multi communem, ſinguli propriam habent, iuxta etiam domeſticas ac peculiares vniuscuiusque aegroti neceſſitates effecta, in contrariam partem diu multumque cogitata et ſeuerioris iudicii lance ponderata, illud, quod effici oportet, vt cauſſa morbi cedat muteturue, conſequitur. Quantus ille labor ſit, vt animus medentis in deliberatione circa quaeſitum auxilium recte verſetur, hactenus a me ſcriptum fuit. Quo plus enim meditationis in iſta eſt ingenii occupatione, eo propius ad veram ſapientiam [a]) itur, quae praeſidiorum, quibus ad praefixum ſibi finem quis duci vult, eſt inuentio, dum optio praeſtantioris conſilii et ſelectus efficacioris remedii inter multa alia prudentia [b]) recte appellatur. *Id ipſum rationale eſt, inter multa ſimilia genera et morborum et remediorum cogitare, quo potiſſimum medicamento ſit vtendum* [c]). Curioſiſſimam adeoque rerum iuuantium atque nocentium ſcientiam artis exercitium poſtulat [d]). Cum autem tot

a) *Nihil eſt ratione diuinius, quae, quum adoleuit atque perfecta eſt, nominatur recte ſapientia.* CIC. *De Legibus* II.

b) *Prudentia eſt rerum expetendarum ſcientia.* CIC. *Offic.* I.

c) CELSVS *De Re Medicin.* Libr. I. Praef. p. 14.

d) Τὴν φύσιν τῶν βοηθημάτων καὶ τὴν χρείαν, ἣν παρέχεται, μὴ ἀγνοεῖν.

Natu-

tot tantaque ſint, quae ſanitatis cauſſa vbique proſtant, *medicamenta* *), quorum pleraque vel oſtentationis gratia e), vel lucri ſtudio, vel voluptatis ergo f), luxurioſius, quam vtilius adferuntur; ideo de ſelectu eius, quod inter multa praeſtantius, cogitandum eſt ſerio. Pauca iuuant, eaque maiore cum ſtudio quaeſita et vſu magis comprobata, quibus inſit, poſtquam corpori admota fuerunt, ſtatum eius morboſum in naturalem aut illi proximum conuertendi facultas efficacior g), ſiue illa auferendo agant, ſiue ſupplendo iuuent h), ſiue mutando morboſarum partium ſchemata, profint i). Ea ſane eſt opti-

Naturam auxiliorum et vſum, quem praeſtant, non neſcire. GAL. *De Optima Sect.*

*) Res medicamentaria veterum ita comparata eſt, vt parum commodi exinde ſperes. Multa enim ſimplicia ſunt dubia, plura obſoleta, pauca etiamnum ſalutaria, compoſitiones vero nimis portentoſae. Hinc mallem attendas inter legendum praecepta medendi, quae paſſim adferunt veteres, et morbi naturae conſentanea, et magnis magiſtris digna, medicamenta ipſa apud recentiores quaeras. *G.*

e) *Περιεργασία γνώσεως ἢ περιωφέλεια.*

Moleſta ſedulitas, actio praeter vtilitatem. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Vict. Acut.*

f) *Τὰ ξυνήθεα ἐς ἡδονὴν καὶ ποικιλίην φάρμακα ἀπέςω.*

Quae compoſita ad voluptatem et varietatem ſunt pharmaca, abſint. ARETAEVS *De Curat. Acut.* I. 10.

g) *Βοηθημάτων ὕλαι εἰσὶν, ὅσα προσαγόμενα τῷ σώματι, τὰς διαθέσεις εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγει.*

Auxiliorum materiae ſunt, quaecunque corpori admotae morboſas eius conſtitutiones in id, quod naturae conueniens eſt, reducunt. GAL. *De Conſt. Med.*

h) *Τὴν θεραπείαν ποιέεσθαι ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστιθέντα.*

Curationes fiunt mox auferendo, mox addendo. HIPP. *De Natura Hominis.*

i) *Μετασχηματιζόμενα ἢ μετασκευαζόμενα.*

Quae in aliam, quam quae prius erat, formam conuertuntur, aut tota inuertuntur. HIPP. *De Decenti Habitu.*

optimorum etiam auxiliorum, ſiue manu, ſiue victu, ſiue pharmacis medeamur k). vbertas et varietas, vt vtendum ſit ſaltim pauciſſimis, illisque ratione et vſu magis obfirmatis l). Vt autem, quod in vnaquaque medicamentorum claſſe praeſtantiſſimum eſt, eligi praeoptarique poſſit, opus omnino eſt, ſigna noſſe, quae efficaciſſimarum rerum ad ſanitatem tuendam atque reſtituendam neceſſariarum, virtutes denuntiant. Quamuis enim plurima ſunt ex pharmacis, quorum effectum ſola experientia docuit, *et a certis potius atque exploratis petendum eſt praeſidium, id eſt, iis, quae experientia in ipſis curationibus docuit, — primo quidem remedia exploranda ſumma cura fuerunt, nunc vero iam explorata ſunt, neque vlla aut noua genera morborum reperiuntur, aut noua deſideratur medicina, vt non, ſi etiam incidat mali genus aliquod ignotum, protinus viſurus ſit medicus, cui morbo id proximum ſit* m); Quamuis ergo de cognoſcendis medicamentorum facultatibus, quando nemo medentium, niſi compertis atque ſecuris, ac ſaepius comprobatis, vtitur, inanis videatur eſſe quaeſtio; haud tamen ſufficit ſola experimentorum notitia, ſed a conſiliis vbique incipiendum, *et neceſſarium eſt animaduertere, cur hoc medicamento potius, quam illo quis vtatur, ſiquidem et noua ſaepe incidunt genera morborum, in qui-*

k) Μετὰ χειρουργίης ἰώμενα, ἃ δὲ βοηθούμενα θεραπευόμενα ἢ διαιτώμενα.

Quae manu ſanantur, quae iuuantur, curationibus vel diaeta. HIPP. Ib.

l) Οὐκ εἰς πολλοὺς καὶ ἀσαφεῖς σκοποὺς, ἀλλ' εἰς ὀλίγους τε καὶ σαφεῖς ἅπασαν ἀνάγειν τὴν ἄσκησιν.

Non verſus multos incertosque fines, ſed ad paucos certosque, vniuerſum artis dirigere exercitium. GAL. *De Criſib.* II.

Μηδὲν περιέργως, μηδὲν μετὰ φαντασίας.

Nihil operoſius, nihil inani ſtudio. HIPP. *Praecept.*

m) CELSVS L. cit. p. 8. ſeq.

quibus nihil adhuc vſus oſtendit [n]). Oportet adeo vnumquemque eorum, qui artem faciunt, maxime autem illos, qui eam docent, per ſigna euidentia noſſe, an medicamentum quaeſitum ſua textura tale ſit, quod cauſſam morbi tollere vel mutare poſſit. Etiamſi enim contemptui habenda ſemper haud ſint *vulgaria*, nullo iudicio inuenta [o]), cum etiam multa caſu iuuent [p]), nec leue ſit efficaciae ſignum, iuuiſſe [q]); Etiamſi quoque ſaepius, licet non admodum laudabiliter, abinde, quod nocuerint, medicamentorum facultates intelligantur, dum multa his proſunt, quae illis nocent [r]), vt propterea ad vniuscuiusque aegroti et aliarum morbi circumſtantiarum rationes mutanda ſint medicamenta [s]), nec ſemper

n) CELSVS ibid. p. 5.

o) *Μὴ ὀκνέειν δὲ παρὰ ἰδιώτων ἱϛορέειν, ἤν τι δοκέῃ συμφέρειν.*

Non negligendum a plebeiis diſcere, ſi quid illis vtile viſum eſt. HIPP. *Praenot.*

p) *Μιμητὴν εἶναι τῶν αὐτομάτως ὠφελησάντων.*

Imitatorem eſſe caſu iuuantium. GAL. *Meth. Med.* II.

q) *Θεασάμενος προφανῶς ὠφεληθέντα τὸν ἄνθρωπον, ἐγνωκέναι βεβαίως, ἥτις ἐϛὶ διάθεσις.*

Vbi vides manifeſte adiutum fuiſſe hominem, cognoſcere poſſis manifeſte, qualis ſit medicamenti ad morbum aptitudo. GAL. *De Loc. Affect.* I.

r) *Οὐδέν ἐϛιν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα, τῶν ὠφελησάντων, μαρτύρια τῇ τέχνῃ.*

Non minus, quae nocent, quam quae proſunt, artis ſunt teſtimonium. HIPP. *De Arte.*

s) *Ἐκ τῆς ἑκάϛου τριβῆς καὶ γυμνασίας εἰσφέρεσθαί τι χρὴ πρὸς τὴν τῶν οἰκείων τῷ κάμνοντι φαρμάκων.*

Ex ſua quisque experientia et exercitatione concludere aliquid debet ad inuenienda domeſtica aegroto remedia. GALEN. *Meth. Med.* XIII.

Nunquam ita quisquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, vſus, ſemper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, vt ea, quae te ſcire credas, neſcias,
Et quae tibi putaueris prima, in experiundo repudies.
TERENT. Adelph.

per ab eorum ſenſibilibus qualitatibus ad effectus neceſſitatem concludi poſſit, quandoquidem etiam efficaciſſima haud pauca ſunt remedia, quae virtutes ſuas aliquo externo ſigno haud quidquam docent [t]); Sunt tamen pleraque pharmaca, vti illa diuinus creator pro infinita ſua ſapientia contexuit, ita comparata, vt, ſiue intelligibile quid ſenſuue apprehendendum in ſe habeant, ſiue ſint ἄποια, nullisque ad ſenſum facultatibus praedita, vtroque tamen modo, quid de ſe ſperari poſſit, ſignificent. GALENVS [u]), praeter auditum, ſenſus reliquos omnes facultatum in medicamentis conſtituit arbitros. Et ita quidem comparatum cum pharmacis ac alimentis omnino eſt, vt, veluti his cognoſcendis ſenſus adaptati ſunt [x]), ita etiam illa, vtrum deſtructura corpus, an illi profutura ſint, aliquem ſenſum ſimplicibus mixtisue impreſſio-

t) Ἀσαφῆ πρὸς αἴσθησιν φάρμακα.
Obſcura ad ſenſum remedia. AET. *Tetrabibl.* I. Libr. I. Prooem.

u) Τῶν φυτῶν αἰσθητὴ ἡ φύσις, ὁποῖον ἐστὶν ἕκαστον, ἁπτομένῳ καὶ γευομένῳ, καὶ ὀσμωμένῳ, καὶ βλέποντι.
Plantarum ſenſibilis eſt indoles, qualis vnaquaeque ſit, dum tangitur, guſtatur, olfacitur et adſpicitur. GAL. *in* HIPP. *De Natura* Comm. I.

x) Ἔνια τῶν τροφῶν μὲν οὐδεμίαν ἐπίσημον ἐμφαίνει ποιότητα καθ' ὀσμὴν καὶ γεῦσιν ἃ δὴ καὶ ἄποια καὶ ὑδατώδη προσαγορεύουσι, ἔνια δὲ στύψιν ἔχει σαφεστάτην ἢ γλυκύτητα σύμφυτον ἢ δριμύτητα, καθάπερ γε ἁλμυρότερά τε τινὰ φαίνεται· καὶ πικρότητος ἔνια σαφῶς μετέχοντα: Πρόδηλον οὖν, ὅτι τὰ τοιαῦτα τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ἐκείνοις τῶν φαρμάκων οἷς ὁμοίωται κατὰ τὸν χυμόν.
Quaedam ex alimentis nullam manifeſtam produnt qualitatem, ad olfactum vel guſtum, quae propterea etiam fatua aut aquea appellant; quaedam autem auſteritatem habent omnino manifeſtam vel dulcedinem connatam, vel acredinem, veluti etiam ſalſuginem aliquam exhibent; quaedam etiam amaritudinis quid manifeſte habent. Clarum adeoque, haec eandem habere virtutem, quam illa medicamenta, quibus, quoad ſuccos, comparantur. GAL. *De Aliment. Facult.* I.

preſſionibus feriant [y]). Eſt adeoque lex haec perpetua, quae coniecturas de viribus medicamenti haud parum illuſtrat: *Quae ſaporibus et odoribus conueniunt, conueniunt etiam virtutibus* [z]). Maxime autem *ſaporum* admirabilis quaedam eſt in ſignificandis corporum medicamentoſorum viribus efficacia, dum *odoribus* etiam tribuendum nonnihil eſt [a]). Mechanice, impetu aliquo in ſolida, hinc in fluida facto, medicamenta quandoquidem agunt, quandoquidem etiam linguae ſuperficies villis, ad leges villorum, qui in ventriculum finiuntur, contextis ſternitur; proinde modus, quo medicamenta actura ſunt in viſcerum vaſorumque parietes, ſeſe iam in lingua exſerere poteſt, dum illam medicamenta degustata feriunt, et determinata aliqua ratione vellicant. Eadem enim lege, qua humorum, qui intra ventriculum ſunt, ſapores ſeſe linguae imprimunt [b]), pote-

y) Φαρμάκων ποιότητες ἁπλαὶ καὶ συμπεπλεγμέναι.
Pharmacorum qualitates ſimplices et complicatae. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II 4.

z) Τὰ τοὺς ὁμοίους ἔχοντα χυλοὺς ἢ ὀσμὰς, πάντα τὰς αὐτὰς ἔχει δυνάμεις.
Similes ſapores et odores habentia omnia easdem habent virtutes.

a) Τὴν δύναμιν ἡ γεῦσις ἐνδείκνυται τὰ πολλὰ, συνεπιμαρτυρούσης βραχέα καὶ τῆς ὀσμῆς.
Virtutem medicamenti guſtus indicat, teſtimonium inſuper exhibente aliquantulum olfactu. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. 1. Prooem.

b) Γλῶττα δὲ σπανιώτατ᾽ ἂν αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν οὕτω διατεθείη, ὡς ἀλλοκότων ποιητότων αἰσθέσθαι. ἀεὶ δὲ τῶν ποιοτήτων τῶν κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς χυμῶν, συνεπαισθάνεσθαι, τοῦ ὑπαλείφοντος αὐτὴν χιτῶνος μέχρις αὐτῆς γαστρὸς διαβαίνοντος. πικρῶν οὖν καὶ ἁλυκῶν, ὀξωδῶν τε καὶ στρυφνῶν καὶ ἔτι γλυκέων λαμβάνει αἴσθησιν, ἔσθ᾽ ὅτε καί τινος ἀλλοκότου καὶ ἀῤῥήτου ποιότητος, κατὰ τὰς ποιότητας δηλαδὴ τῶν ἐπὶ στόματος τῆς γαστρὸς ἐνσκηψάντων χυμῶν.
Lingua perquam ſubtiliter in ſe ita diſpoſita eſt, vt poſſit variarum rerum qualitates perſentiſcere, et ſemper

poterunt etiam medicamentorum ſapores docere, quid intra ventriculum ſint effectura. *Dulcium ſaporum*, et qui his affines ſunt, *pinguium*, modos agendi eleganter exponit AETIVS [c]), dum illorum facultatem in grato aliquo glutine, linguam demulcente, ponit, eo ſapidiorum, quo exaſperata magis lingua eſt. Proinde, ſi quid acre alicubi in humoribus, eroſum in ſolidis eſt, ſi quid deſiccatum, tunc dulcia, glutinoſa, pinguia, oleoſa ſalubriter natura percipit. Tuſſim ſolantur, acre catarrhoſum mitigant atque mouent [d]), calorem augent, ſi acre ſimul inſit igneum [e]). Farinata, ſi ſunt ex cerealibus,

per humorum qualitates, quae ad os ventriculi ſunt, vna percipere, inducente illam tunica ad ipſum vsque ventriculum deſcendente. Amarorum adeoque et ſalſorum, et acidorum, et auſterorum, aliquando etiam dulcium, ſenſum percipit, vti et aliam quamcunque non ſatis definiendam qualitatem, ſuccorum nempe circa os ventriculi collectorum. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* I. 12, p. 36.

c) Ὅσα δ' ἂν ὑπαλείφει τε καὶ ἀναπληροῖ καὶ καθίστησι τὰ τετραχυσμένα καὶ οἷον διαβεβρωμένα τῆς γλώττης μόρια, ταῦτα μετ' ἐναργοῦς ἡδονῆς ψαύοντα, γλυκέα ὀνομάζεται, χωρὶς δὲ τῆς ἐναργοῦς ἡδονῆς, λιπαρὰ προσαγορεύεται.

Quaecunque inungunt, et explent, et demulcent exaſperatas, et veluti eroſas linguae partes, haec, quia efficacius cum voluptate percipiuntur, dulcia appellantur; Si autem efficacior voluptatis ſenſus abſit, pinguia vocantur. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

d) Ἐρεθιζούσης βηχὸς, γλυκέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ γλιαροῖς, καὶ ὅσα εὐανάγωγα τὰ καταρρέυσαντα ὑγρὰ ποιεῖν εἴωθε, μὴ στηριχθέιη ἂν τὸ καταρρεῦσαν ὑγρὸν καί τι χεῖρον ἐπαγάγοι.

Si tuſſis ſtimulat, dulcibus conuenit vti, et glutinoſis, et quaecunque eductu faciles catarrhoſos humores reddere ſolent, ne obfirmetur deſtillans fluidum, et peius quid inducat. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 15. p. 119.

e) Τὰ γλυκέα καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ ἁλυκὰ καὶ τὰ πικρὰ καὶ τὰ αὐστηρὰ θερμαίνειν πέφυκε.

bus, et mucaginoſa f), aluum lubricant g), ſitim delent h), nutriunt i). Haud tamen omnibus bene cedunt ſapores iſti, ſed ſunt haud pauci, qui propter ſuam, qua ab aliis diſcrepant, idioſyncraſiam pinguia, dulcia, ipſumque lac difficulter ferunt k), vt, prout vbique, ita etiam in horum ſaporum adminiſtratione,

Dulcia et acria, et ſalſa, et amara, et auſtera, calefacere nata ſunt. HIPP. *De Diaeta* II.

Γλυκὺς οἶνος καὶ μελιειδὴς, ἄμφω ἀνακομιστικοί.

Dulce vinum et melli ſimile, reſtauratorium. HIPP. *De Affection.*

f) *Μετρίως γλυκέα, ὡς δ' ἄλλοι τινὲς, ὑδατώδεα, οἷος ἐστὶν ὅ τε πυρῶν τε καὶ κριθῶν καὶ ἄλλων πολλῶν τῶν συμμέτρως γλυκέων χυλός.*

Moderate dulcia, et, vti alii vocant, aquoſa, qualis eſt tritici, et hordei, et aliorum moderate dulcium ſuccus. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

g) *Ἀρκέει ὁ χυλὸς μοῦνος πτισάνης, ἱκανῆς ὑπάγειν ῥηϊδίως τὴν κοιλίην.*

Sufficit ptiſanae mucus, aptae, ſubducere facile aluum. ARETAEVS *De Curat. Acut.* I. 110.

h) *Τὸ τῆς πτισάνης γλίσχρασμα ἄδιψον.*

Ptiſanae mucilago ſitim extinguit. HIPP. *De Victu Acut.*

i) *Ὁκόσοι ταχέης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴαμα ἐς ἀνάληψιν κράτιστον.*

Qui celeris appoſitionis ſunt indigi, illis humidum medicamentum ad refectionem optimum. HIPP. De *Alimentis.*

Ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος.

Humidum alimentum facile in nutritionem vertitur. HIPP. Ib.

k) *Τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ πίονα, καὶ τὰ τυρώδεα, καὶ μελιτώδεα, ὀξυρεγμίην ὡς μάλιστα παρέχει καὶ χολέρην, καὶ στρόφον, καὶ φῦσαν, καὶ πλησμονήν.*

Oleoſa et pinguia, et caſeoſa, et mellita, ructuoſitatem acidam plerumque excitant, et choleram, et tormina, et flatus, et plenitudinem. HIPPOCR. *De Morbis.*

ne, ad ſingulos aegrotos ſubducenda ſit ratio. Habet cum dulci et ſaporis et effectus ſimilitudinem illud, quod *ex dulci aceſcit* [l]. Si quae autem penitus *aceſcunt*, cum *auſteris* eodem modo linguam afficiunt [m], ſimiliter, ac illa, ſtringunt [n]), praeterea pro ſua textura, dum vaſorum actionem coërcent, frigus adferunt [o]); acriora autem ſi ſunt, deſtruunt et ſolidorum compagem ſoluunt [p]). Si quae medicamenta characterem auſteri, quod linguam criſpat atque condenſat, organo guſtus imprimunt, eandem agendi potentiam habitura ſunt vbique, etiamſi ad minima corporis elementa virtute cordis appulſa fuerint, multo autem magis tubum inteſtinorum ſtringere atque anguſtare, et tubulos eorum ſtillantes continere poterunt [q]): Augebunt etiam fibrarum robur, ſi accedit igneum. Proinde *vina*

 auſte-

l) *Ὀξύμελι ἀνάγωγόν τε πτυέλȣ καὶ ἄδιψον.*

Oxymel et ſputum educit, et ſitim delet. HIPP. *De Victu Acut.*

m) *Ὅταν τὸ πλησιάζον τῇ γλώσσῃ σῶμα σφοδρῶς ξηραίνῃ καὶ συνάγῃ καὶ τραχύνῃ, ςρυφνὸν τὸ τοιȣ̃τον ὀνομάζεται.*

Quando id, quod linguae accedit corpus, valde ſiccat, conſtipat et exaſperat, auſterum hoc dicitur. AET. *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

n) *Ὄξος ἵςησι δὲ μᾶλλον ἢ διαχωρέει.*

Aridum conſtipat magis aluum, quam laxat. HIPP. *De Diaeta* II.

o) *Ὄξος ψυκτικόν.*

Acidum refrigerat. HIPP. ibid.

p) *Τὰ ὀξέα λεπτύνει, δῆξιν ἐμποιέοντα.*

Acida diſſoluunt, morſum inferentia. HIPPOCR. *De Affect.*

q) *Ὁκόσα ςρυφνὰ καὶ αὐςηρὰ, ςάσιμα.*

Quae acerba et auſtera, fluxus ſiſtunt. HIPP. *De Diaeta* II.

auſtera et continent, et firmant r), hoc vno incommoda, quod ſanguini pertinacius inhaereant, nec ſecedant facile s). Proinde, ſi quid ſtringendum eſt, ſecurius ſtringitur re terrena, minimorum tubulorum oſtia farciente t). Quod enim auſterum ſimul et acre eſt, rodit, vt veneni naturam aſſequantur, quae in hoc ſapore ſumma ſunt u). Idea *ſalſi* pungititium quid habet, quod vias, excretionibus deſtinatas, aperiat x), ipſos humores rebelles moueat y); proinde *aquas ſalſas* HIPPOCRATES z) variis morbis vtiles eſſe dixit. *Amara* linguam fere vulnerant, eamque grauiter tangunt, et, ſi

r) Οἱ αὐστηροὶ οἶνοι ἐς ἰσχὺν καὶ ξηρασίαν ἐπιτήδειοι.
Auſtera vina ad robur et deſiccanda fluida, ſunt idonea. HIPP. *De Affect.*

s) Τῶν οἴνων οἱ μέλανες καὶ αὐστηροὶ ξηρότεροι οὐ διαχωρέεται οὔτε οὐρέεται.
Ex vinis rubra et auſtera ſicciora, nec aluo ſecedunt, nec vrinis. HIPP. *De Diaeta* II.

t) Γεῶδες τὸ ξηραῖνον ἀδήκτως.
Terrenum ſine morſu deſiccat. AET. *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

u) Ὑπὸ τῶν μυκητῶν ἐδωδῆς, ἔνιοι μὲν ἀπέθανον, ἔνιοι δὲ ἐγγὺς ἧκον θανάτου διαῤῥοίαις ἢ χολέραις ἁλόντες ἢ πνιγῆναι κινδυνεύοντες.
Fungorum, quos ſtrangulatorios vocant, eſu quidam moriebantur, quidam prope ad mortem veniebant, diarrhoeis aut choleris affecti, aut de ſtrangulatu periclitantes. GAL. *De Euchym. et Cacochym.*

x) Τὰ ἁλμυρὰ διαχωρέει καὶ οὐρέει.
Salſa aluum et vrinam mouent. HIPP. *De Affect.*

y) Ῥύπτοντα καὶ ἀποπλύνοντα ἁλυκά.
Mundificantia atque detergentia, ſalſa. AET. *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

z) Ὕδατα ἁλικὰ ἐνίοις νοσεύμασι ἐπιτήδεια.
Aquae ſalſae quibusdam morbis neceſſariae. HIPP. *De Aere, Aquis et Locis.*

ſi ſumma fuerint, rodunt[a]); Saepe venena ſunt, certe vermibus, inteſtinorum incolis, quos necant [b]). Propterea mundificant putridum hac ſua acredine amara, et naturae amica ſunt, quod bilem ſapore referunt, quae benefica eſt viſceribus; hinc illa mucos extenuant atque depellunt [c]). Quod grato ſapore acre eſt, itidemque *fragrans*, vim vitae auget, et poſt alias vias eas quoque aperit, quibus vrina ducitur: Quod autem *acerrimum* et deſtructiuum eſt, vt tolerari lingua nequeat, venenum eſt internis partibus, externis medicina, ſi callus fuerit, quem exedere oportet [d]). Sed molliora organa acre haud ferunt [e]). *Tactu* explorari poſſe medicamentorum quorundam facultates GALENVS ſupra voluit; nec quidquam impedit ita fieri, ad illa maxime quod attinet medicamenta, quae ipſi tactus organo, *cuti*, applicantur. Calida cutim laxant, frigida ſtrin-

 gunt,

a) Ῥύπτοντα μετὰ τῆ τραχύνειν ἀνιαρῶς, πικρὰ προσαγορεύεται.
Detergentia, ſimul grauiter exaſperantia, amara vocantur. AET. *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

b) Τὰ πικρὰ ἐδαμῶς σκώληκάς τε καὶ ἄλλα ζῶα γεννᾷ.
Intra res amaras nunquam naſcuntur vermes aut alia animalcula. AET. Ib.

c) Ῥίπτειν πέφυκεν ἅπαν τὸ πικρὸν καὶ καταθραύειν καὶ τέμνειν τὲς γλίσχρες καὶ παχεῖς χυμές.
Mundificare poſſe natum eſt amarum, et attenuare, et incidere mucoſos craſſosque humores. AET. Ib.

d) Ὁκόσα δριμέα καὶ εὐώδεα, ἐρέεται.
Quae acria ſimulque fragrantia, vrinam mouent. HIPP. *De Diaeta.*
Ἢν σκυρωθῶσιν, ἄρειον τὰ δριμέα προστιθέναι· ὀδάξονται γὰρ λεπτὰ καὶ πυρώδη ἐόντα τὸν σκῦρον διαχέει.
Si callus eſt, conuenit adponere acria; mordent enim, penetrantia cum ſint, et ignea, et callum fundunt. HIPP. *De Morb. Mulier.*

e) Προστίθεσθαι ὅσα μὴ ὀδάξεται.
Apponenda, quae haud mordent. HIPP. Ib. Lib. II.

gunt [f]), et, ſi his vtendum eſt, intra gradus vitalitatis manere debent [g]). *Frictiones*, impulſu in ſolida, fundunt mucos; proinde in numero eorum ſunt merenter, quibus viſcida conciduntur [h]). De *olfactu*, virium alimenti aeque ac medicamenti iudice, nullum ſupereſt dubium, ſiquidem *ſuauéolentia* quaeuis celerrima refectione, plus alio pharmaco, reſtaurant aegros [i]), *foetida* hyſtericas excitant [k]). An *viſui* etiam aliquid relictum eſt, quo ille virium in medicamento facultates diiudicet, veluti GALENVS ſupra retulit? Eſt ſane; Penes HIPPOCRATEM [l]) creſcendi, florendi fructificandique modus, plantarum vires, nunc etiam curioſior methodus, in plurimis

f) Τὰ ἀμέτρως χαλῶντα, λύει, τὰ ὑπερβαλλόντως ψύχοντα σβέννυσι τὸ ἔμφυτον θερμόν.
Vltra menſuram cutim laxantia, habitum corporis ſoluunt, abundanter frigefacientia delent innatum calidum. GAL. *ad* GLAVCON. *Therap.* II.

g) Τὰ αἰσθητῶς ψύχοντα ȣ̓ μὴ ἤδη νεκρȣ̃ντα.
Ad ſenſum frigefacientia, nec tamen vitam extinguentia. AET. *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

h) Θρίψεσι καὶ χρίσμασι μετρίως θερμαίνȣσι καὶ πόμασι τέμνειν τὸ πάχος τῶν χυμῶν.
Frictionibus et vnctionibus modeſte calefacientibus et potionibus incidenda humorum craſſities. GALEN. *De Venae Sect. Therap.*

i) Οἱ ταχυτέρης προσθέσεως δέονται, δι' ὀσφρήσεως.
Qui celerrima refectione indigent, per olfactum. HIPP. *De Aliment.*

k) Πρὸς τὰς ῥίνας (τῶν γυναικῶν) ἀείρειν τὸν κάϛορα.
Naribus feminarum obiice caſtoreum. HIPP. *De Mul. Morb.* II.
Ita legi vult FOESIVS *Oecon.* HIPPOCR. *ſub Voce* ἀείρειν, p. 6.

l) Ὄσπρια πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα ἢ βεβρεγμένα καὶ χλωρά.
Leguminoſa omnia flatulenta, et cruda, et cocta, et frixa, et macerata, et viridia. HIPP. *De Diaeta.*

rimis exemplis, characteribus florum, virtutes plantarum deſignat, vel certe ordinat, ſi illae vſu ante inuentae fuerunt [m]). Saepe omnium ſenſuum in vnius vel alimenti, vel medicamenti virtutem explorandam quaedam eſt conſpiratio. Vide, quam curioſe aquarum ſalubrium ac nocentium facultates [n]),

 vino-

m) CICERO *De Diuinatione I. Mirari licet, quae ſint animaduerſa a medicis herbarum genera, quae radicum, ad morſum beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim atque naturam ratio nunquam explicauit. Vtilitate et ars eſt, et inuentor comprobatus.*

n) *Ἄριςα τὰ ὕδατα ὁκόσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει.*

Optimae aquae, quae ex ſublimibus regionibus fluunt. HIPP. *De Aëre, Aquis et Locis.*

Ὕδατα ὄμβρια κȣφότατα καὶ γλυκότατά ἐςι καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα.

Pluuiales aquae et leuiſſimae, et dulciſſimae, et tenuiſſimae, et lucidiſſimae. HIPP. Ib.

Ὕδωρ τὸ τῇ γεύσει συνηρμοσμένον καὶ τὸ ἐκ τῆς πείρας τῶν ἐνοικȣ́ντων μαρτυρȣ́μενον, ἄριςον ἡγητέον: τὸ γὰρ ταχέως ἐκθερμαινόμενόν τε καὶ ψυχόμενον καὶ ῥαδίως ἕψȣν κρέας τε καὶ ἄλλα πάντα, καὶ τὰ σιτία ἐν τῇ γαςρὶ πέπτει: Ὅσα δὲ τῶν ὑδάτων ςύψιν ἢ ἁλμυρίδα ἢ νιτροδίαν ἢ παχύτητα ἢ ἄλλο τι παρεμφαίνει γευομένοις, πονηρά. καὶ τὰ δύσοσμα καὶ ὅσα ἐπίπαγον ἴσχει, καὶ ὑπόςασιν δυσώδη καὶ ςερεὰν καὶ ὅσα προσπήγνυται τοῖς χαλκείοις λιθωδῶς, καὶ ὅσα βδέλλας τρέφει ἢ τοιαῦτα τινὰ μοχθηρὰ ζῶα, καὶ τὰ ςάσιμα καὶ τὰ ἑλώδη καὶ τὰ ἐν μετάλλοις.

Aqua guſtui apta et vſu incolarum comprobata, optima cenſenda. Quae enim cito et caleſit, et frigeſcit, et carnes aeque ac alias res molliter coquit, alimenta etiam in ventriculo coquit. Quaecunque autem aquae auſterum quid, aut ſalſum, aut nitroſum, aut craſſitiem, aut aliquid aliud guſtantibus ſubindicant, malae, vti et graueolentes aquae, et quae in ſuperficie concrementum habent, aut ſedimentum foetidum ac ſolidum, et quae ahenis lapidis inſtar adhaerent, et quae hirudines alunt, aut eiusmodi alias nocentes beſtiolas, et ſtagnantes, et lacuſtres, et quae ex metallorum cuniculis. AET. *Tetrab.* I. Serm. III. Cap. 165. ex RVFO.

Τὸ

vinorum praeſtantiam o), aëris ſalubritatem p), per ſigna

Τὸ ἄριστον ὕδωρ ἀποιότατόν ἐστι καὶ κατὰ γεῦσιν, καὶ κατ' ὀσμὴν, τάχιστα δὲ θερμαίνεται, τάχιστα ψύχεται, καλὰ δὲ καὶ ὅσα θέρους μὲν ψυχρότερα, χειμῶνος δὲ θερμότερα, τινὲς δὲ καὶ σταθμῷ δοκιμάζουσι, τὰ κοῦφα νομίζοντες εἶναι κρείττω. Κουφότατα φησὶν Ἱπποκράτης τὰ ὄμβρια, αὐτῶν δὲ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων τὸ θερινὸν, τοῦ λαιλαπώδεως ἄμεινόν ἐστι τὸ βροντιαῖον, τὰ δὲ ἀπὸ κρυστάλλων καὶ χιόνος πονηρότατα.

Optima aqua ea, quae qualitatum maxime expers, et quoad ſaporem, et quoad odorem, cito autem calefit et cito frigeſcit. Bona etiam, quae aeſtate frigidior, hieme tepida. Quidam etiam lance examinant, leuioresque putant praeſtantiores. Leuiſſimae, ait HIPPOCRATES, pluuiales, et ex pluuialibus aeſtiuae, procelloſa melior tonitrualis; quae autem ex glacie et niue, peſſima. PAVLL. *De Re Medica* I. v. *De Aquis.*

o) Ἐν τῇ τῶν οἴνων δοκιμασίᾳ κατὰ μὲν τὴν σύστασιν αἰεὶ τὸν λεπτότατον αἱρεῖσθαι, κατὰ δὲ τὴν χροίαν τὸν ξανθόν· θερμότατος μὲν ὁ ξανθὸς, ἥκιστα δὲ θερμὸς ὁ λευκός. ἓν μὲν τοῦτο μέγιστον ἀγαθὸν ἐξ οἴνου, τὸ θερμαίνεσθαι πάντα τὰ μόρια, δεύτερον δὲ τὸ δι' οὔρων καθαίρεσθαι τὸν ὀῤῥὸν τοῦ αἵματος, διὸ καὶ κάλλιστος οἶνος ὃς ἂν ταῦτ' ἐργάζεται μάλιστα, τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ τῇ συστάσει μὲν λεπτὸς, οὖρα γὰρ οὗτοι κινοῦσι, τῇ χρόᾳ δὲ ξανθός. Ὅσοι τῶν ξανθῶν παχεῖς εἰσιν, αἷμά τε γεννῶσιν οὗτοι καὶ τρέφουσι τὸ σῶμα, διὸ γένοιτ' ἂν ποτὲ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι τοῖς γέρουσι, τῶν δὲ ἐπιπλέον ἐν τῇ γαστρὶ μενόντων οἴνων οὐδέ ποτ' οὐδεὶς οἰκεῖος, οὗτοι μὲν πάντες λευκοὶ, μέλανες δ' ἄλλοι καὶ παχεῖς, ὅσοι στύφουσι.

In exploratione vinorum, quoad conſiſtentiam, illud ſeligatur, quod tenuiſſimum; quoad colorem, flauum. Calidiſſimum quidem flauum, at parum calet album. Vnum quidem maximum bonum hoc ex vino tali prouenit, calefieri partes omnes, alterum, vrinis purgari ſerum ſanguinis; proinde et praeſtantiſſimum illud, quod haec facit plus aliis. Tale erit conſiſtentia tenue; hoc enim vrinas mouet, colore autem flauum. Quaecunque inter flaua opaca ſunt, ſanguinem generant, et corpus nutriunt. Hinc et conducunt ſenibus. Eorum autem, quae plus diutiusque in ventre manent, vinorum nullum familiare ſit et frequentis vſus. Talia ſunt omnia albida, nigra, et alia craſſa, quae adſtringunt. GAL. *De Aliment. Facult.* V.

p) Ἄριστον δὲ ἀέρα λέγω τὸν ἀκριβῶς καθαρὸν, εἴη δ' ἂν τοιοῦτος, ὁ μη-

ſigna externa, ad ſenſus reuertentia, expoſuerit antiquitas, et nihil omnium, quaecunque ore capiuntur, aut hominem ambiunt, admitti voluerit, niſi illud naturae aequum eſſet q), et experimentorum fide conſtitiſſet.

ὁ μηδὲ λιμναῖος, ὁ μήτε ἑλῶν ἀναθυμιάσεως ἐπιθολούμενος, μήτε ἐκ βαράθρου θηλητήριον αὖραν ἀποπνέοντος. οὕτως δὲ καὶ ὅστις ἐκ τινὸς ὀχετοῦ τῶν καθαιρόντων ἢ μεγάλην τὴν πόλιν, ἢ πολυάνθρωπον στρατόπεδον ἐπιθολοῦται, μοχθηρὸς ἱκανῶς ἐστὶ, μοχθηρός τε, ὃς ἂν ἐκ τινὸς σηπεδόνος ἢ ζώων ἢ κόπρου μιαίνηται, ὥσπερ καὶ ὅστις ἐν κοίλῳ χωρίῳ πανταχόθι ὑψηλοῖς ὄρεσι περιεχομένῳ μηδεμίαν πνοὴν δέχεται, πνιγώδης γάρ, ὅτε καὶ σηπεδωνώδης, ἀνάλογον τοῖς ἀποκεκλαμένοις ἐν οἴκοις τισίν.

Optimum aërem appello, omnino purum. Erit autem talis, qui nec paluſtris, nec lacuum foetoribus infectus eſt, nec ex ſpecu, noxiam auram ſpirante. Ille etiam, qui ab aliqua foſſa earum, quae purgant vel magnam vrbem, vel viam lapidibus ſtratam et hominibus frequentem, corrumpitur, nociuus erit; Nociuus etiam, qui ex putredine vel animalium vel ſtercorum vitiatur, vti etiam, qui ex caua regione vndique altis montibus circumdata nullam ventilationem accipit; Suffocatiuus enim hic et putridus, ſimilis illi, qui in domibus praecluditur. GAL. *De San.* I.

q) *Βέλτιστον δὲ ἐστὶ τὸ προσωτάτω τοῦ ἀνεπιτηδέου ἀπέχον.*

Optimum, quod remotiſſime ab eo, quod humanae naturae haud conuenit, abeſt. HIPP. *De Priſca Medicina.*

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE SPECIMEN XXVII.

DE FONTE AVXILIORVM DIAETETICO.

Omnis vitae ratio legibus conuenienter inſtituta atque transacta, diaeta eſt et certus quidam agendorum ordo [a]); maxime autem cauſſarum, quibus valemus ac conualeſcimus, concinnum regimen *diaeta* eſt [b]). Neque enim illud tantum eſt homines regere, illos a nocentibus rebus interdicere, ſalubrium autem vſum illis imperare [c]), ſed illud etiam, mor-

a) *Ἕκαςα χρὴ ποιέειν ὀρθῶς, καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως, καὶ ὁκόσα καθαρίως, καθαρίως, καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχαρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνότατα ποιέειν, καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν.*

Omnia facere oportet recte; quae celeriter perficienda ſunt opera, celeriter; quae cum munditie, concinne; quae placide ſuſcipienda, ſine dolore, et omnia alia, quae aliter aliterque ſe habent, optimo modo peragere. HIPP. *De Victu Acut.*

Vt quisque rem procurat ſuam,
Sic ei procedit.

PLAVTVS *in Perſeo.*

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia.

IVVENALIS Sat. X.

b) *Διαιτητικὸν μέρος ἢ εἶδος τῆς ἰατρικῆς τὸ περὶ τὴν δίαιταν τῶν τε ὑγιαινόντων καὶ τῶν νοσούντων.*

Diaetetica medicinae pars, illa, quae vitam ſanorum ac aegrotantium ordinat. *Auctor Defin.* GAL. n. II. p. 234. T. II.

c) *Ὑγιεινὴ πραγματεία τῶν σιτίων, οἷς κεχρῆσθαι δεόν, καὶ ἃ παραφυλακτέον, ὡς ἂν ἑπόμενος ταύτῃ ἀμεμφῶς τε διάγῃ, καὶ τὰς μελετωμένας ἀποδιοπομπῇ νόσους.*

Sani-

morborum cauſſas mature opprimere, morbum per ſua tempora prouide ducere, hinc imbecillos ex morbo homines reficere. Eſt adeoque diaeta fons auxiliorum ampliſſimus, et tam totius medicinae, in ambitu ſuo conſideratae, quam efficacioris illius, quae ſanat, pars nobiliſſima d). Quamuis enim PLATONI e) fides habenda non ſit, qui ſolo regi-

Sanitati conueniens alimentorum applicatio, quibus vti opus ſit, et a quibus cauendum, vt, qui illam ſequitur, exinde vitam rectius ducat, et metuendos ablegeet procul morbos. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 17. p. 121. ſeq.

Δίαιτα ἰσονομίαν χαριζομένη πᾶσι τοῖς ἐν ὑμῖν πνεύμασι.

Regimen bonum aequos motus largitur ſpiritibus noſtris. ACTVAR. *De Spirit Animal.* II. 17. p. 122.

d) *Διαιρεῖται δὲ καὶ τὸ ὑγιεινὸν μέρος τῆς ἰατρικῆς εἴς τε τὸ συντηρητικὸν ὑγείας, καὶ εἰς τὸ προφυλακτικὸν τῶν νόσων, καὶ εἰς τὸ ἀναληπτικὸν τῶν νόσων. τὸ δὲ θεραπευτικὸν ὁμοίως καὶ αὐτὸ εἰς τρία διαιρεῖται, εἴς τε δίαιταν, καὶ χειρουργίαν, καὶ φαρμακείαν.*

Diuiditur ſanitati ſeruandae dedicata medicinae pars, in ſanitatis conſeruatoriam, morborum prophylacticam, et reſtauratoriam poſt morbos. Curatoria autem ſimiliter et illa in tres partes diuiditur, in illam, quae regimine, eam, quae manu, et illam, quae pharmacis ſanat. GAL. *Iſagoge* ſeu *Medicus*, c. 7. p. 365. T. II.

Iisdem temporibus in tres partes medicina diducta eſt, vt vna eſſet, quae victu; altera, quae medicamentis; tertia, quae manu mederetur: primam διαιτητικήν, ſecundam φαρμακευτικήν, tertiam χειρουργικήν Graeci nominauerunt. CELSVS Libr. I. Praef. p. 3.

e) *Τρόπος τῆς περὶ τὰ νοσήματα ξυστάσεως ἐστὶ, ὅταν τις παρὰ τὴν εἱμαρμένην τοῦ χρόνου φθείρῃ φαρμακείαις, ἅμα ἐκ μικρῶν μεγάλα, καὶ πολλὰ ἐξ ὀλίγων νοσήματα φιλεῖ γίγνεσθαι. Διὸ παιδαγωγεῖν δεῖ διαίταις πάντα τὰ τοιαῦτα, καθ᾽ ὅσον ἂν ᾖ τῳ σχολή, ἀλλ᾽ οὐ φαρμακεύοντας κακὸν δύσκολον ἐρεθιστέον.*

Eſt aliqua circa morbos conſtitutionis conuerſio, ſi quis praeter id quod tempori conſonum eſt, medicationibus corrumpat; Tunc enim tam ex paruis magni, quam ex paucis multi morbi fieri ſolent. Propterea velu-

regimine ducendos per morbum quemuis aegros eſſe autumat, ſed manu aut pharmacis vtendum ſit ſaepiſſime [f]); ea tamen eſt illius medendi rationis, qua rerum, aegrotis familiarium, fruitione cauſſae morborum auferuntur [g]), praeſtantia, vt vel illa ſola ordinatae et manſuetae aegritudines conficiantur [h]), vel etiam, ſi ferocius malum eſt, primarium curationis momentum in ordinanda aegrotantium vita non aliter ponatur, quam imbecillos infantes corporis molli fotu, quiete et blando motu, plus quam crudo victu, ad aetatis robur transuehimus, aut veluti ſatius eſt, magnas lites amica compoſitione ſuffocare, quam acri diſputatione producere [i]). Si

veluti infantium aliqua conductione per bonum regimen omnes illi, vti cuique opportunitas eſt, agendi ſunt, nec medicamentis graue malum irritandum. PLATO *in* TIMAEO p. 551.

f) Πάντες οἱ νοσοῦντες ὑπὸ διαίτης μόνης οὐ θεραπεύονται διὰ τὸ πολλοὺς δεῖσθαι καὶ χειρουργίας καὶ φαρμακείας.

Omnes aegroti ſola diaeta non curantur, cum multi indigeant ea, quae manu vel pharmacis curat, medicina. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Diaeta Acutor.*

g) Ἡ διὰ τῶν συνήθων ὕλων ἀγωγὴ τῆς θεραπείας ὀνομάζεται δίαιτα.

Familiarium aegroto rerum adminiſtratio diaeta dicitur. GAL. L. cit.

Ἡ διαιτητικὴ διὰ τοῦ διαιτᾶν ἀπαλλάττει τὰς ἀῤῥωστίας.

Diaetetica, vitae bono regimine, morbos mutat. DIOG. LAERT. in Vita PLATON.

h) Ἰατρὸν δέ που, μὴ δεομένοις μὲν σώμασι φαρμάκων, ἀλλὰ διαίτῃ ἐθελόντων ὑπακούειν, καὶ φαυλότερον ἐξαρκεῖν ἡγούμεθα εἶναι. ὅταν δὲ δὴ καὶ φαρμακεύειν δέῃ, ἴσμεν, ὅτι ἀνδρειοτέρου δεῖ τοῦ ἰατροῦ.

Medicum, ſi corpora pharmacis haud egent, ſed bono ordini obſequi volunt, etiam viliorem ſufficere putamus. Cum vero pharmacis opus eſt, ſcimus, praeſtantiorem quendam medicum requiri. PLATO *De Republ.* V. p. 460.

i) Ἐὰν, ἣν τροφὴν καὶ τιθήνην τοῦ παιδὸς προσείπομεν, μιμῆταί τις, τὸ σῶμα μάλιστα μὲν μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγειν ἐᾷ, κινεῖ

Si latiore ſignificatu diaetam accipimus, erit illa ſolemnium, quae morbis accidere poſſunt, mutationum ſcientia, obſeruatio atque directio, minus ſolemnium et proinde grauiorum praecautio aut correctio, veluti vult HIPPOCRATES[k]). Si autem anguſtiore magisque recepto inter plures ſenſu hanc diſciplinam capimus, erit illa cauſſarum, aegroto, etiam cum ſanus eſt, familiarium, ſecundum artis regulas facta diſpoſitio [l]), omniumque, quae, praeter pharmaca, infirmo prodeſſe vel obeſſe poſſunt,

νεῖ τε καὶ σεισμοὺς τινὰς ἀεὶ ἐμποιῶν αὐτῷ διὰ παντὸς τὰ ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἀμύνεται παθήματα καὶ μέρη, καὶ ξυγγενείας εἰς τάξιν κατακοσμεῖ πρὸς ἄλληλα, οὐκ ἐχθρὸν περὶ ἐχθρὸν τεθειμένον ἐάσει πολέμους ἐντίκτειν τῷ σώματι καὶ νόσους, ἀλλὰ φίλον παρὰ φίλον τιθὲν ὑγίειαν ἀπεργαζομένην παρέξει.

Si, quam infantium culturam et molli victu nutritionem appellamus, imitatus aliquis fuerit, quietum quidem corpus agere nunquam permittet, mouebit autem et internas concuſſiones ſemper inferet, et externas internis accommodabit affectiones partesque, et res ſibi ſimiles ita ad inuicem ordinabit, ne inimicus cum inimico commiſſus inteſtina bella fieri ſinat, ſed amicus amico iuxta poſitus completam ſanitatem faciat. PLATO in TIMAEO, ib.

k) Τῆς διαιτητικῆς ἐστὶ μέγιστον, παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι ἀῤῥωστήμασι, καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαπεφυλάχθαι.

Diaetetices maximum illud eſt, obſeruare et cuſtodire, veluti in acutis, ita etiam in longis morbis, augmenta et remiſſiones febrium, ita vt temporum ratio habeatur quam curioſiſſime. HIPP. *De Victu Acutorum.*

l) Ἅπαν τὸ γένος τῆς ὕλης τῶν βοηθημάτων ἐν προσφερομένοις καὶ ποιουμένοις καὶ κενουμένοις καὶ τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσι κεῖται.

Omne genus materiae iuuantium, in aſſumtis, rebus gerendis, egeſtis, illisque, quae extrinſecus accidunt, conſiſtit. GAL. *De Conſtitut. Medicinae.*

Τὰς οἰκείας ἑκάστῳ τροφὰς καὶ κινήσεις ἀποδιδόναι.

Vnicuique aegroto familiaris nutritio motusque reddatur. PLATO in TIMAEO, ib.

ſunt, prudens obſeruatio, cuius pars ad medentes [m]), pars ad ipſum aegrotantem, pars denique ad illos, qui aegroto aſſiſtunt, familiares vel domeſticos, reuertitur [n]). Medicum prae ceteris rerum illarum, quarum peccatis ſpontanei naturae motus turbantur, decet eſſe peritiſſimum. In minimis maximus ſaepe error eſt [o]), eoque curioſius vita tam ſani, quam aegroti ac conualeſcentis hominis [p]) ordinanda eſt, quo minus omnia omnibus vel proſunt, vel nocent [q]). Quapropter ſedulo atque frequenter inſpiciendus aeger [r]), blandoque coërcendus

m) Ὁκόσα ἔργα δίηκει, καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς.

Quaecunque conuenit facere, bene facere oportet, et recte. HIPP. *De Victu Acut.*

Τῦ βελτίςυ ἐπιςήμη ὡς ἑνὶ ἑκάςῳ χρῆσθαι καὶ πρὸς τίνα.

Medicina eſt ſcientia ſelectiorum, ſicut vnumquemque in ſingulis, et propter quid, vti fas eſt. PLATO in ALCIBIAD. II. p. 39.

n) Δεῖ ὐ μόνον ἑωυτὸν τὸν ἰητρὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τὺς παρέοντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Oportet non tantum ſe ipſum exhibere medicum, quae conueniunt faciendo, ſed et aegrotantem, et adſtantes, et quae circum ſunt. HIPP. Sect. I. Aphor. I. pag. 68.

o) Ἄπιςος ἡ κρίσις, καί τι μικρὸν ἁμαρτάνοντος τῦ κάμνοντος ὑποςρέψει πάλιν τὸ νόσημα.

Infidelis erit iudicatio, et, minimum quid peccante aegroto, reuertetur morbus. GAL. *De Dieb. Crit.* I.

p) Βίος καὶ ὑγιαίνοντι, καὶ ἐκ νύσυ ἀνατρεφομένῳ, καὶ κάμνοντι.

Vita triplex eſt, ſani, conualeſcentis et aegroti. HIPP. *De Veteri Medicina.*

q) Ἀδύνατον πᾶσιν πάντα ἢ πλέοσι συγχωρῆσαι.

Impoſſibile eſt omnia omnibus aut pluribus prodeſſe. GAL. *De Optima Secta.*

r) Ἐσόδῳ χρέο πυκνῶ, ἐπισκέπτεο ἐπιμελέςερον.

Ingreſſu vtere frequenti, inſpice curioſius. HIPP. *De Decent. Ornat.* §. 10. p. 58. T. I.

Inter Virtutes medici HIPPOCRATI ſunt προσεδρία, ἐπιμέλεια, ὑπεργία, ἑτοιμασίη.

Fre-

dus eſt imperio [s]). Licet enim obſequi infirmos medentium oporteat conſiliis; moroſioribus tamen eſſe haud licet [t]), quibus *gratioſorum* [u]) nomen omni tempore datum eſt, ſalutis conſiliariis. Taxat medicorum ſui temporis ruſticitatem GALENVS [x]). Plus tamen acri imperio nocet aſſentatio,

Frequens acceſſio, cura, inſeruiendi ſtudium, expeditum conſilium. *Ibid.*

s) Τὸ τυραννικὸν τῶν ἰατρῶν ἀνελευθέρων ἐπίταγμα, νόμος ἄκρατος.

Tyrannis quaedam eſt medicorum illiberalium praeceptio, lex ſeruilis. PLATO *De Legibus* II.

Ἡμερώμενον ἀεὶ παρασκευάζων τὸν κάμνοντα εἰς ἡσυχίαν ἄγειν.

Manſuetum decet ſeruare aegrotum, et ad quietem componere. *ibid.*

t) Ὁ νοσῶν εὐπειθὴς ἔστω σοι τὰ πάντα καὶ μηδὲν ὑπ' ἀκολασίας ἁμαρτανέτω.

Aeger tibi obſequioſus ſit in omnibus, ſed nihil etiam peccetur moroſitate. GAL. *De Diebus Crit.* I.

u) Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, τῇσι ἐπιθυμίῃσι ἕπεσθαι τὸν ἰητρὸν μὴ μεγάλα βλάπτουσι, ἢν μὴ κάρτα ὠφελεόντων ὄρεξις ἥκει.

Exhibendae ſunt aegrotis gratiae. Deſideriis largiendum eſt aliquid non multum nocentibus, niſi minime vtilium appetentia accedat. ARETAEVS *Curat. Diut.* II. 6.

Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει ἢ εὐαναλήπτα.

Indulgendae aegrotis ſunt gratiae, ſi multum non noceant, et potius aegrum reficiant. HIPP. *Epid.* VI.

Εὐεπίῃ χρώμενοι, χάριτας διατιθέμενοι.

Blandiloquio vtendum, ad gratiam compoſitis. HIPP. *De Decente Ornatu.*

x) Τῶν νοσούντων ἠξίουν ἄρχειν ὡς στρατηγοὶ στρατηγουμένων καὶ βασιλεῖς ὑπηκόων: οὐκ ἄρχεσθαι καὶ δεσπόζεσθαι ὥσπερ Γέται καὶ Φρύγες καὶ Θρᾷκες.

Imperare aegrotis volunt, vti duces bellici militibus, et reges ſubditis: Non ſeuerius agendum aut heriliter iubendum, vti Getis, et Phrygibus, et Thracibus in moribus eſt. GAL. *Method. Med.* I.

Παρ-

tio [y]), cum ſint ex aegrotis haud pauci, qui non, quod vtile eſt, curant, ſed quod iucundum [z]). Si ad ea reſpicimus, quae in vniuerſum omnibus intra quosuis morbos prodeſſe vel nocere, facta vel omiſſa, poſſunt, generalior illa lex erit: *Quae ſanis, eadem, eoque plus, nocebunt aegrotantibus* [a]): *Quae ſanis familiaria, eadem et aegrotantibus* [b]), *niſi morbi ratio diuerſum quid ſecum adferat* [c]). Sed per

Παραγγέλμασιν ȣ̓ πικροῖς χρῆσθαι.

Admonitionibus amarulentis haud vtendum. HIPP. *Praecept.*

y) *Omnia aſſentari in quaeſtum, nocet multo vberius.* TERENT. *in Eunucho.*

Κόλακός ἐϛι τὸ χαρίζεσθαι τῷ νοσȣ̃ντι.

Adulatoris eſt, indulgere aegroto. GALEN. *Meth. Med.* XII.

z) *Ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νȣ̃σον ἡδέα μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς ὑγιείην προσδέχεσθαι.*

Malunt ea, quae ad morbum nutriendum, quam quae ad ſanitatem conſequendam apta ſunt, accipere. HIPP. *De Arte.*

a) *Διαφυλάττειν τὰς αἰτίας ἁπάσας, ὅσαι τὴν ὑγείαν αὐτὴν διαφθεῖραι δυνήσονται, ψύξιν, ἔγκαυσιν, κόπον, ἀπεψίαν, μέθην, ἀγρυπνίαν, λύπας, ὀργὰς, θυμὸν, ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτα.*

Obſeruare cauſſas quasuis, quae ipſam ſanitatem corrumpere poſſent, frigus, calorem, defatigationem, crudorum eſum, ebrietatem, vigilias, triſtitiam, iram et alia ſimilia. GAL. *Conſtit. Med.*

b) *Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων οἷα ξυμφέρει ἐν τȣ́των νȣσέοισι.*

Oportet diſcere ex illo, quod ſani ſeruauerant, regimine, qualia illis opportuna in morbis futura ſint. HIPP. *De Diaeta Acut.*

c) *Ἦ τοῖσι ὑγιαίνȣσι φαίνεται διαφέροντα μεγάλα τὰ τοῖα ἢ τοῖα διαιτήματα, πῶς ȣ̓χὶ καὶ ἔν γε τῇσι νȣ́σοισι διαφέροι μεγάλα;*

Si ſanis multum intereſt differentiae, hocne, an illo vitae genere vti velint, quomodo in morbis non plurimum intereſſet diſcriminis? HIPP. Ib.

Τὰ διαιτήματα ἐϛὶν αἴτια ἕκαϛα ἑκάϛοισιν καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιέεσθαι ἐναντιȣ́μενον τῇ προφάσει τῆς νȣ́σȣ· καὶ ἐκ τῶν διαιτημάτων μεταβάλλειν.

Vitae

per ſingulas ſpecialius, quae corpus aegri mutare poſſunt, cauſſas procedendum, videndumque eſt, qualis rerum, quas non naturales vocant, in aegrotantem effectus eſſe poſſint. Veluti valentibus animi tranquillitas ad corporis ſanitatem multum confert [d]; ita mentis ſecuritas corpus in morbis ſanat [e]). Mira quaedam *perturbationum animi* eſt in corpus efficacia [f]), veluti viciſſim corporis afflictiones mentem vario modo turbant ac peruertunt [g]). Oportet adeoque, quibus vnquam fieri poteſt, modis excuti aegrotantium animis illas idearum, quibus

Vitae rationes totidem ſingulis cauſſae ſunt, et curam facere oportet, cognitae morbi cauſſae oppoſitam; Quare et ſaepe vitae ratio mutanda eſt in aliam. HIPP. *De Natura Hominis.*

d) *Ψυχὴ ἀγαθὴ τῇ ἀυτῆς ἀρετῇ σῶμα παρέχει (ὡς οἷόν τε) βέλτιστον.*

Anima bona, ſua virtute corpus efficit, quousque poteſt, optimum. PLATO *De Republ.* III. p. 434.

e) *Ψυχὴ σῶμα θεραπεύει.*

Anima corpus ſanat. PLATO Ib.

f) *Ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καρδίην καὶ πνέυμονα ἐς ἑωυτὰ, ἡ δ' ἐυθυμίη ἀφίει καρδίην.*

Ira cor et pulmones in ſe contrahit ac torquet, at tranquillitas cor laxat. HIPP. *Epid.* VI.

Ὁκόσα ἐν μερίμνῃ ἀνθρώποισι γίνεται, ἡ ψυχὴ ἀπὸ τέτων θερμαίνεται, πονέει καὶ λεπτύνει τὰς σάρκας καὶ κενοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Quaecunque calamitoſe hominibus fiunt, anima ab his incaleſcit, laborat, extenuat carnes, et flaccidum reddit hominem. HIPP. *De Diaeta Sanorum.*

Ἐκ τῶν φυσικῶν πάθων ἡ ὀξυθυμία χυμὲς ἐις τὴν πανταχόθεν κίνησιν ἐξορμᾷ.

Ex animi affectibus, ira humores in motus vbique excitat. GAL. *De Sanit. Tuenda* IV.

g) *Νοσήματα περὶ ψυχὴν διὰ σώματος ἕξιν.*

Morbi animae a determinato corporis habitu. PLATO in TIMAEO, p. 551.

Ἡ ψυχὴ διὰ σῶμα πολλὴν ἔχει κακίαν.

Anima per corpus multa mala habet. PLATO Ib.

bus affliguntur, imagines [h]), perſuaſionibus, ſolatiis, immo et fraudibus, ſiquidem innocenter mentiri medicos poſſe PLATO [i]) lege ſanciuit. Illis maxime, quibus febre mens aegrotat, *quies* [k]) prodeſt, atque obſcuritas [l]), arcendumque penitus, quidquid viſu vel auditu infirmos percellere poſſet [m]). Inuitandi ad *ſomnum* illi ſunt molli ſtrepitu [n]). Eſt enim in minutis eiusmodi rebus, dici nequit, quanta ad conſopiendos aegrotos efficacia. Si

h) Ἢν μὲν τι τουτέων, ἀφροδισίων, λύπης, φροντίδων, ἀγρυπνιῶν, ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείαν.
Si quid illorum eſt, amatoria res, triſtitia, cura, vigiliae, quod cauſſa ſit morborum, curam illuc oportet dirigi. HIPP. *De Victu Acut.*

i) Ψεῦδος ἀνθρώποις χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον ὅτι τό γε τοιοῦτο ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον.
Mendacium hominibus ſalutare, veluti pharmaci ſpeciem habens, manifeſtum, hoc medicis ſaltim dandum eſſe, priuatis haud largiendum. PLATO *De Republ.* III. p. 443.

k) Ἡσυχίην ἄγειν κελεύειν αὐτὸν νοσέοντα καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίης ἅπαντας.
Quietem vt agant, iube tam aegrotos, quam omnes, qui in domo ſunt. ARETAEVS *Curat. Acut.* I. I.

l) Κατακλίνειν ἐς ζοφερὰ οἰκήματα.
Obſcuriore ſtatione decumbendum. HIPP. *De Victu Acutorum.*

m) Φρίκη καὶ ῥῖγος γιγνόμενον διὰ τῶν ἐμπληττόντων τε καὶ φοβούντων τὴν ψυχὴν, ἤτοι ἀκουσμάτων ἢ θεαμάτων.
Horror et frigus fit rebus, quae percellunt, terroremque incutiunt animae, ſiue auditu, ſiue viſu. GAL. *De Sanit. Tuenda* IV.
Ἐρεθιστικὸν τοιχογραφίη.
Irritant aegros pictae in pariete imagines. ARETAEVS *Curat. Acut.* I. I.

n) Ὕπνου ἀγωγὰ, αἰγιαλῶν ἦχοι, καὶ κυμάτων κτύποι, ἀνέμων δὲ βόμβος, ἢ ψαλμὸς λύρης, μύθων προσομιλία.
Fluctuum murmur, litorum ſonitus, ventorum bombus, modulatio lyrae, confabulationum vſus. ARETAEVS Ib.

Si ab animi cultura ad rerum, quae ad corpus attinent, adminiſtrationem diſcedimus, cum varia ſint, quae recte ordinata cauſſas morborum depellunt, tum *motus* eſt totius *corporis* vel partium, qui lentos humores ſoluit, ſolida minima roborat, vt in tardarum paſſionum curationibus haud paucis ſine frequente et cum aliqua contentione ſuſcepta muſculorum actione proficere medentes, etiamſi praeſtantiſſima pharmaca data ſunt, haud poſſint. Illae maxime aegritudines, quae in viſcerum ad actiones ſuas perficiendas debilitate conſiſtunt, niſi acutus morbus eſt, *motum* poſtulant o), vti vniuscuiusque vires aliaeque conditiones eundem vel concitatiorem, vel remiſſiorem exigunt p). Vti enim in omnibus rebus, ſalutis humanae cauſſa agendis, ita et in his modus aliquis eſt, intra quem agitationem

 corpo-

o) *Ῥαθυμίη ὑγραίνει καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα ποιέει, πόνος δὲ ξηραίνει καὶ τὸ σῶμα ἰσχυρὸν ποιέει.*

Otium humectat et infirmum corpus facit; labor ſiccat, et corpus robuſtum facit. HIPP. *De Diaeta* II.

Τὸ δὲ γυμνάσιον δυσπαθῆ τε παρασκευάζει τὰ ὀργανικὰ μόρια καὶ ἔυτονα πρὸς τὰς ἐνεργείας.

Exercitium immotas atque ſolidas reddit partes organicas, et ſuis actionibus obeundis idoneas. AET. *Tetrab.* I. *Serm.* c. 2.

Πόνος τοῖσιν ἄρθροισι καὶ σαρκὶ σῖτος.

Labor articulis et carnibus alimentum. HIPPOCR. *Epid.* VI.

Κινȣμένȣ τȣ͂ ἀνθρώπȣ θερμαίνεται καὶ τὸ σῶμα καὶ τὰ σιτία.

Commoto homine, incaleſcunt et corpus eius, et alimenta. HIPP. *De Ratione Victus* II.

p) *Ταχεῖα κίνησις τὴν θερμασίαν ἐπὶ πλεῖον αὐξάνȣσα τήκει τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τὰς βραχείας κινήσεις ἡ σύμμετρος θερμασία καὶ τὴν αἱμάτωσιν καὶ τὴν θρέψιν ἐργάζεται βελτίονα.*

Concitatior motus calorem plus mouet, et corpus extenuat, ſed breuibus motibus moderatus calor et ſanguificationem, et nutritionem meliorem efficit. GAL. *Comm. in* HIPP. *De Diaeta Sanorum.*

corporis conſiſtere oportet [q]). Laudat equitatum AETIVS [r]), ruſticationem et itinera HIPPOCRATES [s]), eoque ſalubriores ſemper corporum motus ſunt, quo liberior aëris fruitio vna iungitur [t]). Literatis, qui *ſuae ſpontis non ſunt, vt nullis legibus obligare ſe poſſint, poſſint etiam varium habere vitae genus, modo ruri eſſe, modo in vrbe, ſaepiusque in agro*, vti CELSVS [u]) vult, *intermiſſae propter ciuiles aliasque neceſſitates exercitationis* loco eſſe poteſt *clara lectio* [x]), cuius praeſtantiam ad ſoluendas [illegible] vario-

q) *Exercitationis finis debet eſſe ſudor aut certe laſſitudo, quae citra defatigationem fit.* CELSVS *De Re Medica* I. 2. pag. 23.

Ὅρος τῆς σφοδρότητος τοῦ γυμνασίου, ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἐπὶ τὸ ταχύτερον ἀλλοίωσις.

Terminus, quousque exercitium intendi oportet, eſt reſpirationis in celerius mutatio. AETIVS *Tetrabibl.* I. *Serm.* III. cap. 2.

r) Ἔχει τι χρήσιμον ἡ ἱππασία ἐπὶ τῶν ἰσχνόντων, τονοῖ γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ γυμνάσια καὶ πνεῦμα καὶ σῶμα, μάλιστα δὲ στόμαχον, θώρακι δὲ κάκιστον τὸ γυμνάσιον τοῦτο.

Habet aliquid vtilitatis in extenuatis equitatus; Roborat enim plus, quam alia exercitia, et animam, et corpus, maxime ventriculum; Thoraci autem peſſimum eſt hoc exercitium. AETIVS Ib. c. 7.

s) Γῆν μεταμείβειν σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νουσήμασιν.

Locum mutare conuenit in morbis diuturnis. HIPP. *Epid.* VI.

t) Περίπατος ἕωθεν, ἐπὶ τῆς κοιλίης ἐκκρίσει, εὔπνους καὶ εὔφορος, ἄριστα δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ δείπνῳ. Ἀποδημίη ἐς θερμότερον ἀπὸ ψυχρῶν καὶ ἀπὸ ὑγρῶν εἰς ξηρότερον, ξύμφορος δὲ πλοῦς, καὶ ἐν θαλάσσῃ ἐξαγωγὴ τοῦ βίου.

Obambulatio mane, poſtquam aluus deiecta eſt, et pulmones et corpus bene habet; Optima etiam a prandio. Peregrinatio ad calentiores prouincias ex frigidis et humidis ad ſicciores. Conducit etiam nauigatio et vita in mari transacta. ARETAEVS *De Cur. Diut.* I. P. 2. de Cephal.

u) *De Re Medica* I. 1. p. 20.

x) Ibid. I. 2. p. 23.

variorum morborum cauſſas AETIVS [y]) collaudat. Sunt autem haud pauci, quos motus laedit, quies vel ſanat, vel demulcet. Tuſſientibus ſanguinem *quietem*, *ſecuritatem*, *ſilentium*, antiqui conſulunt [z]).

Aëris praeterea in morbis omnibus curam decet eſſe exquiſitiſſimam. Siue enim diuturnus, ſiue acutus morbus eſt, ad anni tempora et aëris, quae illis familiares ſunt, mutationes componenda ſunt aegrotantium corpora [a]). Vti enim *frigus* ambientis

y) Γυμνάσιόν ἐστι θώρακος καὶ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἡ ἀναφώνησις, καὶ πρός γε τούτῳ τῆς φυσικῆς θερμασίας, καθαίρουσα καὶ λεπτύνουσα καὶ τονοῦσα τά τε τοῦ σώματος μέρεα στερεὰ καὶ εὔτονα καὶ δυσπαθῆ κατασκευάζουσα.

Exercitium thoracis et inſtrumentorum vocalium eſt vociferatio; Nam, praeterquam quod calorem naturalem auget, purgat et extenuat, et roborat ſolidas corporis partes, et firma ac ſolutu difficilia reddit. AET. *Tetrabibl. I. Serm.* III. c. 3.

z) CELSVS IV. 4. n. 5. p. 204. ſeq.

Τοῖσι πνευμόνοισι εἴργεσθαι βοῆς, ὀξυθυμίης.

Pulmone affectis interdicenda eſt vociferatio, ira. HIPP. *Epid.* VI.

Κατακεκλίσθαι πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα, καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν.

Decumbendum diu eodem corporis ſitu, conſtanter, et quam minime voluendum corpus eſt. HIPP. *De Victu Acutor.*

Ὄρθιον σχῆμα, ἡσυχία λαλιῆς, ψυχῆς ἀταραξία, εὐθυμία.

Rectus corporis ſitus, quieta locutio, ſecuritas, hilaritas. ARETAEVS *De Curationibus Acut.* II. 2.

a) Ἐναντιοῦσθαι τοῖσι καθισταμένοισι καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσι.

Obuiam eundum inſtantibus caloribus et frigoribus. HIPP. *De Diaet. Salubr.* I.

Ἠέρος αἰφνιδίη ταραχὴ φυλακτέη.

Aëris ſubita mutatio vitanda. HIPP. *Epid.* VI.

Κατακεκλίσθαι χρὴ τὸν νοσέοντα ἐν οἴκῳ ἐυμέτρῳ ἐυκρήτῳ, χειμῶνος μὲν ἐν ἀλέῃ, θέρεος δὲ ἐν ψύχει νοτέρῳ.

Decumbere aegrotus debet in ſtatione moderata, per hiemem in tepida, in frigidiuſcula et humida, ſi aeſtas eſt. ARETAEVS *Curat. Acut.* I. 1.

tis aegrotos aëris nocentiſſimum eſt [b]); ita *calore* haud minus offenduntur illi, qui ex febre iam ardent [c]), quibus adeoque, ne ſudoribus extenuentur [d]), aut humores illis computreſcant [e]), innouandus aër ſubinde eſt, tunc maxime, ſi ſirius vrit;

Id

b) Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀςέοισι, ὀδȣ̃σι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νοτιαίῳ μυελῷ.

Frigus inimicum eſt oſſibus, dentibus, tendinibus, cerebro, ſpinali medullae. HIPP. *Aph.* Sect. V. 18. p. 91. T. I.

Frigus inimicum eſt ſeni, tenui, vulneri, praecordiis, inteſtinis, veſicae, auribus, coxis, ſcapulis, naturalibus, oſſibus, dentibus, neruis, vuluae, cerebro. CELSVS *De Re Medica* I. 9. p. 39.

Βλάπτεται ὁ ἄνθρωπος εἴ τις αἰφνίδιος ἐν τῷ περιέχοντι γίγνοιτο πρὸς τὸ ψυχρὸν μεταβολή.

Laeditur homo, ſi ſubitanea in ambiente aëre fit in frigus mutatio. GAL. *Comm. III. in Libr.* HIPP. *De Victu Acutorum.*

Οἱ ἀσθενȣ̃ντες ȣ̓ φέρȣσι τὴν ὁμιλίαν τȣ̃ ψυχρȣ̃ ἀβλαφῶς.

Infirmi commercium cum frigido aëre impune haud ferunt. GAL. Ib.

c) Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα πλεονάκις χρεομένοισι, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίαν.

Calidum nocet, ſi ſaepius admiſſum eſt, producit enim carnium mollitiem, neruorum (tendinum aut muſculorum) impotentiam, mentis ſtuporem, fluxiones ſanguinis, animi defectiones. HIPP. *Aph.* Sect. V. 16. p. 91.

Si nimius eſt calor, corpus effeminat, neruos emollit, ſtomachum ſoluit. CELSVS I. 9. p. 40.

d) Ἤν τις διαπνοίῃ πλέω, ἐς ξηρὸν ῥαδίως τὸ νόσημα ὑπαχθήσεται.

Si quis tranſpiret plus, morbus facile in ſtatum corporis ſiccum deducetur. GAL. *De Cauſſis.*

e) Αἷμα διαφθαρὲν ἢ συσσαπὲν ἀπὸ τινὸς νόθȣ θερμότητος.

Sanguis corrumpitur et putreſcit a ſpurio calore. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 3. p. 69.

Id quod, qua ratione et domi f), et foris g), ſi epidemicum malum eſt, effici oporteat, antiqui exponunt.

Etiamſi autem rerum non naturalium, quas recenſui, peccata aegros vehementer affligunt; ma-

 ior

f) Τὸν ἀέρα μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· εἰ οὖν θέρος εἴη ἐν οἰκήματι καταγαίῳ κατακείσθω καὶ ῥαντιζέσθω τὸ ἔδαφος ὕδατι πολλῷ ψυχρῷ, ὥς τε διὰ τούτου ψυχρότερον ἀποτελέσαι τὸν ἀέρα, ἐπιῤῥείτω δὲ καὶ ὕδωρ ἐξ ἑτέρων ἀγγείων εἰς ἕτερα: ὁ γὰρ μέτριος τοῦ ὕδατος ψόφος καὶ ὕπνον προκαλεῖται: ἔτι δὲ κάλλιον μεταβάλλῃς τὸν ἀέρα, ὥς τε μὴ μόνον ἐμψύχειν, ἀλλὰ καὶ ῥωννύειν δύνασθαι τὸ σῶμα, ἐὰν ἐπὶ τὸ ἔδαφος ἐπιῤῥίψῃς τινὰ τῶν ἐμψυχόντων, ἢ ῥόδα ἢ ἕλικας ἀμπέλου.

Aër in frigidius quid conuertatur: Si ergo aeſtas fuerit, in ſtatione, quae ad ſuperficiem ſoli eſt, decumbat aeger, et conſpergatur pauimentum frigida multa, vt abinde frigidior euadat aër; Defluat autem aqua ex vaſis in vaſa; nam moderatum aquae murmur ſomnum prouocabit. Pulchrius mutabis aërem, vt non tantum frigeſcat, ſed et corroborare poſſit corpus, ſi pauimentum conſpergatur frigefacientibus, aut roſis, aut pampinea fronde. ALEX. TRALLIANVS XII. I.

g) Οἱ ἰατροὶ πρὸς τὰ λοιμικὰ πάθη βοηθεῖν δοκοῦσι φλόγα πολλὴν ποιοῦντες ὡς λεπτύνουσαν τὸν ἀέρα, λεπτύνει δὲ βέλτιον, ἐὰν εὐώδη ξύλα καίωσιν.

Medici ad peſtilentiales morbos auxilium ferre putant, ſi rogos incendunt, ſicque aërem attenuant; attenuant autem melius, ſi odorifera ligna accendant. PLVTARCHVS *De Iſid. et Oſiride.*

Οἱ κατὰ τὴν πόλιν, κελευόντων, μύρου εὐωδεστάτου τὰς δὲ ὀσφρύσεις καὶ τὰ ὦτα ἐνεπίμπλασαν, θυμιάμασί τε καὶ ἀρώμασι συνεχῶς ἐχρῶντο, φασκόντων τινῶν τὴν εὐωδίαν φθάσασαν ἐμπιμπλάναι τοὺς πόρους τῶν αἰσθήσεων, καὶ κωλύειν δέχεσθαι τὸ φθινῶδες τοῦ ἀέρος.

Qui in vrbe, iuſſi, aromate fragrantiſſimo et nares et aures implebant; thuribus autem et aromatibus continuo vtebantur, erantque qui aſſerebant, fragrantes odores praeuenire, et aditus ſenſoriorum impedire poſſe, ne recipiant in ſe corruptiuum illud aëris. HERODIANVS Libr. I. De Peſte Romana COMMODI tempore.

ior tamen noxa ex illis eſt, quae *ore* accipiuntur, quorum adeoque ordo, ad rationes aegrotantium, diſponendus eſt, cum eadem omnibus nec noceant, nec proſint [h]. Omnibus tamen communis lex eſt, in morborum exacerbationibus nutrienda corpora haud eſſe [i]. *Neque vlla res magis iuuat laborantes, quam tempeſtiua abſtinentia* [k]. Quamuis enim illis aſſentiendum haud eſt, qui inedia conficere morbos tam acutos, quam longos intendunt, quod λιμοκτονέειν antiquis dictum eſt, ita ſeueris, vt et potu aegrotos interdicerent [l], quod tamen praeceptum ad artem inedia curandi, quam λιμοκτονίην appel-

h) Προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστοισι καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ποτῶν.

Conſideranda ſunt, robur et morbi modus, in ſingulis, et naturae hominis, et conſuetudinis, et vitae generis aegroti, non tantum quod cibos, ſed etiam quod potum concernit. HIPP. *De Victu Acut.*

Ἰδέαι τροφῆς πολλαὶ καὶ κατὰ χώρην καὶ ἐθισμόν.

Victus rationes multae et ſecundum regiones, et conſuetudinem. HIPP. *De Alimentis.*

i) Ὁκόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

Quando in augmento morbus eſt, tenui victu vti neceſſarium. HIPP. *Aph.* Sect. I. 8. p. 69. T. I.

Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη, καὶ ὁκόσοι κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑποστέλλεσθαι χρή.

In exacerbationibus ſubtrahendus cibus eſt; dare enim aliquid, noxa eſt, et, qui ordinatis vicibus exacerbantur, in his nutriri aegros haud fas eſt. HIPP. *Aphor.* Sect. I. 11. p. 70.

k) CELSVS II. 16. p. 92.

l) Ἡ λιμοκτονίη μάλιστα μὲν ἀσιτίαν παντελῆ σημαίνει, εἰ δ' οὔ, ἀλλά τήν γε ἐπὶ τοῖς πόμασι μόνον δίαιταν.

Ars fame curandi, quam λιμοκτονίην vocant, plerumque omnimodam inediam ſignificat; Sin minus, certe illam, quae in potus tantum vſu conſiſtit, diaetam. GAL. *Comm. in* HIPP. *De Victu Acutorum.*

appellant, haud pertinuiſſe, HIPPOCRATES *) auctor eſt; parcius tamen cibandum eſt, in morbis omnibus, dum vigent, etiam illis, qui appetentiam ſupereſſe ſinunt m), et maxime illis, qui a copia optimi ſanguinis oriuntur n). Sunt, quae cibi loco ſtare poſſunt, *potulenta* ex farinatis, eaque, vti caſus fert, vel tenuius, vel meracius cocta o), ipſum-

Nn 5 que

*) *Λιμοκτονίην καὶ ὑδατοποσίην*, *inediam et aquae potum*, coniungit. HIPP. *De Victu Acutorum.*

m) *Τροφαὶ ἐς τὸ εἶναι μόνον.*

Alimenta ad eſſe tantum. HIPP. *De Alimentis.*

Ὀλιγοσιτέειν ὡς μάλιστα, καὶ ὕδωρ ξυμφέρει πᾶσι τοῖς ἕλκεσι, μᾶλλον δὲ τοῖσι νεωτέροισι παλαιωτέρων καὶ ὅ τι ἄλλο φλεγμαίνει ἕλκος ἢ μέλλει.

Parcius cibari et aqua vti conuenit in vlceribus; plus tamen recentibus, quam vetuſtis, et quidquid aliud vel iam inflammatum eſt, vel erit. HIPPOCR. *in Mochlico.*

n) *Αἷμα δὲ τῷ πλήθει μὲν ἀδικοῦν νωθροὺς τε καὶ ὑπνώδεας, ἀποσίτους τε καὶ ἀδίψους ποιεῖ, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ ἀλόγως ἱδροῦντας. Καὶ ὀλιγοτρόφοις δὲ οἵ τε σιτίοις χαίρουσι μᾶλλον, οὓς κενοῦν τοῦ αἵματος ἄμεινον. Πᾶν γὰρ τὸ πολὺ, φασὶ, τῇ φύσει πολέμιον.*

Sanguis multitudine ſui aegro iniuriam affert, torpidos et ſomnolentos, et inappetentes, et ſiti vacuos reddit, aliquando et praeter rationem ſudantes. Hi parum nutrientibus gaudent cibis. Quibus tamen ſanguinem ſubducere eſt melius: Omne enim nimium aiunt naturae inimicum. ACTVARIVS *De Spirit. Animal.* II. 3. p. 69.

o) Ptiſanam, quae et cibi et potus loco eſſet, variam coqui iuſſit HIPPOCRATES.

Πτισάνη παχέη· πτισάνης χυλός· πτίσανα ἀδιήθητος.

Ptiſana craſſa. Ptiſanae ſuccus: ptiſana haud transcolata.

Δι᾽ ὀθονίου διήθητος πτισάνης χυλός.

Per ſindonem traiectus ptiſanae ſuccus. HIPP. *De Diaeta Acutorum.*

Τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον καὶ ξυνεχὲς καὶ προσηνές ἐστι καὶ ὀλισθηρὸν καὶ πλαδαρὸν μετρίως καὶ ἄδιψον καὶ εὐέκλυτον.

que zythum p), ſi qui ſunt, qui illi adſueuerunt, cum mutationes ſubitaneae in omnibus non ſint ſecurae q). Conſulendus ipſe aeger in potus ſelectu r) eſt, neque omnibus, omnibusque in morbis, *frigida* prodeſt, potusque tenuis, febribus quidem vtilis, ſi ardentes illae ſunt et ſimplices s), inflammatoriis noxius, cum difficulter iterum ſecedat, vtpote qui ſit ignauus, nullaque facultate vim vitae augendi inſtructus t). Sed *calida* extenuat.

Nam lentor eius leuis eſt et continuus, et ſuauis, et lubricus, et mediocriter tumidus, et ſitim leniens, et bene eluens.

Γεύματα, *Potus omnium tenuiſſimus.* HIPP. *De Diaeta Acutorum.*

p) COLVMELLA zythi in ſuo carmine meminit, Aegypti inuentum:

Iam ſiſer, aſſyrioque venit quae ſemine radix,
Sectaque praebetur madido ſociata lupino,
Vt peluſiaci proritet pocula Zythi.

q) Πάντα ἐξαπίνης, μάζω πολλῷ τοῦ μετρίου, μεταβαλλόμενα ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ, βλάπτει.

Omnia ſubito, multo plus quam moderatum eſt, mutare velle ex hoc in illud, nocet. HIPP. *De Victu Acutorum.*

r) Μισητὰ ποτήματα: HIPP. *De Decenti Habitu*, diſſuadet.

s) Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖς πυρεταίνουσιν ξυμφέρουσι. HIPP. Sect. I. 16.

Cibus autem febricitantibus humidus eſt aptiſſimus, *vertente* CELSO *De Re Medica*, II. 7.

Τοῦ πυρετοῦ τὸ ὕδωρ ἐναντιώτατόν ἐστι, τῇ φύσει ψύχον τε καὶ ὑγραῖνον τὸ σῶμα, καὶ φαίνονται σβεννύμενοι πυρετοὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ παραχρῆμα δοθέντος ἐν καιρῷ.

Febri frigida maxime contraria eſt, natura frigefaciens et humectans corpus, ſuntque ex febribus, quae ab illa, ſi opportune data eſt, ſubito extinguuntur. GAL. *Comm I. in Libr.* HIPP. *De Victu Acutorum.*

t) Τῶν πομάτων ὅσα μὲν ὑδαρέα, βραδυπορώτερά ἐστι καὶ ἐγκυκλέεται, καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια, καὶ εἰς οὔρησιν οὐ κατατρέχει.

Potuum

nuat [u]). Ceteroquin frigida, ſi ſincera eſt [x]), aluum emollit atque lubricat [y]), cumque aegroti vbique potulentorum, quam eſculentorum appetentiores ſint, illisque minus, quam his farciantur [z]), reficiuntur potu celerius [a]), maxime vinoſo, niſi aeſtus eſt cum inflammatorio viſcerum ſtatu [b]). Debilibus enim, nulla eſt ratio, cur *vini* modicum exhiberi

Potuum quotquot aquoſi ſunt, difficulter pertranſeunt, et circumeunt ſine excretione, et regurgitant ad viſcera imi ventris, et per vrinas nōn excedunt. HIPP. *De Victu Acutorum.*

Τὸ ψυχρὸν ποθὲν πυκνώσει τὴν φλεγμονὴν, ὅταν ἐπὶ φλεγμονῆς πυρέττωσιν, ἀπέπτους δὲ ἐργάζεται ψύξει τοὺς χυμούς.

Frigida epota conſtipabit inflammationem, ſi inflammati febriunt, crudosque facit refrigerio ſuccos. GAL. *Comm. I. in Libr.* HIPP. *De Victu Acutorum.*

u) Ὕδωρ πόμα θερμὸν ἰσχναίνει.

Aquae calidae potus extenuat. HIPPOCR. *De Victu San.* II.

x) Ἄριστα τὰ ὕδατα, ὁκόσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει.

Optimae aquae, quae ex ſublimibus regionibus fluunt. HIPP. *De Aëre, Aquis et Locis.*

Ὕδατα ὄμβρια κουφότατα καὶ γλυκύτατα ἐστὶ καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα.

Pluuiales aquae et leuiſſimae, et dulciſſimae, et tenuiſſimae, et lucidiſſimae. HIPP. Ib.

y) Ὁκόσων κοιλίαι σκληραί εἰσι, τουτέοισι μὲν τὰ γλυκύτατα ξυμφέρει ὕδατα καὶ κουφότατα καὶ λαμπρότατα.

Quibus alui durae ſunt, his dulces conueniunt aquae, et leuiſſimae, et maxime pellucidae. HIPP. Ib.

z) Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου.

Facilius repleri potu, quam cibo. HIPP. *Sect. II. Aph.* II.

a) Ὑγρὸν ἴαμα εἰς ἀνάληψιν δυνάμεως κράτιστον.

Humida medicatio in refectionem virium, optima. HIPP. *De Alimentis.*

b) Ὑποπτεύσαντι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι καρηβαρίην ἰσχυρὴν ἢ φρενῶν ἅψιν, πάντάπασιν οἴνου ἀποσχετέον, ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον.

Si ſuſpicio in his morbis eſt validae capitis grauitatis aut delirii, vbique vino abſtinendum, aqua autem vtendum. HIPP. *De Diaeta in Acut.*

beri nequeat, ſi tenue eſt [c]). *Vina dulcia* ſputum, *acidula* vrinas, plus aliis, mouent [d]), *fulua* autem et *rufa*, vti difficulter permeant, ita fluxus ſiſtunt efficaciter [e]). Quod ad *ſolida alimenta* attinet, licet illorum in acutis vſus nullus ſit, cum tamen omnino deneganda haud ſint his, qui cupiunt, et, quantum plenitudo, tantum etiam noceat vacuitas [f]); proinde ſeligenda erunt ſucci pleniora [g]) et coctu facilia. Quod itidem curandum ſedulo eſt,

c) Οἶνος ὀλιγοφόρος καὶ λεπτός.

Vinum, paucam aquam ferens, ipſum inde aquoſum ac tenue. GALEN. *Comm. III. in Libr.* HIPPOCR. *De Diaeta Acutor.*

d) Ὁ γλυκὺς οἶνος ἧσσον διουρητικὸς τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεως λευκοῦ, πτυέλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς: ὁ δὲ λευκὸς οἶνος οἰνώδης ἐς κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου καὶ διουρητικὸς καὶ καταῤῥηκτικὸς ἀεὶ πολλὰ προσωφελέει ἐν τοῖς ὀξέσι νούσοισι.

Dulce vinum minus eſt vrinam mouens acidiuſculo (quod proprie vinoſum eſt) ſed ſputum magis educit reliquis, dulce, album vinum acidulum ad veſicam facilius excedit reliquis, et vrinas alioſque fluxus magis mouet, hinc ſemper plus vtile eſt in acutis febribus. HIPP. *De Victu Acutor.*

e) Κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ, καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν ἐς τάδε ἂν χρήσιμος εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη μηδὲ φρενῶν ἅψις μηδὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο, καὶ διαχωρήματα πλαδαρώτερα καὶ ξυσματωδέστερα εἴη.

Fuluum vinum autem atque nigrum auſterum in ipſis illis morbis ad eadem erit vtile, niſi capitis dolor adſit, nec delirium, nec ſputum cohibeatur in exitu, nec vrina contineatur, et aluinae excretiones fuerint fluidiores et acriores. HIPP. *De Victu Acutor.*

f) Ἀρκέει κατ᾽ ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ᾽ ὁκόσον ἕνεκεν τοῦ ἔθεος ἐνιέναι τε καὶ κενεαγγείην μὴ γίνεσθαι πολλήν.

Sufficit ab initio dare nec multum, nec vltra quam par eſt ſolidum, ſed tantillum conſuetudinis cauſa intromittere, ne vacuitas fiat omnino. HIPP. Ib.

g) Χυμοὺς ἐνθεῖναι τοῖς στερεοῖς.

Succos indere ſolidis partibus. GAL. *Meth. Med.* IX.

eſt [h]), ſi qui *ex morbo reficiendi* ſunt [i]). His enim ſubitae repletiones nocent quam maxime [k]), nec conſueto ſtatim, quo ante vſi fuerant, victu nutriri poſſunt, vtpote cui paullatim adſueſcendum [l]). Incipiendumque ab illis eſt, quae ſub paruo volumine magnam nutriendi vim habent [m]). Denique in ipſis alimentis medicamentorum facultas eſt [n]). Vt enim illa non attingam, quorum ſapores vim medicam produnt, et quae pharmaci plus, quam alimenti habent, ſuoque loco ſeruanda ſunt; illa ſane res cibaria, quae nutrit, ſanat etiam, maxime ſi tenuis eſt; inducit enim nouas carnes [o]), antiqua replet vlcera.

h) Τροφὴ εὔχυμος, εὔπεπτος ἐοῦσα καὶ μάλιστα ἄφυσος.
Cibus boni ſucci, qui digeſtu ſit facilis, et flatus haud gignat. ACTVAR. *De Spir. Anim.* I. 6. p. 19.
Εὐστόμαχα καὶ ῥωστικὰ, μακροτέρας ἑψήσεος οὐκ ἀνέχοντα.
Stomacho grata et roborantia longiorem coctionem haud ferentia. AET. *Tetrabibl.* I. 2. 654.

i) Τὸ σῶμα κομίσαι.
Corpus reficere. HIPP. *De Victus Rat.* III.
Σιτίοισι διακομίζειν μαλθακοῖσιν ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενος.
Mollibus, ſenſim incipiendo, cibis reficiendus aeger eſt. HIPP. *De Morbis* II.

k) Αἱ πληρώσιες αἱ εἰς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, σφαλεραί.
Repletiones ad ſummum prouectae, malae. HIPP. *Aph. Sect.* I. α.

l) Προσάγειν eſt, *ſenſim adducere*, aut *ſenſim nutrire.* HIPP. *De Victus Ratione* III.
Καθιστάναι τὴν διαίτην ἐς τὸ σύνηθες κατὰ μικρόν.
Reſtituere victum ad conſuetum paulatim. HIPP. Ib.

m) Δύναμις τροφῆς κρέσσων ἢ ὄγκος.
Vis alimenti volumine eius maior. HIPP. *De Aliment.*

n) Ἐν τροφῇ φαρμακείη, ἄριστον.
In alimento medicina optima. HIPP. Ib.

o) Τροφαὶ, αἳ ῥώννυσι καὶ σαρκοῖ καὶ ὁμοιοῖ τὰ ἐν ἑκάστοισιν κατὰ φύσιν τὴν ἑκάστου καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναμιν.
Alimenta, quae roborant et carnem inducunt, et adaequantur ſingulis ſecundum vniuscuiusque indolem et principii eius robur. HIPP. Ib.

cera p). Talia ſunt farinata q), ipſumque lac r), eiusque ſerum s). Quotusquisque autem eſt, quin, quibus morbis medicamenta iſthaec diaetetica ſalubria eſſe poſſint, haud intelligat? Proderunt enim tabidis alioque modo extenuatis, fibram habentibus rigidam, ſenibus et a grauiore morbo virium defe-

p) Τὰ γλυκέα, καὶ τὰ πίονα καὶ τὰ λιπαρὰ πληρωτικά.

Dulcia, et pinguia, et glutinoſa replent. HIPP. *De Ratione Victus* II.

q) Σεμίδαλις καὶ χόνδρος ἑφθὸς ἰσχυρὰ καὶ τρόφιμα.

Similago et alica cocta valida ſunt et ad nutriendum apta. HIPP. Ib.

r) Γάλακτι μὲν οὐχ ὡς ποτῷ χρηστέον, ἀλλ' ὡς σιτίῳ δύναμιν ἐμβριθῆ καὶ πολύτροφον ἔχοντι.

Lacte non vt potu vtendum, ſed vt cibo, vim incraſſantem et nutrientem habente. PLVT. *Praec. Sanit.*

Τὸ τῶν βοῶν γάλα παχύτατόν τε ἐστὶ καὶ λιπαρώτατον θρέψαι τε καὶ τὰ μόρια ὑπελθεῖν ἀγαθόν.

Vaccarum lac craſſiſſimum eſt et pinguiſſimum, nutriendis, dum penetrat, partibus aptum. AET. *Tetrab.* I. Serm. 2. c. 87.

Κάλλιον τὸ γάλα αἴγειον, λεπτότερον καὶ ὀῤῥωδέστερον.

Praeſtantius lac caprillum, tenuius et ſeroſius. GALEN. *De Sanit. Tuenda* V.

Τὸ γάλα ὄνειον ἥκιστα μετέχει τοῦ λιπαροῦ χυμοῦ, διὸ καὶ σπανίως ἐτυρώθη τινὶ κατὰ γαστέρα.

Lac aſininum minimum habet pinguis ſucci, propterea etiam rarius in caſeum vertitur alicui in ventriculo. AET. *Tetrab.* I. Serm. 2. c. 87.

s) Τὸ γάλα ὅταν ἀναζέσει, ἐπίῤῥαινε δὶς ἢ τρὶς ὀξυμέλιτι ἢ μελικράτῳ: οὕτω γὰρ ποιοῦντι διακριθήσεται παραχρῆμα ὁ τυρὸς τοῦ ὀῤῥοῦ, διακριθέντος δὲ διήθει τὸν ὀῤῥὸν διὰ ῥάκους.

Vbi lac efferbuerit, inſperge bis vel ter oxymel aut melicratum. Ita enim facienti ſeparabitur ſtatim caſeus a ſero; Separato autem ſerum transiiciatur per linteum. AET. *Tetrab.* I. Serm. 2. c. 96.

Ὁ ὀῤῥὸς ῥυπτικὴν ἔχει δύναμιν, ὑπαγωγῆς γαστρὸς ἕνεκα παραλαμβάνεται πινόμενός τε καὶ διὰ κλυστήρων ἐνιέμενος, περιπλύνει γὰρ καὶ ῥύπτει ἀδήκτως τὰς ἐν τοῖς ἐντέροις δριμύτητας.

Serum lactis purgantem habet vim, ſubducendae alui cauſſa aſſumitur, potum aeque ac clyſtere iniectum; Alluit enim et euacuat ſine morſu inteſtinorum acredines. AET. Ib.

defectione laborantibus [t]). Praeterquam autem, quod alimenta, ſi optimi ſucci fuerint, nutriendo ſanguinis acredinem inuertunt [u]), aut tenues humores condenſant [x]), ſunt etiam ex illis haud pauca, quae alios, eosdemque nobiliſſimos effectus in corpore humano edunt. Laudanda propterea eſt veterum in contemplandis *alimentorum* virtutibus, veluti ſanare poſſunt, induſtria [y]). Celebratiſſima ANTONII MVSAE, AVGVSTI CAESARIS medici et liberti, fama eſt, quod, narrante PLINIO [z]), prudentia eius diuus AVGVSTVS lactuca conſeruatus in aegritudine fertur. Eſt enim in ſuccoſis eiusmodi plantis mira aeſtus febriles demulcendi aluumque leniendi efficacia [a]), poſſentque, ſi de ſingulis eorum,

t) Τὸ ὀῤῥῶδες τοῦ γάλακτος λεπτύνει πάχος χυμῶν.
Seroſa lactis pars attenuat craſſitiem humorum. AET. *Tetr.* I. Serm. 2. ογή.

u) Τρόφιμα εὐχύμου αἵματος γεννητικά.
Nutrientia, boni ſucci ſanguinem generantia. PAVLL. I. c. σγʹ.

x) Τὰ πινόμενα ἔσω κραταιὰ ἐν αἵματος ἀναγωγῇ, δυνατὰ ποιῆσαι πάγον: ἐν φαρμάκῳ τροφή.
Potus in ſanguinis ſputo fit craſſus, cohaeſionem facere valens. In medicina ſimul fit alimentum. ARET. *De Curat. Acut.* II. c. 2.

y) Περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων.
De virtutibus medicamentoſis alimentorum. PAVLL. I. c. σγʹ.

z) C. PLINIVS SECVNDVS Hiſt. Natural. XIX. 8. *)

*) Cf. CHRIST. ROSE Diſſ. *De* AVGVSTO *contraria medicina curato*, Lipſ. 1741. Inter veterum merita haud vltimum eſt attenta victus obſeruatio, qua effecerunt, vt morbo nulla ex alimentis materia accederet, regiminis cura maxima, ne quid aeger delinqueret, denique lectulorum et ſtragulorum finitio, vt, quod cuique affectioni proprium genus ſit, curate deſcriberent. Vid. Ill. TRILLERI *Clinotechnia Medica*, Francof. 1774. 4. opus profecto dignum tanto ſene ac claſſicum. *G.*

a) Θριδακίνη καὶ τὸ ἴντυβον ψυχρῆς καὶ ὑγρᾶς κράσεως, ψύχει, ὑγραίνει, γαστέρα ὑπάγει.

Por-

eorum, quae aiunt, ſimulque medentur, agere inſtituti ratio ſecum adferret, multa adduci, quae plus corporis vitales ſuccos mouendo, quam nutriendo proſunt, nec ignobiliora propterea ſunt pharmaca, quod paratu ſunt faciliora et ſimpliciora, hinc naturae magis amica, in quibus error adeo facilis haud fuerit [b]). Nec vllum praeterea materiae, quam medicam vocant, caput eſt, in quo aliquid culinarium rerum, quod medicamenti loco eſſe poſſit, haud inueniatur. *Raphanos crudos medici ſuadent ad colligenda acria viſcerum dandos cum ſale ieiunis eſſe, atque ita vomitionibus praeparant meatum.* Tradunt et praecordiis neceſſarium hunc ſuccum, *quando phthiſin non alio potuiſſe depelli compertum eſt* [c]). Si ea volumus, quae lentos humores incidere poſſint [d]), inter herbas et radices, quorum vſus domeſticus eſt, inueniemus praeſtantiſſimas, acri

Portulaca et intybus, frigidae atque humidae facultatis, reſtinguit aeſtus, humectat, aluum ſubducit. PAVLL. I. c. 74.

b) *Τῶν ἁπλῶν φαρμάκων παράδοσις τῆς τῶν ποικίλων ἀποδεκτότερα πέφυκεν, οὐ μόνον διὰ τὸ ευπαρακολούθητον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ εὐπόριστον, καὶ διὰ τὴν δύναμιν φανερὰν, ἀπολελυμένην καὶ ἀνεπίμικτον.*

Simplicium medicamentorum exhibitio, illa compoſitis aſſumptu ſecurior eſt, non ſolum, quod ſuos effectus ſubito edat, ſed quod paratu ſit facilis, et ob virtutem manifeſtam, expeditam et ſimplicem. DIOSC. *Parabil.* in Prooem.

c) PLINIVS *Hiſt. Nat.* XIX. 5.

d) De alimentis, veluti ſanant, ita habet PAVLLVS I. c. σγ΄. *Χρὴ, εἴπερ τι ἄλλο, τὰς ἐν ταῖς τροφαῖς ἐπίςασθαι δυνάμεις: Τὰ μὲν οὖν τῆς λεπτυνούσης δυνάμεως ἐκφράττει τε τὰς διεξόδους καὶ ἀποῤῥίπτει τὰ προσπλαττόμενα γλίσχρα, τέμνει δὲ καὶ λεπτύνει τὰ παχέα.*

Oportet, ſi quid aliud, facultates alimentorum noſſe: Quae incidunt, deoppilant exitus, et eluunt ea, quae tenacius inhaeſerunt, mucida diuidunt, et attenuant craſſa.

acri ſcilicet ſapore praeditas radices e). *Non Indicum piper quaerendum, quaeque trans maria petimus* f): *Expedita res et parata ſemper, acetaria, facilis concoqui.* Vis aluum laxantia, en tibi ficus g)! en fructus horaeos, ipſumque mel h)! Ad mouendas vrinas plantae ex ſelinorum gente, aut capparis, multum valent i). Conſtipant cydonia k). Poſſent exempla adduci his plura, quae dignitatem fontis medicamentorum therapeutici vindicare valerent, niſi ſatius foret, ex alimentis ea, *quibus medica tantum natura eſt* l), fonti pharmaceutico adiudicare. Eo autem plus ſciunt ad leges machinae accommodanda eſſe auxilia illi, qui in contemplatione ſtructurae ac fabricae corporis humani ſunt frequentius.

e) Κρόμμυον καὶ σκόρδον καὶ πρᾶσον λεπτύνουσι, καὶ τέμνουσι τοὺς παχεῖς χυμούς.
Porrum, cepa, allium, attenuant et incidunt crudos ſuccos. PAVLL. Ib. οϛʹ.

f) PLINIVS *Hiſt. Nat.* XIX. 4.

g) Τὰ σῦκα γαστρὸς ὑπακτικά, διουρητικά τε καὶ νεφρῶν ἐκκαθαρτικά.
Ficus aluum ſubducunt, vrinas pellunt, et renes purgant. PAVLL. I. παʹ.

h) Τὸ μέλι ὑπάγει γαστέρα.
Mel ſubducit ventrem. PAVLL. I. ηϛʹ.

i) Κάππαρις ἐνόρεκτός τε καὶ τῶν καθ᾽ ἧπαρ τε καὶ σπλῆνα ἐκφρακτική, χρηστέον δὲ αὐτῇ δι᾽ ὀξυελαίου.
Capparis appetitum auget, hepar et lienem purgat, ſi cum oleo ex aceto ſumatur. *Ibid.*
Σέλινον καὶ ἱπποσέλινον καὶ σίον καὶ σμύρνιον πάντα διουρητικά ἐστι.
Selinum, Apium, Siſarum, Smyrnium, (Oreoſelinum,) omnia vrinam mouent PAVLL. I. cap. οδʹ.

k) Ῥωστικὰ στομάχου καὶ γαστρὸς ἐφεκτικά, τὰ κυδώνια.
Confortantia ſtomachi et ventris fluxus continentia, cydonia. PAVLL. l. c. παʹ.

l) PLINIVS *Hiſt. Nat.* XIX. 5.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXVIII.
DE
FONTE AVXILIORVM THERAPEVTICO MEDICO
DEQVE
FLVENTIBVS EX ILLO MEDICAMENTIS PRIMAS VIAS PVRGANTIBVS.

Quamuis, optimo cauſſarum externarum regimine inſtituto, morbi per ſuas aetates duci poſſint, efficique conſiliis atque auxiliis ex fonte diaetetico deſumtis, vt motus naturae, ad ſalutem conſequendam neceſſarii, recte procedant; nec pauci ſint, qui ſolo *ingeſtorum geſtorumque* bono ordine conualeſcunt; ſecurius tamen eſt, aliquantulum inſtigare ſpontanea ad ſalutem directa molimina, cauſſasque mutare, iuuantibus rebus, quae, termino latam ſignificationem habente, appellantur AVXILIA. Non enim ſola pharmaci vox id omne haurit, quod a medicis, educendarum mutandarumque morbi cauſſarum gratia, perficitur, ſed varia ſunt, quae ſolo manuum exercitio, ad aegroti vtilitatem conferuntur [a]), veluti ſudores frictione [b]), vomitus plu-

a) *Ἅπαν τὸ γένος τῆς ὕλης τῶν βοηθημάτων ἐν προσφερομένοις, καὶ ποιουμένοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσιν, κεῖται.*

Omne genus materiae auxiliorum in oblatis et factis et extus admotis ponitur. GAL. *De Conſtit. Med.*

b) *Τῶν ἱδρωτικῶν ἐστὶ, ἐπιφάνεια εὐτόνως διατριβομένη.*

Inter ſudorifica illud eſt, ſi ſuperficies corporis fortiter perfricetur. PAVLL. I. *μη*.

plumula, fauces irritante c), prolicimus, et ſi quid aliud eſt, quod ſola induſtria, ſine medicamentorum vſu, prodeſt, vt *auxilia* fortiora, quibus externis corporis affectibus medemur, nunc non attingam, quandoquidem de illis nunc ſermo eſt, quae ad *internorum morborum* curationes referuntur. Omni enim tempore pharmaca vel ad medicos, vel ad chirurgos pertinere dicta ſunt d), de quibus adeoque ſeorſim ſingulis agendum mihi, ſiſtendusque ante omnia ille medicamentorum apparatus eſt, qui, ſiue ad hominis interiora deueniat, ſiue illius ſuperficiei applicetur e), aegritudines, internas dictas, id eſt, a cauſſis latentibus productas, ſanare valet, niſi vis morbi medicamento maior fuerit. Sunt autem *pharmaca* quaeuis res, quae id, quod copia malaque temperie nocet, auferre, quod deficit, reſtituere, vel materie ſua, vel facultatibus, ex materiae textura fluentibus, poteſt f). Huius et cognitione, et ratione vtendi inſtructus eſto medicus g). Recte

 enim

c) *Καταματτευόμενος πτερῷ, ἐμεέτω.*
Pluma irritans gulam, vomat. HIPP. *De Affect.*

d) Ἡ *φαρμακεία διττὴ ἐςὶν, ἡ μὲν πρὸς τὰ ἔντος πάθη, ἡ δὲ πρὸς τὰ ἔκτος, ἧς ἐκ ἄνευ συντελᾶται τὰ κατὰ χειρεργίαν.*
Pharmacia duplex eſt, illa quidem ad morbos internos, illa autem ad externos, ſine quibus chirurgicae expeditiones haud perficiuntur. GAL. *Iſagoge ſeu Medicus*, c. 8. p. 367. T. II.

e) Ἐπὶ *τῦ πεπονθότος μορίῳ ἐπιτιθέμενα ἐπιτήδεια φάρμακα.*
Afflictae parti impoſita conuenientia pharmaca. GALEN. *De Locis Affect.* IV.

f) Ἰητρικὴ *ἐςὶ πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων.*
Mederi conſiſtit in appoſitione et ablatione: Ablatione quidem ſuperfluarum rerum, additione autem deficientium. HIPP. *De Flatibus* §. 3. p. 401. T. I.

g) Ἐις *δύο κεφαλὰς τὰ βοηθήματα ἀναγομένα, ἐς τε τὴν γνῶσιν τῶν σωμάτων οἷς προσάγεται τὰ βοηθήματα, καὶ αὐτὴν τῶν βοηθημάτων χρῆσιν.*

In

enim atque ſapienter admodum DIOSCORIDES [h]) materiae medicae ſtudium cum totius artis diſciplinis quibuslibet coniungi oportere ſcripſit. Maxime illi, qui ex multis, id quod praeſtantiſſimum, efficaciſſimum et reliquis ſecurius eſt, ſeligere medicamentum vult [i]), opus eſt, vt modos medicamentorum agendi in corpora penitus perſpectos habeat, dum

In duo capita colliguntur auxilia, quorum alterum cognitionem corporis, cui auxilium admouetur, alterum ipſum auxiliorum vſum continet. GAL. *De Conſt. Medicin.*

Τὰς δυνάμεις τῶν φαρμάκων ἐπιγνῶναι πρὸς τὸ χρήσασθαι αὐτοῖς ἀγαθοὺς τε δημιουργοὺς γίνεσθαι τῶν συνθέτων.

Virtutes pharmacorum noſcendae ſunt, vt illis vti, et boni artifices componendi ad morbi indolem medicamenti eſſe poſſimus. GAL. *De Simpl. Med. Fac.* I.

Πρῶτον δὲ δεῖ τὴν φύσιν τῶν βοηθημάτων καὶ ἔπειτα τὴν χρείαν, ἣν παρέχεται, μὴ ἀγνοεῖν.

Primum quidem naturam auxiliorum, deinde vſum ignorare haud oportet. GAL. *De Opt. Med. Philoſ.*

Ἴασις ἐν δυοῖν τούτοιν προερχομένη γίνεται, τῇδε τῆς ὕλης εὐπορίᾳ καὶ τῇ ταύτης ἐπιδεξίῳ χρήσει.

Curatio in his duobus conſiſtit, in materiae facili inuentione inque illius dextro vſu. GAL. *Meth. Med.* VI.

h) Ὅτι γε μὲν ἀναγκαῖος ὑπάρχει ὁ περὶ φαρμάκων λόγος, παντί που δῆλον· συνεζευγμένος ὅλῃ τῇ τέχνῃ, καὶ τὴν ἀπ᾽ αὐτῆς συμμαχίαν ἀήττητον παντὶ μέρει παρεχόμενος. καὶ διότι δύναται αὔξεσθαι κατά τε τὰς σκευασίας, καὶ τὰς μίξεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν παθῶν πειρασμούς.

Quod doctrina de medicamentis vtilis et expedita ſit, vnicuique manifeſtum; cum vniuerſa arte coniugatam, et per hoc eius commilitium ſe efficacem omni parti praebet; adeoque et augeri poterit ſecundum corporis conditiones, et temperies, et experimenta in morbis capta. DIOSC. *De Mat. Med.* I. Prooem. p. 3. ed. SARACEN.

i) Ἀεὶ κράτιστον ἐστί τ᾽ ἀσφαλέστατον.

Optimum, quod maxime ſecurum. PVBL. SYR.

Πάντων ἐκλέγεσθαι δεῖ τὸ βέλτιστον.

Ex omnibus ſeligendum eſt optimum. HIPP. *De Veteri Medicina.*

dum *alia* aequa vi in totum hominem agunt [k]), *alia* autem proxime ad partem affectam ſuas vires edunt, quo ſcilicet ad vitae leges illud omne aeſtimari poſſit, quidquid pharmacorum optima indicatione inuentum eſt, vt nec viribus hominis illa ſuperiora ſint eundemque affligant, neque vero ſint imbecilla, irritare valentia, ſed nihil perficere [l]), in quorum delectu ita ſeſe gerere medicus debet, ne vel meticuloſus ſibique parum confidens, vrgenti malo debile opponat auxilium [m]), vel, nimia temeritate delatus, medicinam tentet ambiguam, in qua ſub paruo errore magna noxa oriri poſſit [n]). Vt adeo

 de

k) *Δύναμις ἀφικνέεται καὶ ἐς ὀςέον, καὶ πάντα τὰ μόρια αὐτȣ̃, καὶ ἐς νεῦρον, καὶ ἐς φλέβα, καὶ ἐς ἀρτηρίην, καὶ ἐς μῦν, καὶ ἐς ὑμένα, καὶ σάρκα, καὶ πιμελὴν, καὶ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ μύελον, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ νωτιαῖον, καὶ τὰ ἐντάθι διὰ πάντα τὰ μέρεα αὐτῶν, καὶ πνεῦμα, καὶ ὑγρασίην: ἐς τρίχας, καὶ ἐς ὄνυχα καὶ τὴν ἐχάτην ἔνδοθεν ἐπιφάνειαν ἀφικνέεται.*

Efficacia peruenit ad os et omnes eius partes, et in tendinem, et in venam, et in arteriam, et in muſculum, et in membranam, et carnem, et pinguedinem, et ſanguinem, et pituitam, et medullam, et cerebrum, et medullam ſpinalem, et omnes vbiuis partes horum, et ad ſpiritum, et ad humores, in capillos inque ſummam viſcerum internam ſuperficiem peruenit. HIPP. *De Aliment.* §. 2. p. 593. T. I.

l) *Χρὴ ἐν τοσάυτῃ δίδοσθαι συμμετρίᾳ ποσότητος, πάσας τὰς δυνάμεις, ὡς μήτε τῷ πλήθει βλάπτειν τὸ σῶμα, μήτε δι' ὀλιγότητα νικᾶσθαι.*

Oportet in eiusmodi dari menſura quantitatis omnia medicamina, ne vel multitudine laedant corpus, vel ob paucitatem ſuperari ſe patiantur. GAL. *Simpl. Med. Facult.* V.

m) *Ἰσχυρότερα βοηθήματα.*

Fortiora auxilia. PAVLL. *De Re Med.* III. *με'.*

Δράσαντάς τι καὶ κινδυνεῦσαι, οἷς μὲν ἑτέρα ȣ̓χ ὑπάρχει τῆς σωτηρίας ὁδός.

Efficiendum aliquid etiam cum periculo eſt, ſi quibus nulla alia ad ſanitatem via eſt. GAL. *Meth. Med.* X.

n) *Δραςικὰ βοηθήματα, ἐν οἷσι, εἰ παροφθείη τι σμικρὸν, ἡ βλάβη μεγίςη δι' αὐτὰ γίνεται τοῖς νοσȣ̃σιν.*

de medicamenti ad vſum propoſiti viribus ſecuri eſſe poſſint medentes, *cognitis* vtendum eſt auxiliis, nec illis, quos artificum vaniloquentia, vt lucrum ex credulitate hominum caperent, ſpecioſis inſigniuit titulis [o]). *Sola naturae*, ait PLINIVS [p]), *placuerat eſſe remedia paratu facilia ac ſine impendio, ex quibus viuimus; Poſtea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuique homini venalis promittitur vita, ſtatim compoſitiones et mixturae inexplicabiles decantantur, Arabia atque India in remedio aeſtimatur, vlcerique paruo medicina e rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque coenet.* Illis quandoque vtendum, quae *ſimpliciora* ſunt, viribusque ſibi natura, non arte datis, ſuperbiunt, et ideo,

Draſtica (efficaciora) auxilia, in quibus, ſi neglectum quid in parua re eſt, noxa maxima per illa fit aegrotantibus. GAL. *De Venae Sectione.*

o) *Κάκιςα συγκέιμενα φάρμακα.*

Peſſima ſunt compoſita pharmaca. GAL. *De Simpl. Med. Facult.*

Περὶ συνθέτων φαρμάκων ἐκ ἀβασανίςως πιςεύειν ἅπασι τοῖς συγγράμμασι.

Circa compoſita medicamenta ſine examine haud credendum omnibus conſcriptionibus. GAL. Ib.

Οἱ μὲν ἑτέροις πιςεύȣσιν, οἱ δ' ἑκόντες ἄλλȣς ἐξαπατῶσιν.

Sunt, qui aliis credunt, ſunt, qui ex propoſito aliis imponunt. GAL. Ib.

Τὸ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδȣ ἀτέχνȣ δεικτικὸν, τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ πρήσσειν δὲ, καὶ ἀτεχνίης σημεῖον.

Specioſe dictum, nec re ipſa comprobatum, curationis modum arte vacuum indicat; nam affectare opinionem, nec perficere, ignorantiae argumentum eſt. HIPP. *De Decente Habitu.*

Κακῶς ἀναμιγνύȣσιν ἅπαντα, πολλαῖς φύσεσιν ἁρμόττον ἐπιτεχνήσασθαι βȣλόμενοι φάρμακον.

Male miſcent omnia, multis naturis conueniens conficere volentes pharmacum. GAL. *Meth. Med.* III.

p) PLINIVS *Hiſt. Nat* XXIV. 1.

ideo, quod *paratu* ſunt *facilia*, εὐπόριστα dicuntur q), operoſis medicamentorum elaborationibus, multis paraſangis praeferenda r); de quibus quandoquidem ad antiquorum mentem agere conſtitutum mihi eſt, oportet etiam me ad illorum doctrinam ſcriptionis capita ordinare. Sane, cum illis indicatio omnis vel ad *euacuationem*, vel ad *mutationem* directa ſit s), duo etiam, quae de *euacuantibus* atque *alterantibus* inſcribuntur, nunc apud omnes materiae medicae ſumma recepta ſunt capita, licet titulos fere totidem materia medica acceperit, quot effectus ſingula pharmaca vel praeſtant, vel praeſtare perhibentur t).

q) Ἡ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων παράδοσις τῆς τῶν ποικίλων ἀποδεκτοτέρα πέφυκεν, ὀ μόνον διὰ τὸ εὐπαρακολέθητον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ εὐπόριστον, καὶ διὰ τὸ αὐτῶν τῶν προσφερομένων ἑκάστε τὴν δύναμιν φανερὰν ὑπάρχειν τοῖς προσφερομένοις καὶ χρωμένοις, ἀπολελυμμένην καὶ ἀνεπίμικτον ἑτέρε γένες ὑπάρχεσαν.

Simplicium medicamentorum exhibitio, illa variorum, eſt acceptior, non tantum propter effectuum promptitudinem, ſed etiam comparationis facilitatem, et propterea, quod ſingulorum ex eiusmodi oblatis virtus cognita ſit et exhibentibus, et vtentibus, vtpote quae ſui iuris, nec mixta ex diuerſis generibus eſt. DIOSCORID. *De Paratu Facilibus Pharmacis*, Prooem. p. 1. ed. SARACEN.

r) Μηδὲν περιέργως ποιέειν, μηδὲ μετὰ φαντασίης.

Nihil ſuperuacaneo labore faciendum, nihil imaginaria ſapientia. HIPP. *De Decente Ornatu.*

Πολλαὶ πρὸς περιεργίην (ἰάσεις) φαίνονται γεγενημέναι.

Multae (curationes) ſuperuacaneo labore perficiuntur. *Ibid.*

s) Ἔνδειξις, ἀλλοίωσίς τε καὶ κένωσις ἐςίν.

Indicatio, mutatio vel euacuatio eſt. GALEN. *Ars Medica.*

t) Τὰ φάρμακα ἐκ τῶν ἔργων, ἃ πέφυκε δρᾷν, ἐλέχθη δυνάμεις ἔχειν, ἐν ἑαυτοῖς, ἀραιωτικὰς, καὶ πυκνωτικὰς, καὶ μαλακτικάς τε καὶ σκληρυντικὰς, ἐμπλαςικάς τε καὶ ῥυπτικὰς, ἑλκτικάς τε καὶ ἀποκρεςικὰς, ἔτι τε πρὸς τέτοις χαλαςικὰς, συντακτικὰς, ἀναςομωτικὰς, συνακτικὰς, παχυντικὰς, λεπτυντικὰς,

Vt ab illis exordiar, quae humores, corrigi neſcios, aut illos, in quorum correctione medicus nimis longus foret, educunt, pharmacis [u]) quidem et optimos quos-

κὰς, ἀνωδύνους, ὀδυνηρὰς, πεπτικὰς, ἐκπυητικὰς, διαφορητικὰς, ἱδρωτικὰς, καρωτικὰς, ναρκωτικὰς, ὑπνωτικὰς, ἐκστατικὰς, σηπτικὰς, καυστικὰς, διαβρωτικὰς, ἐσχαρωτικὰς, χυτικὰς, πιλητικὰς, κακοχύμους ἐπικεραστικὰς, καθαρτικὰς, σταλτικὰς, τραχυνούσας, λειαινούσας, ἐκφρακτικὰς, καὶ ἐμφρακτικὰς, καὶ πορρωτέρω προϊόντων ἔτι καὶ οἷον κατὰ μέρος ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν ἔργων ὀνομαζόντων, οὐρητικὰς, ἐμετικὰς, ὑπακτικὰς, λαπακτικὰς, ἐῤῥίνους, ἀποφλεγματικὰς ἐῤῥίνων ἀγωγὰς, καὶ ἐπισχετικὰς, ὡσαύτως δὲ καὶ γάλακτος καὶ σπέρματος ἤτοι γεννητικὰς ἢ σβεστικὰς ἢ προκλητικὰς ἢ ἐπισχετικὰς, ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅταν ἡπατικὰς τινὰς ἢ σπληνικὰς ἢ ὠτικὰς, ἢ ὀφθαλμικὰς, ἢ ὀδοντικὰς, ἰσχιαδικὰς, ἢ νεφριτικὰς, ἢ ποδαγρικὰς, ἢ ἀρθριτικὰς ἢ πλευριτικὰς, βηχικὰς, ἢ λιθονθριπτικὰς, ὀνομάζωσι δυνάμεις.

Medicamenta ex factis, quae praeſtare nata ſunt, dicta fuerunt habere virtutes in ſe attenuantes, incraſſantes, emollientes, compingentes, lenientes, purgantes, educentes, reuellentes, relaxantes, roborantes, aperitiuas, adſtringentes, inſpiſſantes, diluentes, dolorem ſedantes vel facientes, digeſtiuas, ſuppurantes, ſudorificas, aquam ducentes, ſomniferas, ſtupefactiuas, conſopientes, tumores extollentes, rodentes, vrentes, carnem abſumentes, cruſtam excitantes vſtione, craſſa fundentes, obſtruentes, prauam humorum craſin corrigentes, (epiceraſticas,) fluxum ſiſtentes, cutem reddentes aſperam vel leuem, deobſtruentes, infarcientes, et ſi in longum excedas et veluti ſingulam effectuum particulam nominare velis, vrinam mouentes, vomitorias, aluum ſubducentes vel emollientes, naſum emungentes, fluxus hos ſiſtentes, lac aut ſemen generantes vel extinguentes, libidinem prouocantes vel comprimentes, praeterea iecorarias, lienem mundificantes, auri, oculis, dentibus ſalubres, pro lumbagine aut renum doloribus, ad pedis, articulorum, pleurae dolores, tuſſim ſedantes, calculum atterentes, virtutes nominare poſſes. GALEN. *De Med. Fac.* V.

u) Φάρμακα κενοῦντα τὸ περιττόν.

Medicamenta ſuperfluum euacuantia. GALEN. *De Simpl. Med. Facult.* I.

quoſuis ſuccos educimus, ſi mole ſua grauant [x]); verum id, proprio ſenſu, *purgare* eſt, nocentes ſuccos educere [y]), hinc, quae illud efficere ſua textura poſſunt medicamenta, *euacuantia* appellantur, quorum vis in determinata, quam natura ſibi datam habent, acredine et organa excitandi efficacia conſiſtit; non tamen illa, quae ad ſingulos ſuccos directa ſit, ſed illa, quae ſequaces tantum educat, quicunque et quocunque in loco fuerint, relictis illis, qui maiore ſtimulo mouendi ſunt [z]). Ita, quae vrinas, eadem et menſes mouent [a]), eſtque effectuum, quae pharmacis intercedit, viciſſitudo perpetua, vt certis locis aut humoribus nullum deſtinatum eſſe dici poſſit. Quamuis autem, quo rebelles ac pertinaces magis humores in morbis ſunt, eo valentius pharmacum requiri videatur [b]); magna tamen vbique inque omnium euacuantium vſu adhibenda eſt cautio,

 ne

x) *Ὀνομάζω δὲ κένωσιν τῶν ἐκείνων, ὅταν ὑπερβάλλῃ τῷ πλήθει, κάθαρσιν δὲ, τῶν ἀλλοτρίων κατὰ ποιότητα.*

Appello *euacuationem* illorum, quando copia excedunt, *purgationem* autem eorum, quae qualitate peregrina ſunt. GAL. *Comm. ad Aph.* 17. *Libr.* II.

y) *Κάθαρσίς ἐστιν ἡ τῶν λυπούντων κατὰ ποιότητα κένωσις.*

Purgatio eſt eorum, quae ſua qualitate affligunt, excretio. GAL. *Comm. ad Lib.* I. *Aph.* 2.

z) *Τὸ φάρμακον πρῶτον μὲν ἄγει, ὃ ἂν αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ, ἔπειτα καὶ τ᾽ ἄλλα.*

Pharmacum primum ducit, quod ſuae naturae aequum eſt, deinde et alia. HIPP. *De Natura Hom.*

a) *Τὰ διουρητικὰ πάντα καταμηνίων ἀγωγά.*

Quae vrinas mouent, omnia menſes ducunt. PAVLL. *De Re Med.* I. *μξ*.

b) *Τοῖς δραστικοῖς χρώμεθα, ἢ πρὸς τὸ μεταγαγεῖν τὴν ὕλην, ἢ πρὸς τὸ μοχλεῦσαι διάθεσιν ἐσκιῤῥωμένην, ἢ πρὸς τὸ ἐξαγαγεῖν τοῦ σώματος τὸ ἐνοχλοῦν ὑγρόν.*

Efficacioribus (quae draſtica dicuntur) vtimur aut ad transuehendam aliorſum materiam, aut ad impactam fortius rem valenter mouendam, aut ad educendum ſubito fluidum, quod corpus valde affligit. PAVLL. VII. 4.

ne vtamur efficacioribus, at minus ſecuris [c]). Id quod, velut vbique fieri conſultum, ita maxime circa *ſelectum* optimum pharmacorum, primas vias, ventriculum puta atque inteſtina, euacuantium, obſeruandum eſt. At in nullo alio euacuante plus diſcriminis, quam in illo, quod ventriculum conuellit [d]), vomitumque mouet, occurrit, quandoquidem, paruo errore, ex medicina venenum fieri poteſt. Obſiſtunt etiam, quo minus vomitorium dari poſſit [e]), varia, obeſitas [f]), hernia, thoracis mala

c) Ἅπαντα κενωτικὰ, ὅταν τις ἀμετρώτερον αὐτοῖς χρήσαιτο, βλάπτοντα τὴν δύναμιν.

Omnia euacuantia, ſi quis illis ſine modo vtatur, laedunt vim vitae. GAL. *Meth. Med.* IX.

Τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων τὰ πλεῖστα ἑλκοῖ τὸν στόμαχον.

Valentiorum pharmacorum plurima vulnerant ventriculum. HIPP. *De Sterilit.*

Μέγας ὁ κίνδυνος ἐπὶ φαρμάκων καθαιρόντων δόσεσιν.

Magnum periculum in euacuantium pharmacorum determinatis, quantum ſingula vice capi oporteat, menſuris ſeu doſibus. GAL. *De Venae Sect. ad Eraſiſtrataeos.*

d) Ἐμετοποιέεσθαι τὴν ἄνω κοιλίην.

Ad vomitus ſuperiora verſus excitare ventriculum. HIPP. *Prorrh.*

e) Ἐμετικοῖς δὲ φαρμάκοις οὔτε ὑγιαίνουσιν ἐπιτρεπτέον, οὔτε τοῖς ὀξέως νοσοῦσι χρῆσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν χρονίων διαθέσεων, καὶ μοχλίας ἰσχυρᾶς δεομένων, ἐναντιοῦνται δὲ πτύσεσιν αἵματος, καὶ κακοστομάχοισι, καὶ πνιγμένοις.

Vomitum excitantibus pharmacis nec valentibus, nec acuto morbo correptis vti permittendum, ſed tunc, cum longae aegritudines ſunt magnoque impetu mouendi humores fuerint; Contraria autem vomitoria ſunt, ſanguinis ſputo et imbecillo laborantibus ventriculo, et anhelofis. PAVLL. VI. 10.

f) Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν.

Graciliores, hinc ad vomitum faciliores, ad euacuationem, quae ſurſum fit, commouere. HIPP. *Aph. Sect.* IV. 6. p. 82. T. I.

Τοὺς δὲ δυσεμέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω.

Qui ad vomitum difficulter mouentur, ideo, quod carnoſiores ſint, deorſum euacuandi. HIPP. Ib.

mala conformatio, aetas, grauiditas, alia. Singularis tamen medicamenti eſt, ſi debita cautione adhibetur, vtilitas, variorumque morborum, maxime illorum, quorum cauſſa in primarum viarum vitiis ponitur, curatio hoc optime perficitur g). Muniendus pingui re h) ventriculus eſt, ſi medicamentum

g) Πολλά τε καὶ ποικίλα ἄνω ἐξεμέμενα πολλῶν μελετωμένων νοσημάτων ἀπαλλάττει τὰς ἐξεμέσαντας.

Multa et varia per os eiecta multorum metuendorum morborum periculum auferunt, ſi vomitorio mature quis vtatur. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 16. p. 120.

Ἢν δὲ τεταρταῖος λαμβάνῃ, φάρμακα διδόναι ἄνω.

Si quartana inuaſerit, medicamentum, quod ſurſum purgat, exhibeto. HIPP. *De Affect.*

Κεφαλαλγία διὰ χολώδη χυμὸν, ἐμεθέντος ἐκείνου, παύεται παραχρῆμα.

Capitis dolor a bilioſo humore, hoc per vomitum reiecto, quieſcit ſubito. GAL. *De Locis Affect.* I.

Ἐμέτοισι χρῆσθαι (ἐν τῇ τῶν ἐπιμηνίων σχέσει) πρὸ τῶν ἡμερέων, ὧν μεμαθήκει τὰ ἐπιμήνια γίνεσθαι.

Vomitoriis vtendum (in obſtructione menſium) ante dies, quibus notum eſt menſes fluere debere. HIPP. *De Morb. Mul.* I.

h) Βραδυνόντων δὲ τῶν ἐμέτων, μελίκρατον δόντα πιεῖν, ἀναγκάζειν ἐμεῖν, σπαραττομένων δὲ αὐτῶν ἢ καὶ σπωμένων, ὑδρέλαιον διδόναι πιεῖν.

Tardantibus vomitibus, neceſſitas vomendi potu ex melle mixto facienda eſt, ſique nauſeant, et magnis ventriculi doloribus torquentur, bibenda detur cum oleo aqua. PAVLL. VII. *l.*

Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους, τοῖσι μὲν μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα.

Helleborum, ad vomitum vſuris, nec ſurſum facile purgandis, ante potum lubricanda ſunt corpora. HIPP. *Aph. Sect.* IV. 13. p. 83.

Ὅ, τε ἔμετος οὕτως εὐπετέστερος γίνεται, ἢν ἐσίῃ τι ὑγρόν.

Sic facile procedet vomitus, ſi aliquid humidi antea ingreſſum eſt. HIPP. *De Affect.*

Ἐμέτου λύσις, ὕδωρ θερμὸν διδόναι πίνειν καὶ ἐμέτω.

Vomitus ſolutio, calidam aquam bibendam dare, et vomat. HIPP. *Epid.* II. Sect. V. p. 707. T. I.

Συνεχ-

tum datur, magnaque circumſpectione atque ſolicitudine concilianda illi eſt potu pinguium vomendi facilitas, cum periculoſi quandoque effectus inepti vomitorii eſſe poſſint ac ſoleant [i]). Curta medicamentorum, quae vomitum cierent, medicis ex HIPPOCRATIS ſchola ſuppellex erat, et vtebantur illi potiſſimum elleboro, (noſtro albo [k]), an alio, dubium), forti ſane medicina, ipſisque veteribus ſuſpecta [l]). Bibebant ergo, vt ſecurius vomerent, tepidam, quod erat, *ſyrmaiſmo* vti [m]) aliisque mitiori-

Συνεργεῖ τοῖς ἐμέτοις τὰ πίονα τῶν κρεῶν.

Adiuuat vomitus pingue carnis iuſculum. PAVLL.

i) Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον.

Conuulſio ex helleboro letalis. HIPP. *Aph.* Sect. V. 1. p. 90.

k) Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους, ἄνω καθαίρεσθαι.

Per helleboros ſurſum purgari. HIPP. *Aph.* 13. Lib. IV. p. 83. Explicat GALENVS:

Οἱ ἐλλέβορον εἰληφότες λευκὸν δηλονότι· τοῦτον γὰρ ἁπλῶς εἰώθασιν ὀνομάζειν ἐλλέβορον.

Qui helleborum ſumpſerunt, album ſcilicet; hunc enim ſimpliciter ſolebant appellare helleborum.

Ἐλλεβόρῳ καθαίρειν ἄνω.

Helleboro purgare deſuper. HIPP. *De Affect.*

l) Τοῦ ἐλλεβόρου τὸν φλοιὸν κόψαντες καὶ σήσαντες μετὰ μελικράτου ἢ μέλιτι ἑφθῷ.

Hellebori ſaltim corticem tundentes et per cribrum transiicientes, mellis potu aut melle cocto miſcere. AETIVS Libr. VI. cap. 12.

Eundem modum, vomitorium ex elleboro praeparandi, adducit PAVLLVS VII. 1. et CONSTANTINVS *in Geoponico.*

Ὅτε τὴν συκῆν φυτεύσεις, ἔμβαλλε εἰς ἄκρας τὰς ῥίζας ἐλλέβορον μέλανα κεκομμένον ὁμοῦ τιθυμάλλου, καὶ ἕξεις τὰ σῦκα μαλακτικὰ γαστρός.

Si ficum plantaueris, inſere in extremas radices helleborum nigrum, cum eſula conciſum, et habebis ficus aluum emollientes.

m) Ἐμετοποιάσθω ἄνευ πλησμονῆς ἄνευ φαρμακείας. Χρήσιμοι οἱ νήστεις ἔμετοι, οὓς καλοῦσί τινες συρμαϊσμούς.

Vomi-

tioribus auxiliis euerrebant ventriculos, illis ſcilicet, quae non acredine, ſed repletione ſtomachum mouerent. Nihilo mitiora illis antiquorum vomitoriis, noſtra ſunt, ſi ab Ipecacuanha receſſeris, habentque ſingula veneni quidpiam, vt exquiſito regimine ad euertendas eorum noxas opus ſit. Clementius cum homine agunt, quae *aluum* mouent pharmaca [n]): Stimulos enim habent, ventriculi tunicae villoſae haud ſenſibiles, illamque nihil quidquam mouentes, ſed tenuium inteſtinorum cruſtae villoſae tantum graues, vt ab illis determinatum motus periſtaltici augmentum, quod excutiendis de canali alimentorum liquidis ſufficit, excitetur. Spontanei intra morbos euentus [o]), cum ventris deiectiones ſalubres eſſe docerent, euacuantium aluo pharmacorum vtilitatem et neceſſitatem comprobauerunt, vtpo-

Vomitus tibi moue, ſine ebrietate, ſine medicina. Optimi ieiuni vomitus, qui SYRMAISMI dicuntur. DIOCL. CARYST. *Epiſt. Prophyl. ad* ANTIGON. *Regem.* Erat autem SYRMAISMVS.

Ἐπιπίοντα ὕδωρ χλιαρὸν ἕτως ἐμεῖν.

Bibendo aquam tepidam vomere. *ibid.*

Ὁκόσαι ὀδύναι μὲν πρὸς τὰ ὑποχόνδρια καὶ τὴν καρδίαν, μελίκρητον ὑδαρὲς ποιέων ὅσον τρεῖς κοτύλας ὄξος παραχέας, δὼς πιεῖν χλιαρὸν καὶ ἐπισχὼν ὀλίγον χρόνον ξυνθαλφθεὶς πυρὶ καὶ ἱματίοισιν, ἐμέτω.

Quotiescunque dolores ad hypochondria et os ventriculi ſuperius, aquoſum mellis potum elaborans, tres aceti cotylas ſuperfunde, daque, vt bibat tepidum, ſeſeque contineat aliquantulum, ſtragulis et igne caleſcens, vomat. HIPP. *De Affection.*

n) *Καθαρτηρικὸν φάρμακον.*

Ventrem deiiciens medicamentum. HIPP. *Epid.* V.

o) *Ἐνίοτε καθαιρόμενοι, ἢ αὐτόματοι, ἢ ἀπὸ φαρμάκε, ἢν ἐν καιρῷ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θερμῆς ἀπαλλάσσονται.*

Aliquando purgati ſiue ſponte, ſiue pharmacis, ſi tale quid in tempore factum eſt, manifeſte et doloribus et calore leuantur. HIPP. *De Priſca Medicina.*

vtpote quae non inteſtina tantum, ſed et reſpondentia illis viſcera imi ventris, hepar [p]) et pancreas, liberant. Nocent tamen intempeſtiua [q]). In tempore data, febrium intermittentium [r]), hydropis ac cachexiae [s]) ſecurum ſunt auxilium. Neque vero minor in horum adminiſtratione adhibenda eſt prudentia. Nocent enim vehementiora, quorum vſum antiquitas abhorruit [t]). Quamuis enim duriores

p) Ἐκκενοῦσθαι μὲν δήπου χρὴ τοῦ ἥπατος ὅσον ἀθροίζεται κατ᾽ αὐτὸ τοῦ τε πικροχόλου χυμοῦ καὶ τῶν ἐκ τῆς φλεγμονῆς ἰχώρων. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς τοῦ διαῤῥύπτεσθαι μὲν τὸ κατὰ τὸ σπλάγχνον ἀγγεῖον, τὸν δὲ εἰς τὴν νῆστιν καθήκοντα πόρον ἀναστομοῦσθαι.

Euacuari nempe oportet, quidquid intra hepar colligitur et billioſi humoris, et corruptorum ex aliqua inflammatione ſuccorum. Hoc autem fieri nequit, niſi vaſa ipſius viſceris euacuentur, et qui ad ieiunum ducit, canalis aperiatur. GAL. *Meth Med.* XIII.

q) Ἤν τις ἐπιτεταραγμένῳ ἐόντι ἔτι μᾶλλον ταράξῃ, φάρμακον ἐμβαλὼν, οὐ θαυμά ἐστι ἐκ τῶν τοιούτων ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον.

Si quis intra motus criticos verſantem porro turbet, purgante illi medicamento dato, mirum non eſt, abinde hominem corrumpi. HIPP. *De Morb.* IV.

r) Κάτω δοῦναι ἐν αὐτῇ τῇ λήψει, ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ παύηται, δοῦναι τῶν πυρετῶν τὰ φάρμακα.

Deorſum ducens dare medicamentum ſub ipſa acceſſione, ſique abhinc non conſopiatur, contra febrem dare pharmaca. HIPP. *De Affect.*

s) Φάρμακα πιπίσκειν κάτω, ἐφ᾽ ὧν ὕδωρ καὶ φλέγμα καθαίρεται.

Medicamenta deorſum euacuantia dare, quae aquam et pituitam purgent. HIPP. L. cit.

t) Πολλοὶ ἀπώλλυντο ὑπερκαθαρθέντες.

Multi perierunt, vltra modum purgati. HIPP. *De Morb.* IV.

Αἱ δὲ περὶ τὴν κάτω κοιλίαν ἐκταράξιας διὰ φαρμακείας, φθείρουσαι καὶ τήκουσαι τὰ ὑποκείμενα, πλέονα ποιοῦσι περίττωσιν ἢ ἐξάγουσιν.

Immodicae imae alui per purgantia conturbationes, corrumpunt et abſumunt ſubiectas partes, et plus mali ſucci

res alui efficaciorem medicinam poſtulare videantur [u]); parcendum tamen vbique eſt tenerrimae inteſtinorum fabricae, ſatiusque fuerit, victu potuque [x]) tenui ventres ante emollire. Licet porro ſint ex humoribus, qui violentius duci velint, oporteatque, ad mentem veterum, ſingulis, prout pertinaces vel mobiles magis fuerint, ſingularia accommodari remedia [y]); ad aetates tamen, ſexum, corporis

ſucci faciunt, quam educunt. PLVTARCH. *De Praecept. Sanit.*

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

Super vehementi purgatione conuulſio aut ſingultus accedens, malum. HIPP. *Aphor.* Sect. V. 4.

Προνοητέον δὲ καὶ τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένων, ἐπιφερόντων δὲ κίνδυνον πολλάκις οὐκ ἧττον τῶν ἄλλων φαρμάκων, ὁποῖά ἐστιν τὰ προκείμενα, λέγω δή, ἐλλέβορος λευκὸς, θαψία, ἐλατήριον, ἀγαρικὸν τὸ μέλαν, πνιγμὸν γὰρ ἐπιφέρει ἢ ὑπερκάθαρσιν.

Intelligendum autem, qualia purgantia cum circumſpectione danda ſint, et periculum non minus aliis acrioribus medicamentis afferant, qualia ſunt ſequentia, ſcilicet, helleborus albus, thapſia, elaterium, agaricus niger; nam vel ſuffocationem, vel immoderatam purgationem afferunt. PAVLL. *De Re Med.* V. ξε'.

u) Γαστέρες ἀντεχόμεναι καὶ τῇσι φαρμακείῃσι οὐχ ὑπηκοῦσαι.

Ventres reſiſtentes et pharmacis haud obſequioſi. HIPP. *Epid.* IV.

x) Ἐν τοῖσι καθαρμοῖσι, σιτίοισι χρέεσθαι μαλθακοῖσι καὶ ὑποχωρητικοῖσι.

In purgationibus, cibis vtendum mollibus et vim aluum laxandi habentibus. HIPP. *De Morb. Mulier.* II.

Ἐς παράστασιν ἀγαγεῖν τὰ ὑγρὰ καὶ πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάζειν.

Ad promtum obſequium ducere humores, et ad excretionem praeparare. Sic explicat EROTIANVS in Gloſſ. HIPP. ad Voc. ὀργίσασθαι, p. 129. T. II. *Vehementer irritari.*

y) Τοῖσι χολώδεσι τὰ, ὑφ' ὧν χολὴ καθαίρεται, φλεγματώδεσι τὰ, ὑφ' ὧν φλέγμα, μελαγχολώδεσιν, ὑφ' ὧν μέλαινα χολὴ, ὑδρωπιῶσι δὲ τὰ ὑφ' ὧν ὕδωρ.

Bilioſis ea, a quibus bilis purgatur, pituitoſis ea, a qui-

poris ſingularem ſtatum, vires, morbi indolem, ita reſpiciendum in ſelectu purgantis medicamenti vbique eſt, vt certae cuidam claſſi pharmacorum certos humores dedicare haud poſſimus. Verum quidem eſt, *aquas hydropicorum*, ſi per vires licet, valentioribus ducendas eſſe pharmacis [z]), itidemque pituitam: Attamen, niſi viribus aegri penitus perſpectis, temere tentandum nihil eſt, cum ſint, qui tenui medicina commoueri poſſint efficacius [a]). Laudat antiquitas rheum [b]), aloen,

a quibus pituita, atram bilem habentibus illa, a quibus atra bilis, aqua tumidis ea, a quibus aqua. HIPP. *De Affect.*

z) *Ὕδωρ κενοῖ, κόκκος γνίδιος, εὐφόρβιον, κνίκυ σπέρμα, ἀμμωνιακῦ θυμίαμα.*

Aquas purgat coccognidium, euphorbium, cnici ſemen, ammoniaci thus. PAVLL. VII. *δ'.*

Ῥίζα ἀκταίας ἐν οἴνῳ, σκίλλα ὀπτὴ μετὰ μέλιτος ὡς ἔκλειγμα διδομένη.

Ebuli radix in vino, ſcilla toſta cum melle ſub linctus ſpecie data. Ib. III. *μη'.*

Praeterea leguntur paſſim apud Graecos, *ἐλλέβορος μέλας*, *elleborus niger*, *σκαμμωνία*, *τιθύμαλλος*, *conuoluulus purgans*, *ſcammonea* dictus atque *eſula*, de quibus refert GALENVS, *De Virtute Aliment.* III. *Κἂν αἰγὸς ἢ τινὸς ἄλλȣ ζώȣ νεμηθέντος σκαμμονίαν ἢ τιθύμαλλον, προσενέγκηται γάλα, ῥυήσεται πάντως ἡ γαστήρ. Et ſi caprae aut alicuius alius animalis, paſti ſcammonia et tithymallo, lac offeratur, fluet omnino aluus.* Hinc, *κολοκυνθίδος ἐντερεὼν*, *colocynthidis pulpa*, *ἐλατήριον*, *elaterium.*

a) *Τινὲς δ' ὑπὸ βραχείᾳ φαρμάκȣ πόσει δαψιλῶς καθαίρονται.*

Quidam a tenuis pharmaci vſu commode purgantur. GAL. *Comm.* I. *in* HIPP. *De Vict. Acut.*

b) Dubium non eſt, rheum DIOSCORIDIS *Mat. Med.* III. 2. p. 171. ed. SARRAC. noſtras eſſe, reſpondet patria, *γεννᾶται ἐν τοῖς περὶ βόσφορον τόποις*, *gignitur in locis trans boſphorum*, reſpondet color, *διαμασηθὲν, ἔνοχρον καὶ κροκίζον*, *cum maſticatur, flauum et croco ſimile*, *) reſpondet virtus.

*) Reſpondet etiam nota bonitatis, *ἐστὶ κράτιστον τὸ ἀτερηδόνιστον, optimum eſt, quod teredines non ſenſit.* G.

Ποιᾶ

aloen [c]), ſcillae acetum [d]), ammoniacae ferulae lacrumas [e]), ſuccos vegetabiles dulces, mannam, quae droſomeli veterum [f]), ipſumque mel,

Ποιεῖ δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις, στομάχου ἀτονίαν, ἄλγημα παντοῖον, σπάσματα, σπληνικοὺς, ἡπατικοὺς, νεφριτικοὺς, στροφουμένους, καὶ τὰ περὶ κύστιν, καὶ θώρακα, καὶ ὑποχονδρίων ἐντάσεις, καὶ τὰ περὶ ὑστέραν πάθη, ἰσχιάδας, αἵματος πτύσεις, ἄσθματα, λυγμοὺς, δυσεντερίας, κοιλιακὰς διαθέσεις καὶ θηρίων δήγματα. κ. τ. λ.

Facit autem, epotum ad flatulentiam, imbecillitatem ſtomachi, quemcunque dolorem, ſpaſmos, affectus ſplenicos, hepaticos, nephriticos, et torminoſos, et ad morbos circa veſicam, thoracem, hypochondriorum tenſiones, et circa vterum affectus, lumbagines, ſputa ſanguinis, anhelitus, ſingultus, dyſenterias, diſpoſitiones coeliacas, vermium morſus cet. DIOSCOR. ibid.

c) Περὶ πικρᾶς καλουμένης.

De dicta amara medicina.

Τὸ γὰρ φάρμακον τοῦτο ἅμα τῷ ἐκφράττειν, ἔχει καὶ τὸ ῥωννύειν τὰ σπλάγχνα δυνάμενον.

Medicina haec vna cum virtute aperiendi habet id, quod viſcera roborare poſſit. ALEXAND. VIII. 2.

d) Σκιλλητικὸν ὄξος καθαρτικὸν τοῦ σώματος βοήθημα, τὰ σκύβαλα καὶ οὖρα εὐέκκριτα καὶ εὐανάγωγα ποιεῖ: Οἶνος σκιλλητικὸς λεπτύνει τοὺς χυμοὺς καὶ ἐξαιρέτως τὸ φλέγμα.

Scilliticum acetum, purgans corporis auxilium, faeces et vrinas mobiles ducibilesque reddit. Vinum ſcilliticum attenuat ſuccos, et eminentius pituitam. GAL. *De Medicament. Paratu Facilibus II.*

e) Ἀμμωνιακὸν, ὀπὸς νάρθηκος, μαλακτικῆς ἐστὶ δυνάμεως.

Ammoniacum, ferulae ſuccus, emollientis virtutis eſt. GAL. *De Simpl. Med. Fac.* VI.

f) Γίνεται ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῶν φυτῶν, δένδρων, θάμνων, εὐρηθὲν, ὡς ὑπὸ τῶν γεωργῶν λέγεσθαι, παιζόντων, ὁ Ζεὺς ἔβρεξε μέλι, οἳ, ἐκτιταννῦντες ἐπὶ γῆς δέρματα καὶ σείοντες τὰ δένδρεα, δέχονται τὸ ἀποῤῥέον ἀπ᾽ αὐτῶν καὶ χύτρας καὶ κεράμια πληροῦσι τοῦ μέλιτος, ὀνομάζουσι δ᾽ αὐτὸ δροσόμελι καὶ ἀερόμελι.

mel [g]), fructus dulces, ficus [h]), dactylos [i]). Lactis vſus veteribus frequens fuit, quibus, et aluum lenire, et humores corrigere, quod *per epicraſin purgare* eſt, dicitur [k]). *Salium* quoque *natiuorum*, quae amaricant, effectus haud ignorauerunt [l]). Sed aluum excitare purgantibus velle, opportunum vbique in morbis haud eſt, ſuntque, quae illud fieri haud permittunt, conditiones, aegrotantium infirmitas,

Naſcitur in foliis plantarum, arborum, fruticum, inuentum, ita, vt agricolae per iocum dicant, Iupiter mel pluit, qui extendentes ſupra terram pelles, et concutientes arbores, accipiunt defluens ex illis, et ollas ac fictilia implent hoc melle, et appellant illud roſcidum mel aut mel aëreum. GALEN. *De Facult. Alim.* III.

g) Μέλι ὑγραίνει καὶ διαχωρέει τοῖσι χολώδεσιν.
Mel humectat, et aluum ſubducit bilioſis. HIPP. *De Diaet.* II.

h) Σῦκον χλωρὸν ὑγραίνει καὶ διαχωρέει καὶ θερμαίνει.
Ficus recens humectat, et aluum mouet, et calefacit. HIPP. Ib.

i) Δάκτυλοι, φοινικοβάλανοι, φοίνικες.
Dactyli, palmulae. GAL. *De Alim. Facult.* II.

k) Ἐπίκρασις, *Vitioſi ſucci curatio.* Τὸ μὲν ἓν γάλα τὸ ὄνειον καθαίρειν δύναται καὶ ἐπικεραννύναι. Lac aſininum purgare aluum valet, ſimulque humores corrigere. GAL. *Comm. in* HIPP. *IV. De Victu Acut.* Hinc ἐπικεραστικὰ medicamenta, quae aluum mouent, ſimulque vitia humorum eluunt.

l) Θαλάττια οἶνα πρὸς κοιλίας ὑπαγωγήν.
Vina marinis aquis temperata, ad alui ſolutionem. DIOSC. *Mat. Med.* V. 9. p. 326. ed. SARRACEN.
Τὰ ἁλμυρὰ διαχωρέει καὶ διουρέει.
Salſa et aluum et vrinas mouent. HIPP. *De Affect.*
Ἅλες διὰ τὴν ἀναμεμιγμένην αὐτοῖς πικρότητα ῥυπτικώτεροι καὶ διαφορητικώτεροι.
Sales, propter admixtam ſibi amaritudinem, purgandi et ſudores ſimul mouendi facultates habent. GAL. *De Simpl. Med. Facultat.* IV.
Ἐμβάλλειν ἅλας τῷ ὕδατι.
Salibus miſcendae aquae. GAL. Ib. I.

mitas, nobiliorisque, quae morbum ſolutura eſt, excretionis vigor. Hinc *clyſter* inuentus eſt, quo medicamentum imo ventri iniicitur, vt durae faeces emolliantur, ac flatibus via aperiatur, qui primarius huius pharmaci ſcopus eſt [m]): Et ſingulares ſane huius auxilii in variis morbis, non illis tantum, qui faeces induratas habent [n]), ſed illis etiam, quorum cauſſa in aliquo imi ventris viſcere ſedet [o]), eſt vtilitas, poſſuntque varii dolores, qui ex tenſione inteſtinorum propter flatus ac cruda ſtercora, ex renum etiam vitio [p]), naſcuntur, hac medicina

 con-

m) *Ὧν ἀσθενὴς ὢν ὁ στόμαχος οὐκ ἐπιδέχεται τὰ διὰ στόματος ὑπακτικὰ, τοῖς κλύσμασι χρηστέον.*

Quorum cum debilis ſit ventriculus, haud facile recipit ore data, quae ventrem ſubducunt, remedia, vtendum clyſmatibus. PAVLL. I. *μδ'*.

n) *Κοιλίας ἀπολελαμμένας, σμικρὰ δὲ μέλανα, σπυρατώδεα, πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι.*

Aluos adſtrictas et nigram caprinis ſtercoribus ſimilem faecem emittentes, cum malum vrget, atque neceſſum eſt relaxare. HIPP. *Prorrh.* Haec GALENVS ſic explicat:

Πρὸς ἀνάγκην, πραγματεύεσθαί τι τὸν ἰατρὸν ἢ διὰ κλυστῆρος ἢ διὰ βαλάνου· τὸ γὰρ, πρὸς ἀνάγκην, τοιοῦτόν τι σημαίνει.

Aliquid moliri debet medicus vel clyſtere, vel ſuppoſitorio; Nam *τὸ πρὸς ἀνάγκην* HIPPOCRATIS, illud ſignificat.

o) *Πολὺ ἐν τῷ κλυστῆρι τὸ τῆς ἀνασπάσεως, πρὸς τὸ μὴ μόνα τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ τὸ μεσέραιον ἐκκενοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος.*

Multum in clyſtere reuulſoriae virtutis eſt, ſiquidem non ea tantum, quae in ventre ſunt, ſed et meſeraeum, et ſimam hepatis partem euacuat. GALEN. *De Conſt. Med.* II.

p) *Παρηγοροῦνται τοῖς χαλαστικοῖς ἐνέμασιν οἱ κωλικοὶ παροξυσμοὶ μᾶλλον τῶν νεφριτικῶν.*

Con-

conſopiri, cuius tamen vſus eſſe debet parciſſimus[q]). Acria incoquenda illi haud ſunt, cum inteſtinum talia ferre haud poſſit, et ad iſtam medicinam dulce, oleoſum, iurulentum, ſufficit[r]). Audacior paullo, immiſſo

Conſopiuntur lenientibus clyſteribus inſultus colici, magis quam renales. GAL *De Loc. Affect.* VI.

Γαστρὸς κλύσμασι ὑπηκούσης ἀνίεται τὰ λυποῦντα.

Quamprimum clyſmatibus obſequioſa aluus eſt, remittunt ſeſe partes dolentes. ACTVAR. *De Spirit. Animal.* II. 15. p. 120.

Κλύσματι θερμὸν ἐνιέναι, ἢ μαλαχὴν ἐν ὕδατι ἑψήσας ἢ λίνου σπέρμα, ἢ βουκέρας, τούτων τινὶ ὑποκλύζειν μετ' ἐλαίου καὶ τούτῳ τὸ ἱκανὸν προσμίσγων, πλῆθος δὲ ἐνιέναι μὴ πολὺ, ὡς μὴ πιέζῃ τοὺς νεφροὺς τὰ πληρώματα τοῦ ἐντέρου.

Clyſmate immittenda eſt calida, coquendo maluam aqua vel lini ſemen et foenum graecum, cum his aliquo, vna cum oleo, cuius quantum ſatis, admiſcendum eſt, eluenda ſubtus aluus eſt, nec nimium eius iniici debet, ne plenitudo inteſtini renes affligat. RVFFVS EPHES. *De Veſicae Renumque Affect.* Cap. 4.

q) *Μὴ συνεχῶς τοῖς κλύσμασι χρέεσθαι, ἵνα μὴ τούτοις ἡ φύσις ἐρεθιζομένη τῆς αὐτομάτου ἐκκρίσεως ἐκλάθηται.*

Non continuo clyſteribus vtendum, ne natura irritata ſpontaneae excretionis obliuiſcatur. PAVLL.

r) *Ἕτοιμον ἔστω τὸ κλύσμα μὴ πάνυ τῶν θερμαντικῶν, ἀλλὰ τῶν διαλυόντων τὰς κόπρους καὶ τηκόντων.*

In promptu ſit clyſter, non omnino ex calefacientibus, ſed faeces diluentibus ac liquefacientibus. HIPP. *De Morb.* III.

Ἐκ μέλιτος καὶ ὕδατος ἐλαίου τε βραχέος συντιθέμενον κλύσμα.

Ex melle et aqua cum tantillo olei compoſitum clyſma. GAL. *De Method. Med.* VIII.

HIPPOCRATES *in acutarum febrium cura ita proponit: ποτῷ δὲ χρέεσθαι, μελικρήτῳ ὑδαρεῖ καὶ ῥοφήματι, χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέραν, κοιλίην δ' ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ, φάρμακα δὲ μὴ πρόσαγε.*

Potu vtendum, qui ex aqua et melle mixtus eſt, et ſorbitione ptiſanae, veſperi, aluum aperi ab initio clyſtere, ſed purgantia haud exhibeto. HIPP. *De Vict. Acut.*

immiſſo follibus [s]), vel vtriculis [t]) aëre, fuiſſe videtur antiquitas, niſi morbi grauitate certoque vitae periculo illud conſilium excuſari poſſet; In deſuetudinem certe deuenit *ventoſum clyſma*, cum metus ſit, ne venti intus compulſi vis inteſtina vehementer excruciet. Saepe, deſidendi conatum excitare *ſuppoſitoriis*, conſultum eſt, ſatiusque penes infantem eſſe, quo his, quam clyſmate, aluus ſollicitetur, HIPPOCRATES [u]) exiſtimat. Tunc etiam expe-

s) *Φύσαν χαλκευτικὴν ἐσιέναι καὶ φυσᾷν ἐς τὴν κοιλίην, ἵνα διαςήσῃς τήνδε κοιλίην καὶ τὴν τοῦ ἐντέρου σύςασιν, εἶτα πάλιν ἐξελὼν τὴν φύσαν, κλύσαι.*

Follem fabrilem immittere et inflare ventrem, vt ventrem diſtendas, et inteſtini contracturam, deinde iterum educens follem, clyſterem immittito. HIPP. *De Morbis* III.

t) *Ἐιλεὸς ὅταν λάβῃ, ἡ γαςὴρ σκληρὴ γίνεται καὶ διαχωρέει οὐδὲν καὶ ὀδύνη κάτω πᾶσαν τὴν κοιλίην ἔχει καὶ πυρετὸς καὶ δίψα, ἐνίοτε δὲ ὑπὸ πόνου ἐμέει καὶ χολήν. Τοῦτον χρὴ διϋγραίνειν καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, λούειν δὲ πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ πίνειν ὅσα τήν τε κοιλίην κινέει καὶ τὸ οὖρον ὑπάγει, καὶ ὑποκλύζειν, ἢν δέχεται· ἢν δὲ μὴ δέχεται τὸ κλύσμα, αὐλίσκον προσδήσας πρὸς ποδεῶνα ἀσκίου, φυσήσας ἐνιέναι τὴν φύσαν πολλὴν καὶ ἐπειδὰν ἀρθῇ τὸ ἔντερον ὑπὸ τῆς φύσης καὶ ἡ γαςὴρ, ἐξελὼν τὸν αὐλίσκον ἐνιέναι παραχρῆμα κλύσμα.*

Ileus quando aegrum inuaſit, aluus dura ſit, et nihil decedit, et dolor infra, omnem ventrem occupat, et febris, et ſitis; aliquando etiam prae dolore vomit bilem. Hunc oportet plurimum madefacere, et ab extra, et ab intra, et lauare multa ac calida, et bibenda illi ſunt, quae aluum mouent, ac vrinas ducunt; et clyſma ſubdere, ſi recipit: Niſi autem recipiat clyſterem, tubulum indito ad oſtium vtriculi, hinc ſufflando immittendus eſt aër multus, et ſi diſtentum ſic erit et inteſtinum a flatu, et venter, educto tubulo clyſter iniiciendus ſubito. HIPP. *De Affect.*

u) *Ἢν μὲν ἰσχύῃ καὶ ἀκμάζῃ ἡλικίᾳ, κλύσσειν· ἢν δὲ ἀσθενέςερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι.*

Si validus ſit et aetate prouectior, clyſtere aluus eluenda eſt; Si autem debilior ſit, ſuppoſitorio (quod glan-

expedit illis vti, quando faex dura ante oſtium eſt [x]), vel anus ipſe vitium in ſe habet, quod leniri oportet [y]), aut acri ſtimulo excitandus aeger eſt [z]). Eſt etiam in *externis* quibusdam *auxiliis* aluum molliendi virtus praeſtantiſſima. *Balnea*, abdomini circumfuſa, aluum, ſi ex ſpaſmo adſtricta eſt, hoc conſopito, aperiunt [a]). Si a ſcybalis, aluo expurgandis, receſſero, ſunt praeterea et alia intra inteſtinum, quae manere nequeunt. Purgantur adeoque

glandem vocant), vtendum. HIPP. *De Victu Morb. Acut.*

x) Βαλάνοις χρώμεθα, ποτὲ δι' ἀσθένειαν τῶν καμνόντων μὴ δυναμένων χρῆσθαι κλύσμασι, ποτὲ δὲ διὰ τὸ πρὸς τὸ ἀπευθυσμένον τὰ σκύβαλα εἶναι καὶ μὴ δεῖσθαι κλύσματος, μάλιστα ἐπὶ πυρετῶν σφοδρῶν καὶ διακαῶν, ἐφ' ὧν ἐπὶ βλάβης ἐστὶν ἡ τῶν κλυσμῶν χρῆσις.

Glandibus vtimur, aliquando ob infirmitatem aegrotantium non valentium vti clyſteribus, aliquando etiam ideo, quod prope ad rectum faeces conſtituantur, adeoque clyſmate haud opus ſit, maxime in febribus magnis atque ardentibus, in quibus noxius clyſmatum vſus foret. AETIVS *Tetrabibl.* III. ρξ'.

y) Γίνεται προσθετῶν χρεία πολλάκις, ἐπὶ τῶν ῥαγάδας ἐχόντων ἢ κονδυλώματα.

Suppoſitoriorum neceſſitas eſt penes illos, qui fiſſuras habent et tubercula. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. 3.

z) Χρώμεθα καὶ βαλάνοις πολλάκις, σκυβάλων χάριν ἐκκρίσεως, πλάσσεται δὲ βαλάνια ἐκ ῥητίνης τερεβινθίνης καὶ νίτρου καὶ κόκκου κνιδίου συμμέτρου, δῆξεις γὰρ ἐγείρει, διὸ χρηστέον τῷ μέρει ἐλαίῳ, ἔτι δὲ τὸ πύρεθρον ἢ πέπερι παραπλέκεται καὶ ἁρμόζει παραλυτικοῖς καὶ ἐστὶν ἐπιτήδειον παρέσεσιν αἰδοίου.

Vtimur glandibus ſaepe, faecum excernendarum cauſſa, componuntur autem glandes ex reſina therebinthi et nitro, et cocci gnidii mediocri parte; nam morſus excitat: propterea adiicienda olei pars eſt, aliquando et pyrethrum, et piper admiſcetur, et conuenit paralyticis, et conducibile eſt pudendorum laxitate afflictis PAVLL. I. με'.

a) Καὶ τὸ ἐγκαθίζεσθαι (τοὺς κωλικοὺς) κάλλιστον ἐστὶ βοήθημα.

In balneo ſedere colicos, optimum auxilium. ALEX. TRALL. IX. 1.

que *flatus*, eiiciuntur *vermes*. Ad *flatus* quod attinet, niſi a victu, de quo illi exſurgunt, aeger abſtineat *b*), ſine effectu tentabit ea, quibus recentius nomen *carminatiuorum* inditum eſt *c*), pharmaca, quae aromate acri aut aliqua virtute, ſpaſmos ſopiente, gaudent, aut ventriculum corroborant *d*). Satius eſt, ad cauſſas reſpicere, et acria diluendo *e*) flatuoſitatem auferre. *Vermes* autem fugare velle, non leuis forte res eſt. Irritati nocent, mortem

 ſuam

b) *Ὄσπρια πάντα φυσώδεα.*

Leguminoſa omnia flatulenta. HIPP. *De Vict. Morb. Acut.*

Τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ πίονα καὶ τὰ τυρώδεα καὶ μελιτώδεα, ὀξυρεγμίην ὡς μάλιστα παρέχει καὶ χολέρην καὶ στρόφον καὶ φῦσαν καὶ πλησμονήν.

Glutinoſa, et pinguia, et caſeoſa, et mellita, ructus acidos plerumque praeſtant, et choleram, et tormina, et flatus, et plenitudinem. HIPP. *De Morbis.*

c) *Φυσῶν καταῤῥηκτικά.*

Flatus depellentia. HIPP. *De Victu Morb. Acut.*

d) *Λεπτύνειν τὰ πνεύματα διὰ τῶν θερμαινόντων φαρμάκων προσήκει κυμίνου καὶ σελίνου, καὶ σπονδυλίου καὶ δαύκου, ὠφελέει δὲ καὶ τὸ καστόριον: σικύα δὲ εὐμεγέθης, περιλαμβάνουσα τὸν ὀμφαλὸν ἀθρόως, πολλάκις ἀπαλλάττει τὸ σύμπτωμα: Τὰς διὰ παχύτητα γινομένας πνευματώσεις οἶνος πινόμενος ἀκρατέστερος ὀνίνησιν.*

Attenuare flatus calefacientibus remediis decet, cumini, apii, paſtinacae, dauci ſeminibus. Conducit et caſtoreum: Cucurbitula magna vmbilicum amplexa tenaciter, ſaepe hunc morbum ſoluit. A pituita factos flatus vinum meracius conſopit. PAVLL. *De Re Med.* III. λη'.

Ὅσα τῶν σιτίων ἢ φῦσαν ἢ καῦμα ἢ δῆξιν ἢ πλησμονὴν ἢ στρόφον παρέχει, οἶνος ἐπιπινόμενος ἄκρητος ἀπαλλάσσει τῶν τοιούτων.

Quicunque cibi flatus, ventriculi ardorem, morſum et repletionem aut tormina praebent, ſuperpotum meracius vinum haec mutat. HIPP. *De Morbis.*

Σκόροδον θεραπευτικὸν φυσῶν.

Allium flatus ſanat. GAL. *De Victu Acut.*

e) *Ψυχρῷ ὕδατι τὸν στόμαχον αἰθόμενον ἐμψύξαι.*

Frigida aqua ventriculum tumidum refrigerare. ARETAEVS *De Cura Acut.* II. 4.

ſuam morſibus vindicant, deinde etiam occiſi computreſcunt f). Proinde iſtis, quae vermes iugulant, iuncta debent eſſe purgantia g). Ipſa natura vermibus bilem oppoſuit h): Quare ſimilia ſapore i) medicamenta vermes enecant; hinc graueolentia, acria, aſpera k). Conſulit PAVLLVS l) vermes ſubditis ventri dulcibus allicere atque deducere. Verum cum varia ſint vermium genera m), ad illam etiam differentiam reſpiciendum in cura aliquantulum eſt. Sunt

f) Ἐι δὲ αἱ ἕλμινθες σαπῶσαι κατὰ τὸ βάθος μὴ ἐκκρίνοιντο, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναθυμιάσεις ἐργάζοιντο, δεῖ ὑπεξάγειν αὐτάς.

Si vermes putreſcentes in cauo abdominis non euacuantur, peſſimos creant halitus, oportet ergo illos ſubducere. PAVLL. IV. νζ'.

g) Ἑλμίνθων κενωτικά.

Quae vermes euacuant. AETIVS *Tetrabibl.* I. Libr. 3. ρνς'.

h) Φθαρτικὰ τῶν ἑλμίνθων χολώδη μάλιστα περιττώματα.

Quae vermes deſtruunt, ſunt maxime excretiones bilioſae. PAVLL. L. cit.

i) Τὸ πικρὸν τὰς ἕλμινθας ἀναιρεῖ.

Amarum vermes enecat. PAVLL. Ib.

Σκιλλιτικὸν ὄξος, *acetum ſcilliticum*, contra vermes conſulit PAVLL. Ib.

k) Τὰ πρὸς ἕλμινθας, τὸ διὰ κέρατος ἐλαφείου, καὶ ἡδυόσμου, καὶ πεπέρεως.

Contra vermes medicina: de cornu cerui, et mentha, et pipere GAL. *Introd.* ſeu *Medicus.*

Χαμαιμήλου ἀφέψημα: Ἐλαφίου τοῦ κέρατος ῥίνημα.

Chamaemeli decoctum, cornu ceruini raſura. PAVLL. L. cit.

l) Πρὸς τὴν γλυκύτητα τοῦ μέλιτος αἱ ἕλμινθες ὑποβιβάζονται κάτω.

Ad dulcedinem mellis vermes deorſum compelluntur. PAVLL. Ib.

m) Τρεῖς εἰσὶ ἅπασαι τῶν ἑλμίνθων αἱ διαφοραὶ, μία μὲν ἡ τῆς στρογγύλης, ἑτέρα ἡ τῆς πλατείας, καὶ τρίτη, ἣν ἀσκαρίδα προσαγορεύουσιν.

Tres ſunt vermium differentiae, vna rotundorum, altera latorum, tertia eorum, quos aſcaridas appellant. Ib.

Sunt quidam ex illis, quos *aſcaridas* appellant; Hi oſtio inteſtini recti adſident, intra glandularum muciparum lacunas abſconditi, et taediofum, cum deſidendi deſiderio, pruritum excitant: Quos, immiſſis inteſtino amaris, melle, pinguibus, deſtruimus [n]).

In his aliisque omnibus, efficaciore medicina in homine perficiendis, opus omnino eſt, quo medentes, antequam magnum aliquod facinus agendum in ſe ſuſcipiunt, an, amica veluti aliqua compoſitione, hoc negotium confici poſſit, ſemper circumſpiciant, ſeduloque caueant, ne, quod molliter et ſecure effici poteſt, magna aliqua cum contentione perficiatur.

n) Ἁι ἀσκαρίδες εἶδός εἰσιν ἑλμίνθων σκώληξιν παραπλήσιον συνιστάμεναι περὶ τὰ ἔσχατα τοῦ ἀπευθυσμένου καὶ τὰ πρῶτα τοῦ σφιγκτῆρος, ἐπιφέρουσαι τῶν τόπων τούτων κνησμὸν ἰσχυρόν: Κενωτέον οὖν αὐτὰς, ἐπὶ μὲν τῶν νηπίων, βαλάνοις διὰ μέλιτος μετὰ μετρίων ἁλῶν ἢ νίτρου, ἐπὶ δὲ τῶν τελειοτέρων, ἀφεψήματι κενταυρίου ἢ ἀψινθίου, μετὰ δὲ τὰ κλύσματα ὑποχριστέον τὸ ἀπευθυσμένον ἀκακίᾳ.

Aſcarides ſpecies ſunt vermium, caſeorum vermiculis ſimiles, conſtituti ad extrema recti, ad initium ſphincteris, partibus his fortem inferentes pruritum. Euacuandi ſunt, apud infantulos, glandibus ex melle cum tantillo ſalium et nitri, penes adultos autem, centaurii et abſinthii decoctis in clyſmate, hinc inungendum rectum acaciae ſucco gummate, quod nunc arabicum,) eſt. Ib. ηα΄.

Ἀσκαρίδας κτείνει ἀξούγγιον παλαιὸν εἰς τὸν δακτύλιον καθιέμενον ἀντὶ βαλάνου.

Aſcaridas occidit pinguedo vetuſta, in inteſtinum rectum demiſſa, loco glandis. DIOSC. *De Euporiſtis* II. 68. p. 98. ed. SARACEN.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXIX.
DE
FONTE MEDICAMENTORVM REMOTAS VIAS PVRGANTIVM.

§. I.
DE VIIS POST PRIMAS ALIIS, QVAE EVACVATIONIBVS APTAE SVNT.

Qui circumuehuntur humores corporis aegroti, varias, quibus euacuari poſſint, vias inueniunt, tam illas, quae natura datae ſunt, quam nouas, quas aperire docuit vel ingenium, vel caſus, vel neceſſitas. Saepe enim, vbi morbus vrget, expectari nequeunt excretiones ſpontaneae, vtpote in quibus ſerum nimis auxilium futurum eſt, ideoque praeuertit naturam ars, et inſolitos fluidis parat exitus. Igitur canales liquidorum deductorii *vel ſuapte ſponte patent*, vel *manu perficiuntur*. Sunt enim corporis emunctoria in morbis vel *naturalia*, vel *artificialia*, dum felix artificum temeritas ſalutem aegrotis ex vulnere vel vlcere procurare docuit. Neutiquam autem eadem humorum, qui ſponte in morbis fluunt, et perpetua quaedam lex eſt, neque illis tantum, quibus ſani purgamur, ſeceſſibus morbi deiicitur materies. Non ſatis eſt, ſanguinem conſuetis locis dimittere, ſudare, lotia fun-

fundere, aliquando nares emungere, ſputare etiam, aut pulmonis purgamentum ſcreare; ſed admirabilis cum in opere ſuo natura eſt, ideoque ad certam aliquam agendi normam ſeſe vbique illa haud adſtringit, verum inſolitis ceteroquin locis, illis maxime, quae ſedi cauſſarum morbificarum reſpondent, cum aliqua etiam aegrotantium calamitate, peccaminoſos ſuccos [a]) aliquando educit. Adeoque *ſpontaneae*, quae intra morbos eueniunt, euacuationes vel *ſolemnes* ſunt, vel in ſolemnium, vbi illae defecerint, locum *ſurrogantur.* Praeterea, ſi ipſam materiem in morbis, ſalutis cauſſa purgandam, reſpicias, alia ea eſt atque alia: Siquidem mox *ſincerus* et *floridus ſanguis*, mox varii, qui ab illo ſurgunt, humores euacuantur, ſuntque liquidis morboſis, correctionem reſpuentibus, addictae viae, ſecundum haec, quae dicta ſunt, variae; *Sanguini* vterus tantum mulieris; (etenim nec in narium, nec in haemorrhoidum fluxu perpetuum quid eſt) *ſanguinis ſero limpidiori* cutis, dum ſudat vel halat; hinc renes, qui ſales cum re terrena atque pingui deiiciunt; *mucoribus* autem ſaliuales glandulae, tunica narium pituitaria, atque illa, quae vias reſpirationis ſuccingit, deſtinantur. Deinde quod ſecedere nequit, ſub varia ſpecie, mox ad contextus, qui extremis interſunt articulis, mox ad glandularum folliculos transfertur, ibidemque, relicto nobiliore viſcere, conquieſcit. Variis iſtis per euacuationem conualeſcendi modis animum ſi aduertimus, ſique nobiſcum perpendimus, qua ratione ſeceſſus, poſt prima-

a) Δέρματος, ἀκρέων, ὑποχονδρίων, ἄρθρων, ὄμματος, στόματος, χημάτων, ὕπνων, οἷα κρίνει.

Cute, *ſeceſſu* ad extrema, ad partes ſub coſtis ſitas, ad articulos, oculorum illacrumatione, ore, per totum corporis habitum, iis etiam, quae dormientibus fluunt, ſunt, quae iudicentur. HIPP. *De Humoribus* §. 3. p. 318. T. I.

primarum viarum diuerticula, reliquos arte adiuuare vel inſtaurare, atque illos illegales, qui hominem plus affligunt, quam iuuant, ſubſtitutis genuinis morbique naturae reſpondentibus, corrigere [b]) debeamus, officium medici, quod ille deficientibus naturae moliminibus praeſtat, eo redire intelligimus, quo ſanguinem per auxilia *haemagoga*, ſerum autem, et ſi quid illo plus conſiſtit, per *diaphoretica*, *diuretica*, *ſialagoga*, *ptarmica* atque *bechica*, ſi correctioni locus relictus porro haud eſt, educat, tandemque in auerſam ab afflicta partem noxium humorem, id quod euacuationis ſpeciem omnino ſiſtit, auertat per *antiſpaſtica*. Hoc ſchemate euacuantium, ad remotas vias attinentium, idea ſiſtitur.

§. II.
DE HAEMAGOGIS PER VVLNVS.

Etiamſi ſecurius eſt ac legi naturae conuenientius, ſanguinem per vias in morbis purgari, quibus ille educitur valentibus; Etiamſi quoque ſanguinis, quae cordi reſiſtit, copia lento aliquo decremento per victum tenuem motumque corporis liberaliorem abſumi ſenſim poſſit [c]); ea tamen in morbis veloci-

b) *Ὁμαλῦναι τὰς ἀνωμαλίας.*
In rectum reducere atque aequare erroneum.

c) *Οἷς σύνηθες διὰ μυκτήρων ἢ αἱμοῤῥοΐδων αἷμα φέρεσθαι εἴωθεν, ἀλόγως ὧδε τοῦ αἵματος ἐπισχεθέντος, ἢ τοὺς συνήθεις ἀναστομοῦν προσήκει πόρους, ἢ χάσεσι φλεβῶν τὸ πλεονάζον κενοῦν, εἰ μή που γε πλείοσι γυμνασίοις ἀναλισκομένου τοῦ περιττοῦ ἢ τροφαῖς ἐλάττοσι κολαζομένου οὐ κατεπήγει τῶν κενώσεων χρεία.*

Quibus ſolemne eſt, per nares aut venarum ora, quae haemorrhoidas vocant, ſanguinem conſuetum ferri, vbi circa iſtas vias praeter rationem ſanguis continetur, aut meatus ſanguini ſolemnes aperiri, aut inciſionibus venarum, quod abundat, vacuari conuenit, niſi forte, exercitiis ablato ſuperfluo, aut illo per tenues victus exinanito, haud adeſt euacuationis neceſſitas. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* II. 15. p. 121.

locibus eſt ſanguinis, erga cor nitentis, vaſa vehementer diſtendentis et effuſiones incongruas minitantis copia, et, vbi febris acceſſit, in vtroque motu, tam inteſtino, quam progreſſiuo, petulantia, vt illius particulam, vena ſecta, vel vulnuſculis in cute factis, ſubtrahi oporteat quam celerrime, vtpote qua ſanguinis eductione ad robur, vaſis a tenſione humorum laxatis, reddendum d), adeoque ad nouum ſanguini quieſcenti motum imprimendum, qui, ſanguine arterioſo erga venam ſectam e) fortius delato, nunc conſequitur, proinde ad *antiſpaſin* ſeu *reuulſionem* a parte affecta conciliandam f) nihil poteſt eſſe efficacius.

§. III.

DE INDICATIONE AD VENAE SECTIONEM.

Plurimum autem, quod Venae ſectionem debito tempore rectoque modo adminiſtrandam concernit, intereſt, quo, qui artem exercet, per vim opti-

d) *Χρὴ σπεύδειν ἀφαιρεῖν τοῦ ἅιματος ὅπως ἡ τῶν ἀγγείων φύσις ἐν τῷ διαπνεῖσθαί τε καὶ ῥιπίζεσθαι τὴν φυσικὴν εὐκράτειαν φυλάττουσα κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς τρόπον ἐπικρατῇ τῶν χυμῶν.*
Feſtinandum eſt, quo ſanguis auferatur, vt vaſorum vis natiua, tranſpirando et ſordes eiiciendo, debitum robur ſeruet, et, id quod ſtatim a primordio morbi faciendum eſt, humoribus ſuis reddatur ſuperior. GAL. *Method. Med.* IX.

e) *Κενούμεναι αἱ φλέβες ῥᾷον παραδέχονται τὸ παρεμπεπτωκὸς αἷμα εἰς τὰς ἀρτηρίας.*
Euacuatae, per ſectionem, venae facilius in ſe recipiunt propulſum in arterias ſanguinem. GAL. *De Venae Sect. ad Eraſiſtrataeos.*

f) *Ἀντισπαστικῷ βοηθήματι χρώμενος οὐκ ἴσθι δραστικώτερον ἀντισπάσεως, φλεβοτομίας.*
Reuulſorio auxilio vſurus, non noueris efficacius ad reuulſionem, venae ſectione. GAL. Ib.

optimae indicationis [g]) euacuatoriae, ſanguinis educendi neceſſitatem et vſum, hinc illius, ſi praeter inſtitutum miſſus fuit, damna recte perſpiciat. Igitur, quicunque morbus ex ſanguinea vaſorum plenitudine oriundus vel imminet, vel inchoat, maxime ſi inflammatoriae fuerit indolis [h]), ſiue celer ſit, ſiue tardus; quicunque etiam, ex vtroque hoc morborum genere, a ſolemnis alicuius fluxionis ſanguineae impedimento [i]) originem traxit, ſanguinem educi imperat, idque eo peragendum eſt confidentius, quo vel aetate prouectior, vel viribus locupletior aegrotus fuerit [k]). Igitur a morborum acutorum primordio, cum vires conſtant [l]), cumque

g) Conf. Specimen XXIV. *De Indicatione Euacuatoria.*

h) Ἐι μὲν ἦν αἱματικόν σοι φανείη τὸ τὴν φλεγμονὴν ἐργασάμενον αἴτιον, τέμνειν χρὴ τὴν φλέβα

Si ſanguinea cauſſa eſt, quae inflammationem effectura videbitur, venam ſecari oportet. ALEX. TRALL. II. 1.

i) Διαιρεῖν τὴν φλέβα μάλιςα περὶ αἱμοῤῥοΐδων ἐπισχομένων καὶ γυναικείας καθάρσιος.

Diuidenda vena eſt, maxime cum haemorrhoides et muliebris purgatio oppreſſae ſunt. GAL. *De Venae Sectione* c. 11. p. 440. T. X.

k) Ἐι δὲ καὶ ὁ νοσῶν ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν καὶ ἡ δύναμις ἐῤῥωμένη φαίνοιτο, καὶ πλέονος ἀφαιρεῖν (τοῦ αἵματος) δεῖ θαῤῥούντως.

Si inſuper aegrotus aetate prouectior fuerit, et vis vitae valida appareat, etiam aliquantulum plus ſanguinis confidenter auferendum eſt. ALEX. TRALL VII 1.

l) Ἅπαντας τοὺς πυρέττοντας ἐν ἀρχῇ μὲν φλεβοτομήσεις, ἐὰν ἰσχυροὶ τὴν δύναμιν ὦσι

Omnibus febrientibus ab initio morbi ſanguinem mittas ex vena, ſi valentes robore fuerint. GAL. *Method. Med* XIV.

Φλεβοτομίαν ἐν ἀρχῇ μὲν κρίνουσιν οἱ νεώτεροι μέχρι τῆς τρίτης, οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ μετὰ τὴν τρίτην παραλαμβάνουσιν, ἐὰν τὰ τῆς δυνάμεως ὑφεςήκει καὶ τὸ νόσημα ἀπαιτεῖ.

Venaeſectionem quidem recentiores ab initio febris ad tertium vsque diem inſtitui debere arguunt; Sed vete-

que excretiones criticae, quatenus illae morbum ſoluere poſſunt, nondum vigent, ſanguinis matura, ſaepe larga, et ex amplo vulnere [m]) inſtituenda eſt euacuatio.

§. IV.

DE VENAE INCIDENDAE SELECTV.

Non deſunt, qui perinde eſſe putent, quacunque vena inciſa ſanguis fluat; neque ob circuli ſanguinis velocitatem multum adeo intereſt, num propiorem parti afflictae, vbi reuellendum quid eſt, an remotiorem ab illa venam inciderimus, ſi *vel* optio haud datur, atque illa ex multis capienda vena eſt, quam ferire commode poſſumus, *vel* deplendi animo, cum cauſſa nullibi fixa haeret, ad hoc negotium gerendum deſtinamur. Enimuero leges hydraulicae docent, impetuoſius celeriusque ſanguinem arterioſum a tergo irruere, eoque efficacius a venis deglutiri quieſcentem in minimis arteriis ſanguinem, ſi vena parti affectae propior, quae arterias, afflicto loco reſpondentes, fluxu ſuo concitare poteſt, vulneratur [n]).

§. V.

veteres illam etiam poſt tertium diem ſuſcipiunt, ſi robur conſtat, et morbus reſpondet. GAL. *Introduct. ſeu Medicus.*

m) *Φλέβες ἁι ταχέως ἐκκενῦσαι τὸ πλῆθος.*

Venae cito euacuent plenitudinem. GAL. *De Venae Sectione*, c. 10. p. 439.

n) *Ἰατρῶν τινὲς ὀυδὲν διαφέρειν φάσκουσι ὁποίαν ἄν τις ἐθέλοι τέμνειν φλέβα, κενοῦσθαι γὰρ ἐξ ἑκάστης ὁμοτίμως τὸ πᾶν: Τινὲς δὲ πάμπολλα ἡγούμενοι καὶ παρὰ τοῦτο γίνεσθαι διαφοράν· ἐνίας μὲν γὰρ ἀυτῶν θᾶττον, ἐνίας δὲ ἐν χρόνῳ πλέιονι τὸ πεπονθὸς μέρος ἐκκενοῦν.*

Ex medicis quidam nihil differre dicunt, quamcunque quis venam ſecare voluerit; Ex vnaquaque enim aequaliter omnem euacuari ſanguinem. Quidam autem omnino putant differentiam conſtitui; Quasdam enim

§. V.

DE HIRVDINVM VSV AD EXTRAHENDVM SANGVINEM.

Primaeui mortales, ſuis haud raro damnis edocti, nocentes res in vſus humanos conuertere didicerunt;

enim venas celerius, quasdam autem tardius affectam partem euacuare. GALEN. *De Venae Sectione.*

Τὰς ὠμιαίας φλέβας ἐπὶ τῶν ἀνωτέρων μερῶν τȣ̃ θώρακος πασχόντων (τέμνειν χρὴ) ὅσα κατωτέρω τȣ́των ἐςὶ, ταῖς ἐπ' ἰγνύων τε καὶ σφυρῶν ὑπακȣ́ȣσιν.

Venas ad humerum, partibus deſuper ad thoracem poſitis afflictis, ſecari oportet: Si quae his inferiores ſunt, ad poplitem et malleolos poſitis venis obediunt. GAL. Ib. c. 19. p. 448.

(Ἐν τοῖς τȣ̃ θώρακος παθήμασι) ξυμφέρει τὴν φλέβα ἀποχάσαι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τὴν σπληνίην καλεομένην ἢ τὴν ἡπατικήν.

In thoracis affectibus conuenit venam ſecare, quae ad manum eſt, licnarem dictam aut hepaticam. HIPP. *De Morbis* II.

Ἐνδειξαμένης τῆς ἐπισχέσιος καὶ τῆς ἐπὶ μήτραν ῥοπῆς, τὴν κένωσιν, τὴν παρὰ σφύραν τέμνειν φλέβα.

Vbi indicatio a retentione aut aliqua erga vterum humorum deſtinatione ad euacuationem deſumitur, illam, quae ad malleolum eſt, venam ſecari oportet. GAL. *De Venae Sectione ad Eraſiſtrataeos.*

Αἱ τῆς μήτρας φλεγμοναὶ, ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς σκέλεσι φλεβῶν τεμνομένων ὠφελȣ̃νται.

Vteri inflammationes, a ſectis in cruribus venis, iuuantur. GALEN. *De Venae Sectione.*

Ἂν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὀδύνη καὶ σκοτοδίνη ἐμπίπτει ἐς τὴν κεφαλὴν, ὠφελέει, ἢν αἷμα ἀφαιρεθῇ ἀπὸ μυκτήρων ἢ ἀπὸ τῆς φλεβὸς τῆς ἐν τῷ μετώπῳ.

Si alio alioue modo dolor et vertigo in caput incidit, prodeſt, ſi ſanguis ex naribus vel ex venis ad frontem auferatur. HIPP. *De Affectibus.*

Τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποχᾳ̃ν.

Venae ſub lingua quandoque incidendae ſunt. HIPP. *De Morbis* II.

Τὰς τυφλωθείσας αἱμοῤῥοΐδας ἀναςομȣ̃ν.

Aperiendae ſunt haemorrhoides coecae. GALEN. *De Simpl. Med. Facult.*

cerunt; atque hoc cum *ſanguiſugis*, quas etiam *hirudines* appellant, animalculis paluſtribus, ita omnino contigit, vt, cum illas proboſcidem ſuam in cutem hominis atque animalium abdere et ſanguinem de vulnuſculo ducere poſſe intelligeretur, qua ratione brutis animantibus ſaepe venenum ſunt o), putaretur etiam, ſanguinem, in aliqua corporis parte quieſcentem p), exſugere illas poſſe vtiliter, et euentus quidem experimento reſpondit, omnisque antiquitas ſanguiſugis ad varios fines vſa eſt, veluti PLINIVS q) docet: *Diuerſus hirudinum, quas ſanguiſugas appellant, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt. Quippe eadem ratio earum, quae cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda ſanguine, ſpira-*

o) *Magnam etiam ſaepe perniciem affert hirudo hauſta cum aqua; ea adhaerens faucibus ſanguinem ducit, et incremento ſuo tranſitum cibis praecludit.* COLVMELLA VI. 18.
Cruciatum in potu maximum ſentiunt animalia, hauſta hirudine, quam ſanguiſugam vulgo appellari coepiſſe aduerto. Haec, vbi in ipſo animae canali ſe fixit, intolerando afficit dolore. C. PLINIVS SECVNDVS *Nat. Hiſt.* VII. 10.
Βδέλλας δὲ τὰς καταποθείσας σὺν τῷ ὕδατι καὶ προσφυομένας τῇ καταπόσει, διαγνώσῃ μὲν ἐκ τοῦ οἷον ἐκμύζοντας κοιλίας τὸ στόμα καὶ δάκνεσθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ αἷμα πτύουσιν ἀνθηρὸν ἀναχρεμπτώμενοι, τῷ βρόγχῳ προσφυεισῶν τῶν βδελλῶν.
Hirudines autem cum aqua epotas et oeſophago adhaerentes cognoſcas ex eo, quod ventriculi os veluti ſugatur et mordeatur, aliquando etiam ſanguinem ſpuunt floridum ſcreando, cum fiſtulae reſpirationis capiti, quod bronchum vocant, hirudines adhaeſerunt. PAVLL. V. λξ.

p) *Αἱ βδέλλαι οὐ τὸ ἐν τῷ βάθει ἕλκουσιν αἷμα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ προσκείμενον τῇ σαρκὶ ἐκμύζουσιν. χρώμεθα δὲ αὐταῖς ἀντὶ σικυΐων.*
Hirudines ex profundo ſanguinem haud ducunt, ſed ſaltim illum, qui carni proximus eſt, inſugunt. Vtimur autem illis loco cucurbitularum. GAL. *De Sanguiſugis* c. 1. p. 454. T. X.

q) *Hiſt. Nat.* XXII. 10.

ſpiramenta laxanda, iudicatur; ſed vitium, quod, admiſſae ſemel, deſiderium faciunt circa eadem tempora anni ſemper eiusdem medicinae. Multi quoque podagris admittendas cenſuere. Decidunt ſatietate, aut pondere ipſo ſanguinis detractae, aut ſale adſperſae. Aliquando tamen affixa relinquunt capita, quae cauſſa vulnera inſanabilia facit, et multos interimit, ſicut MESSALINVM *ex conſularibus patriciis, cum ad genua admiſiſſet. Inferunt virus, maximeque rufae ita formidantur. Ergo ſugentium inferiora forficibus praecidunt, ac veluti ſiphonibus defluit ſanguis, paullatimque morientium capita ſe contrahunt, nec relinquuntur.* Magna hodienum ſanguiſugarum eſt in educendo ſanguine, qui intra tumentes venarum haemorrhoidalium externarum varices haeret, celebritas, atque illa medicina, etiamſi morbum non ſanat, leuat tamen eundem et conſolatur.

§. VI.

DE SCARIFICATIONE VTI DEPLETORIO SANGVINIS AVXILIO.

Cutem frequentibus concidere vulnuſculis, et vaſa vtriusque generis cutanea tam arterias, quam venas, ſane exiguas, diſcindere, atque ex illis, admota, quam lampadis igniculus aëre vacuauit, cucurbitula, ſanguinem ducere, eſt *ſcarificare,* exemplo medicinae ex arbore in hominem translato. His enim, docente PLINIO [r]), *ſucco emiſſo, quaedam veluti detractio fit ſanguinis, et ſcarificatio quaedam in remediis eſt, macie corticis ex aegritudine adſtringente ſe, iuſtoque plus vitalia arborum comprimente: Exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris deducunt, et veluti cutem laxant. Magnaque ex parte ſimilis hominum medi-*

r) *Hiſt. Nat.* XVII. 26.

medicina et arborum eſt. Etiamſi autem aliqua ſanguinis ſui parte [s]) leuare hominem, conciſa cute, poſſumus; vera tamen iſtius medicinae vtilitas in propinquitate vulnerum ad partem, cui mederi in animo eſt, ponitur, cum vel ab inflammata parte aliquid, ſecundum collateralium vaſorum leges, reuocamus, et reſiſtentiam, cordi natam, ſubducta prope ſanguinis parte, tollimus, vel limites, vltra quos putredo gangraenoſa ſerpere haud poſſit, recente vulnere figimus, vel venenum ex morſu animalis rabidi, ne ad cor procedere poſſit, diſſectis vaſis, coërcemus, et particularem locorum plethoram ſcarificatione [t]) imminuimus, ſi, quae ſub palpebris eſt, pelliculam vulneramus [u]), quo ophthal-

s) Ὁκόσον ἂν ἐκ φλεβὸς πολλὸν ἐκρῇ, τόσον διὰ τῶν συκυΐων ἀφαιρέειν αἷμα.

Quantum ex vena fluit, tantum ſanguinis per cucurbitulas auferendum. ARET. *De Curatione Morborum Diuturn.* I. 3. p. 118. ed. BOERH.

t) Ἐγχαράζομεν μέρη τοῦ σώματος ἤτοι φλεγμαίνοντα, ἢ τεταμένα, ἢ ἐπωδύνως ἔχοντα, ἢ ῥευματισθέντα, ἤδη στάσιν εἰληφότος τοῦ ῥευματισμοῦ, ἢ δριμείας ὕλης παρακειμένης, ἢ ἰώδους δυνάμεως ἔξωθεν ἐμπεσούσης, ἢ βουλόμενοι μεταγαγεῖν ἐξ ἑτέρων μερῶν εἰς ἄλλο τὴν ὕλην, αἱμοῤῥοΐδων ἐπισχεθεισῶν ἐγχαράσσωμεν σκέλη. ὠφελεῖ δὲ ἡ ἐγχάραξις καὶ ὀφθαλμοὺς χρονίως ῥευματιζομένους.

Scarificamus partes corporis, ſiue inflammatas, ſiue ſpaſmo tactas, ſiue dolore afflictas, aut fluxione tentatas, aut fixo rheumate affectas, aut acri materie prope decumbente, aut venenata facultate aliqua forinſecus illapſa, aut vbi ex aliis locis in alium materiem transducere volumus; vbi haemorrhoides oppreſſae ſunt, crura ſcarificabimus. Iuuat etiam ſcarificatio oculos diuturno rheumate afflictos. GALEN. *De Hirudin. Cucurb. Scarificatione* c. 4. p. 455. T. X.

u) Totam hanc chirurgiam ex antiquitate omni erudite expoſuit vir immortalis memoriae IO. ZACHARIAS PLATNERVS *Diſſ. De Scarificatione Oculorum*, Lipſ. 1728. *).

miae medeamur, ſi gingiuas, vti PLINIVS [x]) vult, aliasque partes, ex plethora dolentes, cruentamus, eſtque tam toti homini, quam variis eius partibus auxilium euacuans, ſcarificatio.

§. VII.
DE SANGVINE PER ARTERIAS SECTAS VACVANDO.

Etiamſi haud deſint argumenta, quae ſanguinis *per arteriam ſectam* mittendi excellentiam dubiam reddere poterant, ſiquidem beneficium, quod ex arteriotome reſultat, aliud, quam quod ex vena ſecta prouenit, eſſe vix poteſt; non tamen rationibus deſtitutus eſt GALENVS [y]), cum arteriam ſecari

*) Prae ceteris vero docte, vt ſolet, Ill. TRILLERVS in Exerc. VI. *De Scarificat. et Vſtione Oculor. ab* HIPP. *deſcripta*, p. 463. et Exerc. VII. *De Scarif. Oculor. Hiſtoria, Antiquit. et Origine*, p. 485. T. I. Opuſc.

x) *Dentium dolores ſedantur, oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis; paſtinacae quoque radio ſcarificare gingiuas, eſt in dolore vtiliſſimum. Hiſt. Nat.* XXXII. 7.

y) Οὕτω δὴ καὶ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους ἀρτηρίας, καὶ τὰς τῶν ὤτων ὄπισθεν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς διαιρεῖν, τὰς μὲν ἐν τοῖς κροτάφοις, ἐπὶ τοῖς ἐν ὀφθαλμοῖς ῥεύμασιν, τὰς δὲ ὄπισθεν τῶν ὤτων ἐπὶ σκοτωματικοῖς μάλιστα, καὶ ὅσοι χρονίοις ἀλγήμασι κεφαλῆς θερμοῖς κάμνουσι. ἤδη δὲ καὶ δι' ἄλλα πάθη περὶ τὴν κεφαλὴν συνιστάμενα χρόνια κέχρηνταί τινες ἀρτηριοτομίᾳ τῶν ὤτων ὄπισθεν. — Ἀλλὰ διὰ τὸ δυσεπίσχετον τῆς ἀρτηρίας οὐ τολμῶσιν οἱ ἰατροὶ διαιρεῖν τὰς ἀρτηρίας· τὰς μὲν οὖν ἀξιολόγους κατὰ τὸ μέγεθος ἀρτηρίας διὰ ταῦτα φεύγουσιν οἱ ἰατροί. — Ἡμῖν ὤφθησαν οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἐπιφέρουσαι μετὰ καὶ τοῦ συγκλεῖσθαι χωρὶς ἀνευρίσματος, καὶ μέν τοι, κἂν μείζων ἀρτηρία συγκλεῖται, καὶ αὐτὴ χωρὶς ἀνευρίσματος διαιρεθεῖσα πᾶσα. GAL. *De Curatione per Venae Sectionem* c. 22. et 23. p. 450. ſequ. T. X. vbi etiam, qua ratione, per inſomnium monitus, coxae dolores, ſecta arteria digitali curauerit, deſcribit.

Ita

cari praecipit. Extinguuntur enim, praeciſo arteriae ramo aliquo, omnes ſurculi, qui ad partem inflammatam tendunt; Igitur pulſus arterioſus intra afflictam partem deletur, atque abhinc inflammationum rationes minuuntur. Secuerunt autem veteres varias corporis arterias. Illas enim, quae ad tempora ſub cute procedunt, *oculorum cauſſa;* eas, quae poſt aurem iacent, *vertiginis curandae* ergo; iſtas denique, quae ad latus digitorum adſcendunt, *ob coxae dolores*, diſſecari ſueuiſſe *Pergamenus*, *adducto loco,* memoriae tradidit, atque, quid noxae ex aliqua arteria male ſecta euenire poſſit, ſcite, velut vbique, exponit. Arteriae, ad tempora ſitae, nunc quoque aliquando non tam aperiuntur, quam toto vaſe praeſecantur, reliquis arteriotomes exemplis *) deſuetudine deletis, niſi quod obſtetrices, cum recens natis vmbilicalem funem praeſcindunt, vtramque arteriam chordae vmbilicalis diſſecant, a magi-

 ſtris,

Ita etiam illas, quae ad tempora ſunt, arterias, et quae poſt aurem, moris eſt penes medicos incidere, et illas quidem, quae prope tempora ſunt, in oculorum fluxionibus, illas autem, quae poſt aurem, in vertiginoſis, atque illis maxime, qui diuturnis capitis doloribus calidis laborant. Similiter etiam ob alios affectus, qui circa caput conſiſtunt, diuturnos, vtuntur quidam arteriotomia poſt aures. Sed ob difficilem arteriae compreſſionem non audent medici diſſecare arterias, et conſideratius magnas quidem arterias propterea fugiunt medici; Sed nobis viſae ſunt non paruam vtilitatem praeſtitiſſe, cum etiam cicatricem acceperint, ſine aneuriſmate, etiamſi enim maior eſſet arteria, tamen ſine aneuriſmate conſolidata fuit, cum tota diſcinderetur.

z) *Τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς πρὸς τοῖσι κανθοῖσι ἐκκόπτειν τὰς ἀρτηρίας.*

Quae vtrinque ad oculorum angulos ſitae ſunt, diuidere arterias; ARETAEVS in cura vertiginoſorum praecipit, *De Curatione Morbor. Tard.* I. 3. p. 118. ed. BOERH.

ſtris, ita faciendum eſſe, edoctae, adeoque, vbi infantuli magno partus labore vehementer compreſſi fuerunt, aliquantulum ſanguinis diffluere illis ſinunt, et arteriotomen celebrant naſcentibus.

§. VIII.
DE HAEMAGOGIS PHARMACIS.

Quae hactenus adducta fuerunt auxilia, promptiſſima ſunt, et ſanguinem educunt ſubito, cum ſint mechanica. Verum haud ita facile eſt, obſtructos ſanguinis fontes reſerare, atque vel vteros, ſi ſanguinem haud fundunt, vel venarum, quae ſedi prope ſunt, ora recludere, in quo vtroque fluxu, maxima ſemper foret ſanitatis procurandae, ſi pharmacis parere vellet, opportunitas. Etiamſi ergo quam plurima ſint, quae et veteribus, et recentioribus, ſanguinem ducere poſſe viſa fuerunt, remedia; vana tamen ſunt, niſi cauſſam, quae alia eſt atque alia, concernant. Neutiquam autem quidquam de medicamentis, *menſium fluxum* mouere valentibus, dici poteſt, quin et illi profuturum ſit, cui ſolemnis *haemorrhoidum* fluxio deeſt. Proinde ARETAEVS, grauis auctor, vtrumque iſtum ſanguineum fluxum, veluti eosdem effectus morboſos producit, eadem etiam medicina ſanandum, atque ad cauſſas potiſſimum reſpiciendum eſſe praecipit [a]). Sane, ſi clyſte-

a) De Melancholia agens: *De Curatione Morborum Diuturn.* I. 5. p. 125. ed. BOERH. ita habet:

Ἢν ἐπισχέσει γυναικῶν καταμηνίων ἢ ἀνδρὸς αἱμοῤῥοΐδων ῥόȣ ἡ νȣ̃σος παρῇ, ἐρεθίζειν τὰ χωρία· ἢν δὲ μέλλῃ καὶ μὴ ἥκῃ, ἄλλῃ πῃ τȣ̃ αἵματος μεταῤῥυέντος, ἐπισπέρχῃ δὲ ἡ νȣ̃σος, κενώσιας ποιέεσθαι, ἡγεόμενον ἀπὸ τῶν σφυρῶν. κἢν μὴ ἐς ὅσον χρὴ ἐντεῦθεν ἀφέλῃς, καὶ τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι τάμνειν φλέβα, μεταξὺ δὲ τριῶν ἢ τεσσάρων ἡμερῶν ἀνχαθρέψιος τὴν ἱερὴν τὸ καθαρτήριον πιπίσκειν, ἔπειτα σικύην τοῖσι μέσοισι προσβάλλειν.

clyſterum vſum, qui ad haemorrhoidum fluxum propius attinet, illiusque vias patefacit vel emollit, excipias, reliqua medicamenta in vtramque partem proſpicient, et tam menſium fluxionem mouebunt, quam prouocabunt haemorrhoidas, atque illa, ſi genuina ſunt, totidem modis, quot ipſae obſtructionum cauſſae variant, diſcrepabunt a ſe inuicem. Etiamſi ergo egregia, quae ſub certis conditionibus iuuare poterunt, pharmaca pro aperiendis ſanguinis fontibus tradiderit nobis antiquitas, quorum alia, amaritudine ſua, lentos et hinc parum obſequioſos humores attenuant, alia aromate ſuo acrique ſtimulo robur cordis et vaſorum augent, alia oppreſſa ſpaſmo vaſorum vterinorum oſcula laxant, alia denique ipſi matricis oſtio leues indunt ſtimulos, illudque ſolicitant aut demulcent [b]): Quorum omnium

Qq 4 admi-

Si ex retentione menſium muliebrium, aut virorum haemorrhoidalis fluxus, morbus adfuerit, irritandae ſunt ſingulae partes. Si autem fluxio imminet, nec procedit et ad aliam partem ſanguis transfluit, euacuationes fieri oportet incipiendo ab venae ſectione ad talum, poſtea cubitaea vena ſecanda eſt, et intermediis tribus vel quatuor diebus quieti datis, Hiera, purgans potandum, atque inde cucurbitula medio ventri applicanda eſt.

b) Ἄγει δὲ ἔμμηνα καὶ λόχια ἐπιεικῶς σελίνου ῥίζα, πετροσέλινον, πράσου χυλὸς καὶ τὸ πράσον ἐσθιόμενον, σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα· μᾶλλον δὲ ἄγει ἀγαρικὸν, ἄγνου σπέρμα μετὰ γλήχωνος ἢ πεπέρεως, ἀριστολοχίας ῥίζα, ἀνθεμίδος φύλλα, ἑλενίου ἀφέψημα, ἐρεβίνθος ἐσθιόμενος, κάσσια, καρδάμωμον· ἐπιτεταμένως δὲ ἄγει ἀμμωνιακὸν, σαγαπηνὸν, θηλυπτέριδος ῥίζα, χαλβάνη, καστόριον μετὰ γλήχωνος, χαμαίδρυος ἀφέψημα, γῆς ἔντερα ξηρὰ πινόμενα.

Menſes autem et lochia conuenienter ducit ſelini radix petroſelinon, allii ſuccus ipſumque allium comeſtum, dauci ſilueſtris ſemen. Plus autem ducit agaricus, viticis ſemen cum pulegio aut pipere, ariſtolochiae radix, chamaemeli folia, helenii decoctum, cicer comeſtus, caſſia,

adminiculis etiam ad *lochia* pellenda, et *ſecundinas* educendas c) veteres vſi ſunt. Neutiquam tamen in formulas medicamentorum, neglecto cauſſarum reſpectu, iuraſſe cenſendi ſunt veteres; HIPPOCRATES d) certe ad generales medicamentorum facultates reſpexit, cum ſanguinis fluxiones purgantibus aluum pharmacis, atque illis, quae vrinas cient, reſtituere praecipit, et ARETAEVS e), quando cache-

ſia, cardamomum; Efficacius ducunt, ammoniacum, ſagapenum, filicis radix, galbanum, caſtoreum cum pulegio, chamaedryos decoctum, inteſtina terrae (lumbrici), ſi deſiccata bibuntur. DIOSC. *Parabil.* II. c. 75. et 76. p. 100. ed. SARAC.

Κύμινον αἰθιωπικὸν ὅσον τρισὶ δακτύλοισι καὶ τοῦ ἀνήσου καὶ τοῦ σεσέλεως πέντε ἢ ἕξ, γλυκυσίδης χεραμύδος ἥμισυ τῆς ῥίζης ἢ καὶ τοῦ σπέρματος.

Cuminum aethiopicum pugillos tres, aniſi, ſeſeleos, quinque vel ſex, paeoniae vel radicis, vel ſeminis, (concham) vnciam dimidiam. HIPP. *De Morb. Mul. I.*

Πυριᾶν ἐκ τῶν μαράθρων, ἔπειτα ἐκ τῶν θυμιαμάτων.

Fomenta ex foeniculo, deinde thuribus parare. HIPP. *De Morb. Mul.* I.

Ὑστέρας καθαίρειν φαρμάκοισιν ἀδήκτοισι, προθέτοισιν.

Vteros purgare, medicamentis ſuppoſitoriis haud valde mordentibus. HIPP. *De Mul. Morb.* I.

c) Ὕστερον ἐκβάλλειν δυνάμενα: κύμινον αἰθιωπικὸν καὶ σέσελι μασσαλιωτικὸν σὺν οἴνῳ, καστόριον, σαγάπηνον, μίνθη, πήγανον, κορίανον, δίκταμνος, μελάνθιον, κρόκος.

Quae ſecundinas expellere poſſint, ſunt, cuminum aethiopicum et ſeſeli maſſilienſe cum vino, caſtoreum, ſagapenum, mentha, ruta, coriandrum, dictamnus, nigella, crocus. HIPP. Ib.

d) Ὅταν τὰ λοχεῖα κρυφθῇ.

Cum opprimuntur lochia.

Φάρμακον πίναι χολαγὸν, καὶ ἄνησον ἀρήγει καὶ ὅσα εἰς οὔρησιν.

Pharmacon bibere, quod bilem ducit, et aniſum iuuat, et quaecunque ad vrinae fluxum ſunt commoda. HIPP. Ib.

Cantharides ad pellenda lochia HIPP. ib. conſulit.

e) Αἱμοῤῥοΐδων ῥόα ἐπίσχεσις, γυμνασίων ἀργίη, μεγάλων πόνων ῥαθυμίη.

Hae-

cachexiae cauſſas in fluxionum ſanguinis ſolemnium defectione, inque motus corporum inertia ponit, motu etiam corporis ad conualeſcendum maxime opus eſſe ſimul innuit, atque ille ipſe, poſtquam oppreſſas ſanguinis fluxiones inter melancholiae cauſſas numerauit, cardiaca, quae vires ſtabiliunt, aquas maxime ſponte calentes, ad curationem proponit f): Cui medendi viae et rationi quid addi porro poſſit, ſane haud apparet.

§. IX.

DE EVACVANTIBVS SEROSA LIQVIDA, SPECIATIM DIAPHORETICIS.

In omni corporis animati ſuperficie minimarum arteriarum apparatus aliquis in minimos finitur apices, ex quibus tenuis, etiam ſano, abſcedit ſubinde halitus g), qui auctior auctiorque vi cordis at-

Haemorrhoidum fluxus retentio, exercitiorum inertia, magnorum laborum defectio. ARETAEVS *De Cauſſ. et Sign. Morbor. Diuturn* I. 6. p. 31 ed. BOERH.

f) *Ἐς ἀνάληψιν ἄγειν· Ἢν ἐς ἀνάπλασιν σαρκῶν καὶ δυνάμεως ἥκῃ, ξυναπηλάθη πάντα τῆς νούσου τὰ ἴχνια: δύναμις μὲν γὰρ φύσιος ὑγείαν τίκτει, ἀσθένεια δὲ νοῦσον· ἀπίτω οὖν ἐς ἀνάληψιν ὁ νοσέων, πεφυκόσι θερμοῖσι: ἀγαθὸν μὲν γὰρ ὑγρασίη: ἄλειμμα ἅμα τρίψεως εὐαφοῦς.*

Ad reſtaurationem virium ducendus aeger eſt. Si ad reſtitutionem carnium et virium peruenerit, omnia morbi veſtigia extinguentur: Virtus enim naturae ſanitatem parit, debilitas morbum, adeoque, refectionis cauſſa, ad thermas ſponte naſcentes abeat. Optimum enim eſt, bene perlui: Vnguentum pingue cum molli frictione. ARETAEVS *De Curat. Morb. Diut.* I. 7. p. 125. ſequ.

g) *Ὁ ἀτμὸς ὑγρόν ἐστι λελεπτυσμένον.*

Halitus fluidum eſt in ſubtiles moleculas ſolutum. GAL. *De Simpl. Medic. Facultat.* I.

que arteriarum in madorem tandemque ſudorem [h]) erumpit. Proinde, cum vbique *ſudoribus* via pateat, imo et internae viſcerum atque tuborum ſuperficiei tranſpirare, tandemque ſudare datum ſit, ideoque medicamenta, quae ſudoribus ducendis idonea ſunt, totum mouent hominem, poſſuntque *euacuantia generaliora* dici, cum reliqua emunctoria certis addicta tantum ſint humoribus, qui ſenſim, vbi organo ſuo adplicati fuerunt, illius ſingulari textura, iunctim cum vi cordis atque arteriarum, ſeparantur et eiiciuntur, reſtituendae ſalutis gratia. Neutiquam autem vna eademque eſt ſudores in morbis ſalubriter mouendi ratio, neque veteres materiem ſudorificorum medicam ſine aliquo ſelectu reſpectuue erga cauſſas, tempora morbi, ipſos morbos atque homines applicuerunt, ſed, vario modo progreſſi, ſumma fidelitate iſtud negotium ſunt executi. Nouerant enim, non quemuis morbum, etiamſi illi tranſpiratio mitis ſalutaris eſt, magnos ferre

(De euacuationibus ſeroſis conf. Specimen XXIV. *De Indicatione Euacuatoria.*)

Ἀτμῶδες ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι ἐμάθομεν ἐκ χυμῶν θερμαινόμενον ἠρέμα γίγνεσθαι.

Halituoſum in animalium corporibus nouimus ex ſuccis calefactis ſenſim gigni. GAL. *Meth. Med.* XIV.

Ἀτμώδεις διαπνοαὶ τοῦ σώματος.

Halituoſae corporis tranſpirationes. GAL. *De Medic. Facult.* III.

Πολλαὶ ἀρτηρίαι ἀναστομοῦνται εἰς τοὺς πόρους τοῦ δέρματος καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, εἰς δὲ τὰς τῶν πόρων κατατρήσεις.

Multae arteriae aperiuntur in cutis vias, et in eius ſuperficiem, inque pororum minimos meatus. GAL. Ib. Libr. I.

Ἔκπνοον καὶ ἔσπνοον τὸ σῶμα πᾶν, ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγεν.

Ex ſe difflare et in ſe recipere aliquid corpus, HIPPOCRATES dixit. GAL. Ib.

h) *Ἀτμίζοντα, διαφορητικά, ἱδρωτικά.*

Halitum, madorem, ſudorem mouentia, diſtinguit a ſe inuicem GALENVS, *De Facult. Med.* V.

ferre ſudores, atque haud paucos illis exaſperari [i]). Nec latuit illos, eſſe inter aegrotos, qui ſudorifica haud ferunt, cum cutem habeant inperſpirabilem [k]), quibus adeo ſubueniendum ſit emollientibus, aeſtum reſtinguentibus, diluentibus, et ſi morbus fert, balneis atque frictionibus [l]): quae omnia diuerſo reſpectu *ſudorificorum* nomen tuentur. Etenim opus eſſe, quo impedimenta ſudoris, quae varia ſunt et inter ſe valde diſcrepantia, auferantur, vt quis commode ſudare poſſit, adeoque diaphoretica ex vna eadem-

i) *Διαφορηθέντος, ἅπαντος τοῦ λεπτομεροῦς, ὅμοιόν τι πῆξει λιθώδει τὸ λοιπὸν λήψεται, καὶ γὰρ οὖν καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀρθριτίσι πώρων ἡ γένεσις ἐξ ὑγροῦ παχέως ἐστὶ καὶ γλίσχρου μὴ κατὰ βραχὺ διαφορηθέντος, ἀλλ᾽ ἀθρόως ξηρανθέντος ὑπὸ βιαίων φαρμάκων.*

Per ſudores diſſipata omni re ſubtili, aliquid conſiſtentiae lapideae ſimile, quod reliquum eſt, aſſumet, adeoque tophorum in arthritide origo ex humido graui et glutinoſo non ſenſim difflato, ſed impetuoſe deſiccato per valida medicamenta, gignitur. GAL. *Meth. Med.* XIV.

Πιμελῆς καὶ σαρκὸς μέρος διαπνεῖται εἰς τοὐκτός.

Pinguedinis et carnis pars extus difflatur. GALEN. *De Med. Facult.* II.

k) *Δέρματα δυσδιάπνευστα.*

Cutes inperſpirabiles. GAL. *Meth. Med.* IX.

l) *Ἀναστομωτικῆς δυνάμεως χαλαστικόν τι φάρμακον ἢ μαλακτικὸν ἢ ὑγραντικὸν ἢ φλεγμονῆς λυτικόν.*

Aperitiuae virtutis, quod relaxat, pharmacum, quod emollit, quod humectat, quod aeſtum ſoluit. GALEN. *Medic. Facult.* III.

Ὅσα τὸν ἐπιπολῆς ἀφαιρεῖ ῥύπον τοῦ δέρματος αὐτοῦ, ῥυπτικὰ προσαγορεύεται.

Quaecunque ex ſuperficie ſordes cutis auferunt ipſius, rhyptica (mundificantia) dicuntur. GALEN. *De Facult. Med.* V.

Ἀλειφόμενα δὲ ἔξωθεν κινεῖ ἱδρῶτας.

Vnctiones externae ſudores mouent. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. 3.

Ἔγνων δυσδιαφόρητον εἶναι τὴν χολὴν, ἐκέλευσα τῷ κάμνοντι χρῆσθαι θερμοῖς ὕδασιν αὐτοφυέσιν διαφορητικοῖς.

Cum

eademque materie [m]) eſſe haud poſſe recte perſpexerunt. Pro illa adeo cauſſarum, quae ſudores fieri haud ſinunt, diuerſitate apud veteres leguntur, quae, viſcidum mutando, fiunt diaphoretica, ſcilicet *incidentia*, *lixiuioſa*, *amara* [n]) atque *aromatica* calida, quae vim vitae augent [o]), et hac ratione excretiones

Cum intelligerem, bilem ad ſudores difficilem eſſe, iuſſi aegrotantes, vt calidis vterentur aquis ſponte naſcentibus, ſudorificis. GAL. *De Locis Affect.* V.

m) *Ἐπεὶ τοίνυν ἡ κώλυσις τῆς διαπνοῆς εἰργάζετο τὴν σῆψιν, ἀναιρετέον αὐτήν, ἀλλ', ἐπεὶ πολυειδῶς ἐγίγνετο, καὶ πυκνουμένων τῶν πόρων, καὶ πιλουμένων τῶν σωμάτων, καὶ διὰ πλῆθος καὶ πάχος καὶ γλισχρότητα, τῶν χυμῶν ἐμφραττομένων, ἑκάστην τῶν εἰρημένων διαθέσεων ἰᾶσθαι χρὴ διὰ τῶν ἐναντίων, τὴν μὲν πύκνωσιν τοῖς ἀραιοῦσι, τὴν δὲ πίλησιν τοῖς χέουσι, τὸ δὲ πλῆθος τοῖς κενοῦσι.*

Cum ergo impedimentum ſudoris putredinem effecturum eſt, auferatur illud, quod, quoniam multiuarium naſcitur, poris in ſe contractis, et materie obſtructis, et ob copiam craſſitiem et lentorem humorum vaſa oppilantium, quamque dictarum diſpoſitionum curare oportet per contraria, adſtrictionem relaxantibus, obſtructionem ſoluentibus, et humorum copiam euacuantibus. GAL. *Meth. Med.* XI.

n) *Ἀραιωτικὰ καὶ ἀναστομωτικά, ὅσα ῥύπτειν καὶ τέμνειν, ἐκφράττειν καὶ διαιρεῖν ἔφαμεν.*

Incidentia et aperientia, quae ſordes incidunt, extricant et diuidunt, dicimus. GAL. *De Facult. Med.* V.

Λιτρώδη καὶ πικρὰ ἐκκαθαίρειν δυνάμενα τοὺς πόρους πάντας.

Lixiuioſa et amara, expurgare valent vias omnes. GAL. Ib.

o) *Ὅσα θερμαίνει, ἐκκενοῖ τῷ λύειν εἰς ἀτμοὺς τὸ περιεχόμενον ὑγρὸν ἐν τοῖς θερμαινομένοις σώμασι.*

Quae calefaciunt, euacuant, ſoluendo in vapores contentum intra corpora incaleſcentia liquidum. GALEN. Ib.

Κινοῦντα ἱδρῶτας· Σμυρνίου σπέρμα μετ' οἴνου, ὀπὸς σιλφίου ἀγρίου καὶ ἡμέρου μέλιτι ἑφθῷ περιχριόμενος καὶ καταπινόμενος, πηγάνου ἀγρίου καὶ ἡμέρου σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἀριστολοχίας ῥίζη σὺν οἴνῳ, σμύρνη, πέπερι σὺν οἴνῳ, ὑποσελίνου σπέρμα, καλαμίνθης ἀπόζεμα: Πενταφύλλου ῥίζης χυλὸς σὺν οἴνῳ.

Quae

nes omnes iuuant, cumprimis autem ſudationem, quae virtutis vitalis primarius in morbis, maxime acutis, effectus eſſe ſolet, expediunt. At acres p) et putridos q) ſuccos irritare, verebantur, habebantque temporis in febre rationem quam curioſiſſime; cauebant enim, ne illam exaſperarent ſudoriferis r).

§. X.

DE PARTICVLARIBVS, QVAE SERVM SANGVINIS EVACVANT, MEDICAMENTIS, SINGVLARITER DIVRETICIS.

Ceteri humores pellucidi, (hac enim idea omnes ſiſti poſſe arbitror, quotquot poſt ſanguinem floridum de corpore humano abſcedunt) ſingularibus ſeparantur organis, atque ex illis vberior, ac in morbis frequentior, inque illis iudicandis efficacior vrina eſt. Illa enim in ſe recipit id, quod intra cutis vias, ſi illuc translatum eſt, haeret atque putre-

Quae ſudores mouent: Angelicae ſemen cum vino, ſilphii ſilueſtris et domeſtici ſuccus, melle cocto oblitus et comeſtus, rutae ſilueſtris et domeſticae ſemen cum vino, ariſtolochiae radix cum vino, myrrha, piper cum vino, hypoſelini ſemen, calaminthae decoctum, pentaphylli radicis ſuccus cum vino. DIOSCOR. *Parabil.* II. 23. p. 73. ed. SARACEN.

p) Τὸ διαπνεόμενον δακνῶδες καὶ δριμύ.

Sudor mordax et acer. GAL. *Meth. Med.* VIII.

q) Σηπεδωνώδεας δυσκρασίας ἐκ τῶν ἱδρώτων ἔνεστι τεκμαίρεσθαι δυσωδῶν.

Putridam diſpoſitionem ex ſudoribus licet intelligere foetidis. GAL. Ib.

r) Κατὰ τὰς ἀκμὰς ἀδήκτως διαφορεῖν, κατὰ δὲ τὰς ἐπιδόσεις ἀποκρέεσθαί τε ἅμα καὶ διαφορεῖν.

In ſummo ſtatu ſine vehementia ſudores moueantur, ſi febris augetur, reſtinguendus ex parte aeſtus, ex parte ſudor mouendus eſt. GAL. *De Simpl. Med. Facult.*

putreſcit, cnius adeoque fluxum vel reſtituere, vel augere intendimus medicamentis, quae *diuretica* [s]) appellantur. Horum autem facultates ita verſus renes directae vnice haud ſunt, vt, praeter haec organa, alia tangere nequeant, ſed ita agunt diuretica pleraque, vt humores quosuis ſua penetrandi facultate diuidant, quo poſſint minimis omnium emunctoriorum ſeſe accommodare arteriis. Ergo, quidquid ex medicamentis tenue eſt ac diuidendis liquidis aptum, tam ſudores mouet, quam vrinas prolicit [t]), vti ea, quae ex acido dulceſcunt, tam ſputa ducunt, quam vrinas [u]) eliciunt. Ad generales ſane medicamentorum facultates vbique reſpexerunt veteres dogmatici, cum nec in vlla aliqua pharmacorum claſſe, neque in hac, qua diuretica continentur, quidquam ſalutare eſſe poſſe, quin modus agendi in propatulo eſſet, ſeruili ac empirica credulitate arbitrarentur. Igitur, ad mentem illorum, diuretica vel *aequa vi agunt* in totum hominem, ſuaque acredine humores ita incidunt [x]), vt neceſſum ſit renibus ſece-

s) *Τὰ διουρητικὰ ὀνομαζόμενα φάρμακα ἐπ' οὖρα προτρέποντα τὴν περιουσίαν.*

Diuretica dicta medicamenta ea ſunt, quae in lotia propellunt humorum abundantiam. GAL. *Meth. Med.* XI.

t) *Λεπτομερεῖς (ὗλαι) διουρητικαὶ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τμητικαί, διαφορητικαί.*

Tenuis materia et vrinas mouet, et, generalius loquendo, incidit, et ſudores quoque prouocat. GAL. *De Facult. Med.* IV.

u) *Τὸ μελίκρητον πνεύμονος μαλθακτικόν ἐστι καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως καὶ βηχὸς παρηγορικὸν καὶ οὐρητικόν.*

Melicratum pulmones emollit, et mediocriter ſputum educit, et tuſſim ſolatur, et vrinas mouet. HIPP. *De Diaeta* II.

x) *Ὁκόσα δὲ δριμέα καὶ εὐώδεα, οὐρέεται.*

Quae acria et odorata, vrinam prouocant. HIPP. Ib. *Ἐπειδὰν πλέονα οὔρησιν κινῆσαι βουληθῶμεν, τοῖς δριμυτέροις χρηστέον, καὶ μᾶλλον θερμαίνουσι. ἐστι δὲ ταῦτα, σελίνου σπέρμα*

ſecedere, quod arteriis cutaneis haud reſpondet, et ſudoribus aptum minus eſt, vel *propius ad impedimenta diriguntur*, quae renibus ac veſicae inſunt, efficiuntque, quo minus tubuli vriniferi lotia in ſe recipere, et ad veſicam transferre, quo minus etiam veſica receptum in ſe lotium reiicere poſſit. Quae aequa vi, virtute circuli, per totum diuiduntur hominem pharmaca, in tantum diuretica fiunt, in quantum diluunt, aut dolores ſopiunt; qui ſaepe conſenſus lege vias vrinarias ſuis liquidis inperuias reddunt. Hoc ad dolores reſpectu HIPPOCRATES et GALENVS y) etiam diureticis annumerant ea, quae ſpaſmos et varios, qui vrinis impedimentum adferre poſſunt, dolores conſopire valent. Similiter diuretica fiunt iſta medicamina, quae in pituitis diuidendis ſingularem praeſtare poſſunt operam; Inter quae primum locum habent *cantharides*, a qui-

μα καὶ πετροσελίνου καὶ μαράθρου καὶ δαύκου καὶ ἀγριοσελίνου καὶ σμυρνίου, καὶ δὴ καὶ τὸ σέσελι καὶ τὸ ἄμμι καὶ τὸ φοῦ καὶ τὸ μῆον, ἄσαρόν τε καὶ ἄκορον, ὑφ᾽ ὧν οὐ λεπτύνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ χεῖται τὸ αἷμα.

Si vrinas copioſiores mouere voluerimus, acrioribus vtendum eſt pharmacis, maxime autem calefacientibus Eiusmodi ſunt, ſelini ſemen, et petroſelini, et foeniculi, et dauci, et ſelini ſilueſtris, et angelicae, et ammi, et valeriana, et meum, et aſarum, et acorus, a quibus non tantum attenuatur, ſed et funditur ſanguis. GALEN. *De Med. Facult.*

y) Τὴν κύστιν διυγραίνειν ποτοῖσιν, ἐφ᾽ ὧν τὸ οὖρον ὡς πλεῖστον διαχεῖται, διδόναι δὲ καὶ τῶν διουρητικῶν φαρμάκων παύοντα τῆς ὀδύνης.

Veſica humectanda eſt potibus, quibus vrina valde redditur diluta; Super his danda ſunt ex diureticis pharmacis illa, quae dolores ſopiunt. HIPP. *De Affect.*

GALENVS *De Compoſ. Med. ad Locos* X. diureticis annumerat λινοσπέρμα, μήκωνος λευκοῦ σπέρμα, ἀμύγδαλα, κρόκον, σικύου σπέρματα, ἀφρονίτρον.

Lini ſemen, papaueris albi ſemen, nitrum ſpumeum (ſeu natiuum).

a quibus, etiamſi venenum eſſe videri ob ſummum feruorem poſſent, haud abſtinuit vetuſtas, illisque prouide parcaque doſi et ſub largo vehiculo [z]) vſa eſt. Prope ab his abſunt plantae, acri ac mordaci ſucco praeditae, eoque vel volatili, vt *allia*, *cepae* [a]), vel amaro, quae ſimul et calculoſam materiem expurgant renibus [b]). Inter has praeualet *ſcilla*, quam, educendis hydropicorum aquis et vrinae mouendae commodam, omnis laudat antiquitas [c]). Nec minor fuit *gummatum acrium purgantium*

z) Διδόναι δὲ κανθαρίδας ἄνευ πτερῶν καὶ κεφαλῆς τέσσαρας τρίβων καὶ διεὶς οἴνῳ λευκῷ, ἡμικοτυλίῳ, ἤδη δὲ καὶ μέλι παραχέαι ὀλίγον.

Dandae ſunt cantharides ſine alis et capite, quatuor, terendo et ſoluendo illas vino albo, ad cotylen dimidiam, et affundendo illis aliquantulum mellis. HIPP. *De Internis Affection.*

Πόμα ὑδρωπιῶντι: κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης καὶ πόδας καὶ πτέρα, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα. ὅταν δὲ πονῇ ὁ πίνων, θερμῷ βρεχέσθω.

Hydropici bibant cantharidas, auferendo illis caput, pedes et alas, terendoque in tribus aquae cyathis illarum corpora. Cum autem dolorem abinde habet, qui potabit, calidam ſuperbibat aquam. HIPP. *De Victu Acutorum.*

a) Σκόροδον οὐρητικόν.

Allium vrinas mouet. HIPP. Ib.

Κρόμμυα θέρμια, *Cepae aſſatae*, inter illa apud DIOSCOR. *Parabil.* II. 63. p 95. quae hydropicos iuuant.

b) Τοῖς λιθιῶσιν ἀρήγοντα δυνάμεως δεῖται τῆς τέμνειν καὶ ῥύπτειν πεφυκυίας· ἐστὶ δὲ τοιαῦτα σχεδὸν ἅπαντα πικρά.

Calculo affectis ſalutaria facultatibus indigent, quae incidere et diuidere poſſunt Haec autem ſunt fere omnia amara. GAL. *De Compoſ Medic. ad Locos* X.

c) Τοὺς ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον.

Hydropicos iuuat acetum ſcillinum abſorptum. DIOSCOR. *Parabil.* Loc. cit. c. 63. p. 95.

Σκίλλη ἑφθὴ σὺν ὀξυμέλιτι.

Scilla cocta cum oxymelle. DIOSC. ibid.

Scillae coctae vſus ad vrinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potae. PLIN. Hiſt. Nat. XX. 9.

tium atque *reſinarum* quarundam, quibus *balſamis* nomen eſt, in prouocandis vrinis celebritas atque vſus etiamnum inter noſtros ſuperſtitis frequentia d), veluti et *acida* vbique laudantur, quae ex melle et aqua, itidemque ex melle et aceto, aut melle et vino e), praeparabantur, pharmaca, quibus prae reliquis calculum frangendi poteſtas attributa eſt. *Salium* etiam ſalſorum mira eſt in ducendis lotiis efficacia; hinc ſalem marinum et aquas marinas, vino tem-

d) *Χάλβανον, ὀποβάλσαμον.*

Galbanum, opobalſamum. GALEN. *De Medicament. Compoſ. ad Locos*, VII.

Χαλβάνην καὶ τὸ Ἡρακλεωτικὸν, καὶ ῥητίνην τερμινθίνην διατήξας ἐν ὕδατι, εἶτα ὅταν καταςῇ τὸ ὕδωρ, ἠθήσας καὶ κεράσας μελικράτῳ ἢ οἴνῳ.

Galbanum et panacis heracleotici ſuccum (opopanacem), et reſinam terebinthinae, aqua ſolues, deinde, vbi ſoluta haec fuerint, percolata miſce cum melicrato et vino. RVFFVS EPHESIVS *De Veſicae Renumque Affectibus*, Cap. 10.

Στροβίλε ἔκλεκτον, *Strobilorum pini electuarium*, commendat GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *De Victu Acut.* et *πιτυΐδας κεκομμένας*, *ſummitates pini*, *idem De Compoſ. Medic. ad Locos* commendat inter diuretica.

e) *Ὀυρητικῶν πραΰτερα, τό τε τȣ̃ σικύȣ σπέρμα μετὰ μέλιτος καὶ τῶν φοινίκων τὸ ἀφέψημα, καὶ ἶρις μετὰ μέλιτος καὶ αὐτὸ μέλι, καὶ μελίκρατον.*

Vreticorum mitiora, peponis ſemen cum melle, et ficuum decoctum, et iridis radix cum melle, et ipſum mel, et mel aqua temperatum. RVFFVS EPHESIVS *De Veſicae Renumque Affectibus* c. X.

Ὀινόμελι διȣρητικὸν, ἀγρώςεως ἀφέψημα.

Vinum cum melle, et graminis decoctum. GAL. *De Facile Parabilib.*

Aquam, inquit PLINIVS, *ad tertias partes decoquunt, et tertiam mellis veteris addiiciunt; deinde quadraginta diebus canis ortu in ſole habent. Alii ita diffuſum decimo die obturant. Hoc vocatur hydromel, et vetuſtate ſaporem vini aſſequitur.*

temperatas, antiqui f) collaudant. Sed parum fiduciae ſupereſt, *calculum renum*, ſi eo vſque accreuit, vt vrinarum fluxum impediat, diſſolui vnquam poſſe, quinimo diſſuadent eorum, quae vehementer pellunt, pharmacorum vſum veteres, noluntque niſi illis vti remediis, quae dolores ſopiunt atque inflammationes mitigant g). Si quae autem ad veſicam

f) *Acetum melle temperatur; oxymel hoc vocarunt; mellis decem libris, aceti veteris heminis quinque, ſalis marini libra, aquae pluuiae ſextariis quinque ſufferuefactis decies, non elutratis, atque ita inueteratis.* PLIN. XIV. 17.

Τὰ ἁλμυρὰ διουρέει. HIPP. *De Affectibus.*

Οἶνον τεθαλασσομένον, *vinum aquae marinae mixtum*, commendat DIOSCORIDES *Mat. Med.* V. 9. p. 326. Et reſpectu ſalis marini λίθος ἐν σπόγγοις εὑρισκόμενος, *Lapis in ſpongiis repertus*, inter diuretica a GALENO *De Med. ad Locos* L. X. relatus eſt.

g) Τὰ τῶν ἐκ νεφροῖς λίθων θρυπτικά.

Lapidem in renibus frangentia GAL. *ad* GLAVCON. *Therap* II.

Τοὺς λίθους κωλύει συστῆναι καὶ τοὺς ἤδη γεγονότας θρύπτει ἢ ἐκκρίνει ὀξύμελι μετά τινος τῶν ἁπλουστέρων διουρητικῶν, ἀδιάντου, σελίνου, ἀγρώστεως ἀφεψήματος: Καὶ μετὰ βαλνεῖον πρὸ τοῦ οἴνου ὕδωρ εὔκρατον πινέτωσαν.

Lapides in renibus conſiſtere impedit, et iam factos comminuit atque eiicit oxymeli cum quibusdam ſimplicioribus diureticis, adianti, ſelini, graminis decoctis: Poſt balneum, loco vini, aqua vino ſatis temperata bibatur. PAVLL. III. με΄.

Μέγας εὑρεθεὶς ὁ λίθος σφηνοῦται σφόδρα βίᾳ ἑλκόμενος καὶ κίνδυνον ἐσθ᾽ ὅτε ἐξ ἀλγηδόνων προσφέρει.

Magnus inuentus calculus infigitur plus, ſi violenter ducitur, et aliquando ex doloribus periculum affert. GAL. *De Renum Morbis.*

Νεφριτικαὶ δυνάμεις τόσαι, ὅσα νεφροὶ πάσχονται, ὠφελοῦσιν: Τινὲς μὲν γὰρ τοὺς λιθιῶντας νεφροὺς ὀνίνησιν, ἔνιαι δὲ τοὺς φλεγμονώδεις τε καὶ ἑλκώδεις, ἅιπερ καὶ πρὸς τὴν κύστιν ὁμοίως πάσχουσαν ἁρμόττουσιν: Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς φλεγμονώδεας καὶ ἑλκώδεις διαθέσεις παρηγορικῶν δέονται φαρμάκων.

Renibus commoda remedia tot modis, quot ipſi renes affliguntur, iuuant. Quaedam renes calculo affectos

cam eiusque cauum attinent vrinarum impedimenta, artificibus relinquenda ſunt, qui manu medeantur[h]).

§. XI.

DE IIS, QVAE SPVTA EDVCVNT, REMEDIIS.

Quae prope ad aſperae arteriae fines ponuntur, morborum cauſſae, vel ſi quid ex tunica bronchiis ſuccincta defluit catarrhi ſpecie, vel ſi qua intra folliculos aut tubercula naſcitur, aut intra ſuccinctam coſtis membranam, aut in ipſo thoracis cauo haeret materies, etiamſi illa aliquando reſorpta per alia quoque emunctoria decedere ſoleat; proxima tamen via ad pulmones vergit, atque illius actione contentioſa, quam tuſſim appellant, educitur. Hac

Rr 2 igi-

ctos ſolantur, quaedam eos, vbi inflammati ſunt vel exulcerati, quae etiam veſicae eodem modo afflictae conueniunt. Nam ad inflammatas et vlceroſas diſpoſitiones anodynum requiritur remedium. GAL. *De Compoſ. Med. ad Locos*, X.

Venaeſectionem conſulit calculoſis et mitiora laxantia PAVLLVS III. *με΄. Διὰ φλεβοτομίας καὶ καθάρσεως κενούσθωσαν.*

Πυριᾶν ἐν τοῖς ὀνομαζομένοις καθίσμασι διὰ ἀλθαίας, λινοσπέρμου, ἀνήθου καὶ τῶν ὁμοίων ὕδατι καλῶς ἑψημένων καὶ ἐλαίῳ γλυκεῖ ἐπιχεομένων.

Fouendi ſunt in ſic dictis inſeſſibus ex althea, lini ſemine, anetho et ſimilibus, aqua bene coctis et oleo dulci perfuſis. GAL. *De Renum Morbis.*

h) *Τοὺς ἐν κύστει δὲ λίθους τοῖς ἰσχυροτέροις κατεργάσῃ βοηθήμασιν.*

Lapides veſicae efficaciori medicina curabis PAVLLVS Loc. cit.

Τοὺς ἐν κύστει λίθον ἔχοντας τέμνειν, οἷς δ᾽ ἐποχὴ οὔρου, διὰ τὸ πλῆθος, ἐνοχλεῖ, περιτεινομένης τῆς κύστεως καὶ συστέλλεσθαι μὴ δυναμένης διὰ καθετῆρος κομίζεσθαι τὸ οὖρον.

Qui in veſica lapidem habent, ſecentur, quibus retentio vrinae eſt, ob copiam extenſa veſica, ſeque contrahere haud valente, vrina per catheterem educenda eſt. GAL. *Introd. ſ. Medicus.*

igitur via, verſus quam ſemel propendet humor, ducendus eſt [i]) per remedia, quae quod tuſſim mouent, *bechica* [k]) appellantur; non tantum ita dicta, quod tuſſim exaſperent, ſed etiam, quod molliant eandem et faciliorem reddant [l]). Qualiscunque ergo ille eſt humor, quem aſperae arteriae fines in ſe recipiunt, pituita, pus, aliaque vetuſta materies, etiamſi ille per ſic dicta *arteriaca remedia* aliquantulum inſtigari poſſit [m]); reſpuit tamen validos motus, et morbus his exaſperatur. Lubricandae magis erunt viae, inductis ſanguini liquidis, pinguibus, dulcibus, oleoſis, quae funditus emouere et blande demulcere acredinem, eamque rodendi facultate priuare, ſicque educere malam rem poſſint, quod HIPPOCRATIS [n]) eſt conſilium, vt mirum ſit, potuiſſe inter-

i) Τὰ νοσήματα, ᾗ πελαϛάτω πέφυκεν, ἐξαγαγεῖν.
Morbos, quo proxime fieri poteſt, educere. HIPP. *De Locis in Homine.*

k) Βηχικὰ τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα διὰ βηχῶν ἐκκένοντα.
Bechica ſunt ea, quae in thorace et pulmonibus haerentia euacuant. GAL. *Method. Med.* XI.

l) Τὰ βηχικὰ διττῶς ὠνόμασαι, τὰ μὲν τῷ ποιεῖν βῆχας, τὰ δὲ τῷ παύειν μόνον.
Bechica duplici ſenſu nominantur, alia inde, quod tuſſim faciant, alia, quod illam mitigent. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* V.

m) Ἀρτηριακὰ πρὸς φθισικοὺς καὶ ἐμπυϊκοὺς καὶ βῆχας παλαιούς: Σκίλλης χυλὸς, γλυκυῤῥίζη, μέλι, κρόκος, λίβανον, σμύρνη.
Arteriaca, phthiſicis et vlceroſis, et tuſſibus inueteratis: ſcillae ſuccus, glycyrrhiza, mel, crocus, olibanon, thus. GAL. *De Compoſ. Med. ad Locos,* VII.

n) Ὅκως δὲ τὸ σίαλον ἐκ τοῦ πλεύμονος ἀνακαθαίρῃ τὸ πῦον, διδόναι φάρμακα ποτὰ, οἷσιν πλεύμων ὑγραίνεται καὶ καθαίρεται τὸ πῦον ἄνω.
Vt ſputum pus pulmonis euacuet, danda ſunt pharmaca potabilia, quibus pulmo humectatur, ſic pus ſurſum purgabitur. HIPP. *De Affectionibus.*

Ὠφε-

interpretes COO conſilium *de vomitorio peripneumonicis dando* [o]) affingere. Enimuero vbi febris abeſt, et materies reſiſtit, hinc tuſſis ſilet, vel mouendo humori haud ſufficit, paullo acrioribus vti remediis nihil impedit [p]),

Rr 3 §. XII.

Ὠφελεῖ σταφίδος ἡ σὰρξ ἐσθιομένη, ἀρτηρίας (πάθος) καὶ βῆχας.

Iuuat vuae caro comeſta aſperae arteriae affectus et tuſſes. DIOSC. *Mat. Med.* V. 4. p. 324. et SARACEN.

Ὁ βρόμος ὑγραίνει καὶ ψύχει ἐσθιόμενος καὶ ῥόφημα γενόμενος.

Auena humectat et refrigerat comeſta, et ſorbitio facta. HIPP. *De Diaet.* II.

Γάλα ὄνειον πινόμενον, *Lac aſininum bibendum*, inter dyſpnoeae, aſthmatis, ac orthopnoeae auxilia proponit DIOSCORIDES *Parabil.* II. 39. p. 81.

o) Ἢν δὲ μὴ δύνηται κατὰ λόγον πτύειν, τῶν ἀναγόντων φαρμάκων διδόναι.

Niſi poſſit aeger, quantum ſatis eſt, exſpuere, danda ſunt pharmaca ex iis, quae educunt. HIPPOCR. *De Morb.* III. *Male ergo capiunt mentem Coi illi, qui vertunt, danda ſunt vomitoria.*

Τοῖς ἐμπύοις ἐπανάχρεμψιν ποιέεσθαι καὶ βῆχα ποιέειν.

Vlceroſis ſcreatus promouendus, et tuſſis excitanda eſt. HIPP. *De Locis in Homine.*

p) Τὸ μελίκρητον πνεύμονος μαλθακτικόν ἐστι καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως καὶ βηχὸς παρηγορικόν.

Mulſum ex aqua et melle pulmones emollit, et ſputum educit modeſte, et tuſſim ſolatur. HIPP. *De Diaeta Acut.*

Ὀξύμελι πτυάλου ἀναγωγὸν καὶ εὔπνοόν ἐστιν.

Acetum cum melle ſputum educit, et reſpirationem liberam praeſtat. HIPP. *De Diaeta* II.

Περιπνευμονίης ἔκλεικτον χαλβάνη καὶ κόκκαλος ἐν μέλιτι ἀττικῷ.

Electuarium in peripneumonia: galbanum et pineae nux, cum melle attico. HIPP. *De Diaeta Acut.*

§. XII.

DE IIS, QVAE MVCORES EDVCVNT, MEDICAMENTIS.

Humores lentos, ex organis cerebro propioribus fluentes [q]), ſi quae ducerent remedia, *apophlegmatizonta*, ipſaque medicandi ratio, *apophlegmatiſmus*, appellabantur veteribus [r]). Quorum eadem, quam quae purgantibus, eſt ratio. Vti enim haec lacunas glandularum inteſtinalium muciparas, ita illa fontes *muci* in naribus, *ſaliuae* in ore, ſua acredine ad excernendos humores compellunt, vt propterea, quae naſi mucores proliciunt, pharmaca *purgantia narium* [s]) recte dicantur. Horum in eo conſiſtit efficacia, vt, qui in cryptis mucoſis narium pertinacius haerent, humores fundantur, applicata internae illius tunicae re acri, quae mordet et actionem tubulorum halantium, in caua naſi [t]) patentium, excitat. Omnium mitiſſima atque ea tantum vult HIPPOCRATES [u]), quae nares lubricare

q) Μύξα, ἀποκάθαρμα τοῦ ἐγκεφάλου, ὥστε κουφίζεσθαι τὸ ἡγούμενον τῆς ψυχῆς μέρος.
Mucus narium, purgamentum cerebri, vt alleuetur praecipuum animae inſtrumentum. *Auctor Defin. Med. apud* GALENVM.

r) Ἀποφλεγματισμοὺς tam de iis, quae naribus, quam de illis, quae ore mucum ducunt, praedicat DIOSCORIDES, *Parabil.* I. 4.

s) Καθαρτικὸν διὰ μυκτήρων.
Medicamentum, quod per nares purgat. GAL. *De Medic. paratu facilib.*

t) Ἐν καταῤῥοϊκοῖς πάθεσι, βλέννης τε καὶ κορύζης ἐμπιπλασῶν τοὺς ἠθμοειδεῖς πόρους.
In catarrhoſis affectibus, vbi mucor et coryza implent cribroſi oſſis meatus. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* I. 13. p. 41.

u) Ἕλκειν τὴν ἀτμίδα ἐς τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας.
Adducere vapores in os et nares. HIPP. *De Natura Mulier.*

care poſſint. Efficaciori tamen quandoque medicina et COVS, et reliqui medici graeci vſi ſunt, atque illa, quae, cum acrior eſt, neruorum quoque papillas, in tunicam pituitariam deſinentes, vexat grauius, efficitque, vt, conuulſis per conſenſum thoracis muſculis, inſpiratus profunde aër, deinde magna cum contentione exploſus, pulmonum erga cor niſu efficiat, quo neceſſum ſit, ſanguinem venoſum, ex cerebro totoque capite per venas iugulares ad cor reuertentem, ad tempus ſiſti, arterioſum autem eodem tempore vehementius per carotidas earumque ramos ad cerebrum aliaque capitis organa compelli, vt propterea illi effato HIPPOCRATIS x) haud deſit ratio, quo ſternutatione cerebrum *calefieri*, id eſt, eius actionem increbeſcere, et illud *humectari*, id eſt, ventriculorum, quae in illis ſunt, liquida prolici aſſeuerauit. Cum ergo magna capitis medicina putaretur eſſe ſternutatio y), atque alios etiam effectus ab iſta, quae ſternutando fit, thoracis contentione antiqui medici ſibi promitterent, ſingultus ſolutionem z), affectuum hyſtericorum ſola-

 tium,

x) Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ.
Sternutatio fit, ex capite, calefacto cerebro, et humectato, quod in capite eſt, cauo. *Aphor.* VII. 51. p. 106. T. I.

y) Πταρμοὶ μέγιστον ἴαμα κεφαλῆς.
Sternutatio magna capitis medicina. GAL. *De Cauſſ. Symptom.*
Ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλήν: δῆλον ἐκ τοῦ καὶ καθ᾽ αὐτῆς ὀμνύειν, καὶ τοὺς γινομένους ὑπ᾽ αὐτῆς πταρμοὺς προσκυνεῖν τοὺς ἱεροὺς.
Sacrum putabant eſſe caput: Hoc manifeſtum exinde eſt, quod per illud iurarent, et eius ſternutamenta adorarent ſacrificuli. ATHEN. *Deipnoſ.* II.

z) Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.
A ſingultu detento ſternutationes ſuperuenientes ſoluunt ſingultum. HIPP. *Aphor.* VI. 13. p. 99.

tium, partus procurationem [a]); variis vſi ſunt pharmacis, quae naſum vellicarent acerbius, tam illis, quae ſub claſſe remediorum aluos purgantium ſiſtuntur [b]), quam acrioribus aromaticis, quorum eadem eſt, ſi ore tenentur, ſaliuam ducendi efficacia; cumque fluxus illius ſpontaneus in variis morbis ſalutaris eſſet, neceſſitas artifices ad inuenienda remedia, quibus *ſaliua* duci poſſet, inuitauit. Et antiqui quidem, aromatibus inter dentes et in ore conceptis, hoc effecerunt [c]); ſed longe efficacior recen-

a) Γυναικὶ ὑπὸ ὑϛερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ, πταρμὸς ἐπιγενόμενος, ἀγαθόν.

Mulieri paſſionibus hyſtericis vexatae aut partum difficilem expertae ſuperueniens ſternutatio, bonum. HIPP. *Aphor.* V. 35. p. 93. T. I.

Ἐς ὑϛέρων ἐκπτώσιας πταρμικὸν ἐπιτιθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ ϛόμα.

Ad ſecundinarum expulſiones, ſternutatorium ingerens, os atque nares comprimito. HIPP. *Aphor.* V. 49. p. 95.

b) Ἀποφλεγματισμοὶ ῥινέγχυτοι: Κεφαλῆς καθαρτικά, ἔῤῥινα, κύμινον, πέπερι, ζιγγίβερι, εὐφόρβιον, κυκλάμινον.

Apophlegmatiſmi naribus infundendi, caput purgantia, cuminum, piper, zingiberi, euphorbium, cyclamen. GAL. *De Compoſ. Med. ad Locos*, III.

Πταρμικά: Κυκλαμίνου ῥίζη, σικύου ἀγρίου ῥίζη, ἶρις, ἐλλέβορος λευκὸς, καϛόριον, σάμψυχον, πέπερι, ϛαφὶς ἀγρία, μελάνθιον, ἐλατήριον.

Sternutatoria: Cyclaminis radix, cucumeris ſilueſtris radix, iris, helleborus albus, caſtoreum, maiorana, piper, ſtaphis agria, melanthion, elaterium. DIOSCOR. *Parabil.* I. 3. p. 3. ed. SARACEN.

c) Πταρμικὰ ἐγχεόμενα τοῖς ῥισὶν σὺν μέλιτι καθαίρει καὶ διὰ ϛόματος ὠφελίμως, χρώμεθα δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων κεφαλαλγιῶν, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἄλλων βοηθημάτων ὑπακουόντων.

Sternutatoria infuſa naribus cum melle purgant per os vtiliter: Vtimur autem illis in antiquis capitis doloribus, nulli alii medicinae obſequioſis. DIOSCOR. *Parabil.* Loc. cit.

Οἱ

centium medicina ex hydrargyro eſt, qua ſaliua funditur, quam, vtpote antiquis ignotam, meam nunc haud facio. Praeterea *lacrumas*, vbi oculi arent, prouocare AETIVS d), GALENVS autem modos docet, quibus *pus* aliasue ſordes *ex auribus* duci e) oporteat. In quibus omnibus recte adminiſtrandis magna vbique adhibenda eſt circumſpectio, cum nulla auxilia aegros in morbis celeribus plus offendant euacuantibus f).

Οἱ ἀποφλεγματισμοὶ οὐκ ἀνωφελῶς ἐπὶ τῶν χρονίων κεφαλαλγούντων παραλαμβάνεται: Ἐπιτηδεύονται δὲ διαμασσομένων τούτων: Δαφνοειδοῦς σπέρματος, κρίθμου, καρθάμου καρποῦ, μαστίχης, νάπυος, πεπέρεως στρογγύλου καὶ μακροῦ.

Apophlegmatiſmi non ſine vtilitate ab illis capiuntur, qui antiquo dolore capitis laborant; iuuant autem manducatis his, laureolae ſemine, aniſo, carthami ſemine, maſtiche, ſinapi, pipere rotundo et longo. DIOSCOR. Ib. c. 4.

d) *Ἀποδακρυτικὰ, ὀφθαλμῶν καθαρτικὰ, οἷς χρώμεθα ἐπὶ τῶν χρονίως ἐξηραμμένων ὀμμάτων: μέλι, ἔλαιον.*

Quae lacrumas prouocant medicamenta, oculos purgantia, quibus vtimur, ſi vetuſta oculorum ariditas eſt: Mel et oleum. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. 3. ρλη'.

e) *Ἐγκλύζειν οἴνῳ κεκραμένῳ ἢ ὑδρομέλιτι πρὸς τὰς διαθέσεις τὰς ἐν τοῖς ἀκουστικοῖς πόροις καὶ πρὸς ὦτα πυοῤῥοοῦντα, πρὸς τὸ ῥύπον ἐξελεῖν.*

Iniiciendum eſt vinum aqua temperatum, aut mel aqua dilutum, ſi quid in meatu auditorio malae diſpoſitionis eſt, vti et ad aures pure manantes et ad ſordes educendas. GAL. *De Med. paratu facil.*

f) *Πρόσφατον πάθος διὰ τῆς κοινῆς καὶ ἀπεριέργης θεραπεύεται ἀγωγῆς.*

Morbus recens communi aliqua et non nimis operoſa conductione regatur. DIOSC. *Medic. Parabil.* Praef. p. 1.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XXX.

DE ANTISPASTICIS.

Quando materies morborum, quae ſuis applicanda erat emunctoriis, vario modo errat, atque incompetentibus prorumpit meatibus, vel, etiamſi ſolemnes vias ſeruat, per illas fertur effuſius; cum denique illa in peregrina vaſa irruit, atque in illis quieſcit, adeoque morbi communem illam, quae ſingulis data eſt, *ἀγωγὴν* [a]) et conſuetas euacuationum leges deſerunt; tunc artis eſt, liquida purganda vel ad debitos locos reuocare, vel nouam, ſi legitima deficit, euacuationem excitare, vel excitata noua, ſiue naturalis ſit, ſiue artificialis, incongruam et effuſiorem reprimere; cui medicinae *ἀντισπάσιος*, *in contraria abductionis* ſeu *reuulſionis*, nomen dedit antiquitas [b]). Huius autem actionis varius modus eſt. Si enim aliquid, cum violentius fluit, aut in locum incompetentem ruit, reprimitur, opus eſt *ἀποκρέεσθαι*, *ab vno loco in varia diſpellere*, diſſipare et diſcutere [c]); id quod, aucta loci afflicti tranſpira-

a) *Κοινὴ ἀγωγὴ τῆς νόσε. Communis morborum procedendi ratio.* DIOSC. *Medic. Parabil.* I. Praef. pag. 1. ed. SARACEN.

b) *Ἀντισπᾶν ἢν μὴ, ᾗ δεῖ, ῥέπει, ἢν δὲ, ὅπη δεῖ, τετέοισι δεῖ στομȣν οἵως ἕκαστα ῥέπει.*

In contrariam partem ducere, ſi materies, quorſum non debet, fertur. Si autem, quorſum decet, his aperiendae viae ſunt, ad quas quaeque propendet materies. HIPP. *Epid.* VI.

c) *Τὸ φλεγμαῖνον ἀποκρȣστικὸν εἰς τὰ πλησιάζοντα μόρια.*

Quod inflammatum eſt, diſiiciendum in vicinas partes. GAL. *Meth. Med.* III.

ſpiratione, et calore ipſo aliquantulum reſtincto, perficitur [d]). Si quid autem in profundo eſt, quod oportet verſus corporis ſuperficiem duci, etiamſi ſatius eſt, illud medicamentis, totum ſanguinem mouentibus et diaphoreticis, promouere; prolicitur tamen ἑλκτικοῖς, *helcticis* atque *epiſpaſticis*, aut eiusmodi medicamentis, quae raram cutem reddunt, quibus etiam *poroticis* [e]) nomen eſt, externae ſuperficiei applicandis. Vbi autem aliquid fugit, ſuaque fuga noxium eſt, vti ſunt tubercula et id genus alia exanthemata, prolicitur illud atque figitur, quibus medicamentis *metaſyncriticis* et *metaporopoieticis* [f]) nomen eſt, non quod alia medicamenti materies

d) Ἀποκρούμενα τὰ ξυνεξάγοντα τῷ θερμῷ νοτίδα πολλήν.
Quae reprimunt, ea ſunt, quae cum calore halitum multum educunt. GAL. *Fac. Med.* V.

e) Ἐπισπᾶσθαι καὶ διαφορεῖν, ποροποιεῖν.
In ſummam cutem aliquid ducere, tranſpirabilem eam reddere, poros aperire. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* V.

Ἑλκτικὰ, ὅσα τὰ κατὰ τὸ βάθος ἐπισπῶνται σφοδρότερον· ἀποκρουστικὰ δὲ, ὅσα πρὸς τὸ βάθος ἀπελαύνουσι τοὺς πλησιάζοντας χυμούς. Ἕλκει τὸ θερμὸν, ἀποκρούει τὸ ψυχρόν.

HELCTICA (eductoria) medicamenta ſunt, quae, quod in profundo eſt, ad ſummum locum euocant efficacius; APOCRVSTICA autem, quae verſus profunda reprimunt, et vicinos humores diſcutiunt. Educit calidum, reprimit frigidum. GAL. Ib.

f) Μετασυγκριτικὰ βοηθήματα: Τὰ διὰ νάπυος ἢ θαψίας καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς φαρμάκων.

METASYNCRITICA auxilia, quae per ſinapi fiunt, aut thapſiam, aut conſimilia illi pharmaca. AETIVS *Tetrabibl.* Libr. III.

Μετασυγκριτικὰ, μεταποροποιητικά.

Quae, quod retroceſſit, reſtituunt, et poros iterum reddunt peruios. GAL. *De Simpl. Med.* VII.

Sic de *thapſia*, feroci et mordente radice, habet DIOSCORIDES: κέκτηται δὲ καὶ μετασυγκριτικὴν δύναμιν ὅ τε ὀπὸς καὶ ἡ ῥίζα, πάντων μάλιστα τῶν ἰσοδυναμούντων, ὅπου τε

ries haec ſit, (ſunt enim omnia iſta acria, ac cutim affligunt) ſed quod varius finis eſt, verſus quem pharmaca iſthaec diriguntur. Vniuerſa tamen aliqua ſignificatione, *antiſpaſtica* a graecis medicis capi, atque omnia medicamenta ita compellari, quae noua aliqua euacuatione veterem extinguunt, legimus [g]). Hoc ſenſu venae ſectio ex omnibus antiſpaſticis fortiſſimum dicitur auxilium [h]), quo immodeſtas ſanguinis fluxiones quasuis comprimimus. Singulari autem aliquo ſignificatu *antiſpaſtica* ea ſunt, quae, ſano loco applicata, cui vel cum parte afflicta per communionem vaſorum conſenſio propinqua eſt, vel qui, etiamſi diſtat, recipiendis in ſe humoribus aptus eſt, illum vellicant acerbius, vt, quantum humoris, excitata artificiali inflammatione vel fluxione, in diuerſam partem abiuit, tantum in parte affecta deficiat. Hoc ſenſu GALENVS [i]) accepit *antiſpaſtica*, omniaque illa remedia hac notione amplexus eſt, quae, cum ſanae regioni applicantur, aegrotam iuuant. Horum omnium communis idea

τι δεῖ ἐκ βάθευς ἑλκῶσαι ἢ μεταπορoποιῆσαι, καὶ λέπρας ἀφίστησι, φύματα δὲ ῥήττει.

Poſſidet autem vim ad díuerſas partes abducendi et ſuccus, et radix plus omnibus aequiualentibus, vbi aliquid ex profundo euacuandum eſt. Lepras reſtituit, tubercula prouocat. *Mat. Med* IV. 157. p. 302.

g) Ἐις οὖρα ἱδρῶτας ἀντισπάσεας, καὶ τὰ οὖρα πρὸς ἱδρῶτας, καὶ διαχωρήσεας γαστρός.

Vrinis excitatis ſudores extingues, vrinas ſudoribus et alui excretionibus. GAL. *De Sanguiſugis et Reuulſione* c. 2. p. 454. T. X.

h) Ἡ φλεβοτομία τῶν ἀντισπαστικῶν ἰσχυρότατον.

Venaeſectio ex omnibus reuellentibus fortiſſimum eſt auxilium.

i) Τὰς σφοδροτάτας ἐπιῤῥοὰς ἀντισπαστικοῖς βοηθήμασι κωλύομεν ἀθρόως κατασκήπτειν

Vehementiores fluxiones, in contrariam partem abducentibus remediis impedimus, ne profundius inhaereant et figantur. GAL. *De Sanguiſugis et Reuulſione* Ib.

idea in eo ſiſtitur, quod poſſint aliquam corporis regionem, inducta illi laxitate, ad recipiendam in ſe materiem morbificam, nobiliori alicui parti oneroſam, diſponere. Diſcrepant autem pharmaca haec ſingula agendi modo. Morſu aut roſione hoc perficiunt negotium *ſeptica*, atque a morbida parte, quod in illa decubuit, reuellunt. Attritu agunt *frictiones*, *ſiue* ſint ſimpliciores, *linteis ſtrigilibusque* peractae, eo efficaciores ad reuellendum, quo acerbiores fuerint [k]), *ſiue* vna cum acriorum remediorum vſu, quae cutem *rubefacere* poſſint, applicentur [l]). Sane laudari ſatis frictionum vſus ad reuocandos in auerſam partem malos ſuccos nequit, cum iſtae perſpirabilem cutem reddant, partes roborent, neruorum torporem excutiant, et tam disiiciant, quam auocent [m]). Maiore aliqua contentione dedola-

k) Strigilium et ſtrigilecularum applicandi modos, vide apud HIERON. MERCVRIALEM, *Artis Gymnaſticae* I. 8. p. 32. ſequ. *Strigilis* autem inſtrumentum erat balneatorium, ad fricandum corpus, ſudores eliciendos et ſordes abſtergendos aptum, APVLEI. *in Floridis* c. I. Hoc vehementius vſum eſſe OCTAVIVM CAESAREM AVGVSTVM, SVETONIVS tradit *in Vita* AVGVSTI, c. 80.

l) *Τρίψας τῶν ἀντικαμένων μερῶν καὶ μάλιςα διὰ Φαρμάκων θερμαινόντων, τῶν ἀνασπαςικῶν ἐςὶ βοηθημάτων.*

Frictiones oppoſitarum partium, maxime vna cum remediis calidioribus, ex ordine auxiliorum ſunt reuellentium. GAL. *Meth. Med.* V.

CELSVS *De Re Medica* VI. 7. p. 371. *Medicamentum per ſtrigilem inſtillare*, id eſt, cutem cum pharmaco perfricare.

m) *Δεομένοις μὲν κενώσιος, μὴ Φέρȣσι δὲ κενωτικὰ βοηθήματα, ȣδεμία ἄλλη κένωσις, πλὴν ἡ τῆς διατρίψιος, χρὴ γὰρ πρὸς αὐτῶν ἀμύττεσθαι τὸ δέρμα, θερμαίνεσθαί τε ὁμȣ͂ αὐτὸ, διαφορεῖσθαι δεομένȣ τȣ͂ κάμνοντος.*

Illis, qui aliqua euacuatione indigent, nec euacuantia ferunt auxilia, nulla alia euacuatio commodior illa, quae fit frictione: Illorum enim cutis hac medicina rareſcit, et ſimul incaleſcit, ſi aeger ſudoribus indiget. GAL. *Meth. Med.* XII.

dolatur cutis, rubetque intenſius, atque hoc ipſo humores a parte afflicta reuocantur efficacius, ſi *cucurbitulae* illi applicantur *ſiccae*, quarum in arte, ad varios fines conſequendos, magna fuit, eſtque adhuc, vtilitas [n]). Quae cutem vexant acredine pharmaca, artificiali inflammatione et noua, veterem et ſpontaneam ſanant, id quod, qua ratione fieri poſſit, illi ſciunt, qui vaſorum collateralium leges haud ignorant. Sic cutem ceruicis rubefacimus, vt partibus variis, in capite ſitis, ipſique bene ſit cerebro [o]). Aliquando etiam remotiores partes rubefecerunt veteres reuellendi ſtudio [p]). Hunc in finem, poſt *thapſiae* radicem, *ſinapiſmo* [q]), (non autem ita fre-

n) *Χρέα τῶν σικυΐων, ἢ κινῆσαι ἢ ἐκμοχλεῦσαι τὸ φλεγμαῖνον, ἢ πρὸς τοὐκτὸς ἐπισπάσασθαι.*

Vtilitas cucurbitularum, mouendo et funditus euertendo inflammatum, aut illud ad externas partes auocando. GAL. *De Hirudin. Scarificat. Reuulſ.* c. 3. p. 454.

Σικύαι δύνανται ὀδύνην λῦσαι, φλεγμονὰς μαῶσαι, λειποθυμίας ἀπαλλάξαι, καὶ αἱμοῤῥαγίας ἐπισχεῖν.

Cucurbitulae poſſunt dolorem ſoluere, inflammationes minuere, lipothymias mutare, et fluxiones ſanguinis ſiſtere. GAL. Ib.

o) *Ἔξω τοῦ κρανίου ποιεῖν ἀντίσπασιν σιναπισμῷ.*

Ex caluaria reuulſionem facere ſinapiſmo. GAL. *De Locis Affect.* II.

p) *Ἀντισπᾷ δὲ καὶ τὰ δριμέα φάρμακα, ἐπιτιθέμενα, τὰς ἐπὶ κεφαλὴν καὶ σπλάγχνα ῥοπὰς τῶν χυμῶν. καὶ ἁπλῶς, τὴν ἀντίσπασιν ποιητέον ἐπὶ μὲν τοῖς ἄνω ῥέουσι χυμοῖς εἰς τὰ κάτω, ἐπὶ δὲ τοῖς εἰς τὰ κάτω τοὐναντίον, καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς ἔσω ῥοπαῖς, ἔξω.*

In auerſam partem ducunt acria medicamenta, vbi impoſita fuerint, decubitus humorum capiti et viſceribus illapſos. In vniuerſum reuulſionem facimus, vbi humores ſurſum confluant, medicamento infra applicato: Si autem deorſum vergunt, contrarium, et, ſi quid ad interiora relabitur, ad externa ducatur. GAL. *De Sanguiſ. et Reuulſione* c. 2. p. 454

q) *Σιναπισμοῦ σκευή: Δύο μέρη τοῦ νάπυος πρὸς ἓν τῶν ἰσχάδων.*

Sina-

frequenter), *cantharidibus*, quos ALEXANDER TRALLIANVS [r]) excitat, vtebantur, atque illam, quod rubefaceret, medicinam, *φοινιγμὸν* appellabant [s]). Veluti autem *antiſpaſtica* ea erant, quae in contrarium ducerent, pharmaca; ſic, quae ipſi parti affectae, euacuationis cauſſa, applicabantur, *epiſpaſtica* [t]) dicta fuerunt, a quibus prope abſunt *helctica*, quae ſuctione adminiſtrabantur, auxilia, cum, ſuperpoſitis cucurbitulis, vel applicato ore, venena vulnerumque ſordes ſugerentur, vel, qui vene-

Sinapiſmi praeparatio: duae partes ſinapios ad vnam partem ficuum. PAVLLVS VII.

r) *Οιδα τινὰ τῷ νάπυϊ μόνον χρώμενον ἐν τοῖς μεγίστοις παροξυσμοῖς καὶ ἀνώδυνον γινόμενον, ἐπεμίγνυέ τε αὐτῷ πολλάκις ἰσχάδων καὶ ὄξους, καὶ ἀνακόπτων αὐτὰ καὶ ἐμπλαστρῶδες ποιῶν, οὕτως ἐπετίθει τὸ φάρμακον· Καὶ ἄλλον ὁμοίως ἐθεασάμην κεχρημένον τῷ διὰ κανθαρίδων φαρμάκῳ καὶ ηὐχαρίστη τὰ μέγιστα, ῥηγνυμένης γὰρ τῆς γινομένης ὑπὸ τοῦ φαρμάκου φλυκταίνης, ὑγρὸν ἐξεκρίνετο πολὺ, καὶ τούτου συμβαίνοντος ἔφασκεν ὠφελεῖσθαι τὰ μέγιστα: Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ τὰ τοιαῦτα τῶν φαρμάκων, ἐξατμίζουσι γὰρ τὸ λεπτὸν μόνον, τὸ δὲ παχὺ καὶ γεῶδες καταλιμπάνουσι.*

Noui quendam, ſolo ſinapios vſu in maximis acceſſionibus omni dolore vacuum fuiſſe; Admiſcebat autem ſaepe carycas et aceta, et concidens et miſcens iſthaec, emplaſtri configurabat ſpeciem, ſic imponebat pharmacum: et alium ſimiliter vidi, illo, quod cantharidibus conſtat, remedio vtentem, et abinde valde profecit. Cum enim veſica, quae a pharmaco excitata erat, rupta eſſet, liquidi multum excretum eſt, et exinde ſe valde adiutum eſſe profitebatur. Ego vero non laudo iſta; diſſipant enim tenue ſolum, crudum autem et terrenum relinquunt. ALEX. TRALL. XI. 1.

s) *Φοινιγμὸς* eſt *cutis rubificatio*, aut coloris rubri per medicamenta excitatio: *Partium rubor* AVRELIANO *Tard. Paſſ. L. 5. c 1.* et *cutis rubor c. 2.* dicitur, *ἀπὸ τοῦ φοινίσσεσθαι*, quod eſt, *puniceo colore infici*, *rubore ſuffundi.*

t) *Ἔμπλαστρα διαφορητικὰ καὶ ἐπισπαστικά.*

Emplaſtra diaphoretica et epiſpaſtica. GAL. *De Compoſ. Med. Secundum Locos*, VI.

venenum cum vulnere conceperat, locus vreretur, aliiſque acribus pharmacis in eſcharam conuerteretur [u]). Illum etiam, qui *per vlcera* arte inducta celebratur, ſanandi modum haud ignorauit antiquitas, atque crudelius omnino [x]), quam nunc fit, in iſthoc negotio progreſſa fuit, veluti legere apud CELSVM [y]) licet, qui, poſt alias pituitae oculorum medicinas, inciſa capitis cute inſtitutas, illam etiam deſcribit, *cum inter frontem atque verticem candens ferrum admouetur, ipſumque os aduritur.*

u) Κενοῖ μὲν πάντα τὰ ἕλκοντα σφοδρῶς ὥσπερ αἵ τε σικύαι καὶ τινὰ τῶν κοίλων κεράτων, οἷς, ὡς σικύαις, ἔνιοι χρῶνται. τινὲς δὲ καὶ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ στόματος ἕλκουσι τὸν ἰὸν, αὐτοὶ προσπίπτοντες τῷ πεπονθότι μορίῳ καὶ περιλαμβάνοντες αὐτὸ τοῖς χείλεσιν: Ἔχεταί γε μὴν καὶ τοῦ προειρημένου σκοποῦ τὸ καυτήριον, ὅσα τε φάρμακα παραπλησίως τοῖς καυτηρίοις ἐσχάρας ἐργάζεται. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκκενοῖ πάντα τὴν οὐσίαν ὅλην τοῦ λυποῦντος.

Euacuant ea omnia, quae fortiter trahunt, vt cucurbitulae, et quaedam excauata cornua, quibus, tanquam cucurbitulis, quidam vtuntur. Quidam autem et per ipſum os exſugunt venenum, cum laeſae parti accumbunt, eamque labiis comprehendunt. Hunc ſcopum etiam attingunt cauterium et omnia pharmaca, quae pariter, vti cauteria, eſcharas faciunt. Haec igitur omnia euacuant totam rei nocentis ſubſtantiam. GAL. *Meth. Med.* XIII.

Conf. IO. BENI. BOEHMERI Diſſert. *De Pſyllorum, Marſorum et Ophiogenum aduerſus ſerpentes eorumque ictus virtute.* Lipſ. 1745.

x) A ſaeuitie ſecandi vrendique tranſiiſſe (medici) nomen in carnificem, et in taedium artem omnesque medicos Romae, auctor eſt PLINIVS *Hiſt. Nat.* XXIX. 1.

y) *De Re Medica* VII. 7. no. 15.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXXI.
DE ALTERANTIBVS.

Qui materiem rerum iuuantium ad duo ſumma, *euacuantium* atque *alterantium*, capita reuocauerunt, generali aliqua notione, medicamenti *alterantis* titulum amplexi ſunt [a]), veluti ille vniuscuiusuis partis vel ſolidae, vel fluidae, ex praua aliqua diatheſi in ſtatum naturali ſimilem conuertendae, varios modos comprehendit [b]). Poſſet autem ſubnaſci dubium, an pharmacorum effectus, qui in complemento humorum vitalium, vbi defecerunt, conſiſtit [c]), mutare aliquid recte dicatur, cum illa nihil conferant, quo texturam liquidorum innouare dici poſſint. Quoniam autem in vniuerſum, ſi ab euacuantibus receſſeris, reliqua medicamenta hac idea conueniunt, qua cauſſam aliquam morbi, euacuationis legibus haud obſequentem, mutant [d]); ſub *alte-*

a) Τῶν φαρμάκων ἡ φύσις διττὴ, τῶν μὲν ἀλλοιούντων, τῶν δὲ ἐκκενούντων.

Pharmacorum natura duplex, *alterantium* et *euacuantium*. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* V.

b) Ἀλλοιοῦσθαι, ἄλλον ἐξ ἄλλου γίνεσθαι.

Alterare eſt, aliud ex alio fieri. HESYCHIVS.

c) Ἰητρικὴ ἐστὶ πρόσθεσις ἢ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων.

Ars medica eſt appoſitio et ablatio: Ablatio *abundantium*, appoſitio autem *deficientium*. HIPP. *De Flatibus*, §. 3. p. 401. T. I.

d) Τὴν δυναστεύουσαν αἰτίαν ἀπομάχεσθαι, ὡς δυνατόν.

Praeualens cauſa, vt poterit, expugnanda. GAL. *De Diff. Febr.* cap. 4.

alterantium titulo ſtare omnia auxilia poſſunt, quae fluxionem haud inuoluunt, licet, diuerſa omnino agendi ratione, a ſe inuicem diſcrepent, vt quaedam ex illis fluxiones contineant; quaedam, contrarietatis lege e), liquida corrupta ad priorem, a qua receſſerunr, integritatis ſpeciem reducant, quibus alterantibus proprie ita dictis nomen eſt, quaedam ſuccos vitales deperditos, ſurrogatis ſimilibus, reſtituant, aut illorum motus languidos excitent, quod *analepticorum* eſt; quaedam denique ita agant, vt fluidorum atque ſolidorum illa, quae ſenſum triſtem doloris adfert, diſpoſitio mutetur, quod praeſtant *anodyna*.

Veteres medici, quorum quaedam apud nos eſt auctoritas, medicamenta, ſub titulis adductis contenta, ita ſeruiliter haud vſurpauerunt, vt illa ad literam acciperent, fluxus ſubito ſiſterent, infirmis calida pharmaca darent, doloris ſenſum auferrent, ſed ad cauſſam et finem, quem morbi ſaepe intendunt, proſpicientes, natura duce vſi, ad rationis exquiſitae normam ſeligebant ſalutis inſtrumenta f).

Igitur, quod ad *adſtringentia* attinet g), diuerſis, cum fluxus ſiſtere intenderent, textura modoque agendi pharmacis vſi ſunt, proprio quidem aliquo ſignificatu, quidquid auſterum eſſet h), *adſtrin-*

e) Τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐςὶν ἰάματα.

Contraria contrariorum cura. HIPP. *De Flatibus* Ib.

f) Πάσης εὑρέσεως καὶ ἀποδείξεως ἀρχὴ τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐςίν.

Omnis medicamentorum inuentionis principium, ea ſunt, quae in ſenſum et intellectum veniunt. GAL. *De Simpl. Med. Fac.* I.

g) Στιγνωτικὰ, συνάγοντα, κλείοντα, σφίγγοντα.

Conſtipantia, continentia, claudentia, meatus oppilantia. GALEN. paſſim.

h) Ὁκόσα δὲ ἐςὶ ςρυφνὰ καὶ ἀυςηρὰ, ςάσιμα.

Quae

ſtringere arbitrati, ſed et illud vaſa continere putantes, quod eſſet *frigidum* [i]), *ſiccum*, *rarum*, ac propterea, cum humida inſorbet [k]), *adſtrictorium* quodque *glutinaret*, et acre obtunderet. Sub *priore* igitur adſtringentium, quae auſtera ſunt, claſſe, continentur ſucci vegetabiles, *Cydoniorum*, *Myrti*, *Meſpilorum* [l]), *Vuae immaturae* [m]), *Lycii* [n]), *Rhois* [o]),

Balau-

Quae acerba et auſtera, humores ſiſtunt. HIPP. *De Diaeta* II.

Τὸ ϛύφον συνάγειν καὶ πιλεῖν καὶ πυκνοῦν καὶ παχύνειν καὶ ξηραίνειν πέφυκεν.

Auſterum contrahere, obſtruere, infarcire et incraſſare poſſe, natum eſt. PAVLL. VII. α.

i) Ἡ διαπήδησις ὑπὸ τῶν ψυχόντων καὶ ϛυφόντων θεραπευθήσεται.

Parietum vaſis diductio, quam *diapedeſin* dicunt, refrigerantibus et adſtringentibus curabitur. GAL. *Meth. Med.* V.

k) Ὅσα ξηραίνει, ἀναπίνοντα τὰς ὑγρότητας, ὅταν ἐν πόροις τισὶ ὑπάρχωσι.

Quae ſiccant, inſorbent humiditates, quae meatibus exilibus inſunt. GAL. *De Facult. Med.* V.

l) Στύφοντα μῆλα καὶ μάλιϛα τὰ κυδώνια, μύρτων καὶ μεσπίλων ἀφέψημα.

Mala auſtera, maxime cydonia, myrti fructus et meſpilorum decoctum. GAL. *Meth. Med.* V.

Μῆλα κυδώνια, ἢν ἡ κοιλίη λελυμμένη ᾖ, ἐν πυρετῷ καυσώδει.

Mala cydonia, ſi aluus ſoluta eſt, in febre ardente. HIPP. *De Morb.* III.

m) Τὸ ὀμφάκιον πίνεται πρὸς αἵματος πτύσιν τὴν πρόσφατον καὶ κατὰ ῥῆξιν γενομένην, ὑδαρεῖ δὲ δεῖ χρῆσθαι λίαν καὶ ὀλίγῳ.

Omphacium contra ſanguinis ſputum recens, et ruptione aliqua factum, bibitur, ſed opus eſt parco vti et valde diluto. DIOSCOR. *Mat. Med.* V. 6. p. 325. ed. SARACEN.

n) Τὸ λύκιον ϛύφον μετὰ πικρίας, δύναμιν ἔχει ϛυπτικήν.

Lycium auſterum cum amaritudine, vim habet adſtringentem. DIOSCOR. Ib.

o) Ῥοῦς ἐπὶ τὰ ὄψα, καρπὸς τῆς καλουμένης βυρσοδεψικῆς ῥοός, ἥτις ὠνομάσθη ἐκ τοῦ τοὺς βυρσοδέψας αὐτῇ χρῆσθαι εἰς τὴν ϛύψιν τῶν δερμάτων, δυσεντερίας ἔψημα καὶ πόμα.

Rhois

Balauſtii florum p); Sub altero *terreorum* ordine, *Corallia* q), *Rubrica Sinopica* r), *Haematitae lapis* s), *Cornuque ceruinum vſtum* t) collocabantur. Nec inferior *glutinantium anodynorumque* hunc in finem vſus erat, veluti poſtea dicam; Quod enim ſpecialem eorum, quae ſanguinem tenere poſſunt, adminiſtrationem u) atque illa vulnerum remedia concernit, dicere nunc nihil attinet; Ad artem referenda illa ſunt, quae manu medetur.

Medicamenta quod concernit, quorum eſt, humorum temperiem morboſam inuertere, primarum viarum vitia ita correxere veteres, vt, habita vniuscuius-

Rhois obſoniorum fructus, quae etiam coriaria dicitur, ideo, quod coriarii illa ad induranda vtuntur coria: Decoctum et potus in dyſenteria. DIOSCOR. Ib. c. 34. p. 337.

p) Βαλαύστιον ἄνθος δύναμιν ἔχει συπτικὴν τοιαύτην πρὸς ἃ καὶ ἡ ὑπόκυστις καὶ ὁ κύτινος.

Balauſtiorum flores vim habent adſtringentem talem, qualem et hypocyſtis, et cytinus. DIOSC. Ib.

q) Τὸ κοράλλιον πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς ἱκανῶς ἐνεργεῖ.

Corallium in ſanguinis ſputo bene agit. DIOSCOR. Ib. V. 139. p. 382.

r) Κοιλιακοῖς συμφέροντα, χυλὸς ἀνδράχνης, ἀκακίας, ὑποκύστιδος, ἀρνογλώσσου χυλὸς, βαλαύστιον, μίλτος συνωπική.

Fluxione coeliaca laborantibus conducunt portulacae, acaciae, hypocyſtidis, plantaginis ſuccus, balauſtia, rubrica ſinopica. DIOSC. *Euporiſt.* II. 49. p. 86.

s) Λίθος ὁ αἱματίτης, σφραγὶς ἡ λημνία.

Lapis haematites, ſigillata terra lemnia. GALEN. *Meth. Med.* V.

t) Κέρας ἐλάφειον, τρυφερὸν, κεκαυμένον. *Cornu ceruinum tenerum vſtum.* GAL. *De Facile Parabilib.* inter medicamenta πρὸς διάῤῥοιαν γαστρὸς, *ad ventris fluxum.*

u) Ἐφεκτικὰ αἱμοῤῥαγίας.

Quae haemorrhagias ſedant. ALEX. TRALL. II. c. η΄.

Θεσμοὶ τῶν κώλων καὶ σικύαι ἐπὶ τῶν ὑποχονδρίων.

Vincula artubus circumiecta, cucurbitulae hypochondriis admotae. GAL. *Meth. Med.* I.

cuiuſuis ratione [x]), ſingulis humoribus ſingula oppo-nerent auxilia, acribus rodentibus et fluxus magnos concitantibus *oleoſa* [y]), *pinguia* [z]), *gummoſa* [a]), *fa-rinata* [b]), *diluentia* [c]); lentis et viſcidis *amara* [d]),

 acria,

x) Ἕτερα ἑτέροισι ξύμφορα.

Varia variis vtilia. HIPP. *De Flatibus* L. cit.

y) Ἔλαιόν ἐστι εὐκοίλιον καὶ μαλακτικὸν, ἀμβλύνον δὲ τὰς τῶν ἑλκόντων φαρμάκων δυνάμεις· δίδοται δὲ καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα, συνεχῶς πινόμενον καὶ ἐξεμούμενον.

Oleum aluo gratum eſt, emolliens, obtundens corroſiuorum pharmacorum vires; datur etiam contra letalia venena, ſi magna copia bibitur et euomitur. DIOSCOR. *Mat. Med.* I. 30. p. 23.

z) Στεάτων δύναμις: Ἐγκλύζεται μετὰ πτισάνης χυλοῦ, καὶ τοῖς κανθαρίδας πεπωκόσι ὠφελίμως δίδοται.

Pinguitudinum virtus: Sub clyſmatis ſpecie exhibentur cum ptiſanae ſucco et illis, qui cantharidas potauerunt, vtiliter datur. DIOSCOR. *Mat. Med.* II. 95. p. 115.

a) Ἀκακίας κόμμι, δύναμιν ἔχει συπτικὴν, ἀμβλυντικὴν δριμέων φαρμάκων.

Acaciae gummi vim habet adſtringentem, obtundentem acria pharmaca. DIOSCOR. *Mat. Med.* I. 133. p. 68.

b) Τοὺς δυσεντερικοὺς ὑποκλύζειν χυλοῖς πτισάνης λεπτοῖς καὶ γάλακτι, καὶ τἄλλα, χλιάσματα πυριᾶν καὶ εἰς ὕδωρ καθίζειν θερμόν.

Dyſentericis ſuccos ptiſanae tenues ſubdere aut lac, ceterum fotu calefacere, et aquae calidae inſidere. RVFFVS EPHES. *De Veſicae Renumque Affectib.*

c) Δυσεντερικῷ ὀῤῥοποτήσαντι καὶ γαλακτοποτήσαντι ἐν γάλακτι πεπυρωμένῳ, μετριώτερα τὰ ἀλγήματα.

Dyſenterico ſerum lactis et lac ipſum bibenti, ex lacte, quod immerſis candentibus lapillis decoctum eſt, leuiores dolores fiunt. HIPP. *De Affect.*

d) Τὸ πικρὸν διαῤῥύπτει καὶ λεπτύνει καὶ τέμνει τὸ πάχος τῶν χυμῶν.

Amarum depurat et attenuat, et incidit lentorem humorum. PAVLL. VII. 1.

acria e), aliquando *ſalſa* f), habita ſimul ratione optimi regiminis g), ſine quo nec pituitoſi, nec dyspepſia acida laborantes atque flatuoſi h), quidquam proficiunt. Conſtipatam ex auſtero ſucco aluum habentes, quos purgantium atque phyſagogorum vſus laeſurus erat, aqua ſanabant i); Nec quidquam deprehenſum eſt k), bilioſos, poſt vſum molliter laxantium, humectante diaeta, iuuare poſſe efficacius.

Cum ſanguis in ſua, quae vitam ſanam efficit, temperie erraret l), variis, vti materies differret, cum

e) Τὸ δριμὺ λεπτύνει καὶ καθαίρει.

Acre attenuat et purgat. PAVLL. Ib.

f) Νιτρώδεις ἕξεως ἁλυκὰ ἄνευ πικρότητος τραχέας φίλα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζεται.

Nitroſa, ſalſa ſine amaritudine, nobis gratiora eſſe videntur. GAL. *De Simpl. Med. Fac.* I.

Ἅλες, ἐκ τῆς θαλάττης καὶ πολλαχόθι τῆς γῆς ἐξ ὑδάτων ἐλαφρῶν ἁλμυρῶν ἀναξηρανθέντων γεννώμενοι, καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ ὀρυκτὸς, ῥύπτειν μᾶλλον ἢ στύφειν τε καὶ συνάγειν πεφυκότες.

Sales marini aut vbique locorum, aut ex aquis leuiter ſalſis deſiccatis facti, et ſuper his ſal foſſilis, abſtergere nati ſunt. GAL. Ib. IV.

g) Φλεγματώδεσι ξυμφέρει ξηραίνοντα καὶ ἰσχναίνοντα σιτίοισι καὶ ποτοῖσι καὶ γυμνασίοισι καὶ περιπάτοισι.

Pituitam habentibus conueniunt deſiccantia et extenuantia, cibo, potu, exercitiis, deambulationibus. HIPP. *De Affect.*

h) Λαχάνων καὶ ὀξέων πάντων ἀπεχέτω καὶ τῶν δριμέων καὶ ὅσα φῦσαν παρέχει.

Ab oleribus et acidis omnibus abſtineant et acribus, et illis, quae flatus faciunt. HIPP. Ib.

i) Ὁκόσων αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσιν, τουτέοισιν ὕδατα μὲν τὰ γλυκύτατα ξυμφέρει καὶ κουφότατα καὶ λαμπρότατα.

Quibus ventres conſtipantur, illis dulciſſimae conueniunt, et leuiſſimae, et lucidiſſimae aquae. HIPP. *De Aëre, Aquis et Locis.*

k) Ὁκόσοι δὲ χολώδεες, διυγραίνοντα τῇ διαίτῃ.

Bilioſis ea, quae ex victu ſunt, humectantia. HIPP. *De Affect.*

l) Εἰ (αἷμα) ἐπ' ἄλλο τραπέῃ εἶδος, καὶ τῆς οἰκείας ἐκςαίη ποιότητος.

Si

cum qua rem habebant, conſiliis vſi ſunt. Rebelles ſuccos, qui minimos infarcirent tubulos, expurgabant medicamento potabili, tenui, calido [m]), hinc ſalſis atque amaris, quorum illa humores diſcinderent, haec vaſa roborarent [n]). Acceſſit totius *artis gymnaſticae* auxilium, veluti infra eſt. Acre ſanguinis, cum illud ex febre eſſet, obtundebant *ptiſana* quacumuis, maxime illa, quae eſſet ex *hordeo mundo* [o]),

Si ſanguis in aliam ſpeciem conuertitur, et familiarem texturam deſerit. ACTVAR. *De Spirit. Anim.* II. 3. p. 69.

m) Κεχρῆσθαι πόματι τῷ θερμῷ, μάλιστα ὕδατι: Δυνατὸν γάρ ἐστι τοῦτο τὸ πόμα τὸ μὲν ἀποπλῦναι καὶ ἀποῤῥίψαι καὶ ὠθῆσαι περὶ τὴν κάτω γαστέρα, καὶ ἀναδοθῆναι, παρασκευάσαι καὶ πραΰναι καὶ χαυνῶσαι τοὺς πόρους.

Vtendum potu calido, maxime aqua: Potus enim ille poteſt abluere, et eiicere, et percolare circa imum ventrem, et nutrire, praeparare, conſopire et laxare meatus. ALEX. TRALL. *De Febribus.*

n) Ἐκφρακτικὰ, τῶν πόρων καθαρκτικὰ, ῥυπτικὰ, διαρυπτικὰ τῶν μειζόνων πόρων, εἰς ῥώμην τῶν ἀγγείων ὠφελοῦντα νιτρώδη καὶ πικρά.

Poros expurgantia, abſtergentia maiorum meatuum, purificantia, ad robur vaſorum vtilia, *nitroſa* et *amara.* GAL. *De Simpl. Med. Facult.* V.

Τὰ πικρὰ δριμέα καὶ θερμὰ σφοδρῶς, τοῦ σώματος εἴσω λαβόμενα ῥύπτουσί τε καὶ διακαθαίρουσι καὶ τὴν ἐν ταῖς φλεψὶ χυμῶν παχύτητα τέμνουσι, ὅθεν ἐπιμήνιά τε κινοῦσι καὶ ταῖς ἐκ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἀναγωγαῖς τοῦ πύου συναίρονται, καὶ ὅλως, εἴ τι παχὺ φλέγμα περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ἤτε πύον ἤτ' ἄλλο τοιοῦτον εἴη, διακαθαίρουσιν.

Amara, acria, et valde calida, cum in corpore ſuſcepta ſunt, mundificant et expurgant humorum in venis lentorem, vnde et menſes mouent, et puris eductionibus ex thorace et pectore conducunt, et in vniuerſum, ſi quid pituitae in illis fuerit, aut pus, aut aliud quid ſimile, perpurgant. GALEN. Ib. IV.

o) *Ptiſanae* vox ſola, ſemper τὴν κριθίνην, *hordeaceam*, deſignat; ſi aliam volunt, addunt, vnde factam velint: Eſt enim mox πτισάνη πυρίνη, *triticea ptiſana*, mox χονδροπτισάνη, *ex auena*, mox φακοπτισάνη, *ex lente.* Hordeaceam adeoque praefert HIPPOCRATES.

melicrato [p]), *aqua citrata* [q]). Audaciores potabant gelidam [r]), nihilque illo tempore ad frangendas febris acutae vires humida diaeta viſum fuit eſſe efficacius [s]). At in aeſtu diuturno, qui vel ex acredine humorum quauis, vel ex illa vlceroſa immunditie eſſet, cum abſconditum in aliquo viſcere pus, maxime illud, quod pulmones deuorat, ſanguinem inquinaret, omnium veterum in lactis ſerique lactis vſum eſt conſenſio, HIPPOCRATE [t]) auctore, quem

Τὰς πτισάνας χρὴ ἐκ κριθέων τῶν βελτίστων εἶναι καὶ κάλλιστα ἑψηθῆναι.

Ptiſanam oportet ex hordeo optimo eſſe, et optime coqui. HIPP. *De Victu Acut.*

Ἢν δὲ διψώδεες σφόδρα ἔωσι, τῷ κριθείου ὕδατος.

Si ſiticuloſi valde fuerint, hordeacea aqua vtendum. HIPP. Ib.

p) Ἢν πολλὴ δίψα ἔῃ, μελικρήτῳ καὶ ὕδατι χρέεσθαι.

Si multa ſitis fuerit, melicrato cum aqua vtendum. HIPP. *De Victu Morb. Acut.*

q) Βραδύτερόν ἐστιν ὕδωρ, διὰ τοῦτ' αὐτῷ μήγνυσθαι τὸ ὄξος, οἷον ὄχημα τῆς πάντῃ φορᾶς γεννησόμενον, οὕτω δὲ, κἂν μετ' οἴνου ποθῇ, ἀδιψότερον τὸ ὕδωρ ὑπάρχει.

Ignauior aqua eſt; Igitur acidum illi admiſcendum eſt, ſtimuli loco illi futurum, quo progredi quaquauerſum poſſit, cumque vino mixta bibitur, ad reſtinguendam ſitim eadem eſt aptior. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* I.

r) *Non potare niuem, ſed aquam potare rigentem*
De niue, commenta eſt ingenioſa ſitis.
MARTIAL. L. XIV. Epigr. 117.

s) Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι.

Humidae diaetae omnibus febricitantibus conueniunt. HIPP. *Sect.* I. *Aph.* 16. p. 71.

Τροφὴ ὑγρὴ πᾶσι τοῖς πυρεταίνουσι.

Alimentum humidum omnibus febrientibus. ARETAEVS *De Curat. Acut.* I. 1.

t) Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν· κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβαρβορίζονται, καὶ τοῖσι διψώδεσιν. κακὸν δὲ καὶ οἷσιν χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι πυρετοῖσι ἐοῦσι, καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν.

quem ſequuntur reliqui. Pariter *dulcibus* [u]) et *gummoſis* [x]) vſi ſunt veteres, vt humorum acredinem Ss 5 obtun-

νειν. ἁρμόζει δὲ τοῖς φθινώδεσι, μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι, διδόναι καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι καὶ βληχροῖσι, μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρέοντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσιν.

Lac dare iis, qui capite dolent, malum; Malum etiam febrientibus, et quibus hypochondria flatibus eleuantur, et ſiticuloſis; Malum etiam, quibus bilioſae deiectiones, et quibus multae deiectiones ſanguineae factae ſunt. Conuenit autem tabidis ex pulmone, cum non admodum febriunt, et in febribus diuturnis ac obſcuris, ſi nihil ex praecedentibus adeſt, cumque illi ſine manifeſta cauſſa contabeſcunt. HIPP. *Aphor.* V. 64. p. 97.

Ἀρθρίτις ὅταν ἔχει, ὀῤῥὸν ἑφθὸν καὶ ὄνειον γάλα.

Cum arthritis eſt, ſerum coctum et aſini lac. HIPP. *De Affect.*

Γάλα ὄνειον καὶ ἵππειον πρὸς τὴν κάθαρσιν τῶν ἑλκῶν συμφέρει, τὸ δὲ ὑποχωρῆσαν τοῦ γάλακτος: Τοῦτο δὲ τῶν ἄλλων ἑλκῶν τῶν εἴσω κάλλιστον φάρμακον, τοῖς δὲ χαλεποῖς ἰχῶρσιν εὐμενέστατον, καὶ ταχὺ ἀνατρέφον τὸ σῶμα: Μάλιστα δὲ ἐν νοσήμασι συντηκτικοῖς: Ὅτι δεῖ τάχιστα εἰς εὐεξίαν καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον.

Lac aſininum et equinum ad depuranda inſeruit vlcera, et quod a lacte ſecedit, ſerum. Hoc reliquorum vlcerum internorum optimum remedium, et acribus humoribus valde commodum, cito reficiens corpus, maxime in morbis colliquatiuis, vbi homo celeriter bono habitui reſtituendus eſt. RVFFVS EPHESIVS *De Veſicae Renumque Affectibus*, cap. 12.

Φθισικοῖς ἁρμόζει γάλα γυναικεῖον θηλαζόμενον, ἢ αἴγειον, ἢ προβάτειον, ἢ βόειον.

Phthiſicis conuenit lac muliebre recens ſuctum, aut caprillum, aut ouillum, aut bouillum. DIOSC. *Parabil.* II. 39. p. 81.

u) Τῆς γλυκυῤῥίζης χύλισμα ποιεῖ πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας, ἄδιψόν τέ ἐστιν ἀποχυλιζόμενον.

Glycyrrhizae ſuccus conducit ad aſperitudines arteriae; Sitim ſedat, vbi ſub potus ſpecie capitur. DIOSC. *Mat. Med.* III. 7. p. 174.

x) Τραγάκανθα, δάκρυον τῆς ῥίζης ἀποτμηθείσης, δύναμιν ἔχει ὁμοίαν κόμμι, παρεμπλαστικὴν, πρὸς βῆχας καὶ πρὸς τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας.

Tra-

obtunderent. Qua in re ſine curioſiſſimo vitae ordine nihil perfici poſſe cum perſpicerent, conſultum eſſe duxerunt, acidorum y) omniumque acrium alimentorum vel pharmacorum vſum prohibere.

Ad vires conciliandas, arte gymnaſtica et diaetae regulis plerumque vſi ſunt, medicamentis rarius. Igitur, cum morbus id ferret, *motu* z), *frictionibus* a), *balneis* b), fibram obfirmabant debilem, atque illos, qui ex morbo imbecilles eſſent, eadem ratione corroborabant; id quod *ἀνάκτησις* c), *ἀνάληψις*,

Tragacantha, lacruma ex praeciſa fruticis huius radice, vim habet ſimilem *Gommi* demulcentem, ad tuſſes, et ad arteriae aſpritudines. DIOSCOR. Ib. c. 23. p. 180.

y) Τὰ ὀξέα λεπτύνει, δῆξιν ἐμποιέοντα.

Acria extenuant, mordendo. HIPP. *De Affectib.*

z) Ἐς κινήσιας ἄγειν αἰώρης καὶ τρίψιος καὶ λετρῶν ὅκως ἐκ τῦ νεκρώδεος ἐντυθείη καὶ ἀγαςραφείη τὸ ζώπυρον.

Ad motus geſtationis et frictionis et balneorum adigendus aeger eſt, vt vis vitae ex ſuo veterno excitetur et expergefiat. ARETAEVS *De Curat. Acut.* II. 3.

a) Ἀνάτριψις, *frictionis* exercendae ratio ſalutis cauſſa, antiquae artis gymnaſticae pars haud minima. HIPPOCRAT. L. *De Arte:* πολλῶν μὲν ἔμπειρον εἶναι δεῖ τὸν ἰατρὸν, ἀτὰρ δὴ καὶ ἀνατρίψιος. *Cum multorum aliorum expertum eſſe oportet medicum, tum etiam frictionum modos callere.* Eſt enim in frictione vis ſoluendi. Ita HIPPOCRATES *De Officin.* ἀνάτριψις δύναται λῦσαι. *Frictio poteſt diſſoluere.*

b) *Emicant*, inquit PLINIVS L. XXXI. 2. *benigne paſſimque in plurimis terris, alibi frigidae, alibi calidae aquae, aliae ſulphuris, aliae aluminis, aliae ſalis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acidae ſalſaeque miſtae: vapore quoque ipſo aliquae proſunt; tum generatim neruis proſunt pedibusue aut coxendicibus, aliae luxatis fractisue. Molliunt aluos, ſanant vlcera, auribusque priuatim medentur.*

c) Ἀνάκτησις, *Virium reparatio, quae motu fit et exercitiis,* ſecundum artis gymnaſticae praecepta, vti HIPPOCRATES docet Libr. *De Veteri Medicina.* Ἔτι γῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτησίων ἐπιμελέμενοι. *Quapropter etiam nunc exercitiis iidem et refectionibus praeſunt.*

ληψις d), ἀνακομιδὴ e), ἀποθεραπεία f) tunc di-ctum eſt. At, cum ex liquidorum vitalium defe-ctione eſſet debilitas, in victu ordinando reſtaurandorum aegrorum rationes quaerebant, cuius medendi viae, qua debiles reficiendi ſint, imaginem, *gerocomica* ſeu *diaeta ſenum*, vti illa veteres vſi ſunt, exhibet g). Siue ergo in *toto*, ſiue in *parte*, augen-

d) Ἀναλαμβάνειν, *Ex morbo vires colligere:* οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες, *qui ex morbis magnis paullatim ad ſeſe redeunt.* HIPPOCR. *Coac. Praenot.* ἐκ νόσων ἀνιστάμενοι, *Ex morbis reſurgentes.* Si quae his dantur medicamenta, dicuntur ἀναληπτικὰ, ipſa conualeſcentium cura ἀνάληψις audit.

e) Ἀνακομίζειν, *reficere ac reſtaurare aegros*, eosque ex morbo recreare, HIPPOCRAT. *de Morbis* II. exponit GALENVS, ἀνατρέφεσθαι, *paſtu refici.* Inde ἀνακομιδὴ, *tempus* illud denotat, quod, ſanitas, an morbus ſit, dubium eſt, *cum aegri conualeſcunt*, languore ſuperſtite. Hinc πρὸς ἰσχὺν καὶ ἀνακομιδὴν φάρμακα, HIPPOCRAT. *De Morbis. Medicamenta ad robur et reſtaurationem*, τροφὴ ἐς ἰσχὺν καὶ κομιδὴν ξυμφορώτερος, *Cibus ad robur et refectionem vtilior.*

f) Ἀποθεραπεία erat eorum *refectio*, qui exercitiis vltra modum defatigati languerent; ad aegrotos hanc notionem transfert HIPPOCRATES, ἀποθεραπῆσαι τὸν νοσέοντα, Refocillare aegrotum. *Praenot.*

g) Δίαιτα γερόντων: ἐπανόρθωσις διὰ τῶν ὑγραινόντων τε καὶ θερμαινόντων γίγνεται, τοιαῦτα δ' ἐστὶ λουτρὰ θερμὰ γλυκέων ὑδάτων, καὶ οἴνου χρηστοῦ πόσις, ὅσαι τε τῶν τροφῶν ὑγραίνουσί τε καὶ θερμαίνουσι, διδόναι δὲ τροφὴν ὀλίγην μὲν, πολλάκις δὲ, προφερέτωσαν δὲ τῶν εὐχυμωτάτων καὶ δυσφθάρτων, οἷον ὄρνιν ἐξ ἁπλοῦ ζωμοῦ, ἓν μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον ἀγαθὸν ἐξ οἴνου τοῖς γέρουσι γίνεται, τὸ θερμαίνεσθαι πάντα αὐτῶν τὰ μόρια, δεύτερον δὲ, τὸ δι' οὔρων καθαίρεσθαι.

Diaeta ſenum; ſanatio fit humectantium et calidorum recto vſu. Talia ſunt, balnea calida ex aquis dulcibus, et vini optimi potio, et quaecumque ex alimentis humectant et calefaciunt. Cibus parcus ſaepius exhibendus, qui ſucci pleniſſimus atque incorruptibilis, vti gallina meracius cocta. Vnum ergo maximum bonum ſenibus

augenda eſſent liquida, veluti, cum lac aut ſemen deficeret, alimentis plus, medicamentis aliquid largiebantur [h]). Neque enim ignota illis fuit *vinorum*, pro aegri et morborum conditionibus ſeligendorum [i]), efficacia [k]). Nouerant etiam *aromatum* totius-

bus ex vino eſt, quo calefiant omnes illorum partes, alterum, vrinis purgari. AET. *Tetrab. I. Serm. IV.* cap. 30.

h) Γάλακτος καὶ σπέρματος ποιητικαὶ δυνάμεις εἰσὶν ἐν φαρμάκοις, ἐπειδὰν τοὺς φλεγματικοὺς χυμοὺς ἐκθερμαίνοντες εἰς αἷμα μεταβάλλωμεν, ἐν τροφαῖς δὲ, ἐπειδὰν εὔχυμοί τε καὶ ὑγραὶ μετρίως ὦσιν.

Lactis et ſpermatis augendi efficacia eſt in *pharmacis*, quando pituitoſos humores calefaciendo, illos in ſanguinem conuertimus: *In cibis* autem, ſi ſucculenti et mediocriter humidi fuerint. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* V.

i) Ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ πρὸ πάντων ὁποῖά τις τοῦ κάμνοντός ἐστι φύσις, εἰ μὲν γὰρ ἀσθενὴς τὴν κεφαλὴν εἴη καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θερμῶν οἴνων πληρούμενος, ἐπὶ τοὺς ἧττον θερμοὺς ἔρχεσθαι μᾶλλον χρή.

Ante omnia diſpiciendum, qualis ſit aegroti natura; Si enim capite fuerit infirmior, et a calidis vinis facilius replendus, ad minus calentia procedere ſatius eſt. GAL. *Meth. Med.* XIV.

k) DIOSC. *Mat. Med.* V. 9. p. 326. Ἐκ τῆς γεύσεως. *Character vini ex guſtu.*

Ὁ μὲν γὰρ γλυκὺς οἶνος ἁδρομερής τε ἐστὶ καὶ δυσδιάπνευστος, στομάχου πνευματωτικός, ὁ δὲ αὐστηρὸς οὐρητικότερος, ὁ δὲ στρυφνὸς εὐθετώτατος πρὸς ἀνάδοσιν σιτίων, ὁ δὲ ἁπαλὸς ἧττον ἅπτεται τοῦ νευρώδους.

Dulce vinum compactum eſt et inperſpirabile, ventriculum flatibus implet; ſubacidum vrinas mouet; auſterum commodiſſimum ad nutritionem; quod ex his tenuius eſt, neruos minus tangit.

Οἶνοι οἱ μὲν παλαιοὶ νεύρων βλαπτικοὶ καὶ τῶν λοιπῶν αἰσθητηρίων, πρὸς δὲ γεῦσιν ἡδίονες, ὅθεν ἐπὶ τῶν ἀσθενές τι μέρος ἐχόντων ἔνδον παραιτητέον.

Vetuſta vina neruos et ſenſoria laedunt, guſtu gratiora; Igitur partem aliquam intus infirmam habentibus conducibiliora. DIOSCOR. Ib. c. 7. p. 325.

tiusque regiminis calidi vires [l]), tam ad *internos*, quam etiam ad *externos* vſus, cum paralytici [m]) aut ſoporoſi [n]) excitandi eſſent, neque incognitae illis viae fuerunt, quibus ſubtilis aromatum omnisque materiae analepticae *halitus* per cutem ad interiora procedit [o]). Quo in caſu ad excitandos infirmos efficaciore quoque medicina vſi fuerunt [p]).

Reme-

l) Εὐκάρδιον, εὐστόμαχον.
Quod cordi vel ſtomacho prodeſt. GAL. *in Exegeſi Vocum* HIPP.
Δύναμις θερμαντική.
Vis calefaciens. DIOSC. *Mat. Med.* I. 5. p. 7.
Κασσία δηκτικὴ ἐν τῇ γεύσει καὶ στύφουσα, μετὰ πολλῆς πυρώσεως ἀρωματίζουσα, οἰνίζουσα τῇ ὀσμῇ.
Caſſia, mordax guſtu, adſtringit, cum multo feruore aromatica, et vinum odore ſpirat. DIOSC. *Mat. Med.* Ib. c. 12. p. 11. ſeq.
Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ κιννάμωμον θερμαντικὴν, οὐρητικὴν, μαλακτικὴν, πεπτικὴν, ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα.
Vim habet omne cinnamomum calefacientem, vrinas ducit, emollit, coquit, menſes agit. DIOSC. Ib. c. 13. (Eadem illius eſt ſententia de amomo, coſto, calamo, aliisque aromatibus, eorundemque vim agendi in aromatica acredine ponit.)

m) Κατ᾽ ἐκεῖνο τῆς ῥάχιος μέρος ἐπιθεῖναι τὸ φάρμακον, ὃ τὴν ἀρχὴν ἔχει (τοῦ νεύρου) τοῦ πάσχοντος μορίου.
Secundum illam ſpinae partem pharmacum imponendum, in qua nerui afflictae partis origo eſt. GAL. *De Locis Affect.* I.

n) Ὁκόσοι ταχέης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴαμα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος, ὁκόσοι δ᾽ ἔτι ταχυτέρης, δι᾽ ὀσφρήσιος.
Qui celeri refectione indigent, humida medicina ad refectionem; qui celeriore, per odoratum. HIPP. *De Alimentis*, §. 11. p. 598. T. I.

o) Ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης ἐνδοτάτω ἀφικνέεται.
Extus nutrimentum ſummis ſuperficiebus applicatum ad interna procedit. HIPP. Ib.

p) Συκίας προσφέρειν ἐν κάροις καὶ ληθάργοις καὶ κώμασι.
Cucurbitulae admouendae ſunt in caris, lethargis et comatibus. GAL. *Meth. Med.* III.

Remediis dolorum prouide vtebantur, cauſſam mali euertere, quam eius ſenſum, manente cauſſa, tantum abolere, putantes eſſe ſatius q). Non tamen ab anodynis alieni omnino fuerunt, ſi caſus id ſecum adferret r). Eſt enim illorum haud parua vtilitas illis, qui recte vti norunt s). Cumque illa, quae obliuionem doloris faciunt, et quorum vim agendi in aliqua reſiſtentia cerebro facta ARISTOTELES t) ponit,

q) *Τὴν αἰτίαν αὐτὴν ἐκκόψαι, δι' ἣν ἀλγῦσιν.*

Ipſa cauſſa exſcindenda eſt, propter quam dolent. GAL. lb. XIV.

Τὰ τῷ τὴν διάθεσιν ἰᾶσθαι παύοντα τὰς ὀδύνας ἐκ ἂν εὐλόγως ἀνώδυνα, ἕνεκα τῦ κενῶσαι καὶ διαφορεῖν καὶ ἀραιῶσαι καὶ λεπτύναι καὶ συμπέψαι καὶ ὁμαλῦναι πᾶν ὅσον ἐν τοῖς ὀδυνωμένοις μορίοις ἢ χυλῶν δριμέων, ἢ γλίσχρων, ἢ παχέων, ἢ ἐμπεφραγμένων, καθάπερ τὰ διαπυητικὰ προσαγορευόμενα.

Ea, quae ita dolorem ſedant, vt diſpoſitionem ad dolores mutent, proprie non ſunt anodyna, propterea quod vel euacuent, vel ſudorem moueant, vel attenuent, vel diluant, aut coquant, aut aequent omne id, quidquid in partibus dolentibus humorum eſt, vel acrium, vel ſpiſſorum, aut craſſorum, aut infarctorum, veluti ſic dicta pus mouentia. GAL. *De Simpl. Med. Fac. v'.*

r) *Πραΰνομεν τὸ τῶν ἀλγημάτων σφοδρὸν, ἐπεὶ ὔτε ἀναιρεῖν οἷόν τε ἐςὶ τὰς τῶν ἀλγημάτων αἰτίας ὔτ' ἀμβλύνειν τὰς σφοδρότητας.*

Quod nimium in dolore eſt, ſopimus, cum nec cauſſas dolorum auferre, nec eorum magnitudines obtundere licet. *ibid.*

s) *Νάρκη μετρίη ὀδύνης λυτική.*

Mediocris ſtupor dolorem ſoluit. HIPP. *De Morb. Mulier.*

Ὕπνος φύσει πέφυκεν ψύχειν.

Sua natura ſomnus refrigerandi cauſſa factus eſt. HIPP. *De Flatibus.*

Ὅσα ὕπνον ποιέει, ἀτρεμίην τῷ αἵματι παρέχει.

Quae ſomnum conciliant, ea ſanguini quietem procurant. HIPP. *De Affect.*

t) *Τὸ αἴτιον τῦ καθεύδειν ἡ ὑπὸ τῦ σωματώδυς τῦ ἀναφερομένυ ἀντιπερίςασις ἐπὶ τὸ πρῶτον αἰσθητήριον.*

Cauſſa

ponit, varia ſint, *efficaciora*, quae *anodyna; mitiora*, quae *paregorica* [u]), igitur mitioribus, *frigida* [x]), *nitro* [y]), *aceto* [z]), *ſeminibus*, *dulci lacte praegnantibus* [a]), frequentius, efficacioribus autem, vſi ſunt rarius. In doloribus, quorum cauſſa eſſet ex vtero, conſopiendis, magna fides habita fuit *caſtoreo* [b]) ob fragrantiam [c]). *Crocum* intus frequenter ſumtum fuiſſe, haud legi [d]); ſed papaueris ſuccus coctus, quem

Cauſſa ſomni eſt, a re graui facta primario ſenſorio reſiſtentia. ARISTOTEL. *De Somn. et Vigil.* III.

u) Ἀνώδυνα, παρηγορικὰ, πραΰντικά.

Dolorem ſedantia, eundem lenientia et mitigantia. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* V.

x) Πρὸς καῦσον ὕδωρ οὐράνιον αὐτὸ καθ᾽ αὐτό.

Coeleſtis aqua ſimplex ad febrem ardentem. HIPP. *De Morb.* III.

Τὸ ὑδατῶδες ψυχρὸν παχύνει καὶ συνίστησι καὶ συνάγει καὶ ναρκοῖ.

Aquae frigus incraſſat et condenſat, et compingit. PAVLL. VII. I.

y) Τὸ Νίτρον στρόφους παύει, καυσωδήκτους ἰᾶται.

Nitrum tormina conſopit, aeſtu afflictos ſanat. DIOSCOR. *Mat. Med.* V.

z) PLINIVS *Hiſt. Nat.* XIV. 20. *Aceti nequitiae ineſt virtus magnos ad vſus, et ſine queis vita mitior degi non poſſit.* Et Libr. XXXIII. I. *Vini etiam vitium tranſit in remedia. Aceto enim ſumma vis eſt in refrigerando, non tamen minor in diſcutiendo.*

a) Τὰ ἀμύγδαλα ἐσθιόμενά ἐστιν ἀνώδυνα.

Amygdalae comeſtae, ſunt anodynae. DIOSC. *Mat. Med.* I. 176. p. 83.

b) Τὰς ἀφ᾽ ὑστέρων κεφαλαλγίας καστόριον παύει.

Capitis ex vtero dolores caſtoreum ſedat. HIPPOCR. *Epid.* VII.

c) Τὰ εὐωδέστερα, τραγίζοντα τῇ ὀσμῇ, καρδιωγμοῖς καὶ ἐμπνευματουμένοις.

Fragrantiora, hircum olentia, doloribus ad ventriculi os et flatuoſis proficiunt. DIOSC. *Mat. Med.* I. 6. p. 8. ſequ.

d) Κρόκος ἐρυσιπελατώδεις φλεγμονὰς πραΰνει καταχριόμενος.

Crocus eryſipelaceas inflammationes mitigat, inunctus. DIOSC. Ib.

quem *meconium* vocant, inter vſitatiora fuit remedia [e]), *opio* ſcilicet, quod ſuccus, ex vulnerato papaueris capite fluens, et efficax medicina eſt [f]), clementius [g]). Haud enim res vlla noxia eſt, ſed vtendi modus nocet [h]). Igitur, vrgente aliquo fluxu, quem diu ferre aegrotus ob debilitatem haud poterat, veluti in hyperemeſi, quae vomitus eſt frequentia [i]), cho-

e) Μήκων ῥοιάς: ὠνόμαςαι δὲ διὰ τὸ ταχέως τὸ ἄνθος ἀποβάλλειν, φύεται ἐν ἀρούραις.

Papauer rhoeas, ab eo dictum, quod flores cito deiiciat, in agris naſcitur. DIOSCOR. lb. IV. 64. p. 265.

Sed etiam *hortenſe papauer* ita dictum fuiſſe, idem DIOSCORIDES habet c. ſequ.

Ὑπ᾽ ἐνίων δὲ ῥοιὰς καὶ αὐτή, διὰ τὸ ῥεῖν ἐξ αὐτῆς τὸν ὀπόν.

A quibusdam etiam rhoeas ideo dicitur, quod opium ex illo fluat.

Τῆς μήκωνος ῥοιάδος κεφάλια πέντε ἢ ϛ´ μετ᾽ οἴνου κυάθων τριῶν ἑψήσας ὡς εἰς β´ ἀγαγεῖν, πότιζε οὓς ἂν βούλῃ ὑπνῶσαι.

Papaueris rhoeados capita quinque vel ſex cum tribus vini cyathis coquens et ad duo reducens, propina, quibus ſomnum conciliaturus es.

f) Ὁ δὲ ὀπὸς ψύχων ἐπιπλέον καὶ παχύνων ληφθεὶς βραχὺς ὅσον ὄροβος, ἀνώδυνος ἐστὶ καὶ πεπτικός, βοηθῶν βηξὶ καὶ κοιλιακαῖς διαθέσεσι, πλέων δὲ ποθεὶς βλάπτει ποιῶν ληθαργικοὺς καὶ ἀναιρεῖ.

Opium autem plus refrigerat, parua quantitate ſumptum, piſi pondere, anodynum eſt, coctionem promouet, tuſſibus et ad alui fluxum prodeſt diſpoſitis; maiore autem quantitate ſumptum nocet, letalem inducit ſomnum, et occidit. DIOSC. lb. IV. 65. p. 266.

g) Μηκώνιον ἀδρανέστερον τοῦ ὀπίου.

Papaueris ſuccus preſſus, illo ſponte fluente, qui opium, mitior. DIOSC. ibid.

h) Ὅσα τῶν φαρμάκων ὀδύνης ἕνεκα δίδοται, ἀκίνδυνά ἐστιν ἅπαντα προσφέρειν, ἐὰν κατὰ τὰ γεγραμμένα προσφέρῃ.

Quae remedia doloris cauſſa dantur, ſine periculo ſunt, ſi lege praeſcripta dantur. HIPP. *De Affect.*

i) Μὴ παύειν τὸν ἔμετον, ἢν δὲ ἀσθενὴς ᾖ ὁ ταῦτα πάσχων, ὕπνου φάρμακον διδόναι.

Vomitus non eſt ſopiendus; Si autem debilis eſt, qui iſthaec patitur, ſomniferum medicamentum dato. HIPP. *De Locis in Homine.* Ὕπνου

cholera [k]), nocturna ſpermatis effuſione [l]), anodyna COVS imperat; ſed opio prudenter vtendum eſſe, ALEXANDER TRALLIANVS [m]) ſuadet.

Haud raro externo auxilio internarum partium cruciatus ſolabantur, idque vel *efficaciore medicina*, quae, inducto nouo dolore, antiquum ſedaret [n]), ſcarificatione, cucurbitulis [o]), vel *molli partium externarum frictione* [p]) *fotuque*, qui cauſſam doloris inter-

Ὕπνε φάρμακον ἐμετηρίσας διδόναι.

A vomitu medicamentum ſomniferum dare. HIPP. Ib.

k) Τῇ χολέρῃ συμφέρει, ἢν μὲν ὀδύνην ἔχει, τὰ ἀνώδυνα.

Cholerae, ſi dolorem habet, conueniunt anodyna. HIPP. *De Affect.*

l) Στρύχνος ψύχει καὶ ἐξονειρώσσειν ἐκ ἐᾷ.

Solanum refrigerat, nec ſinit in ſomno pollui. HIPP. *De Diaeta* II.

m) Καί τινὲς ὀπίες τοῖς βελιμιῶσιν ἐπιδεδώκασι μετὰ ὕδατος ψυχρᾶ, ἐπὶ τὸ κατασβέσαι τὸ ὑπερβάλλον θερμὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα φεύγειν ὑμᾶς παραινῶ.

Quidam inſatiabili fame, quam bulimum vocant, correptis opium cum frigida dederunt, aeſtus nimii ſopiendi cauſſa, ſed moneo, quo haec fugiatis. ALEX. TRALL. VII. 6.

n) Δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Cum duo ſimul dolores ſunt, non in eodem loco, is qui vehementior, obſcurat alterum. HIPP. *Aphor.* II. 46. p. 76. T. I.

o) Εἰ δὲ μὴ πραΰνοιτο ἡ ὀδύνη, σικύας προσβάλλων τῇ τε ἄλλῃ ὀσφύϊ καὶ ὑπὸ τὰς κενεῶνας ἀποχάζειν τε καὶ ἀφέλκειν τᾶ αἵματος.

Si dolor haud ſedatur, cucurbitula alteri femori admouenda, et ſub lumbis ſcarificandum, et ſanguis detrahendus eſt. RVFFVS EPHES. *De Veſicae Renumque Affect.*

p) Ταῖς μείζοσιν ὀδύναις ἐπαφὴ μαλακὴ καὶ πραεῖα καὶ λεία φέρει τινὰ παραμυθίαν ἐ σμικράν.

Magnis doloribus blanda contrectatio, et mollis, et leuis, ſolatium aliquod haud leue affert. GALEN. *De Cauſſ. Sympt.* I.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λετρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακίη λύει.

interni leuare poſſet, veluti res vel neceſſitas id exigeret, humido q), ſicco r), fumoſo s), erantque remedia vnicuique parti propria, qualia, cum dens dolet, ea ſunt, quae ore tenentur t); cum auris, quae illi infunduntur u); cum venter, quae balnei ſpecie applicantur. Saepe autem ex arte, quae manu medetur, vnicum dolorum eſt remedium; id quod, quomodo a veteribus effectum ſit, ſcribam proxime.

Dolores oculorum, aut meracioris vini potatio, aut balneum, aut fotus, aut venaeſectio, aut purgatio ſolatur. HIPP. *Aphor.* VI. 31. p. 100. T. I.

q) Σπόγγοις πυριᾷν καὶ ἐς θερμὸν ἐγκαθίζειν, συνεψημένων τε τῷ ὕδατι τῆς τε μήκωνος, καὶ τῆς ἀνθέμιδος καὶ τοῦ καλάμου καὶ τῆς χοίνου, πρότερον δὲ καὶ κύστιας πληρῶντα ἐλαίου καὶ ὕδατος παρακλίνειν καὶ τ' ἄλλα λιπαρῶς πυριᾷν.

Fouendus (locus dolens) eſt ſpongiis, inſidendum aquae calidae, coctae cum papauere et chamaemelo, et calamo, et iunco odorato, primum autem veſica implenda eſt oleo et aqua, et ſupine iacendum, et fotibus vtendum pinguibus. RVFFVS EPHES. L. cit. cap. 5.

Ὀδύνης καὶ κατὰ πλευρὴν καὶ στήθεα καὶ παράφρενον παρηγορικόν ἐστι λουτρόν.

Doloris, iuxta latus vel pectus, vel diaphragma, leuamentum eſt balneum. HIPP. *De Victu Acut.*

r) Πυρίη δὲ ξηρὴ, ἅλες, κέγχρος πεφρυγμένος ἐν ἐρινέοισιν μαρσιπίοισιν.

Fomenta ſicca, ſales, milii grana toſta, in laneis marſupiis. HIPP. Ib.

s) Ὅταν πνίγωσιν αἱ ὑστέραι, ὑποθυμιᾷν χρὴ τὰ κακώδεα πάντα, ἄσφαλτον, θεῖον, κέρας, ἐλλύχνιον, καστόριον.

Cum vteri ſuffocantur, graueolentibus ſuffumigandum eſt, aſphalto, ſulphure, cornu, lampade, caſtorio. HIPP. *De Morb. Mul.* II.

t) Ὀδόντος ἀλγήματα ὠφελέει, διαμασσόμενα.

Dentium doloribus conducunt ea, quae maſticantur. HIPP. *De Affectibus.*

u) Καστορίου φάρμακον ἄλγημα πραΰνει ἐνσταζόμενον τοῖς ὠσίν.

Caſtorii medicamentum dolorem ſedat, auribus inſtillatum. GAL. *Meth. Med.* XII.

Τὸ λουτρὸν τῶν ὀδύνων παρηγορικόν.

Balneum dolorum ſolutiuum. HIPP. *De Victu Acutor.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXXII.
DE FONTE AVXILIORVM CHIRVRGICO.

Inter noxas corporis externas aliae ſunt, quibus plus medicamentis, aliae, quibus plus manu profumus [a]). Igitur in vniuerſum *auxilia* dici debent, praeſidia, quibus ſanitas redditur partibus, ad quas manus peruenire poteſt, et quarum curam medicus in ſe ſuſcipit, veluti chirurgus eſt, cuius apparatus ad artem faciendam requiſitus [b]) duplex, alius *pharmaceuticus*, alius *manualis* eſt et *mechanicus* [c]). De pharmacis, medico, cum manu medetur, proficuis,

 ſeor-

a) *Ex his alia ſunt, in quibus plus medicamentum, alia, in quibus plus manus proficit.* CELSVS *De Re Medica* V. 26. pag. 282.

b) Τὰ ἄρμενα, *quae ſunt ad chirurgi vſum accommodata,* HIPPOCRATI Offic. Med. GALENVS Comm. ad h. l. omnia ad curandum neceſſaria hac voce intelligit:

Τὰ κατὰ τὴν οἰκείαν σκευὴν πρὸς τὴν θεραπείαν χρήσιμα καὶ ὅσα τ᾽ ἄλλα τοῖς θεραπευομένοις ἐπιτήδεια.

Quaecunque in familiari vſu ad curationem ſunt commoda, et qualiacunque ſanationem praeſtituris habentur neceſſaria.

c) Χειρισμὸς eſt *manuum tractatio* HIPP. Offic. Med. et χείρισμα dicitur, *De Arte*, vbi GALENVS ſcribit, chirurgiam ipſam χείριξιν et μεταχείρησιν, *adminiſtrationem inſtrumentorum*, dici; inde χειροτεχνίτης, *artifex, qui manu medetur,* HIPP. *De Veteri Medic.* χειροτεχνίτης ὁμολογημένως ὁ ἰητρὸς, *qui manu ſanat, omnium conſenſu medicus,* cui adeſſe vult χειροτριβίης ἀτρεμεότητα καὶ δογμάτων ἱστορίαν, *exercitii conſtantiam et cognitionem regularum.*

ſeorſim agam, et qualis illorum penes veteres vſus fuerit, exponam. Neutiquam autem ita cum morbis, corporis ſuperficiei propioribus, comparatum eſt, quo illi ſolo externorum vſu ſanentur, ſed chirurgia vbique deficit, niſi medicamentis, ad totum hominem pertinentibus, internis dictis, ipſoque victu [d]) fuerit adiuta. Sic, ſine potionibus vulnerariis vulnera ſanari haud poſſe, HIPPOCRATES [e]), nec ſine victu exquiſitiori oſſa ferruminari, GALENVS [f]) ſcribunt. Ego vero ab internis pharmacis, quorum vſu artifex, cum externa curat, ſubleuari poſſit, nunc abſtinebo, illisque, quae manu tractari ſolent, inhaerebo vnice.

Prima artem faciendi neceſſitas *vulneribus* ſine dubio inducta fuit; adeoque, qua medicina ad illa ſananda veteres vſi ſint, primo loco tradam. In vniuerſum, glutinanda ſunt vulnera [g]); ſed longa, donec ad illum ſcopum accedere poſſis, via eſt, et ordinata aliqua phaenomenorum ſucceſſione in iſto nego-

d) *Id ante omnia ſcire conuenit, quod omnes medicinae partes ita connexae ſunt, vt ex toto ſeparari non poſſint, ſed ab eo nomen trahant, a quo plurimum petunt. Ergo, vt illa, quae victu curat, aliquando medicamentum adhibet, ſic illa, quae praecipue medicamentis pugnat, adhibere etiam rationem victus debet, quae multum admodum in omnibus malis corporis proficit.* CELSVS Libr. V. Praefat. p. 241.

e) Τὰ φάρμακα, ὅσα ποτὰ πρὸς τὰ τρώματα προσφέρεται, μανθάνειν χρή.

Medicamenta, quae pro potu ad vulnera afferuantur, diſcenda ſunt. HIPP. *De Affect.*

f) Τροφῆς ὀστοῦ δεῖ περίττωμα πρὸς τὴν τοῦ πώρου γέννησιν ὑποβεβλῆσθαι.

Oſſi nutriendo ſufficientem materiem, ad calli originem, ſuppeditari oportet. GAL. *Ars Medica.*

g) Λυθείσης τῆς συνεχείας, ὁ μὲν τῆς ἰάσεως σκοπὸς, ἕνωσις· ἐν δὲ τοῖς σαρκώδεσι, κόλλησις ἴασίς ἐστιν.

Soluta continuitate, curae quidem finis vnio, ſpeciatim autem, in carnoſis partibus, glutinatio cura eſt. GAL. *Ars Medica.*

negotio natura procedit, ſuumque iter quinque diſtinctis veluti ſtadiis abſoluit. Vnumquodque enim vulnus, niſi minimum eſt, per αἱμάτωσιν, *ſanguinis profluuium*, φλόγωσιν, *inflammationem*, πύωσιν, *ſuppurationem*, σάρκωσιν, *nouae carnis ortum*, ad ἐπούλωσιν et cicatricis elaborationem progreditur. Sub hiſce diuerſis temporibus diuerſa medendi eſt ratio. Medicamenta, quae ſtatim, ex quo vulnus factum eſt, adhibentur, veteribus dicuntur ἔναιμα, eo fine propoſita, quo, niſi conducibilius foret, ſanguinem aliquantum plus fluere, niſi etiam, propter ea, quae ſubſunt, vulnus claudi haud poſſet, ſubito et haemorrhagia ſiſteretur, et inflammatio, quaeque illam ſequitur, ſuppuratio imminueretur, celerique progreſſu ad cicatricem vulnus perduceretur [h]). Illis etiam, *epipaſtis*, nomen erat, ideo appellatis, quod, extincta inflammatione, pus fieri haud ſinerent [i]).

 Haec

h) Ἔναιμον dicitur medicamentum, quod vulneri imponitur, cum adhuc cruentum eſt. Exponit GALENVS *Comm. in Libr.* HIPP. *De Fract.*

Ἔναιμον φάρμακον τὸ κωλῦον διαπυεῖν καὶ ἀναξηραῖνον.

Enaemum pharmacum, quod ſuppurationem cohibet et exſiccat. HIPP. *De Vulner.*

Ex emplaſtris nulla maiorem vſum praeſtant, quam quae cruentis protinus vulneribus iniiciuntur; ἔναιμα Graeci vocant; Haec enim reprimunt inflammationem, niſi magna vis eam cogit, atque illius quoque impetum minuunt, et glutinant vulnera, quae id patiuntur, et cicatricem iisdem inducunt. CELS. Libr. V. 19. p. 260.

i) Ἐπιπαστὰ καὶ καταπαστὰ, ἀπὸ τοῦ ἐπιπάσσειν: μόλιβδον, σποδὸν, λεπίδα χαλκοῦ, στυπτηρίαν, ἀριστολοχίαν.

Quae vulneris ſuppurationem impediunt, cum ſicca inſperguntur; inter quae HIPPOCRATES nominat plumbum, ſpodium, ſquamam aeris, alumen, ariſtolochiam.

Ξηρὰ ἀποτρέπει τὰ νεότρωτα διαπυΐσκεσθαι ἢ ὄξει ἀπονίψας ἢ οἴνῳ ἀποσπογγίσας.

Deſiccantia, recentia vulnera impediunt ſuppurare, aut aceto lauans, aut ſpongia, quae vinum recepit, eluens. HIPP. *De Vulnerib.*

Haec auſtera ſunt k), et ex efficacioribus *acetum* l), niſi ſecurius, vino vti m), cauendumque eſt, *ne nimis valenter retenta in vulnere materia magnam inflammationem poſtea moueat. Quae res efficit, vt neque rodentibus medicamentis, neque adurentibus, et ob id ipſum cruſtam inducentibus ſit vtendum* n). Aliquando ſimplici *aqua* vti praeſtabilius viſum eſt, ſiue leuis plaga eſſet o), ſiue vulnus ſederet in articulo p). Ex quo ſanguis fluere deſineret, proximum fuit, *vulneris oras* eleganter componere q); quod, niſi efficaciori medicina opus eſſet, cerato effectum fuit r). Poſtea fouebant vulnus cataplaſmate,

k) *Στρυφνὸν ἅπαν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται, ὅπερ ἐςὶ ἐπιτεταμένως αὐςηρόν.*

Adſtringens omne illud appellatur, quod eſt intenſius acerbum. AETIVS *Tetrab.* I. Libr. 1. Praef.

l) Τὸ ὄξος ἐπέχει τὰς αἱμοῤῥαγίας.

Acetum fluxus ſanguinis ſiſtit. GAL. *De Simpl. Med. Fac.* Libr. I.

Linamenta aceto madefacienda ſunt; id vehemens ad ſanguinem ſupprimendum eſt. CELSVS Libr. V. 26. n. 21. pag. 290.

m) Σπλῆνας οἰνηρεῖς, *Splenia vino imbuta*, in deliganda fractura cum vulnere conſulit HIPP. *De Vuln.*

Omni vulneri primo imponenda eſt ſpongia ex aceto expreſſa; Si ſuſtinere quis aceti vim non poteſt, vino vtendum eſt. CELSVS L. cit. n. 26. p. 293.

n) CELSVS *ibidem* n. 21. p. 290.

o) *Leuis plaga iuuatur etiam, ſi ex aqua frigida expreſſa ſpongia imponitur.* CELSVS V. 26. n. 26. p. 293.

p) Ἕλκεα ξύμπαντα οὐ χρὴ τέγγειν πλὴν οἴνῳ, ἢ μὴ ἐν ἄρθρῳ ἔῃ.

Vulnera omnia non ſunt imbuenda, niſi vino, ni forte in articulo fuerint. HIPP. *De Vulner.*

q) *Συμφῦσαι τε καὶ κολλῆσαι τὰς διῃρημένας σάρκας, ὡς εἰς τὴν ἀρχαίαν ἕνωσιν ἀχθῆναι τὸ μόριον.*

Adunare, glutinare diuiſas carnes, in priſtinam formam partem reducere. HIPP. Ib.

r) Κηρωτὴ πισσηρὴ, Ceratum ex pice. HIPP. *De Fractur.*

te, ſi dolor vrgeret [s]), ſique grauis inflammatio eſſet. Neque vero ignorabant, ſuos inflammationibus vulnerum modos eſſe oportere. *Nimis intumeſcere vulnus, periculoſum; nihil intumeſcere, periculoſiſſimum eſt; Illud indicium eſt magnae inflammationis, hoc emortui corporis* [t]). Compeſcenda adeoque inflammatio penitus haud fuit, ſed ſinenda, quoad illius ad pus coquendum opus erat, vtpote quod ſine inflammatione effici nequit [u]). Etiamſi enim fortaſſis ex vulneribus minora quaedam ſint, quae ſine pure glutinentur; plerorumque tamen eſt, per ſuppurationis tempus rite procedere [x]), quod prope ad finem inflammationis incidit. Eſt autem *pus* bonum in vulnere, *ſi ſanies non multa, modice craſſa, ſubrubicunda aut ſubalbida* [y]) gignitur, oportetque febrem perſiſtere, donec illa materies, ex qua noua caro fit [z]), penitus elaboretur. Illud perficiunt ea, *quae carnem alere aut vlcus implere dicuntur* [a]). Fieri autem quandoque ſolet, quo na-

 tura

s) *Ἐμπλάσαντα παρηγορεῖν καὶ δριμύτητας ἀμβλύνειν.*
Impoſita medicina dolores mitigare et acredines obtundere. GAL. *De Simpl. Med. Facult.* I.

t) CELSVS L. cit. n. 26. p. 295.

u) *Φλεγμαίνει ἕλκεα τότε, ὁκόταν διαπυῆσαι μέλλῃ, διαπυεῖ δὲ, ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος καὶ θερμανθέντος, ἕως σαπέν.*
Vulnera inflammantur tunc, cum in eo ſunt, vt pus concipiant; ſuppurant autem, cum ſanguis mutatur, et incaleſcendo putreſcit.

x) *Παυσαμένης φλεγμονῆς τῇ πυοποιῷ καὶ σαρκωτικῇ θεραπεύειν ἀγωγῇ.*
Quieſcente inflammatione, ſuppuratoria et incarnante methodo curandum eſt. PAVLL. VI. *αδ'*.

y) CELSVS L. cit.

z) *Πῦον τροφὴ ἕλκεος.*
Pus alimentum vulneris. HIPP. *De Aliment.*

a) *Carnem alit et vlcus implet reſina pinea, mel, cera, butyrum*, CELSVS V. 14. p. 247.

Gluti-

tura in ſuo opere deficiat, et pro pure malam coquat ſaniem, quae ſit *multa*, *nimis tenuis*, *liuida aut pallida*, *aut nigra*. *aut glutinoſa*, *aut mali odoris*, *aut quae ipſum vlcus aut iunctam ei cutem erodat*. Igitur, quae putreſcere humores non ſinunt, pharmaca immittenda ſunt [b]), laudatque HIPPOCRATES [c]) myrrham, quae vino ſoluta eſt, quod vnicum auxilium omnibus reliquis plus eſt. At ab omni medicina abſtinendum eſt, ex qua putredo oriri poſſit [d]). Cum autem, interueniente glutine, quod optima vaſorum diſſectorum lympha eſt, carnes

Glutinant vulnus myrrha, thus, gummi, praecipueque acanthinum, pſyllium, tragacantha, cardamomum, bulbi, lini ſemen, naſturtium, oui album, gluten, ichthyocolla, mel coctum. CELSVS lb. c. 2. p. 242.

b) Φάρμακον ῥυπτικὸν ἢν ῥύπος ἐπιτραφῆ τοῖς ἕλκεσι.

Medicamentum depuratiuum, ſi immundities vulnus occupat. GAL. *Ars Medica.*

c) Σμύρναν τὴν ςακτὴν καὶ ἄλλως ὡς βελτίςην τρίψας λέιην, καὶ διέσθαι τȣ̃ οἴνȣ τȣ̃ αὐτȣ̃ παρεγχέοντα κατ᾽ ὀλίγον, ἔπειτα ἕψαν αὐτὴν ἐφ᾽ ἑαυτῆς τὴν σμύρναν, ξὺν τῷ οἴνῳ ανακινέοντα, χρῆσθαι δὲ τȣ́τῳ τῷ φαρμάκῳ πρὸς πεπαλαιωμένα ἕλκεα καὶ πρὸς τὰ νεότρωτα.

Myrrham ſtillaticiam et alioquin quam optimam leuiter tritam diluere oportet, vino eidem paullatim affuſo, deinde ipſam myrrham per ſe coquere cum vino, agitando, illoque medicamento vti ad vulnera, cum vetuſta fiunt, atque etiam ad illa, quae recens inflicta ſunt. HIPP. *De Vulneribus.*

d) Ἔλαιον δὲ καὶ ὅσα μαλθακώδεα ἢ ἐλαιώδεά ἐςι φάρμακα ȣ̓ ξυμφέρει ἕλκεσι, ἢν μὴ πάνυ ἤδη πρὸς ὑγιείνην τείνῃ, ȣ̓δὲ τοῖσι νεοτρώτοισιν ἕλκεσιν ξυμφέρει ἔλαιον ȣ̓δὲ μαλθακώδεα ȣ̓δὲ ςεατώδεα φάρμακα, ἄλλως δὲ, ὅτι ἂν δέηται ἕλκος πλείονος καθάρσιος.

Oleum et omnia, quae emolliunt, aut oleoſa ſunt medicamenta, non conueniunt vulneribus, niſi omnino iam ad ſanitatem vergant, neque recentibus vulneribus oleum aut mollientia aut ſaponata medicamenta conueniunt, niſi vulnus vberiori purgatione indiget. HIPPOCR. lb.

nes vniuntur, fieri omnino poteſt, quo ſiccior iuſto vulneris ſit habitus, eiusque orae exareſcant, calore vltra, quam natura vulnerum fert, aucto; adeoque emollienda illa, aeſtumque extinguendum eſſe, HIPPOCRATES [e]) conſulit. Sic ſenſim ad cicatricem vulnus procedit, quam, ſi humidius illud eſt, procurant *epulotica* dicta, quae leniter deſiccant, pharmaca [f]).

Sed ſine vulnere oriri inflammatio aliqua ſponte ſolet. Hanc in vniuerſum *eryſipelas* veteres appellant [g]), eamque, niſi ex arthritide aut febre eſſet, quam *ſacrum ignem* CELSVS vocat, *eiusque medicamentum fortiſſimum febrem vnius diei eſſe* ſcribit [h]), vel reprimebant, vel, cum non poſſent, in pus excoquebant, *illud*que ſub ipſo morbi primordio [i]), *hoc* autem, cum inflammatum ſolui non

 poſſet,

e) *Φάρμακα μαλθακώδεα, ἃ καὶ οὐλὰς καλὰς ποιέει: Ἔλαιον λευκὸν, ῥητίνης ὀλίγον, κηρὸν, στέαρ συὸς παλαιὸν: Ἔλαιον παραχέειν καὶ παραπάσσειν τὸν μόλιβδον σὺν τῷ σποδῷ.*

Pharmaca emollientia, quae etiam optimas cicatrices faciunt, oleum album, reſinae parum, cera, vetuſtum ſuis lardum, affundendo oleum atque immiſcendo plumbum cum ſpodio. HIPP. *De Vulnerib.*

f) *Ὅσα χωρὶς τοῦ στύφειν ἀδήκτως ξηραίνει, καὶ ταῦτα εἰς οὐλὴν ἄγει: σμύρνα, λιθάργυρος, καὶ, εἰ καυθείη, ὄστρεον.*

Quae, ſine adſtrictione, ſine morſicatione, deſiccant, eadem ad vlcus ducunt, myrrha, lithargyrium, oſtreum, quod vſtum eſt. PAVLL. IV. *με'.*

Ξηραινόντων καὶ στυφόντων ἀδήκτως ἔσται χρεία φαρμάκων εἰς τὰς ἐπουλώσεις.

Deſiccantibus et adſtringentibus leniter opus erit remediis ad cicatricum formationes. GAL. *Ars Medica.*

g) *Id autem, quod ἐρυσίπελας vocari dixi, non ſolum vulneri ſuperuenire, ſed ſine hoc quoque oriri conſueuit.* CELSVS V. 26. n. 33. p. 302.

h) CELSVS Ib. c. 28. n. 4. p. 321.

i) *Πρὸς τὰς ἐν ἀρχῇ φλεγμονὰς παντὸς μέρους ἁρμόζει μετὰ ἀλφίτου λεῖα καταπλασσόμενα, ἀείζωον, ἀνδράχνη, κορίανον, ἴτυ φύλλα, ἄλευρον κρίθινον, κ. τ. λ.*

Ad

poſſet, perficiebant, licet haud raro eueniat, quo tumor, ruptioni proximus viſus, reſorpta materia[k]), diſcutiatur. Satius tamen eſt, excoqui in pus inflammata, cum materies ſemel mota eſt[l]), quam reprimi; id quod non poſſet non eſſe perniciosiſſimum. Igitur artis ſtatores hunc in finem vſi ſunt illis, quae ſanguinem in pus vertere poſſent, reme-

Ad inflammationem omnis loci, ab initio, cum farina, ſubtiliter miſceantur ſemperuiuum, portulaca, coriandrum, ſolani folia, farina hordeacea. DIOSC. *Fac. Parab.* I. 145. p. 38. ed. SARACEN.

Ceruſſam et cimoliam cretam inter reprimentia, cum eryſipelas curandum eſt, proponit CELSVS Ib. c. 26. n. 33. p. 302.

k) Πολλὰ τῶν δοκεόντων ἐκπυέσθαι, ἀναπίνεται ποτε κἂν μηδὲν τις καταπλάσσῃ.

Multa tubercula, cum videantur ſuppurari, reſorbentur aliquando, etiam ſi quis emollientibus vſus haud fuerit. HIPP. *De Artic.*

Ἐμπλαστικὰ, καθάπερ ἄμυλον καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἀκριβῶς πεπλυμένων μεταλλικῶν, πόμφολυξ, ψιμμύθιον, καδμία, κιμωλία, σάμιος ἀστήρ.

Emplaſtica, quae diſcutiendi cauſſa imponuntur, farina tenuis et pleraque metallicorum, ſi exquiſite lota ſunt, pompholyx, ceruſſa, cadmia, cimolia, aſter ſamius. AETIVS *Tetrabibl.* I. Lib. I. Prooem.

Φύματα τεχνικώτατον ὑπειληφέναι, ἢ δύνασθαι, διαλύειν, καὶ τὰς συστάσεις αὐτῶν κωλύειν.

Abſceſſus intercipi artificioſiſſimum eſt, ſi poſſibile eſt illos ſolui, et conſiſtentiam illorum impediri. HIPP. *De Medico.*

l) Ἐι πρὸς τὰ διαφορεῖν δυνάμενα τῶν φαρμάκων καὶ τῶν καταπλασμάτων μηδὲν ὁ ὄγκος ἀξιόλογον μειούμενος φαίνοιτο, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ὀδύνης ἐπιμένοι, μεταβαίνειν λοιπὸν ἀνάγκη ἡμᾶς ἐπὶ τὰ διαπυΐσκειν δυνάμενα.

Si poſt vſum eorum, quae diſcutere poſſunt, medicamentorum et cataplaſmatum, tumor notabiliter imminutus haud eſſe videatur, et, quae ad dolorem attinent, manent, tranſeundum nobis, quoad reliqua, eſt ad ea, quae pus mouere poſſunt. ALEX. TRALL. IV. 2.

remediis [m]), et, cum maturuiſſet, incidendum magis, quam ſpontaneae ruptioni relinquendum putabant eſſe tuberculum [n]). Illum ergo in reprimentium vſu modum ſeruabant vbique, quo ab illis abſtinerent, cum ſuppuratio euitari porro non poſſet [o]).

Diſcu-

m) Τὰ ἐκπέψαι δυνάμενα.

Quae coquere poſſunt. HIPP. Ib.

Συμπεττικὸν κατάπλασμα.

Cataplaſma pus coquens. PAVLL. VI. λδ'.

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον.

Calidum pus mouet, cutem emollit, extenuat, dolores ſopit. HIPP. *Aph.* V. 22.

Ὅσα πεπαίνεσθαι δεῖ, κατακεκλεῖσθαι δεῖ.

Occludenda ſunt, quae in pus conuerti debent. HIPP. *De Fract.*

Ἐς ἀσκεῖον ἢ ἐς βοέην κύστιν ὕδωρ.

In vtre vel veſica bubula aqua (*in cura empyematis*). HIPP. *De Morb.* II.

Συμπέττει καὶ πυοποιεῖ πύρινον ἄλευρον ἢ χόνδρος ἢ ἄρτος· μετὰ τερεβινθίνης καταπλασσόμενα, κηρὸς, κρoκὸς, λιβανωτὸς, στύραξ, χαλβάνη, σμύρνα, λάδανον, πίσσα, ῥητίνη, μαστίχη.

Concoquit et pus facit farina triticea, alica aut panis; ſi cum terebinthina miſcentur, cera, crocus, thus, ſtyrax, galbanum, myrrha, ladanum, pix, reſina, maſtiche. PAVLL. IV. λθ'.

Τὸ φῦμα στέλλειν ἐς τὸν ἐπιφανῆ τόπον.

Tuberculum in ſummum cutis locum educendum, ſeu penitus emolliendum eſt. HIPP. *De Medico.*

n) Πέσσειν πανομοίως τὸ φῦμα καὶ μήτε διαιρεῖν πρότερον, μήτε αὐτόματον ἐᾶν ῥαγῆναι.

Aequaliter coquendum eſt tuberculum, nec ante aperiendum, neque tamen ſinendum, vt ſponte rumpatur. HIPP. Ib.

o) Ἐν τουτέοισι δὲ χρὴ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόσαι φλεγμοναὶ ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα· καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκώμενον ὠφελεῖ, ἐπὶ τό γε ἑλκούμενον βλάπτει.

In illis oportet refrigerante vti, in quibus ſiue profunda eſt inflammatio, ſiue ſuperficialis, ad rubrum et ſanguineum color tendit. Et vbi eryſipelas eſt haud ſuppurandum, iuuat; Sin vero ſuppurandum, nocet. HIPP. *Aphor.* V. 23.

Diſcutiebant etiam colliſa aut vexata [p]). Nec minus induratis ſuperdabant diſcutientia, atque illis, qui folliculo continebantur tumoribus [q]); cauebant tamen ab acrioribus [r]). Diſcutientium quoque haud infimus vſus erat, cum viſcera ſuis liquidis imperuia mollienda eſſent [s]). Alia *aduſtos* corporis locos curandi eſt ratio. Quidquid enim, ſiue igne, ſiue quacunque re acri, qualis ignis eſt, deſtruente [t]), tactum eſt, aequiparatur mortuo, niſi leuior ambuſtio fuerit. Igitur *diuidi*, ſecundum CELSVM [u]), *haec cura-*

p) Vbi quid colliſum eſt, malicorium ex vino coquere iubet CELSVS V. 26. n. 35.

q) *Χοιράδας διαφορεῖ σκίλλα ὀπτὴ σὺν κηρωτῇ, στύραξ μαλαχθεὶς, ἐρίσημον κ. τ. λ.*

Strumas diſcutit ſquilla cocta cum cerato, ſtyrax emollitus, eriſimum. DIOSC. *Medicam. Fac. Parab.* I. 154. p. 41.

Μελικηρίδας διαφορεῖ μελίλωτον καταπλασσόμενον σὺν ἀλεύρῳ τηλίνῳ καὶ πυρίνῳ.

Meliceridas diſcutit melilotum farina mixtum foeni graeci et triticea. DIOSC. Ib. c. 156. p. 42.

r) *Ἐπὶ τῶν σκιῤῥωδῶν διαθέσεων οὐδὲν τῶν ἰσχυρῶς θερμαινόντων ἢ ξηραινόντων φαρμάκων ἁρμόττει, μόνα δ᾽ ὅσα μετὰ τοῦ μαλάττειν ἱκανὰ διαφορεῖν ἐστὶ, οἷον ἐλάφιος μυελὸς καὶ στέαρ αἴγειον, ἀμμωνιακὸν, θυμίαμα, βδέλλιον.*

In ſcirrho ſimilibus diſpoſitionibus nullum ex illis, quae vehementer calefaciunt aut deſiccant, medicamentis conuenit; ea tantum, quae, praeterquam quod emolliunt, apta ſunt ad diſcutiendum, axungia cerui, medulla et pinguedo caprilla, ammoniacum, thus, bdellium. GAL. *Meth. Med.* XIV.

s) *Ἐγκαθίσματα ἀποζέννυται ἐπὶ τῶν περὶ τὴν κύστιν διαθέσεων: ἄνθεμις, δάφνη, κάλαμος ἀρωματίτης.*

Inſeſſus coquuntur in malis veſicae diſpoſitionibus, chamaemelum, laurus, calamus aromaticus. DIOSC. L. cit. II. 198.

t) *Ἡ διὰ φαρμάκου καῦσις.*

Vſtio, quae medicamento fit. PAVLL. VI. 1.

u) *Aduſta optime curantur foliis aut linguae caninae, aut betae in vino oleoque decoctis, quorum quodlibet proti-*
nus

curatio poteſt in ea, quae leniter reprimunt, cum inflammatio eſt, et puſtulas prohibent, cum ſummam deſiccant pelliculam, inter quae *plumbi recrementum, ceruſſa, lithargyrium* atque *vitellus* eſt. Alia ſunt, quae cruſtam, cum illa ex aduſta cute naſcitur, molliunt. Non tamen illam praecocius emolliri aut abduci decet. Eſt enim illa, nouae carnis ſub tenui cicatricula naſcentis, operculum x); ſed relinquenda eſt, donec vicina caro ſanetur, ipſaque eſchara ſponte moueatur. Cum autem pus ſub cruſta clauditur, praeter ea, quae ſcalpellis peragenda ſunt, vt puri via pandatur, oportet cruſtam emolliri medicamentis, quae λιπαρὰ dicuntur CELSO, atque eadem quoque ἀπεσχαρωτικὰ y) appellantur.

Veluti

uus impoſitum ad ſanationem perducet. CELSVS V. 28. p. 316.

Πυρίκαυςα ἐν ἀρχῇ ὠφελεῖ, εἰ παραχρῆμά τις χρήσαιτο, μὴ δὲ φλυκταινȣ̃σθαι: Κιμωλία μεθ' ὕδατος καταχριθεῖσα, μέλανον γραφικὸν, ςυπτηρία σὺν ὕδατι, κόμμι μετὰ τȣ̃ λευκȣ̃ τῶν ὠῶν.

Igne aduſtis ab initio conducit, ſi ſtatim quis inungat, ne in puſtulas eleuentur, cimolia terra cum aqua in vnguentum mixta, atramentum ſcriptorium, alumen cum aqua, gummi cum albumine ouorum. DIOSC. *Fac. Parab.* I. 179.

x) Ἡ ἔσχαρα γίγνεται οἷον ἐπίθεμά τι τῶν αἱμοῤῥαγέντων σωμάτων, οἷον ὑπόλειμμα τῆς καύσιος, πῶμα τῶν ὑποκειμένων.

Eſchara quaſi integumentum fit corporum ſanguinolentorum, veluti vſtionis reſiduum, ſubiacentium operculum. GAL. *De Simpl. Med. Fac.* I.

y) Ἀπεσχαρωτικὰ, *medicamenta, quae cruſtas a viuo reſoluunt.* CELSVS ibid. et L. V. 27. n. 33.

Ὅταν δὲ φαίνηται πεπαύσθαι τὸ σηπόμενον ὅπως ἀποπέσῃ θᾶττον ἡ ἐσχάρα καὶ χωρίζῃ ἀπὸ τῶν ὑγιεινῶν, τῶν ἁπλῶν φαρμάκων μετὰ μέλιτος χρῆσθαι, ἶρις, ἢ ῥίζα ἀριςολοχίας ἢ ἀκόρȣ.

Cum autem apparet conquieuiſſe, quod purulentum eſt, vt eo citius eſchara decidat, et a ſanis recedat, ſimpli-

Veluti ignis, ita auctus vitae calor, cum quid ad vſque *gangraenam*, quae inflammationis ſumma eſt, proceſſit, cutem et partes illi ſubſtratas deuorant, oportetque ſimiliter eſcharam naſci, ſi curationi locus eſt. Verum ſanari nequeunt partes, quas gangraena deſtruxit, niſi efficacior medicina acceſſerit, et cruentum fiat, quod computruit. Similiter *carcinus*, qui vlcus depaſcens eſt, cum bonum pus ex inflammatione fieri haud potuit, cruentam ſanationem poſtulat, de qua, quid arbitrati ſint veteres, alio loco dicam.

Cum malus humor carnes aut oſſa depaſcitur, ſi vlcus eſt aut *caries*, ſi etiam *fungus* aut caro luxurians ex vulnere vel vlcere naſcitur, vel cutem *herpes* exaſperat, vel ſi dura, in vlcere patente aut clauſo et ſinuoſo, pellicula gignitur, quam *callum* appellant, acribus, quae *καθαιρετικὰ* appellantur, pharmacis, poſt ferrum, omnis vſa eſt antiquitas, niſi ſatius eſſet, relinquere vetuſta vlcera, quae deſiccari mortiferum eſſet z). Cetera, in quibus caro hebes et minus firma, orae autem et fundus callo indurarentur, in vulnus vertebant ſcalpello vel pharmacis, quae leniter exedunt a). Deſiccantibus vſi ſunt

ſimpliciori medicina vtendum: cum melle, iris aut radix ariſtolochiae, aut acori. GALEN. *Therap. ad* GLAVC.

z) *Chironium vlcus appellatur, quod et magnum eſt, et habet oras duras, calloſas, tumentes. Exit ſanies non multa, ſed tenuis, odor malus, neque in vlcere, neque in eius tumore vlla eſt inflammatio, dolor modicus eſt; nihil ſerpit, ideoque nullum periculum adfert, ſed non facile ſaneſcit.* CELSVS V. 28. n. 5.

a) Ad putrem carnem continendam, ne vltra ſerpat, eamque leniter exedendam, laudat CELSVS lb. c. 22. n. 2. p. 272. alumen ſciſſile, ſandaracham, quod auri-

ſunt veteres, cum ſummam cutem herpes deuoraret, additis lenientibus [b]), atque illorum quoque aliquis vſus erat, cum caro laxa ex vulnere creſceret [c]), et fungi inſtar protuberaret [d]). Iisdem pharmacis cutis expurgabant vitia [e]). Illis *ſmecticis* nomen eſt, ita dictis, cum id, quod exaſperatum eſt, per-

auripigmentum noſtris eſt, cum chalcitide, quae noſtris vitriolum.

Πρὸς τὰ ἀκάθαρτα καὶ σηπόμενα συμφέρει τὰ δριμέα καὶ ὅσα δῆξιν παρεχόμενα καθαίρει.

Ad impura et putrida conducunt acria, et quotquot morſum inducendo purgant. HIPP. *De Affect.*

Τὰ ὑπερσαρκέοντα καθαίρει καὶ κοιλαίνει καὶ ἐ δάκνει, ὄξος ὀξύτατον λευκὸν, μέλι, συπτηρίη, χολῆς ὀλίγον.

Carnem luxuriantem purgat et excauat, nec tamen mordet, acetum acerrimum album, mel, alumen, parum bilis. HIPP. *De Vulnerib.*

b) Πρὸς ἕρπητας λίνε σπέρμα ἑψήσας ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ λεάνας, ἐπιτίθει, ἢ τὴν κιμωλίαν σρύχνε χυλῷ δίεις: πρὸς τὸν φλυκταινώδη ἕρπητα σκορίαν μολίβδε ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ.

Ad herpetas, lini ſemen coquens in vino et oleo, et in vnguentum conuertens, impone, aut cimoliam terram ſolani ſucco perfunde. Ad herpetem veſicularem plumbi ſcoriae in vino auſtero. PAVLL. IV. κ'.

c) Τὰ ἕλκεα, ὅσα μὴ καλῶς καθαρθέντα ἄρξεται βλαστάνειν, ταῦτα ὑπερσαρκέει μάλιστα.

Vulnera, quae, cum minus recte purgata ſunt, excreſcere incipiunt, magis carne luxuriant. HIPP. *De Vulnerib.*

Inter medicamenta, quibus aridis vtimur ad carnem ſupercreſcentem exedendam, CELSVS V. 22. n. 2. p. 272. refert *ſquamam aeris*, *aeruginem.*

d) Λεπίδος χαλκε καὶ μάννης ἴσα ποιεῖ πρὸς τὰ ὑπεραυξανόμενα καὶ μύκησιν ὅμοια.

Squamae aeris et mannae aequales partes conducunt ad luxuriantem carnem et fungis ſimilem. PAVLL. IV. μγ'.

e) Αἴρει τὰς ἐφηλίδας χάλβανον σὺν ὄξει.

Aufert ephelidas galbanum cum aceto. DIOSC. *Medicam. Fac. Parab.* I. 121. p. 31.

perpoliunt et laeuigant f), veluti ex acrioribus, ſi quae radices pilorum adurerent, et turpem auferrent hirſutiem, *pſilothra* appellata ſunt g).

Aliqua medicamenta externa, cauis corporum immiſſa, ſingulare abinde nomen acceperunt, non quod noua res eſſet, ſed, quod alia eſſet medicamentum ad vſus externos applicandi ratio. Naribus, cum ex aliquo ſtupore ſuſcitandi eſſent aegroti, admouebantur ἐγερτικὰ h), ῥινέγχυτα i); cum ſanguis e

f) Σμηκτικὰ οὔλων: Ὅσα τῶν σμηκτικῶν πέφυκεν οὐλὰς ἀποσμήχειν, ταῦτα καὶ τύλους ἀποσμήχει.
Cicatricem polientia: Quae inter ſmectica, cicatrices abſumere, callos etiam conſumere, nata ſunt. ALEX. TRALL. II. 5.

Σμήχει τοὺς ὀδόντας ἀριστολοχίας ῥίζη, ἐλάφου κέρας κεκαυμένον, μιγνυμένης ὀλίγον μαστίχης, ἅλες λευκοί.
Perpoliunt dentes, ariſtolochiae radix, cerui cornu vſtum, admixta particula maſtichis, ſales albi. DIOSC. Ib. c. 76. p. 20.

g) Ψίλωθρα, ἀφανιστικὰ τριχῶν, ὄνισκοι κατοικίδιοι, σφαιρούμενοι σανδαράχῃ.
Pſilothra, quae crines delent, aſelli domeſtici vna cum ſandaracha in paſtillos mixti. DIOSC.

h) Ἐγερτικὴν ἔχει δύναμιν ἐπὶ ληθαργικῶν ταῖς ῥισὶ προσαγόμενα, ἐλλέβορος λευκὸς, σίνηπι, πέπερι, καστόριον, πήγανον, ἀβρότανον.
Excitandi vim, cum aliqui lethargici ſunt, habent naribus admota helleborus albus, ſinapi, piper, caſtorium, ruta, abrotanon. DIOSC. *De Medic. Facil. Parab.* I. 14. p. 4.

Ὑποθυμιώμενα ἐγείρει, καστόριον, λίθος γαγάτης: ἀνακαλεῖται τοὺς ἐπιλήπτους σίνηπι μετ᾽ ὄξους ὀσφραινόμενον.
Suffita excitant, caſtorium, gagates: reuocat epilepticos ſinapi cum aceto, olfactui admotum. DIOSC. Ib. c. 19. 20. p. 6. ſequ.

i) Ῥινέγχυτα, *quae naribus infunduntur.* CELS. VI. 7. p. 376.

e naribus fluens compeſcendus eſſet, dabantur ἔνθετα [k]); auris, cum ſordibus repleta eſſet, elota fuit auriculario clyſtere [l]), atque omnis medicina, quae ore ſuſcipitur, in vniuerſum, ϛοματικὴ dicta eſt, ſpeciatim illa, quae inflammatis conueniret [m]); quibus etiam *gargariſmis* nomen eſt [n]), cum aeger ſibi ipſe decoctum in imam faucium partem dimittit, veluti διάκλυσμοι ſunt, cum leniter ſyringa conceptum liquorem ori miniſter iniicit [o]). *Si dens exe-*

k) Ἔνθετα, *medicamenta, quae naribus indita haemorrhagiam compeſcunt*, HIPPOCR. τὰ ἐντεθέντα, *Epid.* IV.

l) Κολλύριον quamuis rem, quae cauis, curationis cauſſa, immittitur, ſignificat. Τῶν μητρίων κολλύριον. HIPPOCR. *Morb. Mul.* I. Κολλύρια βαλανοειδῆ πρὸς ὦτα, *Collyria balani ſpecie ad aurem.*

Auricularius clyſter ad ea, quae in aurem inciderunt. CELS. VI. 8. n. 9. p. 378. Ὠτέγχυτα, *Auribus infundenda.* ib.

m) Καλεῖται μὲν ἰδίως ϛοματικὰ, τὰ πρὸς ϛαφυλὰς, παρίσθμια, καὶ πάσας τὰς ἐν τῷ ϛόματι γινομένας ἐξαίφνης φλεγμονὰς ἁρμόττοντα.

Proprie STOMATICA medicamenta appellantur ea, quae vuulam et tonſillas omnesque derepente in ore ortas inflammationes attinent. GAL. *De Compoſ. Med. ad Loc.* VI.

n) Ἀναγαργαρίζειν μελίκρητον ὑδαρές.

Os eluendum melle aquis mixto. HIPP. *De Morbis* II.

Ἀναγαργαρίζειν ἐν τῷ συκίῳ, ἐπὴν δὲ διάπυον γένηται, τάμνειν.

Decocto ficuum os perluere, cumque abſceſſus maturuit, eum aperire. HIPP. *De Morb.* I.

o) Ἀναγαργαρίζειν, ἐὰν δύνηται, ἢν δὲ μὴ, διακλύζεσθαι, ἀναζέσας σῦκα καὶ ἀποζέσας ἐς ὕδωρ.

Sibi aeger os eluat, ſi poteſt; Sin minus, iniectionibus vtatur, coquens ficum et aquae incoquens. HIPP. Ib. II.

exceſſus eſſet, ex CELSI conſilio, *miſcebant pyrethrum, piper, papaueris lacrumas*; Manducabant etiam aromata, quibus tunc *maſticatoriis* nomen eſt p). Aphthis infantium opponebant adſtringentia ſubacria q), vt de *clyſteribus*, pro vario ſcopo inſtructis, atque ſingulariter illis, quibus os vteri emollire, lochiorum ſordes prouocare, et ſpaſmos iſtius viſceris compeſcere, olim moris erat r), nunc nihil addam.

Τὰς δυσωδίας τοῦ στόματος ἀπαλλάττει ἀγαλλόχου ἀπόβρεγμα ἢ ἀπόζεμα διακλυζόμενον.

Foetores oris mutat ligni agallochi infuſum aut decoctum, pro iniectione. DIOSC. *Medic. Fac. Parab.* I. 84. p. 20.

p) *Σμύρνη, σχοίνου ἄνθος ἢ κινάμωμον διαμασσόμενα.*

Myrrha, ſchoenanthus, (iunci odorati flos,) cinamomum, manducata. DIOSC. ibid.

q) *Αἱ ἄφθαι ῥαδίως παυομέναι, ἐὰν μετρίως στύφῃ τις τὸ στόμα τοῦ βρέφους.*

Aphthae facile compeſcuntur, cum quis mediocriter os infantis adſtringit. GAL. *Comm. III. in Libr. III. Epid.* HIPP.

r) *Πρόσθετα εὐώδεα πρὸς τὴν μῆτραν.*

Vteri oſtio admota, odore grata. HIPP. *Epid.* V.

Μητρέγχυτα, Iniectiones vterinae.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XXXIII.
DE CHIRVRGIA PARTIVM MOLLIVM.

Efficacior medicina, quae manu ſanat, quam propterea *chirurgiam* appellant, a veteribus magno ſtudio exculta, ab illis aliquando crudelius exercitata [a]), nunc tot tantisque experimentis aucta, non tamen propterea, quoniam cultior nunc eſt, illius veteris obliuionem, ſi grati ſumus [b]), inductu-

a) Propter vrendi ſecandique ſaeuitiam, vulnerariorum nomen in carnifices tranſiiſſe, contumelioſius forte, quam verius ſcripſit PLINIVS *Hiſt. Nat.* XXIX. 1. Liberaliores certe fuerunt vſtionum vſu Veteres: Hydropicos HIPPOCRATES *καίεσθαι Aphor. Sect.* VI. 27. *vri*, IDEMque haemorrhoidum tumores vrendos, *L. De Haemorrh. qui ob λέξιν καὶ τάξιν procul dubio genuinus eſt*, imperat, et dolorum remedium in vſtione ponit.

Ἐι δὲ ἐς ἕν τι χωρίον κατασηρίξῃ ἡ ὀδύνη, καὶ σῇ, καὶ τοῖσι φαρμάκοισι μὴ ἐλαύνηται, καῦσαι, καθ᾽ ὁκοῖον ἂν τυγχάνῃ ἐοῦσα ἡ ὀδύνη.

Si autem in vnam partem infigatur dolor et perſiſtat, et medicamentis non moueatur, vrere, vbicunque dolor fuerit. HIPP. *De Affect.*

CELSVS tamen, *De Re Med.* VII. Praef. p. 406. Chirurgum vult eſſe *immiſericordem.*

b) *Ἐυ μόνον χάριν ἔχειν δίκαιον τούτοις, ὧν ἄν κοινωνῆσαί τις ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιπολαιότερον ἀποφηναμένοις· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι συμβάλλονταί τι· τὴν γὰρ ἕξιν προήσκησαν ἡμῶν· εἰ μὲν γὰρ Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο, πολλὴν ἂν μελοποιίαν οὐκ εἴχομεν· εἰ δὲ μὴ Φρύνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν περὶ τῆς ἀληθείας ἀποφηναμένων· παρὰ μὲν γὰρ ἐνίων παρειλήφαμέν τινας δόξας, οἱ δὲ τοῦ γενέσθαι τούτοις αἴτιοι γεγόνασιν.*

Non

ductura, in duo ſumma diſcedit capita, quorum alterum *mollium*, alterum *duriorum* corporis humani partium calamitates exponit. Hinc [c]) aliqua, tanquam excellentiora, maiorique ſtudio tractanda, *ad efficaciorem chirurgiam* pertinentia, ſingulari capite, quod de *operationibus* inſcribitur, ſiſtuntur: Sunt autem *aliqua*, quae ad negotia iſta, a chirurgo, *corporis humani gnaro, cui manus ex vſu agilis eſt* [d]), gerenda in vniuerſum ſpectant, *inſtrumentorum* ſcilicet, ad artem exercendam vtilium ac neceſſariorum, exquiſita ſupellex, fuſius nunc haud explicanda [e]); *alia* autem vniuſcuiusque aegritudinis, quam

Non tantum gratias referri fas eſt illis, quorum quis opinionibus acquieſcere poſſit, ſed his etiam, qui ſuperficialius expoſuerunt; Nam et hi aliquid conferunt; etenim habitum noſtrum praeliminari opera exercuerunt. Niſi enim TIMOTHEVS fuiſſet, multum melodiae nequaquam habuiſſemus: Niſi autem PHRYNES, TIMOTHEVS haud extitiſſet. Eodem modo res ſeſe habet cum illis, qui de veritate commentati ſunt. Nam ab aliquibus praeaccepimus aliquas ſententias, illi autem, quo hi eſſe potuerint, cauſſae fuerunt. ARISTOTELES *Metaphyſic.* II. I.

c) Ὁ *περὶ τῶν χειρουργουμένων λόγος διχῇ διαιρεῖται: εἴς τε τὰ κατὰ σάρκα χειριζόμενα καὶ εἰς τὰ τῶν ὀστῶν.*

De illis, quae manu perficiuntur, doctrina in duas partes diuiditur: In ea, quae in carnibus manu fiunt, et ea, quae ad oſſa pertinent. PAVLL. VI. I.

d) Ἐυ*χειρίη, ὅταν τις τάμνων ἢ καίων μήτε νεῦρον τάμνῃ ἢ κάνῃ, μήτε φλέβα.*

Agilitas manus, cum aliquis ſecans aut vrens, nec tendinem ſecat, nec vrit, nec vas ſanguiferum. HIPP. *De Morb* I.

Τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιστον διδασκαλεῖον.

Vſus manibus optimus magiſter eſt. HIPP. *De Flatibus.*

e) *Πρὸς τὸ ἁρμενόν, ὃ ἂν ἔχῃ ἕκαστος καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὃ ἂν ἐπιτελέσασθαι θέλῃ σχηματίζονται αἱ χεῖρες.*

Ad

quam *machinationibus* et manu ſanari oportet, ſingularem indolem concernunt. Vulnera ſimplicia, cum illa abunde ſanguinem profudiſſent; (id quod inflammationis mitigandae *f*) cauſſa fieri oportet), quie-

Ad apparatum, quo quisque indiget, et ad id, quod quisque agere intendit, accommodandae manus ſunt. HIPP. *De Fracturis.*

Ἐπίδεσις ποικιλοτάτη καὶ πλείστους σκεπάρνους ἔχουσα.

Deligatio varia et multas circumuolutiones habens. HIPP. *De Arte.*

Ἑρμάσματα, στηρίγματα.

Ligamenta, fulcimenta. HIPP. *De Officina Med.*

Μοτὸς, μοτὸν, Latine *penicillus* aut *penicillum* et *linamentum*, eſt linteum carptum aut ſimile aliquid, quod vulneribus aut vlceribus inditur, aut ſiccum, aut medicamentis, quae *ἔμμοτα* dicuntur, oblitum, ad dilatandum, ſiccandum, detergendum, exedendum, ſanguinem ſiſtendum, pus educendum, potiſſimum ad caua vlcerum carne implenda. *Μοτὰ* enim dicuntur *τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς κοίλοις τραύμασιν ὀθώνια, πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς σαρκὸς*, *Lintea, quae cauis vulneribus* (id eſt, vlceribus) *imponuntur, vt curne impleantur*, apud FAVORINVM. Sunt autem *τῶν μοτῶν* quinque differentiae, *στρεπτὸς*, *linamentum tortile*, *ξυστὸς*, *raſile*, *τιλτὸς*, *concerptum*, *ἐλλυχνιωτὸς*, quod *ex ellychnio* fieret, ſeu materia ad funiculos lucernarum apta. GALENVS *Meth. Med.* XIII. 4. Apud CELSVM VII. 28. p. 489. *λήμνισκος* eſt *linamentum in longum explicitum.*

Ἡρμῶσθαι, μὴ πεπιέχθαι. Faſciae ſint ſtabiles, non autem appreſſae.

Ἔνοχοι δεσμοὶ, Vincula firma. HIPPOCR. *De Arte.* *Ἐνοχώτατον σχῆμα, deligatio ſtabilis.*

Ἀνάληψις, omnis vincula partibus laeſis applicandi ratio, HIPPOCR. *De Offic. Med.*

Μαχαίρια ὀξέα, πλατέα. Scalpelli acuti, cultellati. *Ῥάμματα, βελόναι, κ. τ. λ. Fila, acus,* et reliqua. HIPPOCR. *De Medico.*

f) *Ἕλκει νεοτρώτῳ παντὶ, πλὴν ἐν κοιλίῃ, ξυμφέρει ἐκ τοῦ τρώματος αἷμα ῥυῆναι αὐτίκα, πλέον ἢ ἔλασσον, φλεγμαίνει γὰρ ἧσσον αὐτὸ τὸ ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα.*

Vul-

quiete g) et ſicca deligatione, ſine vllo turundarum vſu h) ſanare HIPPOCRATES iuſſit. Summam tamen vulneris oram linamentis carptis tegere i), quo ſcilicet omnis aëri aditus praecluderetur, imperauit. Cum autem profundum vulnus eſt, atque vel grauior ſanguinis fluxus eſt, quam qui ſua ſponte ſiſti poſſit, vel orae illius hiant, vel aliqua arteria tota aut dimidia ſui parte diſſecta fuit, valentioribus auxiliis vti, arteriam hiantem praecidere vulnusque leuiter comprimere, PAVLLVS k), oras autem eius ſutu-

Vulneri omni recenti, praeter illud in ventre, conducit, ex vulnere ſanguinem fluere ſtatim, plus vel minus; minus enim inflammatur ipſum vulnus. HIPP. *De Vulneribus.*

g) *Ἐν τῷ ἕλκει ἡσυχίη καὶ ἀτρεμίη ξυμφέρει μάλιστα.*
In vulnere quies et ſecuritas conducit maxime. HIPPOCR. Ib.

h) *Οὐδὲ καταπλάσσειν οὐδὲ μοτοῦ τὴν ἴησιν ποιέεσθαι.*
Neque humida imponere, nec turundis ſanationem facere. HIPP. Ib.
Πάσης δὲ μοτώσιος ἀπέχεσθαι χρή.
Ab omni turundarum vſu abſtinendum. HIPP. *De Arte.*

i) *Ἄχνη, lintei ramentum, ex quo penicilli vulnerarii. Ἄχνη ὀθονίου* HIPPOCR. Mochl. exponit EROTIANVS in Gloſſar. p. 114. T. II. per *ξύσμα, ἐξ οὗ γίνεται μοτὸς ὁ καλούμενος ξυσμός.* RASA MATERIES, *ex qua fit turunda, dicta raſilis.*

k) *Ἐπὶ τῶν αἱμοῤῥαγέντων μορίων αὐτίκα ἐπίβαλλε τὸν δάκτυλον· σμικροῦ ὄντος τοῦ ἀγγείου τινὶ τῶν ἰσχαίμων χρηστέον, μεγάλου δὲ ὄντος αὐτοῦ, διαπείρα ἀγκίστρῳ τὸ ἀγγεῖον, ἀνάτεινέ τε καὶ περίστρεφε· εἰ δὲ ἀρτηρία, διακόψας τὸ ἀγγεῖον, ἐφέξῃς τὸ αἷμα.*
Super partes ſanguinem fundentes ſtatim applica digitum; Si ex minimis aliquod vas eſt, ſanguinem ſiſtentibus medicamentis vtendum; Cum autem magnum id eſt, hamulum experire, tene et ſubliga: Si autem arteria, diſſecans vas, continebis ſanguinem. *L. cit.*

ſutura continere [l]), cum cerata, quae priori loco tentanda ſunt, carnem non ſatis firmant, GALENVS conſulit. Etiamſi autem eadem omnibus vulneribus per ſuppurationem ad nouam carnem via ſit [m]); ſingularia tamen aliqua momenta circa vulnerum ſanandorum modos, veluti loco ac parte affecta diſcrepant, obueniunt, quae ſtudioſe obſeruata a veteribus fuerunt. Cum enim cauum vulnus eſſet, quod lato haud pateret oſtio, et tam ſanguinis grumum, quam forte teli partem clauderet, dilatandum aut nouo vulnere ampliandum illud fuit [n]), quod ideo maxime fieri oportere, vt inteſtina refundi poſſint, CELSVS exponit; qui, cum modos enarrat, quibus ventris vulnera curanda ſint, vniuerſam Graecorum chirurgiam ſuper hoc argumento exhauſit [o]).

l) Ῥάμμα, filum. Ἄμμα καὶ ῥάμμα, nodus et filum.
Ῥάμμα καλεῖται τὸ διὰ τρήμματος τῆς βελόνης διηρημένον, ἕνεκα τοῦ συνάγειν ἀλλήλοις τὰ μόρια τοῦ διατετμημένου σώματος. Acia vocatur filum per acus foramen transiectum, eo fine, quo ad inuicem adducantur orae partis diſſectae. GALEN. *Comm. in* HIPP. *Libr. De Offic. Med.*
Θῆξις, ἀπὸ τοῦ θήγω καὶ διαπείρω, ab acuo et acu transfigo: κατὰ θῆξιν θεραπεία, Vulnerum curatio per ſuturas, cum acu orae vulnerum adunantur; *Ἀγκτηριασμὸς, ſutura per fibulas: συσσάρκωσις, ſutura ſicca.* GAL. Lib. II. ad Locos.

m) *Ἀνάγκη τὰς σάρκας κοπέντας σαπέσας καὶ πύον γενομένας ἐκτακῆναι, ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας.*
Neceſſum, carnes diſſectas putrefactas et in pus conuerſas deliqueſcere, et deinde nouas carnes vegetare. HIPP. *De Vulner.*

n) *Ἐπανατάμνειν τὸ κοιλόν: Μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος.*
Cauum aperire, dilatare vulnus. HIPP. Ib.
Ἢν ὑπὸ βαθέῃ σαρκὶ τὸ ἕλκος ἐῃ, τὸ δὴ τοιοῦτον ἄν τις τάμνῃ πρὸς μήλην, ἣν ἐνδέχηται εὔροον.
Si ſub profunda carne vulnus fuerit, illud quidem incidendum eſt ad ſpecillum; tale autem ad manus ſit, quod eſt inductu facile, flexile. HIPP. Ib.

o) Gaſtroraphia deſcripta a CELS. VII. 16.
Si anguſtius vulnus eſt, vt inteſtina commode refundantur, incidendum eſt, donec ſatis pateat. Ibid.

PAVLLVS certe in nulla re ad difficilem iſthanc curationem ſpectante deficit, et tam gaſtroraphiam, quam enteroraphiam, eadem, qua illae nunc quoque celebrantur, dexteritate vel exercuit, vel certe deſcripſit p): Cui ſi ea addas, quae iam HIPPOCRATES de ſubligando et ſuccidendo omento, cum illud ex vulnere propendet, monuit q), nihil eorum, quae ad hoc negotium gerendum pertinent, Graecos ignoraſſe arbitror. Eadem induſtria in exercenda vulnerum capitis deligatione, arduo ſane negotio, vſi illi ſunt; Qua de re etiamſi alibi dicturus ſum, illud tamen reticere nunc nequeo r), quod ab HIPPOCRATE de ſicca vulnerum illorum deligatione adductum eſt. Qui mechanicas phaenomenorum corporis expoſitiones penes HIPPOCRATEM quaerunt, poſſent omnino ideam illam, qua contuſiones exponit, laudare, cum, *nauſeabundis* propter plenitudinem vaſis, humores in ſpatium, quod inter illa medium eſt, *euomi* ſcribit s), et ſanationis

p) Ἀρκτέον ἀπὸ τοῦ δέρματος ἔξωθεν ἔσω διείραντες τὴν βελόνην, ἕως ἂν τὸ δέρμα καὶ τὸν μῦν ὅλον διεξέλθῃ τὸ παρακείμενον ὑπερβαίνοντα περιτόναιον.

Incipiendum a cute eſt, ab externis ad interna transuehendo acum, donec omnem muſculum penetrauerit, qui prope adiacens peritonaeum ſupergreditur. PAVLL. VI. νβʹ.

Τὸ ἔντερον ῥαφὲν μετρίως προστέλλειν ἄχρι περ ἀκριβῶς ῥαφῇ.

Inteſtinum, quo ſui poſſit, parum protrahendum eſt, donec ſollicite fuerit ſutum PAVLL. Ib.

q) Ἢν ἐπίπλοον ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Cum omentum procidit, oportet illud ſuppurando abſumi HIPP. *Aph.* VI. 58.

r) Ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενὶ, οὐδὲ οἴνῳ, ἀλλ' ὡς ἥκιστα.

Vulnus in capite non fas eſt madefacere vlla re, nec vino, ad minimum nulla alia re. HIPP. *De Vuln. Cap.*

s) Φλεβῶν αἱμοῤῥόων πελιώσιες, ναυσιώσιες καὶ γαγγραινώσιες ὑπὸ τῆς πιέξιος. Venarum ſanguinem vehentium liuores, effuſio.

tionis modos in vulnuſculis, quibus contuſum incidi oportet [t]), inque bona ſuppuratione [u]) ponit. Laudat PAVLLVS frictiones [x]), ſi ſpes eſt, ſanguinem reduci poſſe. Vexata enim aequantur mortuis, vt veluti id, quod gangraena extinctum eſt, incidi oportet [y]); ita quoque id, quod contuſum fuit, cum vita deſtituatur, ſeparandum inque vulnus [z]) con-

fuſiones, (*cum illae veluti nauſeabundae ſuum ſanguinem euomunt,*) et corruptiones ex ſphacelo, ob contuſionem. HIPP. *De Fractur.*

Φλέβια ἐκχυμοῦνται, ἀμφιθλασθείσης τῆς σαρκός.

Minimae venae ſuum emittunt ſanguinem, cum caro ſubfracta ſeu contuſa eſt. HIPP. Ib.

Ἐκχυμώματα τῶν φλεβῶν καὶ τὰ μελάσματα.

Extrauaſationes venarum et nigredines. *Ibid.*

t) Ὅσα κατωτέρω τῶν ὁρίων τοῦ μελασμοῦ ἔῃ, ταῦτα, ὅταν ἤδη τεθνήκῃ καὶ ἀναλγέα ᾖ, ἀφαιρέειν.

Quae intra terminos nigredinis ſunt, illa, cum iam demortua ſunt omnique ſenſu deſtituta, auferenda. HIPP. Ibid.

u) Ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας πύον γίνεσθαι.

Opus eſt, quo contuſae carnes in pus vertantur. HIPP. *De Vuln. Cap.*

x) Ἀποσχάζειν τὰ ἐκχυμώματα, καὶ ἀνατρίψαι.

Scarificare ecchymoſes et perfricare. PAVLLVS IV. κθ'. λ'.

y) Γαγγραίνας, τὰς διὰ μέγεθος φλεγμονῆς νεκρώσας τάχιστα χρὴ περικόπτειν, καθ' ὃ ψαύει τοῦ πλησιάζοντος ὑγιοῦς.

Gangraenas, quae ſunt partium, ob ſummum inflammationis ſtatum, mortes, qua attingunt proximam regionem ſanam, ſtatim oportet incidere. GAL. *Therap. ad* GLAVCON. II. 11. p. 388. T. X.

Περὶ γαγγραίνας καὶ σφακέλου:

De gangraena et ſphacelo.

Τὸ δέρμα διαιρεῖν πολλαῖς καὶ βαθέαις ἀμυχαῖς· ὠφελεῖ δὲ θερμῶν πικρῶν ἀφέψημα.

Cutem incidere, multis et profundis inciſionibus; conducit autem calidarum amararum herbarum decoctum. PAVLLVS IV. ιθ'.

z) Ὅσα σφακελίζει ἑλκῶσαι καὶ ὑγιῶσαι.

Quaecunque ſphacelata ſunt, in vulnus conuertere, et ſanare. HIPP. *Epid.* II. Sect. 3.

uertendum ſit, quo ſub cruſtae naſcentis, quam *eſcharam* vocant, velo [a]) noua caro vegetare poſſit, vti quoque concidenda ſunt malae notae vulnera, cum illa ſphaceli ſigna oſtendunt [b]). Circa *abſceſſus* ſanandos nihil aliud in vſu nunc eſt, nec fieri quidquam ex natura morbi huius poteſt, quam quod veteres conſulunt, vt, quae ſumma cute eminent vel inter carnes ſunt, apoſtemata emollita, quando in faſtigium penitus elata ſunt [c]), vel ſponte ſoluantur, vel, ne nimia cutis iactura fiat, incidantur, poſtquam, quod ſubeſt, penitus maturuit. Oportet autem aliquando abſceſſus crudos, ne illi indureſcant, neque pus latens ſinuoſum vlcus excitet, maturius aperiri et pus educi [d]). Proxima enim ab

a) Κάλλιον τὰς ἐσχάρας μένειν, καθάπερ τι πῶμα τοῖς ἀγγείοις.

Melius eſt cruſtam, quam eſcharam dicunt, manere, veluti quoddam vaſorum operculum. PAVLLVS IV. νγ'.

b) Τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἰδεῖν μέλαινα ὑποπέλια.

Quae circa vulnus ſunt, nigra et ſubliuida, inſpicienda. HIPP. *De Vulneribus.*

Ἕλκος ἄχροον ἐξ ὃ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸν καὶ τὸ φλεγμαῖνον ἐκτέθνηκεν καὶ γλισχρῶδες γίνεται.

Vulnus decolor, ex quo ichor fluit tenuis, inflammatio autem extincta eſt, quodque flaccidum fit. HIPP. *De Cap. Vulneribus.*

c) Διαπυήματα εἰς ὀξὺ ἀποκυρτέμενα.

Abſceſſus in acutum faſtigiati. HIPP. *Prognoſt.*

d) Τὰ πλησίον τῦ δακτυλίυ ἀποςήματα πρὸ τῆς τελείας πεπάνσεως ὠμοτομεῖν Ἱπποκράτης παρακελεύεται τὸν εἰς διάτρησιν ὑποδυόμενος φόβον.

Quae inteſtino recto propinqua ſunt apoſtemata ante perfectam coctionem, cruda ſecari oportere HIPPOCRATES iubet, metu in ſuſpicionem adductus, ne illud perforetur. PAVLL. VI. 34.

Ὅταν ἀθροισθῇ ἐν τῷ γλετῷ αἷμα πλησίον τῆς ἕδρης, σηπόμενον, νέμεται εἰς τὰ μαλθακὰ, ἐς ἂν τὸ φῦμα ῥήξῃ καὶ κάτω εἰς τὴν ἀρχὴν διασήψῃ, ἢν δὲ τῦτο γένηται συριγγῦται καὶ ἰχωρέα.

Cum

ab abſceſſu ad vlcus via eſt, et quamuis, quae ſumma cute repunt, vicinamque carnem deuorant *vlcera* [e]), ſine apoſtemate naſci quandoque ſoleant; non tamen minus, quam reliqua ex inflammato, in malum pus verſo, fiunt. Omnia in vulnus conuerti fas [f]), et pus mouendum eſt linamentis medicamento imbutis [g]). Sinuoſa autem vlcera, quas *ſyringas* Graeci [h]), Latini *fiſtulas* appellant, etiamſi illorum curatio turundis ac iniectionibus trahi poſſit [i]), niſi explorata ſpecillis [k]) et diſſecta fuerint,

Cum collectus ſanguis fuerit, prope ad anum, in pus conuerſus depaſcitur mollia, aliquando tuberculum rumpitur, et deorſum in inteſtinum rectum ſuppurando deſcendit; Cum autem hoc fit, in fiſtulam conuertitur, et acres ſuccos, quos ichores vocant, fundit. HIPP. *De Fiſtulis.*

e) Ἐσθιόμενα ἕλκεα, ὅπη ἂν φαγέδαινα ἐνέῃ, καὶ ἰσχυρότατά τε νέμεται καὶ ἐσθίει.

Vlcera exedentia, cum ſerpigo ineſt, et vehementer depaſcuntur, et vorant. HIPP. *De Vulneribus.*

f) Τῶν ἑλκέων τὰ κυκλοτερέα ἢν ὑπόκοιλα ᾖ, ἐν κύκλῳ πάντη ἐπιτάμνειν χρὴ τὰ ἀφεστεῶτα, ἢ πάντα, ἢ τὰ ἡμίσεα τοῦ κύκλου κατὰ μῆκος τῆς φύσιος τοῦ ἀνθρώπου.

Ex vlceribus lata, ſi ſubcaua fuerint, circumcirca incidenda, quae in illis calloſa ſunt, vel vbique, vel dimidia totius ambitus parte, pro viribus naturae hominis. HIPP. Ib.

g) Ἔμπυοι μοτοὶ, οἱ στρεπτοὶ, ἢ λήμνισκοι.

Linamenta, quibus pus mouetur, contorta aut in longum explicata. GAL. *Exegeſ. Voc. Obſol.* HIPP. ſub hac voc. p. 89. T. II.

h) Τὰ ἕλκεα ἐς βάθος, ταῦτά ἐστι τὰ συριγγώδη καὶ ὅσα ὕπουλά ἐστι καὶ ἔνδοθεν κεκοιλασμένα.

Vlcera profunda, ea ſunt, quae in anguſtum tubum procedunt, et quibus ſub cicatrice pus eſt, et intus excauata ſunt. HIPP. *De Fiſtulis.*

i) Καθητὴρ dicitur omne *linamentum*, *vlceri alte demiſſum*: *μωτοῦν ὠμολίνῳ καθητῆρι*, *ad pus deducere*, *transuecto crudo filo*, *quod catheter dicitur.* HIPP. *De Morb. Mul.* II.

k) Μήλη, *Inſtrumentum explorando vulneri ac ſinui aptum:*

τῇ

rint [l]), non ſanantur. Si autem profundus ſinus eſt, quo ferrum deſcendere non poteſt, collyrium demitti oportet [m]). Circa *tumores*, vti varii ſunt, variis veteres, prorſus ad recentiorum mentem, vſi ſunt auxiliis. Illos ex ſero natos, cum alia ad ſanitatem via haud eſſet, minutis concidebant vulnuſculis, quod *ſcarificare* dicitur [n]); Illos, qui ex materie, intra folliculum congeſta, proueniunt [o]), vti et illos, qui ex carne laxa vegetant, quos *ſarcomata* dicimus [p]), ſubſe-

τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι, *ſpecillo explorare.* HIPP. *De Vuln. Cap.* Μήλη ἐντετμημένη, *ſpecillum ſulcatum.* HIPP. *De Morbis* II. σπαθομήλη, *ſpecillum latum.* GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Art.*

l) Ἐς τὸ ϛόμα τῆς σύριγγος μολίβδιον ἐντιθέναι, ὅπως μὴ ξυμφύηται, κλύζειν δέ· ὑγιὴς δὲ ȣ̓ γίνεται, ἢν μὴ τμηθῇ.

In oſtium fiſtulae ſpecillum indere plumbeum, ne connaſcatur, et lotione perfundere; neque vero ſanatur, niſi ſecta fuerit. HIPP. *De Fiſtulis.*

Imus ſinus exitum habeat, ne quis humor intus ſubſidat. CELSVS VII. 2. p. 409.

m) CELS. Ib.

n) Ἐν τῷ ὕδερῳ, ἢν τὸ οἴδημα καθεϛήκῃ ἐν τῇ ὄσχῃ καὶ τοῖσι μηροῖσι, καὶ τῇσι κνήμῃσι, καταχέειν χρὴ ὀξυτάτῳ μαχαιρίῳ πολλὰ πυκνὰ, καὶ ταχὺ ὑγιέα ποιήσεις.

In hydrope, cum tumor in ſcroto aut femoribus, aut in ſuris ſubſtiterit, ſcarificare oportet acutiſſimo ſcalpello, crebris vulnuſculis, et ſubito ſanum praeſtabis. HIPP. *De Affectibus.*

Περὶ ϛεατωμάτων καὶ ἀθερωμάτων καὶ μελικηρίδων.
De ſteatomatibus, atheromatibus et meliceridibus.

o) Παραφυλάττειν τὸ τηρῶσθαι τὸν ὑμένα, καὶ τὸ μοῖραν αὐτȣ̃ παραλιπεῖν, ὅτι παλιγγενεσίας αἰτία γίνεται.

Curandum, quo educatur folliculus, et ne particula eius relinquatur; nam noui tumoris ortus cauſſa fiet. PAVLL. VI. λϛ΄.

p) Βελόνην λαβόντες λίνον διπλȣ̃ν ἔχȣσαν, διαπείρωμεν τὸ σάρκωμα καὶ σμηλίῳ ἐκτέμωμεν, καὶ τὰ χείλη διαϛήσαντες διαμοτώσωμεν.

Acum accipientes, quae duplicatum linum vehit, illam trans tumorem carnoſum vehemus, et ſcalpello excidemus, et labia vulneris puluillis replebimus.

Περικόψαι ἀκριβῶς τὸ πεπονθὸς, ὡς μηδεμίαν ἀπολείπεσθαι ῥίζαν· ἔασον ἐκχυθῆναι τὸ αἷμα καὶ μὴ ταχέως ἐπισχῇς.

Exſcin-

ſubſecabant; Id quod, quamuis crudele eſt, lenta tamen illa, quae per deligationem fit, ſeparatione expeditius eſt atque ſecurius. Eadem fuit *anthracas*, ex demortua carne prope ad ani oram germinantes, ferro ſanandi ratio [q]). Neque enim miſericordia digni videbantur eſſe, qui ex turpi cauſſa morbum contraxiſſent [r]). Inteſtinum de ſede lapſum, quo modo reponendum firmandumque ſit [s]), quo artificio lotium duci [t]), et carunculam vrethrae deleri [u]) oporteat, veteribus haud fuit ignoratum.

p) Exſcindenda autem penitus morboſa pars eſt, ne quidquam relinquatur. Sine etiam effundi ſanguinem, nec illum ſubito comprime. PAVLL. Ib. *μέ*.

q) De *ſycoſi*, *ficatione*, *mariſcis* ſeu *condylomatibus*, quae circa ani marginem externum, deque tuberculis, *οἷον συκαμίνου καρπὸς*, *inſtar fici fructus*, intelligendus eſt HIPPOCRATES, cum haemorrhoidas exſcindi iubet, L. *De Haemorrhoid.* CELSVS VI. 6. adurente medicamento haemorrhoidum capitula conſumit.

r) *Caeduntur tumidae, medico ridente, mariſcae.* IVVENAL. Sat. II. 13.

s) *Ὁκόταν ἀρχὸς ἐκπίπτῃ, ὕδατι θερμῷ περιπλῦναι σίδια, καὶ στυπτηρίαν τρίψας ἐν οἴνῳ καταχέαι τοῦ ἀρχοῦ, ἔπειτα ῥάκεα ἐκβαλεῖν καὶ τοὺς μηροὺς ξυνδῆσαι ἡμέρας τρεῖς, καὶ νηστευέτω.*

Cum inteſtinum rectum exciderit, aqua calida *mali* perfundatur *corium*, cumque alumen vino ſolueris, inteſtinum perfunde; inde oportet te lintea iniicere, et femora colligare per tres dies; Aeger autem ieiunet. HIPP. *De Fiſtul.*

Ἔπειτα ὑποτεῖναι τὴν ταινίην διὰ μέσων τῶν σκελέων, ἀναδῆσαι περὶ τὸν ὀμφαλον, ὅταν δὲ ἀφοδεύῃ, τὰ σκέλεα ἐκτανύτω, οὕτω γὰρ ἥκιστα ἐκπίπτοι ἡ ἕδρη.

Tunc ſubnectens faſciam trans femora ductam, illam circa vmbilicum firma; Cum autem illi deſidendum eſt, crura diſtendat; Sic quam minime excidet anus. HIPP. Ib.

t) *Ἐις κύστιν αὐλίσκον καθιέναι.*

In veſicam demittere canaliculum. HIPP. *De Morb.* I.

u) *Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα φύεται, τουτέοισι, διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.*

Quibus in vrethra tuberculum naſcitur, his, quando illud in pus conuerſum ruptumque eſt, ſolutio. HIPP. *Aph.* IV. 82.

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

SPECIMEN XXXIV.

DE CHIRVRGIA OSSIVM.

Sententias veterum ſuper morborum curationibus colligenti opus eſt illorum *de morbis oſſium* placita ſimiliter ſiſtere, vt, quanta maiorum noſtrorum in perſpiciendis rebus omnibus, ad medicinam, quae manu ſanat, pertinentibus, fuerit induſtria, hoc etiam reſpectu compareat. Graecorum ſcripta euoluentibus vbique occurrit, morbos oſſium ab illis vel ad ſubſtantiam, vel ad vnionem, vel ad actionem laeſam referri, illosque ſub titulis τερηδῶνος, *cariei*, ῥήγματος, *fracturae*, ἐξαρθρήματος, *luxationis*, et ἀγκύλης, *quae articulorum vitioſa eſt concretio*, ſiſti. Hos COVS in claſſes concinne admodum redegit, quando ὀστέον ἀφεστηκὸς, *os abſcedens*, et ὀστέου ἀπόστασιν, *abſceſſum et ſubſtantiae deſtructionem in oſſe*, deinde autem ὀστέον διεστηκὸς, *os disiunctum* [a]), *diuulſum*, nominat, ſiue ex luxato, ſiue ex fracto, ſiue ex vulnere oſſis [b]) haec mutatio euenerit. De teredine oſſium [c]), quae latinis *caries* eſt, aliqua mihi monenda ſunt ab initio. Haec oſſibus laxis ac

a) *In Coac. Praenot. et alibi.*

b) Οἷσι ἀνατμηθεῖσι διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.
Quibus vulneratis os diductum inuenitur, pereunt. HIPP. Ibid.

c) Τερηδὼν ἐστὶν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς. τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων, οἱωνεί τις τερηδὼν οὖσα.
Teredo eſt oſſis perforatio a putredine. Nomen morbo eſt a foraminibus vna euenientibus, ac ſi arroſio aliqua vermis eſſet, qui teredo dicitur. *Auctor Defin.* GAL. n. 395. p. 273. T. II.

ac raris [d]) plus, minus illis, quae ſolidiora ſunt, euenit, eſtque ea verum oſſis vlcus, quod vel ex tuberculis, quos ἐξοχὰς ὀςώδεις GALENVS appellat [e]), *ſponte* vel ex inflammata oſſium membrana [f]), itidemque ex illa abducta et oſſe denudato ob vim externam [g]) oritur. Etiamſi enim GALENVS τὸ ἕλκος, *vlcus* puta, de mollibus ſaltem corporis humani partibus praedicet [h]); nihil tamen eſt, arbitror, quod impediat, quo minus etiam caries *vlcus oſſium* dici poſſit, quod ita ab veteribus quoque ſcriptum eſſe deprehendo [i]). Ab ipſa ſaepe natiuitate, malitia humorum, vitiantur oſſa infantium. Illorum oſſa tubiformia in epiphyſibus intumeſcunt primum, deinde oſſium quoque tubi flectuntur, tandemque ad ſpinam totumque corporis habitum malus humor procedit; quod morbi genus *rhachitidem morbumque anglicum* primus quidem appellauit GLISSONIVS [k]); falſus tamen eſt, quando illum Graecis ignoratum fuiſſe ſcribit, penes quos eius veſtigia

d) HIPPOCRATES oſſa rara et laxa συραγγώδεα appellat. Haec facilius excauantur ab vlcere, quam illa, quae σκληρότατα καὶ ςρυφνότατα, *duriora et magis compacta* ſunt. Hac voce deinde vtitur *Epidem.* V. §. 18. p. 782. T. I. cum de oſſe abſcedente ſcribit, ὀςέα κατὰ μικρὸν συραγγώδεα ἐξῄει. *Oſſa ſenſim, veluti fiſtulis excauata, procedebant.*

e) *Libr. De Tumoribus praeter naturam.*

f) Ὀςέον πυρετῶδες.
Os febrile vel inflammatum. HIPP. *De Vuln. Cap.*

g) Ὀςέῳ ἐψιλωμένῳ κίνδυνός ἐςι μᾶλλον ὑπόπυον γίνεσθαι.
Oſſe nudato periculum eſt, ne illud facilius in pus vertatur. HIPP. Ib.

h) Ἕλκος, συνεχείας λύσις κατὰ τὰ σαρκώδη πάντα.
Vlcus, continuitatis laeſio in omnibus partibus carnoſis.

i) Ἀπόςασις ὀςέȣ. Pus in oſſe natum. *Aphor.* Lib. VII. 79.
Ἀποςατικὰ ὀςέα, Oſſa cum pure educta. L. *De Fracturis.*

k) *De Rhachitide*, Lond. 1650. 12.

ſtigia paſſim ſparſimque deſcripta inuenias [l]), cuius quoque chirurgiam eleganter et prorſus ad rigorem mechaniſmi GALENVS [m]) tradit. Proxima ab oſſis tuber-

l) Ὑβοὶ πρὸ τῆς ἥβης. *Ante pubertatem gibberoſi* HIPP. *Aph.* L. VI. 46. Abinde tot tantaeque ſtaturarum noxae a Graecis deſcripta.

Λόρδωσις, εἰς τὸ πρόσω τῆς ῥάχεως διαστροφή.

Lordoſis, prominulum pectus, cum ſpina antrorſum flectitur. GAL. *Comm. III. in* HIPP. *De Arte.*

Λορδοὶ τὴν αὐχένα, *Ceruice ad guttur inclinati*, quos *ἐξεβρόγχους*, *eminente gutture homines*, appellat HIPPOCRATES *De Arte.* Exponit GALENVS *τοὺς ἐξέχοντα εἰς τὰ πρόσω τὸν βρόγχον ἔχοντας*, *Eos, qui eminens antrorſum guttur habent: ἐξεχέγλουτοι διὰ τὴν ἔκστασιν τῶν ἄρθρων*, *Prominentibus natibus, ideo quod articuli emineant. Σκολίωσις, τῆς ῥάχεως διαστροφὴ εἰς τὰ πλάγια*, *Obliquatio, ſpinae in latus flexura.* GAL. *Comm. III. in* HIPP. *De Arte.* *Ἡ φοξὴ κεφαλὴ, προμηκεστέρας τοῦ δέοντος ἔχουσα τὰς ἐξοχάς*, *Acuminatum caput, prominentiores iuſto habens eminentias.* Tale erat THERSITAE caput apud HOMERVM, *φοξὸς ἔην κεφαλὴν*, *Acutus erat capite. Iliad.* II. 2.

Ἰθυκύφη ἡ ῥάχις. Spina ex recto gibberoſa. HIPP. *De Articulis.*

Ἰθυλόρδη ἡ ῥάχις. Spina in directum repanda. ID. *De Artic.* et *in Mochlico. Ὀπισθοκύφωσις*, *Spina retroflexa.* GAL. *Comm. III. in* HIPP. *De Articulis.* *)

*) Plura ad hanc ſpectantia controuerſiam v. in noſtris *Antiquit. Morbor.* Sect. II. n. 6. p. 141. ſequ.

m) *Ἐζώννυον αὐτῷ τὰ κατὰ τοῦ θώρακος ἅπαντα, μέχρι τῶν ἰσχίων, ζώνῃ συμμέτρως πλατείᾳ, οὕτω παραβάλλων. ὡς ἐρηρεῖσθαι μὲν ἀλύπως, μήτε δὲ χαλερὸν ἀπολιπεῖν τι, μήτε πεπιέσθαι. γυμνάσια δὲ, τά τε δι᾽ ὅλων τῶν χειρῶν ἐπιτηδευμένα καὶ τὰς καλουμένας ὑπὸ τῶν φωνασκῶν ἀναφωνήσεις, παρελάμβανον· ἐφ᾽ ἑκατέροις δὲ κατάληψιν πνεύματος ἐκέλευον ποιεῖσθαι· γίγνεται δ᾽ αὕτη, σφοδρῶς μὲν θλιβόντων ἡμῶν ἐκ παντὸς μέρους τὸν θώρακα, τὴν δὲ ἐκπνοὴν κατεχόντων, ὡς ἐπέχεσθαι πᾶν ἔνδον τὸ πνεῦμα· ὅσω γὰρ ἂν εἴη πλείων θλιβόμενος ἀὴρ, τοσούτω μᾶλλον ὁ θώραξ εὐρύνεται διατεινόμενος.*

Succingebam illi omnia, quae circum thoracem ſunt, vsque ad iſchia faſcia mediocriter lata, quam ita ordinabam, quo poſſet quidem ſine incommodo ſtringi, nec

tuberculo ad cariem et oſſium putredinem[n]) via eſt. Namque occultare ſeſe diu malignus humor nequit, ſed os deuorat ſubito, atque, quando perioſteum deſtructum eſt, in molles quoque partes procedit easque corrumpit. Abhinc vetuſta vlcera, quae ſanari, niſi, cum os morbidum a ſana parte receſſit, nequeunt. Igitur veluti *in illa mala putrida*, quam HIPPOCRATES[o]) ſanauit, os ſcalpendum rodendumque, atque caro, quae deſuper naſcitur, laxa atque fungoſa[p]) deſtruenda eſt; id quod, qua ratione efficiendum, et carioſi oſſis ſanatio inſtituenda ſit, COVS[q]) expoſuit quam curioſiſſime, cui CELSVS

nec tamen laxa aut caduca illa fluctuaret, nec valde premeret. Deinde exercitia, quae manu fiunt, et illa, quae ab exclamationibus dicuntur, praecipiebam: Ex altera parte retentionem ſpiritus fieri imperabam, quae fit, quando vbique thoracem valide comprimimus, exſpirationem autem cohibemus, quo omnis ſpiritus intus contineatur. Quanto enim plus aër intus compreſſus eſt, eo plus thorax dilatatur diſtentus. GAL. *De Tuenda Sanitate* V.

n) Τὰ ὀστέα σεσάπρισται, *Oſſa computruerunt*, HIPPOCR. *De Fracturis*, et *Epid. V.* ὀστέα σαπρὰ γενόμενα, *Oſſa putrida facta.*

o) Ἐξετμήθη κύκλος σαπρός, *Ambitus putridus* (oſſis) *exſectus eſt*, poſtquam os exaruiſſet. Ita enim capienda illa verba ſunt, οἰδέουσα σαπρὴ ἐγένετο ξηρῇ σηπεδόνι, *Malae os intumeſcens carioſum factum eſt arida putredine.* HIPP. *Epid.* V. 1. p. 767.

p) Σὰρξ σαπρὰ μυδῶσα καὶ σηπομένη, *Caro putrida, laxa et corrupta.* GAL. *Comment. II. in* HIPP. *De Fracturis* II.

q) Ὀστέον, ὅτι δὴ ἀποστῆναι δεῖ, ἀφίσταται ἐπὶ πολὺ, ἔξαιμον γινόμενον· τάχιστα δ᾽ ἂν ἀποσταίη, ἤ τις, τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα καθήρας, ξηραίνοιτο· τὸ γὰρ, τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακὸς, ἀφίεται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτέου, ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρόν. ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου ὑγιέος, ἣν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μένη σφακελίσῃ. οὕτω δ᾽ ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο, καὶ βλαστάνοι,

SVS [r]) ſubſcribit. Os autem putreſcere intelligimus, cum illud aſperum nigrumque eſſe, ſpecillo per ſinum vlceris admiſſo, percipitur [s]). Neque aliam curationem admittunt *oſſa*, quibus ob cauſſas violentas perioſteum abductum fuit [t]), quaeque ita *fracta* ſunt, vt adunari non poſſint [u]). Igitur educendae

καὶ τὰ ὀςέα ἐπανίοι, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιςα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσηται.

Os cum ſecedere vult, abſcedit plerumque, cum aridum et ſanguine vacuum fuit redditum. Subito autem abſcedet, ſi quis illud, vlcere quantocyus repurgato, deſiccauerit. Quodſi enim illud ſubito deſiccatum eſt, tunc cruſta arida ab altero oſſe, quod ſanguine plenum viuumque eſt, recedit. Renaſcitur autem illud ex diploë oſſis ſani, cum ſuperficies oſſis ſola ſiderata eſt. Tunc etiam celerius caro ſubnaſcetur, et creſcet, et ſuper oſſa procedet, ſi vlcus ipſum ſubito in bonum pus conuertitur, et purum efficitur. HIPP. *De Vulner. Capit.*

r) *Totum id cauum vsque ad os excidendum, osque ferramento adurendum eſt vehementius; Quodſi iam carie vexatum eſt, quo craſſior huic ſquama abſcedat; quidam adurentia imponunt, vt atramentum ſutorium, vel chalcitidem, vel aeruginem.* CELSVS VII. 7.

s) HIPPOCRATES *De Cap. Vulneribus*, vbi de oſſe per inflammationem corrupto et vitiato ſcribit, πεϱκνὸν γίνεται, *Nigrum fit os;* Exponit EROTIANVS in Gloſſar. p. 130. T. II. μέλαν, *nigrum;* HESYCHIVS μελανὸν καὶ ποικίλον, *nigrum et varium.* Neque male ſignificaret vox, cum legendum foret, κεϱχνὸν, *aſperum*, conf. FOESII *Oecon.* HIPP. *ſub hac voce*, p. 334. ſiquidem inter cariei ſigna non vltimum eſt nigredo et aſperitas.

t) Ἐπὶ ὀςέε ψιλώσει ἐϱυσίπελας, κακόν.

Cum os denudatum eſt, atque accedit eryſipelas, malum. HIPP. *Aph.* VII. 19. p. 104. T. I.

Ἀπὸ τε͂ ἀϱχαίε τϱώματος σεσάπϱιςαι ἔνια τῶν ὀςέων.

Ex antiquo vulnere quaedam oſſa putreſcunt. HIPP. *De Fracturis.*

u) Ὁκόσα δὲ κατηποϱήθη ἐμπεσεῖν, ταῦτα αὐτὰ εἰδέναι χϱὴ, ὅτι ἀποςήσεται, καὶ ὅσα τελέως ἐψιλώθη τῶν σαϱκῶν.

De

cendae erunt oſſis teſtae [x]), vel ſinendae, vbi ſub alta carne latent, donec ſponte ſua ſuppurationis lege ſoluantur [y]). Huic naturae negotio parem ſe gerere chirurgum oportet, vt apertum ſeruetur vulneris oſtium, ne a pure abſcondito os vitium capiat [z]). Igitur puri via pandenda eſt, et frequentem [a]) ac laxam [b]) deligationem eſſe decet. Si quod autem os eo vſque exeſum a carie eſt, vt ſeruari nequeat, ſi poſſit, educatur, aut vratur [c]), alio-

De quibus deſperandum eſt, reſtitui in locum poſſe, de illis ſcire oportet, quod ſint abſceſſura, vti et illa, quae carnibus nudata ſunt. HIPP. Ib.

x) Παραχχίδες ὀστέων; *Oſſium fragmenta.* HIPP. *De Fracturis.* Ἀποστάσεις παραχχίδων ὀστέων, *Separatio teſtarum ex oſſe. Ibid.*

y) Ἢν μέλλῃ ὀστέα ἀποστάσιες ἔσεσθαι, πύον συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεως καὶ ὀργᾷ.

Cum os abſceſſurum eſt, frequens pus profluit ex vlcere, et impetum facit. HIPP. Ib.

z) Φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ, ὅπως μή τι κακὸν ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον, ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἢν κακῶς ἰητρεύηται· ὀστέῳ γὰρ καὶ πεπρισμένῳ καὶ ἄλλως ἐψιλωμένῳ, κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑπόπυον γίνεσθαι

Cauendum eſt, ne in malam partem abeat os, a carne, ſi illa male curata fuit. Cum enim os vel in minutas partes fractum, vel certe perioſteo denudatum eſt, periculum imminet, ne pus abſconditum increbeſcat. HIPP. *De Vulner. Capit.*

a) Εὐαπόῤῥητα ποιέειν, φυλάσσοντα τὰς ὑποῤῥύας, μεμνημένον, ὅτι οἱ τόποι οὗτοι, ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν σχήμασιν πολλὸν χρόνον κείμενοι, ἐκτρίμματα δυσάκεστα ποιέουσι.

Ad effluxum accommodare vulnera, ſeruando vias, quibus pus effluere poſſit. Cum enim ſub eadem deligationis ſpecie loci diu iacent, inſanabiles eroſiones faciunt. HIPP. *De Fract.*

b) Ὅσοισι μὲν οὖν λεπτῶν πάνυ ὀστέων ἀποστάσιες, οὐδεμιῆς μεγάλης μεταβολῆς δέονται, ἀλλὰ χαλαρωτέρως ἐπιδεῖν, ὡς μὴ ἀπολαμβάνηται τὸ πύον, ἀλλ' εὐαπόῤῥητον ᾖ.

Quibus tenuium magis oſſium ſeceſſus fiunt, magna mutatione haud indigent, ſed laxius deligandum eſt, ne retineatur pus, ſed ad effluxum ſit facile. HIPP. Ib.

c) Ὅσα περὶ ὀδόντας γίνεται ἀλγήματα, ἢν μὲν βεβρωμένος ᾖ, καὶ

ue modo eius vitium per cataeretica abſtergatur. De *luxatis oſſibus*, cum illa ex ſede ſua depelluntur [d]), aliqua in vniuerſum allaturus, intelligo, luxationes mox ſimplices, mox cum vulnere complicatas, a veteribus adduci [e]); nec minus animaduerſam ab illis eſſe illam, qua os vel totum elabitur, vel aliquantulum ſaltem emouetur, diuerſitatem [f]); veluti quoque, oſſa haud raro ſua ſponte elabi, haud ignorauerunt [g]). Ita HIPPOCRATES de cruris oſſe habet, eiusque articulum aliquando laxum a cauſſa interna vidit, vt et excideret, et facile iterum compelli poſſet. Nec minus illi ad habitum corpo-

καὶ κινέηται, ἐξαιρέειν, ἢν δὲ μὴ βέβρωται, μηδὲ κινέηται, καύσαντα ἀποξηρῆναι· ὠφελέει δὲ καὶ διαμασσήματα.

Qui circa dentes fiunt, dolores, ſi dens eroſus eſt, et fluctuat, educendus; Sin autem eroſus haud eſt, vrendo deſiccetur. Conducunt autem et maſticatoria. HIPPOCR. *De Affectib.*

d) Σχᾶσθαι, *laxari*, quod nunc *luxari* dicitur, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν θέσεως εἰς ἑτέραν ἀθρόως μεθίσθασθαι, *ex ſitu ſecundum naturam in alium ſubito conuerti* HIPP. *De Arte.*

e) Ἐκπτώματα, τῶν ὀστῶν ἐκ τῆς ἰδίας χώρας μεταστάσεις ἄνευ τοῦ κατεαγῆναι γινομέναι.

Elapſus, oſſium ex propria ſede exceſſus ſine fractura facti. GAL. *Comm. I. in* HIPP. *De Fracturis.*

Ἐξαρθρήματα ἕλκος ποιησάμενα.

Luxationes vulnus facientes. HIPP. *Mochl.*

f) Ὀλισθήματα, exponente GALENO, *Comm. III. in III. De Fract.* dicuntur HIPPOCRATI *integrae oſſium luxationes*, διακινήματα vero *paruae et veluti emotiones*, vti etiam CELSVS habet *De Re Medica* VIII. 14. cui ὀλισθήματα dicuntur, cum oſſa toto loco emota ſunt, διακινήματα vero, vbi paullum exceſſerunt.

g) Ἐκβάντα, ἐξίσχια ἄρθρα.

Articuli elapſi et laxi, fluctuantes. HIPPOCRAT. *in Mochlico.*

Τὸ ἰσχίον ἐξίσταται καὶ πάλιν ἐμπίπτει.

Coxa excidit, et iterum relabitur. HIPP. *Aph. Libr.* VI. 59. 60.

corporis, luxationis cognoſcendae ac curandae gratia, reſpexerunt [h]), et nihil temere moliendum, cum os reſtituendum ſuo loco eſt [i]), ſed ſuſpenſa manu vbique agendum [k]), et ad hominem atque ſingulares vniuscuiusque articuli conditiones reſpiciendum eſſe [l]) ſuaſerunt, niſi cum validae carnes, quae articulum comprehendunt, diducendae erant, quas oportebat magno niſu [m]) ſuperari. Qua de re

 deque

h) Διαφέρει μέν τι καὶ χέσις τȣ̃ σώματος· τοῖσι μὲν γὰρ εὖ ἔχȣσι τὸ γυῖον, καὶ σεσαρκωμένοισι ἐκπίπτει τε ἧσσον, ἐμπίπτει δὲ χαλεπότερον· ὅταν δὲ ἀυτοὶ σφῶν ἀυτῶν λεπτότεροι καὶ ἀσαρκότεροι ἔωσι, τότε ἐκπίπτει τε μᾶλλον, ἐμπίπτει δὲ ῥᾶον.

Differt etiam aliquid habitus corporis. Illis enim, quibus valentius membrum eſt, et carnoſis, minus excidit, et difficilius reponitur; Cum autem illi ſua natura tenuiores et macilentiores fuerint, tunc facilius excidit, et facilius reponitur. HIPP. *De Fracturis.*

i) Ἐις τὴν ἀρχάιαν φύσιν διαρθρώσασθαι.

In priſtinam naturam reſtituere articulos. HIPP. *De Arte.*

k) Τὸ ἄρθρον διακινέειν, μὴ βίῃ, ἀλλὰ τοσȣ̃τον, ὅσον ἀνωδύνως κινήσεται.

Articulum mouere, non vi, ſed in tantum, in quantum ille ſine dolore moueri poteſt. HIPP. *De Fractur.*

l) Φύσιες φυσίων μέγα διαφέρȣσιν ἐς τὸ ῥηιδίως ἐμπίπτειν τὰ ἐκπίπτοντα. Διενέγκοι μὲν γὰρ κοτύλη κοτύλης, ἡ μὲν ἐυνπέρβατος ἐȣ̃σα, ἡ δὲ ἧσσον· πλεῖστον δὲ διαφέρει καὶ τῶν νευρῶν ὁ σύνδεσμος, τοῖς μὲν ἐπιδοσίας ἔχων, τοῖσι δὲ ξυντεταμένος ἐών.

Naturae a naturis valde diſcrepant, vt facilius compellantur elapſa; Nam et acetabulum ab acetabulo differt, cum aliud ſit ſuperciliosum, alterum minus; Multum etiam differt ligamentorum nexus, vtpote qui in his ſit remiſſior, in illis ſtrictior. HIPP. *De Artic.*

m) Διαναγκασμὸς, *Membri per vim facta reſtitutio.* HIPP. *De Arte.*

Μοχλία ἐςὶ μεταγωγὴ ὀςȣ̃ ἢ ὀςῶν ἐκ τȣ̃ παρὰ φύσιν τόπȣ εἰς τὸν κατὰ φύσιν.

Reſti-

deque variis machinationibus, quibus articulos vecte, ſcala, appenſo pondere, retropellere moris erat, legi merentur HIPPOCRATIS libri, qui *Mochlicus* illi dicitur, quique *de arte* et *de articulis* inſcriptus eſt. *Fracturarum* [n]) ampliſſima eſt penes HIPPOCRATEM eiusque commentatores recenſio; quibus tribuendus ſuus honor eſt, quod in iſta chirurgiae parte perfunctorie egerint neutiquam, atque ita in iſthoc negotio gerendo progreſſi fuerint, quo gloriari de nouis ſententiis, quarum veſtigia penes veteres haud legas, recentiores vix poſſint. Non oſſa tantum, ſed *cartilagines* quoque *frangi* et difficulter ſanari, COVS indicat [o]), cuius fracturae ſpecies in oſſibus iuniorum eſt, cum capita illorum ſecedunt, hinc difficulter conferruminantur. *Oſſa* autem ipſa *fracta* quod concernit, qua ratione illa ſub variis conditionibus et ſpeciem, et curam variam habeant, expoſitum legimus ab HIPPOCRATE, qui de oſſibus fractis cum vulnere, de illis in fragmenta ſolutis, fragmentisque ex vulnere prominentibus [p]), de oſſibus iuxta capita fractis, exemplo

Reſtitutio oſſis, quae vecte fit, eſt reductio oſſis aut oſſium ex loco praeter naturam in illum, qui ſecundum naturam eſt. *Auct. Defin.* GAL. n. 477. pag. 281. T. II.

n) Κάταγμα συνεχέιας λύσις ἐν ὀςῷ καλᾶται.

Fractura, vnionis laeſio in oſſe dicitur. GAL. *Meth. Med.* VI. 5.

o) Χόνδρος ὀςἔν μιμᾶται καὶ δυσαποκατάςατος ἄναι δοκᾶ ἐς τὸ ἀρχᾶιον σχῆμα.

Cartilago os imitatur, et videtur in priſtinam formam reduci haud poſſe. *Auct. Introd.* GALEN.

p) Τὰ ὀςέα κατέηγεν μηδὲ ἄλλον ἕλκος ἐγένετο· ἕλκος μὲν ἐγένετο, τὰ δ᾽ ὀςέα κατεηγότα ἐκ ἐξίσχει.

Oſſa fracta ſunt, nec vulnus factum eſt; Vulnus quidem factum eſt, ſed oſſa fracta haud eminent.

'O

plo femoris q), magno ſtudio expoſuit; Cuius induſtriam ſecutus GALENVS, de oſſibus fiſſis, oblique aut transuerſim fractis r), deque variis illa vniendi modis, plurima adiecit, in quibus omnibus magiſtrum ſuum expreſſit, penes quem optima de vniendis, firmandis conferruminandisque oſſibus conſilia leguntur s), vt nihil quoque eorum intermiſſum ſit, quod ad *deligationem* ſpectat, ex quibus, vti ampliſſima ſunt, vnicum ſaltem prouidentiae exemplum, qua ille pedem fractum arcula cuſtodire,

 pul-

Ὁ τρόπος τῆς κατήξεως τοιοῦτος, ὡς παραχίδας ὀστέων ἐούσας ἐπιδόξους εἶναι.

Talis fracturae modus, vt fragmenta oſſium ſubeſſe ſuſpicari poſſis. HIPP. *De Fracturis.*

Ἀποπρίειν ὀστέον ἐξέχον καὶ θραῦόν τι τῶν σαρκίων καὶ δυσαισθησίην παρέχον.

Serra demere os, quod ex vulnere prominet, et aliquas carnes vulnerans, et dolorem excitans. HIPPOCRAT. Ib.

q) *Ἐξίσχιον ἀναγκάζεσθαι εἶναι καὶ κατὰ τὴν ἰγνύην συγκάμπτεσθαι.*

Eo adigi, vt femur extra coxam ſit, et verſus poplitem incuruetur. HIPP. *in Mochlico.*

r) *Ῥωγμὴ ὀστέου, διακοπὴ ἐπιπόλαιος, εὐθεῖα, καὶ ἤτοι στενὴ, ἤτοι πλατεῖα.*

Fiſſura, oſſis ſolutio ſuperficialis recta, et vel anguſta, vel lata. *Auct. Defin.* GALENI n. 317. p. 267. T. II.

Καυληδὸν ῥήγνυσθαι, ἀποκαυλισθῆναι.

Caulis inſtar transuerſim frangi. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Arte.*

s) *Πάρεξις, διάτασις, διάπλασις.*

Oſſium fractorum exploratio, extenſio, adaequatio. HIPP. *De Officina Medici.*

Ὅταν ἱκανῶς κατατάθῃ (τὸ ὀστέον) ῥηΐδιον ἤδη κατορθῶσθαι.

Cum recte extenſum os eſt, facile etiam eſt, illud adaequari. HIPP. *De Fractur.*

puluinar calcaneo ſubſternere [t]), et fracturam cum vulnere deligare [u]) docuit, adducere mihi nunc liceat. Singularem prae ceteris operam in tradendis *vulnerum capitis* curationibus diuus ſenex praeſtitit; Quarum quidem mentionem facturus nunc haud eram, cum ad illa expedienda efficacior chirurgia, de qua proxime aliqua traditurus ſum, requiratur, niſi inſtituti praeſentis ratio, quando cadauer in vſus medicinae forenſis diſſecandum nunc eſt, vt de diuerſis oſſium caluariae laeſionibus aliqua breuiter exponam, poſtularet. Multum enim intereſt, vt, cum vulneratus defunctus atque illius ſanguis a iudice vindicandus eſt, circa illas, an ſanari potuerint, medi-

t) Σωλὴν, *Solen*, Canalis, Sipho, inſtrumentum rotundum, oblongum, cauum, in quod membrum fractum coniicitur, vt contineatur, ex tiliae cortice. CELSVS VIII, 10. PAVLLVS VI, 106.

Πτέρνης δὲ ἄκρης κάρτα χρὴ ἐπιμελέεσθαι, ὡς εὐθέως ἔχοι καὶ ἐν τοῖσι κατὰ κνήμην καὶ ἐν τοῖσι κατὰ μηρὸν κατήγμασι.

Extremi calcanei curam gerere valde opus eſt, vt recte ſit collocatus, et in illis tibiae, et in illis femoris fracturis. HIPP. lb.

Δοκεῖ ἂν εὖ ὁμοίως ὁ σωλὴν ὁ περιέχων πρὸς τὸν πόδα ἀπὸ τῦ ἰσχίϋ ὠφελέειν ὑποτιθέμενος, καὶ ἅλλως κατ' ἰγνύην ταινίην χαλαρῶς περιβάλλειν, ξὺν τῷ σωλῆνι, ὥσπερ τὰ παιδία ἐν τοῖσι κοίτῃσι σπαργανῦται.

Videtur igitur ſimiliter ſolen circumiectus prodeſſe, cum a coxa ad pedem protenſus eſt; praecipue circa poplitem taenia laxius circumducenda vna cum ſolene eſt, veluti infantes in incunabulis faſciis comprehenduntur. HIPP. Ib.

u) *Ἀνάγκη τῷ ἐπιδεομένῳ τὸ οἶδος ἐξαείρεσθαι ἐς αὐτὸ τὸ ἕλκος· οἰδήσοιεν ἂν καὶ ἀχροήσοιεν, δακρυῶδες καὶ ἀνεκπύητον· ὀστέα δὲ, μὴ μέλλοντα ἀποστῆναι, ἀποστατικὰ γενέσθαι· σφυγμῶδές τε καὶ πυρετῶδες τὸ ἕλκος ἂν εἴη.*

Opus

medicus diſpiciat. Fiſſurae ſcilicet caluariae latentem habent malitiam, et ſero [x]), ineuitabili tamen euentu, occidunt, cum ad baſin caluariae vel vltra ſuturas [y]) progrediuntur, et ſine vehemente contuſione [z]), quae ſanguinis ſupra cerebrum effuſi, hinc mortis, cauſſa fit, eſſe nequeunt. Sanari etiam haud potuerunt, quibus in alio, quam qui ictum paſſus eſt, loco os laeſum eſt, quod mali genus *contrafiſſuram* appellant [a]). Deinde euenit, vt, et-

Opus eſt, quo illi, qui vehementer deligatus eſt, tumor extollatur in ipſo vulnere. Intumeſcet ſane illud, et decolor fiet, et tenuem ichorem plorabit, nec bonum pus exhibebit, et oſſa, quae ſeceſſura non erant, mobilia reddentur; pulſatorium et febrile ipſum vulnus erit. HIPP. Ib.

x) Ἰδέαι δὲ ῥωγμέων τοῖαι γίνονται· καὶ γὰρ λεπτότεραί τε καὶ λεπταὶ πάνυ, ὥστε οὐ καταφανέες γίνονται ἔνιαι τῶν ῥωγμέων, οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν, οὔτ᾽ ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν, ἐν ᾗσιν ἂν καὶ πόνων ὄφελος, αἴτιον γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ.

Rimarum autem formae eiusmodi ſunt: Etenim et tenuiores ſunt, et tenuiſſimae, adeo, vt aliquae ex iis conſpicuae haud ſint, neque ſtatim a laeſione, neque in illis diebus, in quibus dolorum incrementum, cauſſae fiunt mortis homini. HIPP. *De Vulneribus Cap.*

y) Ῥωγμέων ἔνιαι ἑκὰς ἴουσαι.

Aliquae ex rimis longius excurrentes. HIPP. Ib.

z) Ῥωγμῇ καὶ φλάσιν προσγίνεσθαι ἀναγκαῖον.

Fiſſurae contuſionem accedere neceſſe eſt. IDEM ib.

a) Ὀστέον τιτρώσκεται ἄλλῃ τῆς κεφαλῆς, ᾗ ᾗ τὸ ἕλκος ἔχει ἄνθρωπος, καὶ ταύτην τὴν ξυμφορὴν, ὅταν γένηται, οὐκ ἂν ἔχοις ὠφελῆσαι οὐδέν.

Os laeditur in alia capitis, quam vbi vulnus homo habet, parte, et hanc calamitatem, cum accidit, nihil habes, quo leuare poſſis. IDEM ibid.

iamſi oſſa caluariae illaeſa manſerint, moueatur tamen et contremiſcat cerebrum [b]), quod non poteſt non eueniſſe letaliter. Sunt tamen ex fracturis caluariae haud paucae, quae ſanationem admittunt, quibus exponendis anguſtia paginae non reſpondet; qua autem de re plura coram cadauere dicendi deque letalitate vulnerum perorandi, opportunitas futura eſt, qua efficiam, vt et HIPPOCRATIS et THEMIDOS filii habere diſcendi argumentum poſſint.

Hic laeſionis modus ἀπήχημα ſeu ἀπόχημα, *Reſonitus*, PAVLLO VI. 9. dicitur, eſtque inter octo illas ſpecies, quibus calua frangitur. Hae ſunt apud GALENVM *Meth. Med.* VI. 6. et PAVLLVM l. c. ſequentes: ῥωγμὴ, *tenuis fiſſura;* ἐκκοπὴ, *cum exciſa pars oſſis eſt;* ἐγγίσωμα vel ἐγγέσωμα, *cum portio oſſis os ſupergreditur;* ἐκπίεσμα, *cum portio oſſis effracta eſt;* καμάρωσις, *cum os in fornicis ſpeciem depreſſum eſt;* ἀποσκεπαρνισμὸς, *cum flictim pars oſſis ablata eſt;* θλάσμα, *cum lato hiatu oſſa diuiduntur;* ἀπήχημα, *cum in oppoſita parte os finditur.* HIPPOCRATES *De Vuln. Cap.* addit φλάσιν, *contuſionem ſuperficialem*, ἔσφλασιν, *contuſionem*, quae totius oſſis eſt, ἕδραν, *teli impreſſum veſtigium.* *).

*) Cf. Si placet Auct. Definit. GAL. n. 316. ſequ. vbi omnes iſtae formae bene explicantur, addita admonitione, quosdam non admittere θλάσμα, et ἀπήχημα fiſſurae ſubiicere. *G.*

b) Σεσεῖσθαι τὸν ἐγκέφαλον. Ex violento caſu moueri cerebrum. HIPP. *Coac. Praenot.*

ΠΑΛΑΙΟ-

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE SPECIMEN XXXV.

CHIRVRGIAM EFFICACIOREM EORVM QVAE AVFERENDA VEL REPONENDA SVNT SISTENS.

Efficacioris, quae cum aliqua temeritate ſanat, veluti illa apud veteres exculta fuit, chirurgiae monumenta tradituro opus eſt, vt breuitati, quam anguſtia ſcriptionis academicae poſtulat, ſtudeam. Primo igitur loco de auferendis, atque illis, vel quae *ſecundum naturam*, vel quae *praeter naturam* inſunt, hiſtorica enarratione eorum, quae maioribus noſtris viſa fuerunt, exponam. Foetus *ſecundum naturam* ineſt: quae auferuntur reliqua, *praeter illam* ſunt. Etiamſi autem naſcituri regimen omne ſub artis obſtetriciae ambitu contineatur; attamen, cum facilem partum procurare non tam artis, quam naturae opus ſit, omiſſis, quae ad illum attinent, veterum ſententiis, quid de *partu difficili* ac *laborioſo* regendo illi propoſuerint, ediſſeram. *Difficilis partus* ille eſt, qui impedimenta manus miniſterio remouenda habet [a]), *laborioſus* vero ille, cum

a) Γενικὰ γένη χημάτων, οἷς τὰ ἔμβρυα γεννῶνται, κατὰ κεφαλὴν, κατὰ πόδας, ἤτε διπλώμενον, ἐνίοτε διπλωθὲν τῶν ποδῶν μετὰ τῶν γονάτων, ἐνίοτε καθιζομένῳ ὁμοίως.

Ordinatae ſpecies poſitionum, ſub quibus foetus naſcuntur, ad caput, ad pedes, aut complicatus, duplica-

cum ferramentis opus eſt, dici poſſet. Pariendi difficultas aliquando in matre [b]), aliquando in foetu eſt, quando ille vel volumine corporis partisue cuiusdam [c]), vel ſitu, a naturali poſitione

plicatis ad genua pedibus, aliquando ſedenti ſimilis. MOSCHION. *Extat cum Gynaeciorum Comment. Baſil.* 1586. 4.

Ἢν μὲν ἐπικρατήσῃ ἡ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥοπὴ, ῥηϊδίως τίκτει ἡ γυνή, ἢν δὲ πλάγιον, ἢ ἐπὶ πόδας χωρήσῃ, τοῦτο γὰρ οὕτω πολλάκις, ἢν οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχῃ, χαλεπῶς τέξεται ἡ γυνή.

Si conuerſio in caput locum obtinet, facilius parit femina; cum autem obliquo modo in pedes proceſſerit, illud enim ita ſaepius; Si ita conuerſio fit, difficulter femina pariet. HIPP. *De Nat. Pueri.*

b) Difficultates partus, ex matre, breuiter amplexus eſt antiquus auctor MOSCHION.

Ἐι τὸ ςόμα τῆς μητρὸς ςενώτατον ῇ, ἢ ἐκ μέρους κεκλασμένον, ἤ τις αἱμοῤῥαγία εἴη, ἢ ἐν τῇ κύςει λίθος, ἢ ἐν τῷ κώλῳ τῶν κόπρων ἐπίσχεσις εἴη.

Si os vteri anguſtiſſimum eſt, aut ex parte clauſum, ſi qua haemorrhagia fuerit, aut in veſica calculus, aut in colo ſtercorum retentio fuerit.

c) *Ὅταν τοῦ ἐμβρύου φυσικῶς μεγίςη κεφαλὴ, ἢ ὅλον τὸ σῶμα τῆς γαςρὸς μεῖζον, ἢ ὑδρωπικὸν ἢ κυρτὸν, ἢ πεφυσημένον, ἢ τῇ θέσει παρὰ φύσιν ὂν, ἢ ὄπισθεν τὴν κεφαλὴν ἐμπήξῃ, ἢ πλάγιον ἑαυτὸ ἀποῤῥίπτει, ἐνίοτε τὴν μίαν χεῖρα ἔξω ἐπαναδίδει, ἢ μικρὰν κεφαλὴν ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ςόμα ἐκτανθῆναι οὐ δύναται, ἢ πλεονεξίᾳ τῶν μερῶν, καὶ αὐτὰ τὰ ἔμβρυα τέσσαρα ἢ πέντε εἰσίν.*

Cum embryoni maius, per eius naturam, caput eſt, aut cum totum corpus matrice maius, aut hydropicum, aut male configuratum, aut inflatum, aut conſtitutum in aliqua praeter naturam poſitione, cum retro caput inclauauit, aut illud in obliquum obiicit, aliquando alteram manum exſerit. Cum etiam minus eius caput eſt, et propterea os vteri extendi nequit, aut cum numerus partium excedit, et ipſi foetus quatuor vel quinque ſunt. *Idem.*

Τὸ κυόμενον εἰ ὑπερμέγεθες ῇ, ἢ ἀδροκέφαλον, ἢ τεραςικὸν, ἢ διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἔχειν τὸ σχῆμα.

Foe-

tione [d]) alienus eſt. Propterea artis eſt, illam, quae ſecundum naturam eſt, directionem naſcituro reddere [e]), molliterque [f]), ſi caput remotius eſt, quam vt adduci poſſit, pedes inueſtigare et comprehendere [g]). Qui hac ratione naſcerentur, *Agrippas* appellari, PLINIVS [h]) auctor eſt. Id quoque in partu difficile omnino eſt, inuolucra foetus, quibus *ſecundinis* nomen eſt, fundo matricis adhaereſcere; has magis expectandas, quam vi educendas [i]), cauendumque eſſe, ne funiculus euellatur,

Foetus ſi vltra conſuetum magnus fuerit, aut capitoſus, aut prodigioſus, aut ſitum praeternaturalem habens. PAVLL. IV. ος´.

d) *Πρῶτον κατὰ φύσιν τοῖς τικτομένοις σχῆμα, τὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀπαρέγκλητον, δεύτερον δὲ, τὸ ἐπὶ πόδας ἀπαρέγκλητον: τὰ δὲ παρὰ ταῦτα πάντα σχήματα παρὰ φύσιν εἰσίν.*

Primus ſecundum naturam naſcituris ſitus eſt, cum in caput recta procedunt, alter ille, qui recta in pedes; reliqui, poſt hos ſitus, praeter naturam ſunt. PAVLL. Ib.

e) *Παρὰ φύσιν διασχηματισθέντος τοῦ ἐμβρύου, τὸν κατὰ φύσιν ἀποδιδόναι σχηματισμόν.*

Foetu ſitum praeternaturalem habente, ille, qui ſecundum naturam, reddendus ſitus eſt. PAVLL. Ib.

f) *Ψάυοντα, ὅκου ἂν ψάυῃ, μὴ ὀδύνην παρέχειν.*

Cum palpandum eſt, vbicunque palpaueris, dolorem ne moueto. HIPP. *De Morb.* I.

g) *Medici propoſitum eſt, vt infantem manu dirigat, vel in caput, vel etiam in pedes, ſi forte aliter compoſitus eſt, ac ſi nihil aliud eſt, manus vel pes apprehenſus, corpus rectius reddit: nam manus in caput, pectus in pedes vertet.* CELSVS VII. 29. p. 490. *In pedes conuerſus infans non difficulter extrahitur.* Ibid.

h) *In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt, quo argumento eos appellauere Agrippas, vt aegre partos.* C. PLINIVS *Natur. Hiſtor.* VII. 8.

i) *Ἡ γυνὴ μελαιδανθεῖσα ἐκβάλλει τὸ χορίον σεσηπὸς καὶ ὑγιαίνεται.*

Femina, ſi rite procurata fuerit, eiicit ſecundinam putridam, et ſaneſcit. HIPP. *De Morb. Mul.* I.

Περὶ

tur [k]), antiquitas cenſuit. Cum autem viuus naſci *infans* nequit, expectata eius morte, *diuidendus* eſt, vt per partes educi poſſit, cuius artificii modos HIPPOCRATES [l]) et PAVLLVS AEGINETA [m]), penes

Περὶ χορίου ἐλλείψεως: εἰ προσπεφυκὸς εἴη τῷ τῆς ὑστέρας πυθμένι, μὴ ἐπ᾽ εὐθείας τείνειν, διὰ τὸν τῆς προπτώσιος φόβον, μηδὲ μετὰ βίας ἰσχυρᾶς· εἰ δὲ μὴ κομισθείη, οὐ προσήκει ταράττεσθαι, μεθ᾽ ἡμέρας γὰρ ὀλίγας μυδῆσαν καὶ διαλυόμενον εἰς ἰχῶρας, ἐκπίπτει.

De ſecundina relicta: Si adnata ad vteri fundum fuerit, in rectum ne ducito, propter metum prolapſus, neque magna cum vi; Etiamſi autem non ſequatur, non conuenit percelli; poſt paucos enim dies, putrida atque ſoluta in ichoras, effluet. PAVLL. VI. οε.

k) Ἢν ῥαγῇ βίῃ ὁ ὀμφαλος, ἢ ἀμαθίῃ ὑποτάμῃ ἡ ὀμφαλοτόμος.

Si violenter abrumpatur funiculus, vel imperite illum ſubſecet obſtetrix. HIPP. L. cit.

l) Τὸν ὦμον περισάρκισον, καὶ ἄφελε κατὰ τὸ ἄρθρον τὴν κεφαλὴν, ἢν μὲν δύνασαι κατὰ φύσιν ἔξω ὦσαι· ἢν δὲ μὴ, ξυμφλάσαι, καὶ οὕτως ὑπεξαγαγεῖν ἔξω τὸ ἔμβρυον.

Humero circumcirca deme carnes et caput eius aufer ex articulo, ſi potes faciliter educere; Sin minus, frangendus ille, et ita educendus foetus eſt. HIPP. *De Foetus Exſect.* §. 1. 2 p. 662, T. II.

Τὰ ὀστέα ἕλκειν ὀστεολκῷ ἢ τῷ ἑλκυστῆρι παρὰ τὴν κληῗδα καταθέντα.

Oſſa educenda ſunt inſtrumento, quod ab oſſibus educendis dicitur, aut vnco, qui iuxta clauiculas defigendus eſt. HIPP. *De Morbis Mul* I.

m) Ζητεῖν, ποῦ καταπαρτέον τὸν ἐμβρυουλκόν· ἐπιτήδειοι δὲ πρὸς κατάπαρσιν τόποι, τῶν μὲν ἐπὶ κεφαλῇ καταφερομένων, ὀφθαλμοὶ καὶ ἴνιον καὶ στόμα, ἀνθερεών τε καὶ αἱ κλεῖδες καὶ οἱ παρὰ τὰς πλευρὰς καὶ ὑποχόνδριον τόποι· τῶν δὲ ἐπὶ τοὺς πόδας, τὰ ὑπὲρ τῆς ἥβης ὀστᾶ καὶ μεσοπλεύρια· τὸν ἐμβρυουλκὸν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κατέχειν, τὴν κάμπην τοῖς δακτύλοις ἐγκρύψαντα. Εἰ δὲ, μείζονος τοῦ κεφαλαίου τυγχάνοντος, ἡ σφήνωσις γένοιτο, ὑδροκεφάλου μὲν ὄντος τοῦ ἐμβρύου, πολυπικῷ σπαθίῳ ἢ καθιάδι, ἢ σκολοπομαχαιρίῳ κρυπτομένῳ κατὰ τοὺς δακτύλους, τὸ κρανίδιον διελεῖν· εἰ κατὰ τὸν θώρακα ἡ σφήνωσις γίνεται, τὰς κλεῖς ἀφαιρεῖν δεῖ· εἰ δὲ τὸ ἐπιγάστριον ἐμπεφυσημένον εἴη, κενοῦν αὐτὸ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἐντοσθίοις.

Quae-

penes quos ferramentorum, quibus tunc vti moris erat, nomina quoque leguntur [n]), expoſuerunt. De illis vero, qui *vtero exciſi* fuerunt, aliqua apud PLINIVM [o]) et TERTVLLIANVM [p]) extant. Vindicanda quoque veterum eſt induſtria, quam illi circa *peregrinas res* in cauis collectas ex medio tollendas, atque vel calculos exſcindendos, vel tumores, ſub quibus mala materies eſt, ſubſecandos, vel callos vlcerum ſinuoſorum ſectione extinguendos, vel humores denique in ventrem effuſos, per vulnus educendos, collocauerunt. Quod ad *calculos* extrahendi artificium attinet, maiores quidem noſtri veſicae lapides aliter, quam inciſo ſummo vrethrae loco,

Quaerendus locus eſt, in quem vncus, quo foetus ducitur, defigi poſſit. Commodi autem ad applicationem loci in illis quidem, qui in caput decliues ſunt, oculi, et ceruix, et os, et mentum, et clauiculae, et qui ad coſtas et hypochondria ſunt loci: Penes illos autem, quibus pedes prope ſunt, quae ſuper pubem ſunt, oſſa, et, qui inter latera ſunt, loci. Vncum dextra manu teneto, eiusque aciem inter digitos abſcondito. Cum autem grande caput eſt, aut eius inclauatio facta fuit, vel hydrocephalos infans eſt, ſpathula ancipiti, aut ſpecillo, aut ſcalpello abſcondito inter digitos, caluaria aperienda eſt. Si thorace inclauatio facta eſt, clauiculae aperiendae ſunt; cum autem venter intumuit, euacuandus ille vna cum inteſtinis eſt. PAVLL. VI. *περὶ Ἐμβρυουλκίας καὶ Ἐμβρυοτομίας. ε. ο. δ.*

n) Ἐμβρυοθλάσθης, *Inſtrumentum confringendis foetuum oſſibus aptum*, dicitur Πίεστρον HIPPOCRATI ſecundum GAL. *in Exeg. Obſol. Voc.* p. 99. T. II.

Ἑλκυστὴρ, *Inſtrumentum ferreum extrahendo foetui accommodatum*, Ἐμβρυουλκὸς PAVLLO. Dicitur etiam ὄνυξ, a forma, HIPPOCR. L. *De Superfoetatione* §. 5. p. 647. et ἰχθύη ab aſperitate, qualis in cute ſquatinae piſcis eſt, *L. De Exſect. Foet.* §. 1. p. 662. T. II.

o) Hiſt. Natural. VII. 9.

p) L. *De Anima: Poſſumus illos quoque recordari, qui, exſecto matris vtero, viui aërem hauſerunt.*

loco, quo illa veſicae collum attingit, eduxiſſe haud exiſtimantur; nec negandum eſt, *vrethrae lithotomiam* frequenter exercitatam olim fuiſſe, quam ARETAEVS [q]) deſcribit. Cum autem ſtudioſe illa legimus, quae CELSVS [r]) habet, ſi locum ab illo indictum, quando *ſuper veſicae ceruicem* et *iuxta anum* incidendum eſſe ſtatuit, cum praeterea ad illa animum aduertimus, quae apud PAVLLVM [s]) extant,

q) Ἢν δὲ λίθων ἔμφραξις ἐπίσχῃ τὴν οὔρησιν, ἤδε τῷ ὀργάνῳ τῷ καθετηρίῳ ὠθέειν τὸν λίθον, ἠδὲ ἄγειν τὸ οὖρον, ἢν μὴ ἔωσι φλεγμοναί· ἐπὶ γὰρ φλεγμονῇσι οὔτε ὁ πόρος δέχεται τὸ ὄργανον, πρὸς δὲ τιτρώσκονται τῷ καθετῆρι. Ἢν δὲ ἄπορος μὲν ᾖ ἡ τῶνδε ἰητρεία, θνήσκῃ δὲ ὀδύνῃσι ἄνθρωπος, τάμνειν τὴν ὑποκάτω τῆς βαλάνου τρεχάδα καὶ τὸν τῆς κυστίδος τράχηλον ἔς τε τὴν τῶν λίθων ἔκπτωσιν.

Cum autem infarctus calculorum vrinae fluxum cohibet, tum per inſtrumentum, quod catheter dicitur, retropellendus calculus, tum vrina ducenda eſt, niſi inflammationes praeſto fuerint; Nam ſub inflammationibus neque canalis inſtrumentum recipit, et inſuper vulnerantur cathetere. Cum autem ſine ſucceſſu adhibita haec medicina fuerit, homo autem prae doloribus moritur, eam, quae ſub glande eſt, fiſtulam et veſicae collum incidito, donec calculus educi poſſit. ARETAEVS *De Curat. Acut.* II. 9. p. 110. ſeq. ed. BOERH.

r) *Iuxta anum incidi cutis plaga lunata, vsque ad ceruicem veſicae, debet cornibus ad coxas ſpectantibus paullatim, deinde ea parte, qua ſtrictior ima plaga eſt, etiamnum ſub cute altera, transuerſa plaga facienda eſt, qua ceruix aperiatur, donec iter vrinae pateat ſic, vt plaga paullo maior, quam calculus, ſit: Si exiguus, digitis ſiniſtrae in anum demiſſis, ab altera parte propelli, ab altera protrahi poteſt. Si maior, iniiciendus ei a ſuperiore parte vncus eſt.* Libr. VII. 26.

s) Μεταξὺ τῆς ἕδρας καὶ τῶν διδύμων, μὴ κατὰ μέσου δὲ τοῦ περιναίου, ἀλλ᾽ ἐπὶ θάτερα πρὸς τῷ ἀριστερῷ πυγαίῳ, λοξὴν τὴν διαίρεσιν ἐμβαλῶμεν· ἔσθ᾽ ὅτε διὰ τῆς ἐπερείσεως τῶν κατὰ τὴν ἕδραν δακτύλων, ἅμα τῆς τομῆς, καὶ χωρὶς ἀναβολῆς, χαριέντως ὁ λίθος ἐκπηδᾷ, εἰ δὲ μὴ ἐκπηδήσῃ, τῇ διὰ τοῦ λιθουλκοῦ ἀναβολῇ τοῦτον ἐξέλωμεν.

Inter

tant, et quae apud EBNSINAM t) leguntur, priſcis medicis recentiores calculum ſecandi modos haud incognitos fuiſſe, merito ſuſpicamur. Quodſi etiam, quali opera veteres in auferendis *tumoribus* ex ſcirrho natis atque illis, quos ſingularis tunica comprehendit u), vſi ſunt, recte perſpicimus, nihil ſane in iſta chirurgia deſiderari poſſe videmus, ſiquidem cum *illos*, tum *hos* x) prouide, cauendo, ne maiora vaſa laederentur, totos, ne quid ſupereſſet, vnde nouus morbus naſceretur, ſubſecandos imperauerunt, poteſtque id, quod PAVLLVS y) de choeradibus

Inter ſedem et teſticulos, neutiquam autem in medio perinaei loco, ſed vltra, propius ad clunes ſiniſtras, curuam inciſionem faciamus. Aliquando fit, quo, elatis, qui in anum immittuntur, digitis, ſub ipſa ſectione, et ſine mora, ſponte lapis exſiliat; Niſi autem exſiliat, immiſſo lithulco, (forcipe ad trahendos calculos) illum educimus. PAVLL. VI. ξ'.

t) *Studendum, vt cadat ſciſſura in collum veſicae. Fac ſciſſuram tendentem ad transuerſum: Remoueatur calculus a commiſſura.* EBNSINA L. III. c. 7.

u) Ἀθερώματα καὶ στεατώματα, καὶ μελικηρίδας, ὅσα δ' ἄλλα τοιαῦτα, ὡς τὸ πολὺ χιτών τις ὑμενώδης περιέχει.

Qui a *farinacea*, vel *lardi* aut *mellis* ſimilitudinem habente materie, dicuntur tumores, et, ſi qui alii ſunt, vtplurimum illos tunica membranacea comprehendit. GAL. *De Tumor. praeter natur.* cap. 5.

x) Tumores tunicatos, atheromata, ſteatomata, meliceridas, hytatidas in oculis, chalazia palpebrarum, encathidas, quae angulo oculi inſident, tubercula, gingiuarum epulidas, vti ſcalpello ſanari debeant, tradit PAVLL. VI. ιδ'. ιε'. ιζ'.

y) Κακοήθεις καὶ καρκινώδεις χοιράδες οὐ πάνυ χειρουργίας ὑπήκουσι· Τὰς εὐήθεις χειρουργητέον τόνδε τὸν τρόπον· τὰς μὲν ἐπιπολαίους καὶ πρὸς τὸ δέρμα ἐρπούσας, ἁπλῇ διαιρέσει χρησάμενοι τῶν ἐπικειμένων ἀπολύσωμεν σωμάτων, τὰ δὲ χείλη τὸ δέρμα τοῖς ἀγκίστροις διατείναντες ἐξυμενίσκωμεν, τὰς δὲ μείζονας ἀγκίστροις καταπείραντες, μετεωρίσωμεν καὶ ὁμοίως ὑποδέροντες, πανταχόθεν τῶν κατεχόντων αὐτὰ σωμάτων ἐλευθερώσωμεν, φεύγοντες

dibus extirpandis propoſuit, ad quosuis tumores eradicandos transferri. Etiamſi autem de *amputandorum artuum*, quos ſphacelus deſtruxit, rationibus, multa apud veteres haud legantur; illius tamen artificii mentionem diſerte CELSVS iniicit, quando *miſerum*, *ſed vnicum auxilium eſſe*, ſcribit [z]), *vt cetera pars corporis tuta ſit*, *membrum*, *quod paullatim emoritur*, *abſcindi.* Id quoque in homine peregrinum eſt, cum ex quieſcente intra venas arteriasque maiores ſanguine, atque ex muco, intra glanduloſarum tunicarum folliculos collecto, tumor putris oritur, quem, cum, ſalua vita, ſupereſſe haud poſſit, ſubſecandum amouendumque eſſe veteres haud ignorauerunt. Sanguis in *vena* quieſcens *varix* eſt, in *arteria*, *aneuryſma* dicitur: vtriusque chirurgiam maiores noſtri tradiderunt, quando varices, tam hos, qui ad imum pedem

τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα· εἰ δέ τι διαιρεθὲν ἀγγεῖον ἐπισκοτίζοι τῷ ἔργῳ, βρόχῳ διαλάβωμεν αὐτό.

Malignae et carcinomaticae ſtrumae chirurgiae haud obſequuntur. Illis ſaltem manu medemur, quae boni moris ſunt, hac ratione. Superficiales et prope ad cutem poſitas, ſimplici inciſione vſi, a contiguis liberamus corporibus, labia autem, quoad cutem, hamulis diſtendentes, membranas educimus. Maiores hamulis transfixas eleuamus, et ſimiliter vbique a comprehendentibus illas corporibus liberamus, fugientes arterias et neruos; cum autem aliquod vas diſſectum laborem impedit, nodo illud amplectimur. PAVLL. VI. λέ.

Εἰ δέ τι τοιοῦτο καταλειφθείη, σηπτικοῖς φαρμάκοις ἐκδαπανῶν τὸ ἐγκατάλειμμα.

Cum autem aliquid relictum eſt, ſepticis reſiduam partem medicamentis abſumimus. *Ibid.* λϛ΄.

z) Lib. V. c. 35. ſub fin.

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

OVID. Metam. Lib. I. Fab. 8.

dem ſunt [a]), quam illos, qui ad ani oſtium ſedent, vri vel ſubſecari [b]), *ramicem* autem vna cum teſte ſuccidi [c]); deinde tumorem, qui ex *dilatata* vel *rupta* arteria naſcitur, diuerſo modo ligari atque praeſcindi oportere [d]), conſultum ducunt, a qua chirur-

 gia

a) *Ὅκου κιρσός ἐστιν ἐπ᾽ ἀντικνημίου, οὐ χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποκρούειν οὐδαμῶς, ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἕλκεα μεγάλα γίνεται ἐκ τῶν χασμάτων, ἀλλὰ χρὴ τὸν κιρσὸν ἀποκεντέειν, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε.* Vbi varix ad ſuras eſt, non licet illa mala adſtringere vlla ratione; Nam vt plurimum magna fiunt vlcera, poſtquam ruptus eſt, ſed varicem puncturis hinc inde perforare oportet. HIPP. *De Vulner.*

b) De vrendis exſcindendisque haemorrhoidibus HIPP. *De Haemorrhoidib.* quem HIPPOCRATIS eſſe *λέξις καὶ τάξις*, *oratio et orationis ordo*, docent.

GALENVS, circa finem L. XIII. *Methodi Medendi*, quando varices caeduntur, quid factu opus ſit, probat. Quomodo varices exſcindendi ſint, PAVLLVS docet L. VI. 82. HIPPOCRATES, *De Medico*, in varicibus fieri debere *τομὰς στενὰς*, *anguſtas inciſiones*, imperat.

c) De ramicis curatione, CELSVS VII. 22. *Venae et arteriae ad inguen lino deligandae, et, infra vinculum, abſcindendae ſunt.*

d) *Τὰ διὰ ἀναστόμωσιν ἀνευρύσματα καὶ τὰ διὰ ῥῆξιν: Εἰ κατ᾽ ἀνευρισμὸν ὁ ὄγκος ἐγένετο, γυμνόσωμεν τὴν ἀρτηρίαν καὶ τῇ τῆς βελόνης διαγωγῇ, τῇ δὲ διὰ τῶν δύο βρόχων ἀπολινώσει χρησάμενοι, νύξαντες πρότερον φλεβοτόμῳ μεταξὺ τῆς ἀρτηρίας, καὶ ἐνώσαντες τὸ περιεχόμενον, τῇ πυοποιῷ χρησόμεθα θεραπείᾳ ἄχρι ἀποπτώσιος τῶν βρόχων· εἰ δὲ κατὰ ῥῆξιν ἐγένετο τὸ ἀνέυρυσμα, δύο ῥάμμασιν ἀπολινῶσαι, τῇδε κἀκεῖσε, τὸν ὄγκον.*

De aneuryſmatibus, *quae dilatatione*, atque illis, *quae ruptura* fiunt: Si per dilatationem tumor factus eſt, denudemus arteriam, et, transductione acus, atque illa, quae duobus nodis fit, ſubligatione vſi, ſubſecantes primo per inſtrumentum, quo vena ſecatur, inter arteriam, et, quod circum eſt, adducentes, ſuppurante medicina vtimur, donec nodi decidant; Vbi autem

gia illa *polypi narium* ſubſectio parum diſcrepat [e]). Quodſi *vlcerum* quoque *ſinuoſorum* chirurgiam, qualis inter Graecos fuit, inſpicimus, vti illi, abſceſſum mature aperiendum eſſe, ne fiſtula fiat [f]), vti deinde ſinum vlceris inueſtigari [g]), inque vulnus conuerti oportere [h]), ſcribunt; poſſetne in arte aliquid eſſe,

tem per ruptionem aneuryſma factum eſt, duabus acubus filo armatis ſubligamus tumorem deſuper et infra. PAVLL. VI. λζ.

e) Ἢν ἐν τῇ ῥινὶ πόλυπος ἐγγένηται, ἐξαιρέεται βρόχῳ, διελκώμενος ἐς τὸ στόμα ἐκ τῆς ῥινὸς, οἱ δὲ καὶ φαρμάκοισιν ἐκσήπονται.

Cum in naribus polypus ortus eſt, aufertur laqueo, ad os ex naſo euulſus: Sunt autem, qui medicamentis abſumuntur. HIPP. *De Affect.*

f) Τὸ φῦμα τάμνειν ὡς τάχιστα ὠμὸν, πρὶν ἢ διαπυῆσαι εἰς τὸν ἀρχόν.

Tuberculum ſubito incidito, priusquam in rectum ſuppurando procedat. HIPP. *De Fiſtul.*

g) Κατοπτῆρι κατιδεῖν τὸ βεβρωμένον τοῦ ἀρχοῦ.

Speculo inueſtigandum, vtrum in rectum vlcus deſcenderit. HIPP. Ib.

h) Ὠμόλινον πεντάπλουν συμβάλλειν καὶ ξυμπεριλαβεῖν ἱππείην τρίχα, ἔπειτα ποιησάμενος μήλην κασσιτερίην ἐπ᾽ ἄκρου τετρημένην, ἐνείρας ἐς τὴν μήλην τὴν ἀρχὴν τοῦ ὠμολίνου συμβεβλημένου, καθιέναι τὴν μήλην ἐς τὴν σύριγγα καὶ ἅμα τῆς ἀριστερῆς χειρὸς τὸν δάκτυλον τὸν λιχανὸν καθιέναι ἐς τὴν ἕδρην, ἢν δὲ ψαύσῃ ἡ μήλη τοῦ δακτύλου, ἄγειν ἔξω τῷ δακτύλῳ, ἀποκάμψας τῆς μήλης τὸ ἄκρον.

Linum crudum quintuplex committe, et illis crinem equinum circumliga, deinde ſpecillum de ſtanno, quod in ſummo foramen habet, efficiens, primordium lini per ſpecillum transiicito, in ſe contortum, poſtmodo ſpecillum in fiſtulam demittito, ſimulque ſiniſtrae manus minimum digitum in ſedem immittito; cumque ſpecillum digitum attigerit, illud digito educ, ſummum ſpecilli locum inflectens. HIPP. Ib.

Ἐὰν δὲ μὴ διαβεβρώκῃ ἡ σύριγξ, προμηλώσας μήλῃ, τέμνε, ἕως ἂν διέλθῃ.

Si

eſſe, quod ignoratum hac in re ſit veteribus? Vtque ad eam quoque efficacioris chirurgiae partem nunc accedam, quae ad *humores in cauis collectos* attinet, atque vel lentem oculi obſcuratam, quam cataractam dicunt, deprimit [i]), vel pus ſub cornea educit [k]); quae etiam effuſae in thoracem purulentiae [l]),

vel

Si vtrinque pereſa fiſtula haud eſt, praemiſſo ſpecillo, ſeca, quouſque illud peruenerit. HIPP. Ib.

i) Suffuſionis curam CELSVS tradit L. VII. 7. n. 14. p. 434. *Acus admouenda eſt aut acuta, aut certe non nimis tenuis, eaque demittenda ſed recta eſt per ſummas duas tunicas medio loco inter nigrum oculi et angulum tempori propiorem, e regione mediae ſuffuſionis, ſic, ne qua vena laedatur, — inclinanda acus ad ipſam ſuffuſionem eſt, leniterque ibi verti et paullatim deduci infra regionem pupillae debet; Vbi deinde eam tranſiit, vehementius imprimi, vt inferiori parti inſidat. Si haeſit, curatio expleta eſt: Si ſubinde redit, eadem acu magis concidenda et in plures partes diſſipanda eſt, quae ſingulae et facilius conduntur, et minus late officiunt.*

k) *Περὶ ὑποπύου ὀφθαλμοῦ: τὸ πύον κενοῦσθαι, διελόντες τὸν κερατοειδῆ, μικρὸν ὑπεράνω τοῦ χωρίου, καθ᾽ ὃ συμφύονται πρὸς ἀλλήλους ἅπαντες οἱ χιτῶνες.*

De Hypopio oculi: Pus educendum eſt, vulnerando corneam, aliquantulum ſupra locum, in quo ad inuicem connaſcuntur omnes tunicae. PAVLL. VI.

l) *Ἔμπυον ἐόντα διασείοντα γινώσκειν.*

Pus in thorace eſſe, aegrum concutiendo, intelliges. HIPP. *De Morb.* I.

Πλευροῦ φῦμα: ἐπὶ τὸ ἀλγέον οὐκ ἀνέχεται κατακείμενος, ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιὲς, ἀλλ᾽, ἐπὴν κατακλίνῃ, δοκέει οἱόν περ λίθος ἐκκρέμασθαι καὶ ἐξοιδέει, τοῦτον τάμνειν ἢ καίειν.

Lateris abſceſſus: Super partem dolentem non tolerare poteſt, cum in illam decubuit; poteſt autem, ſi in ſanam partem: ſed cum ſupinus eſt, videtur illi aliquid lapidis inſtar pendere, et intumeſcit locus; Hunc ſecato vel vrito. HIPP. *De Morb. II.*

Μετὰ δὲ τὴν τομὴν ἢ τὴν καῦσιν τῷ μοτῷ ἐκ τοῦ ὠμολίνου χρῶ, καὶ ἐξίῃ κατ᾽ ὀλίγον τὸ πῦον.

Poſt

vel aquis, abdomen [m]) aut ſcrotum [n]) replentibus, viam vulnere pandit; nihil ſane maiores noſtri, vt recte facerent, in ſe deſiderari paſſi fuerunt. Denique etiam illius chirurgiae efficacioris memoria repetenda eſt, qua veteres ad *reſtituendas* ſuis ſedibus *partes* vſi fuerunt [o]). Exempli loco ſit caluariae, cum illa fracta depreſſaue eſſet, reſtitutio, vel fragmentorum eius eductio, vel peregrini quoque humoris

Poſt ſectionem aut vſtionem turunda ex lino crudo vtitor, et pus ſenſim prodibit. HIPP. *De Morb.* III.
Ἔμμοτον γίνεσθαι HIPP. paſſim. Vertit CELSVS, *ſub linamentis ſaneſcere*, L. VII. 13. p. 447.

m) *Ὑδρωπιώδεα ταμὼν, ἀφεῖναι τοῦ ὕδατος, τέμνεται δὲ παρὰ τὸν ὀμφαλὸν, ἢ ὄπισθεν κατὰ τὴν λαγόνα· διαφεύγουσι καὶ ἐντεῦθεν ὀλίγοι.*

Hydropicum incidendo, aquam emittito; Inciditur autem iuxta vmbilicum atque aliquantum retro ad lumbos. Sed pauci abinde euadunt. HIPP. *De Affectib.*

Vno impetu perrumpunt noſtri; An taxandi veteres, qui per vulnus tubulum demittebant?

Μικρὸν ἀνωτέρω τῆς πρώτης τομῆς διέλομεν τὸ περιτόναιον ἄχρι κενεμβατήσεως τοῦ ὀργάνου, μετὰ δὲ τοῦτο χαλκοῦν καλαμίσκον διά τε τῆς τοῦ ἐπιγαστρίου καὶ τῆς τοῦ περιτοναίου διαιρέσεως καθίσωμεν καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὸ ὑγρὸν κομισόμεθα.

Paullulum ſupra primum vulnus peritonaeum diuidimus, donec inſtrumentum nullibi offendat (in vacuum vſque locum); deinde cannulam aeneam, per epigaſtrii et peritonaei vulnus, demittimus, et, per illam, aquas educimus. PAVLL. VI. *ν'*.

n) *Ἢν φλέγμα λευκὸν ἔχῃ τὴν ὄσχην, ἀποτύπτειν, ἐπὴν πίμπληται.*

Cum album phlegma ſcrotum occupat, perforandum, ſi repletum eſt. HIPP. *De Morbis.*

o) *Ἢν δέ τι κινηθῇ ἐκ τῆς χώρης, ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, καὶ ἰητρεύειν.*

Si quid ex ſua ſede depulſum eſt, vi illud in ſuam iterum ſedem compellendum eſt, et ſanandum. HIPP. *De Fract.*

moris ſub calua effuſi deriuatio p), cuius exſciſſio, quae modiolo peragitur, frequentius forte illis, quam noſtris temporibus, exercitata fuit q). Huius operationis neceſſitate, per ſigna r) intellecta, intra triduum s) exſcindebatur de caluaria illud os, quod

p) Ταμόντα κατὰ τὸ βρέγμα, ἐπανυδάροντα, ἐκπρίσοντα, τὸ ὀςέον ἀφελόντα, τὸν ὕδρωπα ἰῆσθαι.
Incidendo verticem, cutem abducendo, exſcindendo, os educendo, hydropem ſanare. HIPP. *De Diaeta.*

q) GALENVS ſcribit, ſe ſexcentos nouiſſe eorum, quibus Romae perforata fuerint capita. *De Simpl. Med. Fac.* X.

r) Ἢν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ καὶ σκότος περιχυθῇ καὶ δῖνος ᾖ, καὶ πέσῃ.
Si vulneratus vel ſoporoſus ſit, vel vmbra oculis circumfuſa, vel vertigo ſit, et cadat. HIPP. *De Vulnerib. Cap.*
Τὰ δ' ἀπορεύμενα, πότερον ἔῤῥωγεν, ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρην τὴν σιαγόνα ἀνθέρικον ἢ νάρθηκα, καὶ προσέχειν κελεύειν, ἤ τι ψοφεῖν αὐτῷ δοκέῃ τὸ ὀςέον.
Si in dubio eſt, fractura adſit, nec ne, iudicare oportet; ad mandendum indere alterutri maxillae aſphodeli caulem vel ferulam, et iubere, vt animum aduertat, an ſuſurrare illi os videatur. HIPP. *Praenot.*
CELSVS in rima occulta, ex HIPPOCRATE, conſulit, atramentum ſuper os fundere, deinde os radere; L. VIII. 4. Ita enim *Cous: De Vuln. Cap.* ἢν τὸ ὀςέον ἐῤῥώγῃ καὶ πεφλασμένον ᾖ, τὸ μὲν ἄλλο ἔςαι ὀςέον λευκὸν, ξυόμενον, ἡ δὲ ῥωγμὴ καὶ ἡ φλάσις ἔςαι μέλαινα, *Si os fractum fiſſumque eſt, totum os deraſum album erit, fractura autem et occulta rima, nigra.*

s) Ἢν δοκέῃ ἐς πρίσιν ἀφήκειν ἡ τρῶσις τοῦ ὀςέου, πρίειν χρὴ καὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν ἀπρίωτον. HIPP. *De Vuln. Cap.* Quod ita vertit CELSVS L. VIII. 2. p. 509. Si oſſis capitis excidendi neceſſitas eſt, non ſunt audiendi, qui, oſſe nudato, diem tertium exſpectant, vt tunc excidant; ante inflammationem tutius omnia pertractantur. Itaque, quantum fieri poteſt, eodem momento, et cutis incidenda eſt, et os detegendum, et omni vitio liberandum.

quod fracto eſſet propius t), locusque, qui a ſuturis abeſſet longius, deligebatur u). Poſtmodo, inciſa cute, altero die x), per caluariam ſumma cum prouidentia y) orbiculus ferreus ducebatur. Alterum

t) Ὅπῃ δοκέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀςέον, ἐς τοῦτο ἀεὶ ἐνςηρίζειν τὸν πρίονα, θαμινὰ σκοπούμενος καὶ πειρᾶσθαι ἀνακινέων τὸ ὀςέον ἀναβάλλειν.

Vbi craſſiſſimum videtur os eſſe, in illo loco ſemper infigenda eſt terebra, frequenter inſpiciendo tentandoque, an mouendo os reſtituere poſſis. HIPPOCR. *De Vuln. Cap.*

u) Οὐ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς πρίειν, ἀλλ', ἀποχωρήσαντα, ἐν τῷ πλησίον ὀςέῳ τὴν πρίσιν ποιέεσθαι.

Non oportet ipſas ſuturas exſcindi, ſed diſcedendo in illud os, quod prope eſt, perforationem facito. HIPP *De Vuln. Cap.*

CELSVS L. VIII. 4. p. 516. *Plaga ſi manu facienda eſt, ea fere commodiſſima eſt, quae duabus transuerſis lineis literae X. figuram accipit.*

x) Τάμνοντα χρὴ ἀνας ῆλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀςέου, ἔπειτα διαμοτῶσαι πᾶν ἕλκος μοτῷ ὅς τις ἂν εὐρύτατον τὸ ἕλκος παρέξει, ἐς τὴν ὑςεραίην.

Secantem oportet carnem ab oſſe diuidere, et puluillis tegere totum vulnus, vt vulnus fiat in alterum diem maxime patens. HIPP. *De Cap. Vuln.*

y) Πρίοντα δὲ χρὴ πυκνὰ ἐξαιρέειν τὸν πρίονα, τῆς θερμασίης ἕνεκα τοῦ ὀςέου, καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν.

Cum ſerram orbicularem circumagis, illam ſaepius educito, ne incaleſcat os, atque illam frigidae immergito. HIPP. *Ibid.*

Θαμινὰ δὲ ἐξαιρεῦντα τὸν πρίονα σκοπεῖσθαι καὶ ἄλλως καὶ τῇ μήλῃ περίξ, κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ πρίονος.

Subinde modiolus eximendus, videndumque eſt, tum aliter, tum ſpecillo circa viam orbiculi ducto. HIPP. ib.

Ἢν δὲ τρυπάνῳ χρῇς, πρὸς δὲ τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν τοῦ ὀςέου λεπτόν.

Cum trypano vſurus es, ad meningem ne accedito, ſed lamina interna tenuis relinquenda. HIPP. *ibid.*

Ἀλλὰ χρὴ πρίοντα, ἐπειδὰν ὀλίγου πάνυ δ' ἐῃ διαπεπρίσθαι, καὶ ἤδη κινέεται τὸ ὀςέον, παύσασθαι πρίοντα καὶ ἐᾶν ἐπὶ τὸ αὐτόματον ἀποςῆναι τὸ ὀςέον.

Sed

rum exemplum induſtriae veterum circa chirurgiam efficaciorem partium, ex ſede motarum, illud eſto, quod in *reprimendis inteſtinis*, cum elapſa ſunt, ponitur. In hoc argumento circa omnia recte verſati ſunt veteres, niſi, quod PAVLLVS ſuccidendum velit teſticulum [z]); laudandus tamen eo, quod modos, quibus inteſtinum, ſi forte adnatum eſt, ſolui oportet, expoſuit [a]). At CELSVS parcit teſticulo [b]), et, quid de omento, cum illud vna deſcendit, ſtatui oporteat [c]), ſapienter tradit. Ne autem in minimis defeciſſe maiores noſtri videantur, inſpiciamus aliquantulum operas, quas in corrigendo partium oculi malo ſitu poſuerunt; ecquid eſt, quod noſtris his temporibus circa ſanationem *lagophthalmi* [d]),

Yy 5 *ancy-*

Sed oportet ſecantem, cum parum abeſt, quin penitus diſſectum os ſit, atque os iam mouetur, ſecando abſtinere, et ſinere, vt os ſponte abſcedat. HIPP. ibid.

z) Ξυναποφέροντες δηλαδὴ καὶ τὸν δίδυμον, *Auferentes ſimul teſticulum.* Libr. VI. ξέ.

a) Τυφλαγκίστρῳ ἢ κοπαρίῳ τοὺς ὑμένας καὶ τὴν πιμελὴν ὑποδέροντες, σμήλῃ διατέμνωμεν, γυμνωθέντος δὲ πανταχόθεν τοῦ περιτοναίου, καθιέντες τὸν λιχανὸν δάκτυλον, τὴν ὀπισθίαν ἀπολύσωμεν πρόσφυσιν.

Scalpello, cuius acies tecta eſt, vel nouacula, integumenta et pinguitudinem remouentes, lanceola incidimus, cumque peritonaeum vbique apertum eſt, immiſſo minimo digito, quod retro forte concretum eſt, ſoluimus. *Ibid.*

b) Libr. VII. 20. p. 464. ſeq. de Inteſtini in ſcrotum deuoluti curatione.

c) *Ex omento, ſi quid nigri et emortui eſt, forfice excidi debet; Si quid integrum eſt, leniter ſuper inteſtina reduci.* CELS. VII. 16.

d) Περὶ λαγοφθάλμων: πάχος ἱκανὸν ἔχον τὸ βλέφαρον, δεῖ, αὐτὴν τὴν οὐλὴν διελόντα, καὶ διαστήσαντα τὰ χείλη διὰ μοτοῦ, μὴ τοῖς ἄγαν ξηραίνουσι χρῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς χαλαστικωτέροις λιπάσμασιν.

De

ancyloblephari [e]), *ſtaphylomatis* [f]), *ectropii* [g]), diuerſorumque aliorum oculi morborum, quos adducere nunc velle longum foret, arte fit, quod a veteribus magna cum laude non peractum ſit ſimiliter?

De palpebrae ſuperioris vitio, quod oculus leporinus dicitur. Si palpebra ſatis craſſitudinis habet, ipſam cicatricem incidendo, et dilatando eius labia, puluillis interpoſitis, admodum ſiccantibus neutiquam, ſed vnguentis plus laxantibus vtendum. PAVLL. VI. I.

e) *Περὶ συμφυῶν βλεφάρων: Τὴν πρόσφυσιν ἀπολύειν, φυλαττόμενον, μὴ τρωθῇ ὁ κερατοειδής.*

De palpebris connaſcentibus. Adhaeſionem ſoluito, cauendo, ne cornea vulneretur. PAVLL. VI. ιε′.

f) *Περὶ σαφυλωμάτων. Σταφύλωμα κύρτωσίς ἐστι τῆς κερατοειδοῦς χιτῶνος σὺν τῷ ῥαγοειδῇ.*

De Staphylomatibus. Tumor eſt cornea tunicae ex vuea. PAVLL. VI.

g) *Ἐκτρόπιον διὰ χάλαξιν, φλεγμονῆς προηγησαμένης: βελόνην λίνον διπλοῦν ἔχουσαν διαπείρωμεν, εἶτα, τὸ λίνον προσάψαντες, ἀνατείνωμεν τὸ σάρκωμα καὶ αὐτὸ σμηλίῳ ἐκτέμωμεν.*

Inuerſa palpebra per laxitatem, ex praecedente inflammatione: Acum, quae duplex filum habet, transuehimus, linoque in ſe contorto extollimus carnem, et illam ſcalpello ſubſecamus. PAVLL. VI. ιβ′.

D. JO-

D. JOH. ERN. HEBENSTREITII
ORDO MORBORVM CAVSSALIS.

ORDO MORBORVM CAVSSALIS.

SPECIMEN PRIMVM.

DE METHODO MORBOS ORDINANTE.

Ἀδελφέα παθήματα, dicuntur *conſimiles et germanae affectiones*, quaeque inter ſeſe cognationem habent. HIPP. L. I. *De Morbis Mulierum*: ἃ ἠδελφισαι ἕτερα ἑτέροισιν παθήματα, *qui ſeſe alii ad alios, vt fratres, referunt morbi.* HIPPOCR. *L. De Fracturis*, exponit GALENVS, *in Exegeſi*, ἃ ὡμοίωται καὶ κοινωνεῖ, καὶ συγγένειαν ἔχει: *Qui ſimiles ſunt, communes affectus, et qui cognationem habent.*

Non tantum in omnibus eruditionis partibus, ſed in vulgaribus etiam ſcientiis, inque ipſa vita communi, receptum ac peruulgatum eſt, ſimilitudines referre ad ſe inuicem, et formas, quae pares in animo cogitantis motus excitant, intra eundem conſtituere ordinem. Arduum ſane omnino negotium, nec ſine ſubſidio artis, quae meditari docet, facile exſequendum, illud eſt, quod in norma et regula inuenienda, ſecundum quam rerum comparandarum conuenientiae aeſtimari debent, ponitur. Illa autem ſimilitudinum aequatio in ſublimioribus ſcientiis definitu admodum eſt difficilis, quoniam, prouti

prouti quisque arbitrariam aliquam paritatis effigiem mente concepit, ita quoque vnusquisque ſe aliter aliterque claſſes materiae digerendae ordinare poſſe arbitratur, vtpote cum non tantum τὸ ταὐτὸν, *id, quod vere idem eſt*, ſed etiam, ὅ τι ἂν ταὐτὸν εἶναι δοκεῖ, *id, quod idem vnicuique videtur*, ex PHILOSOPHI praecepto, *ſimile*, id eſt, vni ac eidem cogitationi intra animum mouendae par eſſe dicitur. Haec quoque ratio eſt, qua factum fuit, vt in diſponendis idearum aeque ac corporum ſeriebus, inter eruditos conſentiant pauciſſimi, ſingulis alio alioue intuitu id, quod ordinandum inque claſſes genera ac ſpecies disiiciendum eſt, conſiderantibus. Oporteret autem circa ſtabiliendas formarum ſimilitudines conſenſionem inter omnes eidem alicui arti vel diſciplinae addictos admirabilem eſſe atque perpetuam, ſi de natura methodi, qua ſparſae conceptuum et notionum imagines in faſciculos aliquos colliguntur, inter illos conſtaret, ſique illam omnes, quae natura atque indoles boni ordinis eſt, cognitioni cauſſarum [a]), *in quibus ipſa rei ſubſtantia ponitur*, ſuperſtruerent. Felices mathematicos, inter quos non niſi ſtolidus et artis neſcius de ſimilitudine rerum ambigit vel diſceptat, quando numeros, lineas, aliasque figuras ſenſum definientes, hinc gnomonas, amuſſes, libras, bilances, pondera aliaque

a) Τὸ εἰδέναι, καὶ ἐπίςαθαι, συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους, ὧν εἰσὶν ἀρχαὶ, καὶ ἄιτια, καὶ ςοιχεῖα, ἐκ τȣ ταῦτα γινώσκειν.
In omni methodo, ea ſcire et cognoſcere conuenit, quae aliarum rerum ſunt principia et cauſſae et elementa, vnde illae cognoſcantur. ARISTOTELES *Phyſ. Auſcult.* Libr. I. c. 1.

Ἀφ' ὧν τι συμβαίνει γίνεσθαι τὰ καθ' ἕκαςα, περὶ ὧν ἀποροῦσι, πρὸς ταῦτα ἀνάγειν πειρατέον.
Singula, de quibus quaeſtio anceps inſtituitur, ad ea ipſa reducere tentandum, a quibus oriri contigit. THEOPHR. *L. De Vertigine, ab initio.*

que comparationum certa atque indubitata auxilia, quibus inniti atque ab illis fulciri poſſit, habet [b]). In nulla autem arte de aeſtimandis rerum atque notionum ſimilitudinibus plus dubitationis, incertitudinis et inconſtantiae, quam in illa eſt, quae ſanitatem promittit [c]), ideo quod plerumque, quae inter ſe comparandae et ad vnam ideam reuocandae ſunt, corporis mutationum cauſſae *obſcurae et incomprehenſibilis* [d]) naturae eſſe deprehenduntur, neque, niſi per effectus luculentos, quos *prophaſes* Graeci dicunt, cognoſcuntur [e]). Id cauſſae eſt, quod plerique, quando morborum ſummos ordines ſtabiliunt, ſimpliciſſimos quoſuis conceptus praeoptent, hinc actiones hominis laeſas laeſarumque circumſtantias varias pro generibus accipiant, per ſingulas corporis partes procedant, et earum affectiones laxo ordine enumerent, nullum tamen, ex quo vna cum cognitione morbi indicatio quoque peti poſſit, diuiſionis momentum adoptent. Aliter autem, et, quantum arbitror, doctius, hinc ad inuenienda auxilia conuenientius, ſuos morborum ordines inſtituerunt veteres dogmatici, quibus *circa cauſſas formasque*

b) Ὁ *μὲν γὰρ κιρκῖνος γράφει τὸν κύκλον, ὁ δὲ πῆχυς διακρίνει τὸ μῆκος, καθάπερ ὁ ζυγὸς τὰ βάρη.*

Circinus circuitum deſcribit, vlna definit magnitudinem, vti bilanx pondus. GALEN. *De Optimo Medico Philoſopho.*

c) *Sanitatem aegris medicina promittit.* CELSVS *De Re Medica, Praef.*

d) Veluti Empiricis viſum eſt, apud CELSVM, Ib.

e) Ὀνομάζει ὁ Ἱπποκράτης ἐνίοτε φανερὰς τὰς αἰτίας προφάσεις.

Appellat quandoque HIPPOCRATES manifeſtas cauſſas prophaſes. GAL. *Comm. I. in L. I. Epid.*

Euidentes cauſſas has appellant, in quibus quaerunt, initiumne morbi calor attulerit, an frigus, fames, an ſatietas, et quae ſunt ſimilia. CELSVS l. cit.

maſque abſconditas, quas ideo, quod rationi haud ſufficienter patent, *ἀνυπεύθυνας* f), *cognitioni ſenſuali haud ſubiectas*, Graeci appellant, verſari, in illis genus morbi conſtituere, iucundum, hinc ad artem exercendam deprehenſum fuit eſſe expeditiſſimum; aliter quam in empiricorum ſcholis tunc factum eſt, qui leuiſſimas quasuis morbi varietates ſatis eſſe putabant, vt nouus morbus eſſe diceretur, in quo tamen praeter nomen nihil noui eſſet ſaepiſſime g). Duae ſcilicet, veluti in omnibus rerum ac idearum cognitionibus, ita quoque in artis ſalutaris meditationibus, ſuper morborum ordinibus inſtitui ſolitis, obueniunt methodi, quarum altera diſpergit, ſeries diſcerpit, easque in minimas diuellit particulas, hinc *analytica*, altera autem colligit, et ad ſummos aliquos conceptus, eosque pauciores, genera ſcilicet media et infima, quae, ob ſubordinationem gradualem, ὑπάλληλα dicuntur, reuocat, et proinde *ſynthetica*

f) Τὰ ἀνυπεύθυνα τῆς τέχνης.

Principia artis, quae demonſtrationi haud ſubſunt. HIPP. *in Praecept.*

g) Τὰς μέν τοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστησι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχεδίην αὐτέων οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι, τοὺς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. Μὴ γὰρ καὶ οὐκ εὐαρίθμητον εἴη, ἢ τουτέῳ τις σημαίνηται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν, καὶ μὴ τωὐτὸν νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸν ὄνομα ἔχῃ. Ἐμοὶ δ' ἁνδάνει μὲν πάσῃ ἐν τῇ τέχνῃ προσέχειν νόον.

Varietates, quae in ſingulis morbis ſunt, et differentias eorum haud neſciuerunt quidam, numeros autem ſingulorum morborum clare exponere volentes, non recte ſcripſerunt. Neque vero hoc eſſet recte numerare, ſi quis putaret, morbum alium ab alio propterea differre, nec eundem morbum eſſe videri, niſi vnum idemque nomen haberet. Mihi autem videtur ad totam artem vno intuitu animum aduerti oportere. HIPP. *De Victu Acut.*

thetica appellatur [h]). Illa, quae diſiicit atque diſpergit, etiamſi videtur eſſe vulgatior, ab eruditione tamen minime abeſt, quin ſuam in notionum inferiorum numero, inque doctrinae claritate ac perſpicuitate poſitam habet excellentiam, vtpote quae eſt hiſtorica et ſingulorum morborum, ſine reſpectu ad ſimilitudines cauſſales, momenta in vſum ſcholarum ſingulariter exponit, ideoque non leuem, quoniam ſingulis morbis, ſpecie diuerſis, totidem tribui oportet nomina, prodit ſcientiam, et memoriae aliquam amplitudinem poſtulat. Haec autem, quae colligit, videtur quidem, quoniam breuitati ſtudet, arguere ignauiam, quae compendiis fauet; habet autem tanto plus ſemper ingenii, quanti plus eſt, genera recte ponere, et ex cognitis perfectis abſolutiſſimisque ſpecierum ſimilitudinibus eadem definire, quodque maximum omnino momentum ſtudii illius eſt, quo *συγγενείας*, *cognationes* et germanas veluti morborum coniunctiones diſcimus, habet illud vſum in arte ipſa exercenda longe praeſtantiſſimum. Ipſa enim medendi ratio [i]), quae inſtrumentorum pro aſſequendo fine neceſſariorum iudicioſa eſt inuentio et applicatio, ſimilitudinibus rite definitis, ſecundum quas paria de paribus aſſeri, ne-

h) *Κατιόντας εἰς τὰ εἰδικώτατα, ἀνάγκη διαιρεῦντας, διὰ πλήθους ἰέναι, ἀνιόντας δὲ εἰς τὰ γενικώτατα, ἀνάγκη συναιρεῖν τὸ πλῆθος εἰς ἕν.*

Ad ſpecies infimas progreſſuros oportet, diuidendo, per multitudinem procedere, adſcenſuris autem ad ſumma genera opus eſt colligere multitudinem in vnum. PORPHYR. *Inſtit.* c. I.

i) *Μέθοδος, ὁδὸς τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμάσια, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος.*

Methodus, via, qua illa, quae recte ſeſe ad inuicem habent, comprobantur, quae minus recte, confutantur. HIPP. *Epid.* L. VI. Sect 3.

negari ac decerni debent, innititur vnice; neque vero rationales, ὁμοτέχνους [k]), id eſt, artem ſecundum adaequata principia tractantes medicos nos eſſe gloriabimur, quando ad literam morbos ſanare, quae proxima ad empiriam via eſt, voluerimus [l]). In morborum autem ſimilitudine et mutua illorum ad ſe inuicem relatione definienda eodem modo haud progreſſi ſunt, qui priſcis temporibus artis fundamenta iecerunt, et omnes quidem ſectae in eo conſpirant, quod aegritudines ad aliqua genera reuocandas eſſe ſentiant [m]); verum eadem comparationis

k) Ἰητρὸς ἀγαθὸς ὁμότεχνος.
Medicus bonus, qui artem aequaliter exercet.

l) Ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων ὡς τάχιστα συντίθεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπὶ δὲ τὰ πράγματα σπεύδειν αὐτὰ, καὶ χρονίζειν ἐν αὐτοῖς.

Circa nomina celeriter conueniendum inuicem, ſed in ipſa re deſudandum et in illa diu haerendum. GAL. *De Differ. Morb.* L. VIII. c. 1.

Οἴομαι δ' ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῆς (τῆς τέχνης) διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν· ἄλογον γὰρ, ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἡγεῖσθαι βλαστάνειν, καὶ ἀδύνατον· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα φύσιος νομοτεθήματά ἐστι, τὰ δὲ εἴδεα οὐ νομοτεθήματα, ἀλλὰ βλαστήματα.

Arbitror autem, et nomina artis illius a formis accipienda eſſe; Irrationale enim, a nominibus formas primas petendas eſſe, putare et impoſſibile. Nam nomina naturae leges ſaltim explicant, formae autem non tam exponunt naturae leges, quam ex illa progerminant. HIPP. *De Arte.*

Κατὰ τὸ πρᾶγμα καὶ μὴ κατὰ τοὔνομα τοὺς συλλογισμοὺς ποιεῖν.

Ad rem, non ad nomen, concluſiones formandae. ARISTOT. *Topic.* L. I. c. 14.

m) Ὁμογνωμοῦσι οἱ μεθοδικοὶ τοῖς λογικοῖς, καθ' ὅσον οἴονται ἐξ ἐνδείξεως τὸ συμφέρον λαμβάνεσθαι.

Conſentiunt methodici rationalibus in quantum putant, ex concluſione practica, quae indicatio eſt, conueniens auxilium peti debere. GAL. *De Optima Secta.*

tionis morborum ad ſe inuicem inſtituendae ratio penes omnes haud extitit. Experientia ſola edocti et propterea empirici dicti, abiurata omni ſapientia et cauſſarum abſconditarum erudita cognitione, *euidentes ſaltim cauſſas, vt neceſſarias, amplectebantur, obſcurarum vero cauſſarum et naturalium actionum quaeſtionem ſuperuacuam eſſe contendebant* [n]), hinc falſa aliqua ſimilitudine morbos ita comparabant, veluti illi aliquam, externis ſuis apparitionibus, inter ſe paritatem oſtenderent, qui comparationis modus, ἐπιλογισμὸς, *demonſtratio a poſteriori*, dictus eſt, inque paritate effectuum foris apparentium, ſine vllo reſpectu ad cauſſas iudicio comprehendendas et aeſtimandas, conſiſtebat [o]). Illi adeoque, vti leuiter ſentiebant, non poterant quoque non leuiter agere; quodſi in expeditionis celeritate gloriolam affectantes fluxus, in quibus tamen ſanitas eſt, ſiſterent, vlcera critica deſiccarent celeriter, miſeros extenuarent draſticis, inflammatis ex metaſtaſi refrigerium darent, dolores delerent, febres velo obducerent, tumores, propulſis ad interiora liquidis, diſiicerent, parum ſtudioſi, quanto maior aegrotantium exin futura eſſet calamitas, quandoquidem aliquos, licet in diſſimili caſu, ita ſanatos fuiſſe, aut ipſi vidiſſent, aut ab aliis percepiſſent [p]).

 Pro-

n) CELSVS l. c.

o) Ἐπιλογισμὸς ὁ φαινόμενος λόγος, *demonſtratio a poſteriori, ſeu ratio a manifeſtis deſumta, empiricorum, veluti ἀναλογισμὸς dogmaticorum, erat ſymbolum.* GAL. *De Sectis.*

Ἀναλογισμός ἐστι σύγκρισις καὶ κατάληψις αἰτίων ὠφελέντων ὁμοιώτησι.

Rationalis comparatio morborum eſt iudicioſa cognitio et aſſumptio cauſſarum, quae vtiles ſunt ad inueniendas ſimilitudines. GAL. Ib.

p) *Si incidit aliquod morborum genus, quod nouum eſt, protinus viſurus eſt medicus, cui morbo id proximum ſit, tentaturus-*

Propius ad ſcopum ferire viſi ſunt iſtorum temporum medici, qui ſeſe methodicos glorioſiore quam veriore nomine, ideo, quod morbos ad ſumma aliqua genera reuocabant, appellauere q). Et gratiae quidem illis habendae ſunt, quod inſtituerint agere id, quod deinde a dogmaticis, eruditis et artem cogitandi recte callentibus, medicinae inſtauratoribus, HIPPOCRATE et GALENO, elaboratum fuit plenius. Poſtquam enim empiricorum, quorum ſecta non poterat non eſſe antiquiſſima, fraudes intellectae eſſent a plurimis, fuerunt aliqui, qui morbos omnes ad paucas ſimilitudines reduci, et mediocri propterea auxiliorum apparatu, eadem lege, plurimos ſanari poſſe arbitrarentur. In alium autem illi, atque in eum errorem delapſi ſunt, qui τὰ γένη ὑπερβαίνειν, *intermedia genera praeterire et a ſummo ſtatim genere definitionem ſpeciei capere* r) appellatur, cum, ad pauciſſimas familias aliquas morbos reuocari, eosque, tribus notionibus, *ſtricti*, *laxi* et *mixti* s), omnes comprehendi, aut, veluti apud HIPPOCRATEM legitur, cui methodicos coaeuos fuiſſe proinde conſtat, *in poſitione aut priua-*

turusque remedia ſimilia illis, quae vicino malo ſaepe ſuccurrerunt, et per eius ſimilitudinem opem reperturus. CELSVS Ib.

q) *Methodici ſatis eſſe contendunt quaedam communia morborum intueri, et quidem horum tria genera eſſe, vnum adſtrictum, alterum fluens, tertium mixtum.* CELSVS Ib.

r) ARISTOTELES *Topicor.* L. IV.

s) *Quidam methodici ſeculi noſtri, ſub auctore* THEMISONE *contendunt, nullius cauſſae notitiam quicquam ad curationes pertinere, ſatisque eſſe quaedam communia morborum intueri, et quidem horum tria eſſe, vnum adſtrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Cognito igitur eo, quod ex his eſt, ſi corpus adſtrictum eſt, digerendum eſſe, ſi profluuio laborat, continendum, ſi mixtum vitium habet, occurrendum ſubinde vehementiori malo.* CELS. Ib.

priuatione [t]) ſiſti poſſe autumarent. Quanto ſapientiores eſſe putandi ſunt a dogmate dicti medici, qui quidem eadem, qua methodici, ratione in communitatibus, quas *κοινότητας* appellant, inque conuenientia cauſſarum proximarum ipſiusque formae, ſimilitudines et *συγγενείας* morborum quaerunt, verum in generibus conſtituendis fertiliores omnino ſunt, et totidem conceptus genericos, in quos veluti in faſciculos quosdam conuolui ac combinari morbi poſſent, inuenerunt, quot cauſſarum proximarum et formarum diuerſitates per naturam exiſterent. Hi veri ſunt limites, intra quos ſi qui conſiſtunt *morbi*, dicuntur omnino *cognati* atque *congeneres*, et vna eademque aliqua generali lege, per multas alias ſpecialiores deinde magis explicanda, tanquam indicatione aliqua communi, ſanari poſſunt. Medium autem vnionis, quo congeneres iſti morbi, aliqua veluti cognatione iunguntur, atque, vt germani dici poſſint, hoc ipſo efficitur, eſt *τὸ ἴδιον* [u]), propria ſcilicet et domeſtica vniuscuiusque rerum ordinis conditio, quam in omnibus ſpeciebus ad aliquod genus referendis inueniri oportet, veluti omnium rheumatum natura in acri lympha, de vaſis in cauitates vel prope membranas effuſa, omnis inflammationis indoles in quiete ſanguinis ad minimas arterias, cum pulſu aucto, ponitur, vt, quando omnes horum morborum ſpecies eodem reuertuntur,

t) *Ἰητρικὴ ἐςὶ πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων.*

Ars medica eſt appoſitio et ablatio, ablatio quidem ſuperfluorum, appoſitio autem deficientium. HIPP. *De Flatibus.*

u) *Ἰδίᾳ ἐςὶ, μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ἀεὶ προσεῖναι.*

Proprii eſt, ſoli, vni, et ſemper ineſſe. PORPHYR. *Inſtit.* c. 14.

tur [x]), idem quoque, ſubductis quibusdam rationibus, de illis praedicari oporteat. Quantae autem vtilitatis ſit, morbos ad ſumma, eaque genuina, genera reuocare, quotusquisque eſt rationalium medicorum, quin clare perſpiciat? Non enim tantum iſta, quae methodo fit, morborum ſub communibus notionibus comprehenſio ad eruditionem confert plurimum, ſed et artem facturo perquam eſt vtilis, vtpote cum, ſine generis poſitione, nec definitio [y]), nec indicatio [z]), prouti ad finem conſequendum neceſſaria eſt, inueniri poſſit. Non enim tantum ſubinde noua naſcuntur morborum genera [a]), (id quod vnius luis gallicae, purpurae et variolarum exemplis

x) *Δεῖ τὰ ἴσα τῶν ἴσων κατηγορεῖσθαι.*

Oportet ſimilia praedicari de ſimilibus. PORPHYR. Ib. c. 1.

y) *Τότε οἰόμεθα γινώσκειν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα, καὶ ἀρχὰς τὰς πρώτας, καὶ μέχρι τῶν στοιχείων.*

Tunc videbimur cognoſcere vnumquoduis, cum cauſſas perſpexerimus proximas et prima initia, vsque ad elementa. ARISTOTELES *Auſcultationum Phyſ.* L. I. c. 1.

Χρήσιμος πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς ἡ τοῦ ὁμοίου θεωρία.

Vtilis ad definitiones cognitio ſimilitudinis. ARISTOT. *Top.* L. I. c. 14.

z) *Ἓν δή τι ἐστὶ, τί ποτε τὸ αἴτιον ἐστὶ τῶν νόσων καὶ τίς ἀρχὴ καὶ πηγὴ γίνεται τῶν ἐν τῷ σώματι κακῶν. Ἢν γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα.*

Vnum quoddam eſt ſcire neceſſarium, qualis cauſſa ſit et qualis origo et fons ſit malorum, quae ſunt in corpore. Si enim quis nouerit cauſſam morbi, ille par futurus eſt offerre ea, quae conueniunt. HIPP. *De Flatibus.*

a) *Saepe noua incidunt genera morborum, in quibus nihil adhuc vſus oſtendit, vt ideo neceſſarium ſit, animaduertere, vnde ea coeperint.* CELSVS l. c.

plis conſtare poteſt, licet hi morbi ſui ſimiles ſuperioribus ſeculis fortaſſe inuenerint, et proinde a veteribus ignorati haud fuiſſe multis videantur,) ſed tanta quoque ſaepiſſime eſt calamitatum, vel *συγχρόνων* [b]) eodemque tempore, at ex diuerſa cauſſa, vel *συναιτίων* atque ex eadem cauſſa ſenſim prodeuntium, in eodem morbo frequentia, vt, niſi ad vnum conceptum omnes illos reducere valerent medentes, omnia neſcirent, penitusque caecutirent. Neminem autem arbitrari fas eſt, fore, quo, qui generales notiones morborum intelligit, idem quoque optimas indicationes ad hominem, cum quo rem habet, ſit efformaturus. Veluti enim illum, qui viam regiam nouit, oportet quoque haud ignorare diuerticula, et itineris impedimenta perſpicere, ita methodum, quae ex intellectis communibus morborum congenerum affectionibus reſultat, adiuuari oportet ab indicatione aliqua inferiore ac ſpeciali [c]), quae ab aegroti idioſyncraſia, aetate, conſtitutione, tempore, atque ab aliis morborum accidentibus, vti

 illi

b) *Διαδοχαὶ νοσημάτων καὶ ἀποστάσιες, βὴξ, πταρμοὶ, λυγμοὶ, πνέυματα, ἐρέυξιες, φῦσαι, αἱμοῤῥαγίαι, αἱμοῤῥοΐδες, ἐκ τουτέων καὶ ὅσα διὰ τουτέων, σκεπτέον.*

Sunt aliquae confluentiae morborum et mutuae origines, tuſſis, ſternutationes, ſingultus, difficiles ſpirationes, ructus, flatus, ſanguinis fluxiones, haemorrhoides: Si qua horum ex ſe inuicem aut propter ſe inuicem facta ſint, inſpiciendum. HIPP. *De Morbis Vulgaribus* L. I.

c) *A communi morbi contemplatione ad propriam medicina deſcendit, atque in hac quoque rurſus alia proprietatis notitia ſaepe neceſſaria eſt, quia eadem non omnibus, etiam in ſimilibus caſibus, opitulantur.* CELSVS ibid.

Ἐκ τῶν καθόλου, ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστον δεῖ προϊέναι.

Ex illis, quae in vniuerſum dicuntur, ad ea, quae de ſingulis, procedendum. ARISTOT. *Phyſ. Auſcult.* L. I. c. 1.

illi ſunt *fixi*, *periodici*, *mali boniue moris*, deſumuntur. Etiamſi autem ordo, quo quilibet ad digerendam ſeriem aliquam rerum, in ſola erudita cognitione naturam poſitam habentium, vſurus eſt, ſit liberrimus, poſſitque vnusquisque, fundamento alicui diuiſionis arbitrario, dummodo contignationes reſpondeant, ſyſtematis ſui ſuperſtruere aediculam [d]; aliter tamen cum artibus, in ſola ſcientia haud ſubſiſtentibus, et ad faciendum intentis, maxime autem cum illa, quae vitam humanam procurat, comparatum eſt. Parum refert, malene philoſophatus aliquis fuerit, an peſſime; neminem interimunt ſophiſmata; at in illa arte, cuius peccata redimi nequeunt, in qua inter vitam et mortem ambigitur ſaepiſſime, noxae errorum ſunt irreparabiles. Quapropter in ſalutari iſthac diſciplina, vt illa nomen hoc mereatur, demonſtrationibus rationibusque opus eſt, iisque claris ac euidentibus, ne, quod empiricorum eſt, quando illi *experimenta per mortes faciunt, et animas hominum negotiantur* [e]), vaga meditatione in varias ſententias abripiamur, et caſui fortuito relinquamus, an, veluti in teſſerarum luſu fit, euentus voto ſit reſponſurus. Quando igitur rationalium medicorum nomen non tam affectaturi, quam vere conſecuturi ſumus, oportet nos ex natura hominis ſani et vita debili aegrotantium penitus perſpectis firmas adoptare regulas, atque effectus, qui praeter naturam eueniunt, ad ſuas cauſſas proximas, inter quas et effectum ipſum porro nihil intercedit, reuocare, crudam autem, quae obſeruationibus ſolis nititur, philoſophiam plebi medi-

d) Πρὸς τὴν ὑποτεθεῖσαν ἀρχὴν τὰ θεωρήματα ἀναφέρεται.

Ad illud, quod quilibet praeoptat, principium, ſententiae referuntur. GAL. *De Optima Secta.*

e) C. PLINIVS *Hiſt. Nat.* XIX. I.

medicorum relinquere [f]). Etiamſi enim et illi, qui ratione in comparandis ad ſe inuicem aegritudinibus vtuntur, clare ſemper haud videant; neutiquam tamen principiorum vitium illud eſt, ſed eorum, qui artem ſimilitudines aeſtimandi ignorant [g]). Eſt autem aliquid in mente eruditi, quod *ἀκολουθία*, *ſequelarum*, vti vna ex altera non poteſt non prono alueo fluere, *perceptio* dicitur [h]), et ad veritatem [i]) ducit certiſſime, vtpote quae in conſenſu partium alicuius ſyſtematis inter ſe, earumque cum toto ſuo ponitur [k]). Quodſi vero, ſola eruditionis ſcholaſticae aliqua affectatione ducti, morborum ordines inſtruere vellemus, nulli ſane foremus, eſſemusque militibus ſimiles, qui, pictos phalangum ordines

 intu-

f) *Τέχνης τὰς ἀρχὰς μὴ φανερὰς εἶναι τοῖς ἰδιώταις προσήκει.*

Artis principia non manifeſta eſſe, vulgaribus conuenit. GAL. *De Optima Secta.*

Θεωρήματα, ἀναλογισμὸς, *Principia*, *aequalium a priori facta comparatio*, rationalium, at *τήρησις*, *obſeruatio*, *ἱστορία*, *nominalis expoſitio*, empiricorum eſt ſymbolum. GAL. Ib.

g) *Ἡ τέχνη οὐκ ἀπὸ τῶν θεωρημάτων στοχαστικὴ λέγεται, (ταῦτα γὰρ ἵσταται,) ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς πράξεως καὶ τῆς τῶν ἰατρευόντων ἐνεργείας.*

Ars non a poſitionibus ſuis, (illae enim debent eſſe ſtabiles,) ſed ab exercitio, et eorum, qui artem faciunt, modo vtendi, coniecturalis dicitur. GAL. Ib.

h) *Θεωρήματα κατ᾽ ἀκολουθίαν εὑρεθέντα ἀρχὴ συστάσεως τέχνης.*

Poſitiones, quae per ſequelam aliquam inueniuntur, primordium ſunt artis conſtituendae. GAL. Ib.

i) *Ἡ ἐπ᾽ ἀλήθειαν ἄγουσα ὁδὸς*

Via, quae ad veritatem ducit. GALEN. *De Conſtit. Medicinae.*

k) *Ἀληθὲς κρίνεται τῇ τοῦ λόγου συμφωνίᾳ.*

Verum iudicatur a conuenientia cum ratione. GAL. *De Optima Secta.*

intuiti, aperto marte nondum dimicauerunt. Propterea, cum morbos ad ſuos ordines, quos, relatione ad τὸ ἴδιον facta, communes habent, reuocamus, iſtud in mente ſemper tenendum eſt, ad quem vſum iſthaec collectio idearum, nomine diſcrepantium, re ipſa autem ſimilium, proſpiciat. Eſt autem ille, *indicationis alicuius communis, quae multis aegritudinibus, titulo diſpare vtentibus, reſpondeat, inuentio* [l]), cuius excellentia in breuitate, et, quae illi iuncta eſſe debet, ſufficientia methodi ipſius, qua facimus, ſiſtitur, ne fortaſſe alia *pleuriticis, pneumonicis* alia, alia *phreniticis*, ſimilique inflammatorio, quoad generalia pari, morbo laborantibus, diuerſa medendi ratio adhibenda eſſe videatur.

l) Ἡ μέθοδος γνῶσις τῶν φαινομένων κοινοτήτων συμφώνων καὶ ἀκολέθων τῷ τῆς ἰατρικῆς τέλει.

Methodus eſt cognitio comprobatarum communitatum, quae medicae artis vltimo fini reſpondent. GAL. *De Secta ad Introducendos.*

Τὰ ἐνδείκνυσθαι δυνάμενα.

Quae ad indicationem formandam conferre poſſunt. GAL *De Optima Secta.*

Ἕκαστον τῶν θεωρημάτων δεῖ χρήσιμον εἶναι καὶ ἀναγκαῖον.

Vnamquamuis poſitionem oportet eſſe vtilem et neceſſariam. GALEN. Ib.

SPE-

SPECIMEN ALTERVM
DE
GENERE MORBORVM AD ARTIS VSVM CONSTITVENDO.

Natura, quae optima praeſtantiſſimarum conualeſcendi legum magiſtra eſt, morbos ipſa in genera coëgit, quando ſingulos ſuis, per quos materia morboſa deiici decet, locis adſtrinxit, vt, quamdiu ordinati illi ſunt et regulares [a]), omnes, quotquot aliquo cognationis nexu, propter cauſſarum vel ſedis aut partis affectae ſimilitudinem iunguntur, eadem euacuatione aut aliqua non abſimili ſanari oporteat [b]), et, quodſi per omnem aegritudinum ſeriem cogitando procedimus, nemo facile futurus eſt, quin clare videat, ob curationis analogiam aliquam non poſſe non ſtatus praeternaturales, etiam-

a) Ὀρθὸν, quod in morbis *rectum* et ſecundum conſuetas et receptas leges, quibus conualeſcere plurimi ſolent, ordinatum eſt, (HIPP. *Epid.* L. VI.) cui opponitur τὸ μὴ ὀρθὸν, *id, quod minime rectum eſt:* Πλανώδεα EROTIANO dicuntur, τὰ μὴ κατὰ τάξιν γινόμενα, *quae recepto ordine haud fiunt:* Πλάνητες πυρετοὶ, οἱ μὴ κατὰ τάξιν φοιτῶντες, *Erraticae febres, quae ſecundum legem receptam haud procedunt;* ἃ ἀτάκτως, ἀκρίτως, πεπλανημένως διατέλει, *quae ſine ordine aut debitis iudiciis, et errabundo ſchemate contingunt.* HIPP. *Epid.* L. I.

b) Τὰ ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ περιττώματα τοῖς ὑπηλάταις ἐκκαθαίρονται, τὰ δ᾽ ἐν ταῖς ἄλλαις, δι᾽ οὔρων τὰ ὑδατώδη καὶ λεπτὰ, διὰ καθάρσεως τὰ χολώδεα· ἐγχωρεῖ δὲ καὶ τὰ λεπτὰ τοῖς ὑπηλάταις ἐκκαθαίρειν.

Quae in primis viis ſunt ſuperfluitates, aluo purgantur; quae in reliquis, per vrinas quidem aquoſae et tenues, per ſedem bilioſae; Enimuero et per aluum tenuia purgari conuenit. GAL. *De Conſtit. Medic.*

etiamſi nomina in ſcholis diuerſa ſortiti fuerint, ad ſua genera reuocari, vt propterea methodo *ſynthetica*, prae illa *analytica* [c]), ad artem faciendam et optima ſalutis conſilia inuenienda nihil conducibilius et naturae legi conuenientius eſſe dicique poſſit. Etiamſi enim nulla lex tam firma eſt, vt illa omnibus vel in republica, vel iſthac noſtra corporis ciuitate mutationibus, quotquot illarum a tempore, loco, perſona aliisque contingentibus prouenire ſolent, reſpondeat, a quorum ſcilicet confluxu tanta ſaepiſſime oritur phaenomenorum varietas, vt, ad quos conceptus, quorum eodem tempore plures ſeſe offerunt, morbus referri, et a quibus cogitandi initium duci oporteat, ad quem propterea ſcopum conſilia ipſa regenda ſint, ambigant etiam ſapientiſſimi [d]), et recte omnino GALENVS ſenſerit, quando, reſpectu ad contingentia habito, morborum inter ſe ſimilitudinem omnino nullam eſſe pronuntiat [e]). Eſt tamen in omni aegritudinum concurſu inque illa diſparitate ab accidentibus, *idioſyncraſia*, *aetate*, *tempore*, *duratione* et ſimilibus deſumta, ſemper aliquis conceptus dominans et κύριος, cuius reſpectu reliqui inferiores ſunt, ἀκυρότεροι et improprii, ex quo genus ſummum definiri poteſt, vt, ſi etiam

c) Διαιρετικὸν, τὸ καθ' ἕκαστον, συλληπτικὸν δὲ καὶ ἑνοποιὸν, τὸ κοινόν.

Methodus disiunctiua vnumquodque contemplatur, collectiua autem vnit et multis communis eſt. PORPHYR. *Inſtit.* cap. 2.

d) Ἄθροισμα τῶν συμπτωμάτων, ὃ συνδρομὴν καλεῖν εἰσὶν εἰθισμένοι.

Aggregatio ſymptomatum, quam concurſum etiam appellare ſolent. GAL. *De Sectis ad Introducendos.*

e) Ἀδύνατον, ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, μὴ ὅτι πλείοσιν, ἀλλὰ καὶ δύο ἀῤῥώστοις πάντα ὁμοίως συμβαίνειν.

Impoſſibile, in omni vita practica, non dicam pluribus, ſed nec duobus aegrotis, omnia ſimiliter euenire. GAL. *De Optima Secta.*

iam eueniat, quo mixtae morbi formae ſint, quas habemus plurimas, et ex quibus difforme et hybridum illud hypochondriorum morbi genus vnum retuliſſe ſatis eſt [f]); medicus tamen cogitandi legibus ſatis inſtructus communitates [g]), in quibus haec omnia conſpirant, facile ſit inuenturus, inferioribus, quae ab accidente aliquo procedunt, ideis non omnino ſuperhabitis et dominanti cogitationi ad latus omnino ponendis. Veluti ergo in omni, quacumuis demum, ſcientia, *genus* illa notio eſt, ad quam ideae, ſiue concretae, ſiue abſtractae, et vel ſenſibus obuiae, vel mente ſaltim percipiendae, vera, nec apparente ſimilitudine aliqua reuertuntur [h]), ſicuti etiam ſimilitudines vbique, illa relatione, *quae ſpecierum ſingularum ad ſe inuicem, omnium autem ad genus eſt comparatio*, aeſtimamus [i]), atque id demum, vti vox ipſa ſonat [k]), ſpecies eſt, quod ſuo aequum eſt generi, vtpote quod omnem aequalium rerum multitudinem in ſe complectitur [l]). Ita quoque,

f) Ποικίλλοντα ὑποχόνδρια, dicuntur *hypochondria variantia*, quaeque ſubinde varias ſuſtinent affectiones et in contrarias transmutantur. HIPP. in *Prorrhet.* et *Coac. Praenotionibus.* Exponit GALENVS, *τὰ συνεχῶς ἐπὶ τἀναντία συμπτώματα τὰς μεταβολὰς ποιούμενα, Quae perpetuas in contraria ſymptomata mutationes ſuſtinent.*

g) Τὰ καθ᾽ ὅλου καὶ κοινά.
Quae omnibus conueniunt et communia ſunt. ARISTOT. *De Part. Anim.* L. I. c. 4.

h) Γένος λέγεται, ἡ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἄθροισις.
Genus dicitur quarundam rerum ad vnum aliquod, et earum inter ſeſe comparatio. PORPHYR. *Inſtit.*

i) Γένος λέγεται, ᾧ ὑποτάσσεται τὸ εἶδος.
Genus dicitur, cui ſubordinantur ſpecies. PORPHYR. Ib.

k) Τὸ εἶδος καθ᾽ ὁμοιότητα εἰρημένον.
Species a ſimilitudine dicitur. PORPHYR. Ib.

l) Ἀρχή τις ἐστὶ τὸ τοιοῦτον γένος τῶν ὑφ᾽ αὐτὸ, καὶ δοκεῖ τὸ πλῆθος περιέχειν πᾶν τὸ ὑφ᾽ αὐτό.

Nam

que, quam mixtus variansque aliquis morbus fuerit, habiturus tamen ſemper eſt, vel reſpectu cauſſae, vel loci et ſedis intuitu, (nam et hae notiones genus [m]) dici poſſunt), communem aliquam, in qua germanos alios morbos offenſurus eſt, veluti ſtirpem atque originem, de qua aequalia cogitari atque conſuli oportet [n]), et a qua diuelli haud debet [o]); non aliter, ac in corporum naturalium familiis ordinandis plantarumque ac animalium claſſibus digerendis vſu venit, quo, ſi quid ex his eſſentiali charactere aliquo, quocumuis denique, conuenit, inter ſe quoque et cum ſuo genere conuenire perhibeatur [p]). Habet autem genus ſuas virtutes, quarum praeſentia efficit, vt genuinum et rite conſtitutum eſſe cenſeatur: Opus enim eſt, quo vitio nimiae latitudinis illud haud laboret, ſitque anguſtiſſimum [q]): Summa quidem genera τὰ γενικότατα dicta, lata eſſe poſ-

Nam ſummus aliquis conceptus genus eiusmodi eſt eorum, quae illi ſubſunt, et putatur, omnem, quae infra eſt, comprehendere multitudinem. PORPH. lb.

m) Γένος λέγεται καὶ ἄλλως ἡ ἑκάςου τῆς γενέσεως ἀρχὴ, εἴτε ἀπὸ τοῦ τεκόντος, εἴτε ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τις γέγονεν.

Genus etiam alio modo dicitur, vniuscuiusuis rei, quoad originem, principium, ſiue ab eo, qui genuit, ſiue a loco, in quo quid ortum eſt. PORPHYR. lb.

n) Κοινὸν τὸ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖται.

Commune eſt, quod de pluribus praedicatur. PORPHYR. lb. c. 6.

o) Οὐδὲν τῶν ὁμογενέων διασπαςέον.

Nullum eorum, quae congenera ſunt, diuellendum. ARISTOT. *De Part. Anim.* L. 1. c. 2.

p) Τὰ ζῶα ἐὰν ὁμοιότητα ἔχει, ὥρισαι τὰ γένη τοῖς χήμασι τῶν μορίων καὶ τοῦ σώματος ὅλου.

Animalia, ſi qua ſimilitudinem habent, definiuntur forma partium totiusque corporis. ARISTOT lb. c 3.

q) Τὰ γένη, ὅσα ἔχει μίαν φύσιν κοινὴν καὶ εἴδη ἐν αὐτοῖς οὐ πολὺ διεςῶτα.

Genera, quaecunque vnam naturam communem et ſpecies non multum diſtantes habent. ARIST. lb. c. 4.

poſſunt; verum, vbi genus illud conficitur, quod definitionem ſiſtit, quae ἀπὸ τῦ ὅρυ, a limitibus, quantum poſſibile fuerit, anguſtis, nomen habet, neceſſarium vehementer eſt, ne illud porro genera ὑπάλληλα aut media, aut quidquam aliud, quam ſpecies, ſub ſe comprehendat. Quantum laxitatis eſt in illis methodicorum generibus, *ſtricti, laxi?* Quanta generis, quod *dyſcraſiam* malosque humores omnes ſub ſe continet, eſt ignauia et ad effingendas indicationes, ex quibus quaeſitum auxilium ſtatim fluat, ineptitudo? Deinde id quoque opus eſt, vt generi et ſpeciebus, ſi quae illi ſubſunt, perpetua intercedat relatio[r]). Sit exemplum generis optimi in illa idea poſitum, quae *fluxiones ſpontaneas ex vaſis integris, eorumque minimis oſtiis, in peregrina vaſa, inque caua cum febre factas, id eſt, rheumata, in quorum numero inflammationes etiam aliquae ex ſpuriis ſunt*, colligit[s]). Quam apte omnes, quae huic generi ſubſunt, ſpecies in illo ſummo conceptu, etiam curae ipſius intuitu, conſpirant, euacuantium, poſt illa, quae lenes ſudores mouere poſſunt, noxae, diluentium vſus, frigoris cautio. Habet illud genus in ſeſe omnes boni ordinis notas, adeſt κοινότης, *vniuerſalitas*, quae ad ſpecies quasuis attinet, *acre liquidum, vltra ſuos motum limites;* inſunt differentiae

r) Σκεπτέον τὰ ἐν αὐτῷ τῷ γένει ὄντα, εἰ τι ἅπασιν ὑπάρχει ταὐτόν.

Videndum eſt, an ea, quae ſub eodem genere ſunt, in omnibus ſint eadem. ARISTOT. *Top.* L. I.

s) Sub vna ῥευμάτων notione HIPPOCRATES amplexus eſt, κόρυζαν, ὅταν τὸ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν ῥινῶν, et ophthalmiam, ὅταν τὰ ῥεύματα ἐπὶ τὰς ὀφθαλμὰς τρέπεται, *cum deſtillationes ad oculum vertuntur*, hinc febriles morbos varios: ὅσα ἐς τὸν φάρυγγα, ἀφ᾽ ὧν βράγχοι γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι, *quae in pharyngem, vnde raucedines fiunt, anginae, faucium eryſipelata peripneumoniae:* Πάντα ταῦτα ἁλμυρά τε καὶ ὑγρά, καὶ δριμέα, *omnia haec, ſalſa et humida, et acria.* HIPP. *De Priſca Medic.*

tiae ſingularum ſpecierum, cum et ſanguis in eryſipelate, et lympha in reliquis, atque illa vel ad membranas, vel ad tubos, deſtillare ex febre ſoleant. Exinde optima rheumatis definitio [t]) plurium idearum ſparſarum in vnam compaginatio [u]), earumque per *διαφορὰν εἰδοποιητικὴν*, *differentiam, quae vnicuique propria eſt*, in ſpecialiores conceptus, ex idea fluxionis deſumtas, diſtributio [x]). Id quod quando effecturi ſumus, quo collectos ſub generalibus nimis actionum laeſarum notionibus aegroti hominis ſtatus in genera, anguſtiores limites habentia, compingamus, oportet nos de materia, titulis genericis inueniendis apta, cogitare, vt, quid illud ſit, in quo diſperſi per ſyſtemata auctorum morbi arctius conſpirent, inque familias, intuitu alicuius relationis mutuae, ſeſe componant, intelligatur plenius. Sunt autem duae prae ceteris notae characteriſticae, omni aeuo a dogmaticis ad concinnandos morborum ordines vſurpatae, cauſſa proxima, *qua poſita res ponitur, ablata tollitur* [y]), et

t) *Κατηγοριῶν διδασκαλία εἰς τὴν τῶν ὁρισμῶν ἀπόδοσιν, καὶ ὅλως εἰς τὰ περὶ διαιρέσεως καὶ ἀποδείξεως χρησίμη.*

Doctrina de iis, quae in vniuerſum praedicantur, ad definitionum compoſitionem, et, in vniuerſum, ad diſcrimen rerum ponendum atque ad demonſtrationem vtilis. PORPHYR. *Inſtit.*

u) *Ὅροι δι' ὀλίγων πολλὰ διδάσκειν δύναται.*

Definitiones, veluti ſcientiarum compendia et termini, in paucis multum docere poſſunt. GAL. *Defin. Med.*

x) *Διορισμός ἐστι πράγματος, ὡς καθόλου λεγομένου. μὴ ὄντος δὲ καθόλου, κατὰ πρόσθεσιν (τῆς διαφορᾶς) εἰς τὸ καθόλου διαγωγή.*

Diſtinctio eſt, rei, in vniuerſum dictae, nec tamen vniuerſalis, adiecta diuidendi formula, in omnem ſui ambitum diductio. GAL. Ib

y) *Δεῖ δὲ δήπου ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι. ὧν παρεόντων μὲν τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ παύεσθαι.*

Illae demum cauſſae vniuſcuiusuis rei eſſe putandae ſunt, quibus praeſentibus aliquid hoc modo fieri oportet, mutatis autem, deſinere. HIPP. *De Priſca Medic.*

et locus affectus. Vtraque cum inueniendis indicationibus, et quod exinde conſequitur, generibus in vſum artis conſtituendis aptiſſima eſt, tum maxime cauſſarum proximarum eſt, genus recte definire poſſe [z]). Etiamſi enim partem affectam in omnibus vbique morbis generis loco adoptare nemo poſſit, quandoquidem, ſi ab illis recedimus, qui ſolidis vnice addicti ſunt [a]), atque in illis vel perpetuam aliquam ſedem habent, vel inuicem in illis figuntur iterumque ab illis retro fugiunt, reliqui ſane, humoribus magis addicti, ad aliquem locum affectum referri omnino haud poterunt; magnum tamen momentum in colligendis atque ad vnum conceptum reuocandis aegritudinum notionibus ſolidarum conſideratio habet, in quas fluidasque partes corpus humanum diuidere iam vſu receptum fuit apud veteres [b]); tunc autem maxime, quando conceptus de morbo mechanicum quid, *ſolidi laeſi*, *anguſti*, *laxi*, *ſtricti*, *rei luxuriantis*, et ſimiles notiones inuoluunt, non poteſt non generalis idea ad vnam vel alteram mutationum earum, quae ſolidis primo loco eueniunt, recurrere [c]). Parum tamen ad proximum genus,

z) *Τὰ αἴτια τὴν θεραπείαν ἐνδείκνυται.*
Cauſſae, quid factu opus ſit, indicant. GAL. *De Optima Secta.*

a) *Ἔνδειξις ἀπὸ τῶν τόπων, διὰ τὸ τινὰς μόνους πάσχειν ἐκεῖνο τὸ νόσημα.*
Indicatio a locis tunc deſumitur, ſi aliqui ex illis ſolis aliquem morbum habent. GAL. *De Locis Affect.*
Αἰσθητὸν ἔχοντες τὸν πεπονθότα τόπον, ἑλκυθέντες, ἀπόστημα ἔχοντες, φλεγμαίνοντες.
Quibus ad ſenſum locus aliquis afflictus eſt, vlceroſi, apoſtema habentes, inflammati. GAL. Ib. L. V.

b) *Τὰ ἴσχοντα καὶ τὰ ὁρμῶντα*, *Solidae*, *et*, *quae in illas impetum faciunt*, *fluidae hominis partes*, apud HIPPOCRATEM *Epid.* Libr. VI. Sect. 8. Aph. 19. exiſtunt.

c) Exemplo ſit *ἑνώσεως λύσις*, ſummum genus, quod ſub ſe comprehendit media genera, *τρῶσιν*, *ῥῆξιν*, *κάταγμα*,

genus, ex quo indicatio ipſa fluit, ſimilarium contemplationes [d]) conferunt, vtpote quae laxos nimis ordines ſiſtunt, et delineant quidem, at non definiunt. Quantum enim fieri poteſt, characteres generici deſumendi ſunt ab iis, quae ſunt notiora [e]), eo magis, cum in pathologia ſpeciali, ad quam potiſſimum τῶν ὁμογενῶν theoria ſpectat, de *ſimilari*, niſi ſimul ad *organicam* attendas, cogitari haud poſſit [f]). Quamuis autem cauſſa aliqua in ſolidis haerens genera morborum recte definit, hoc tamen mente tenendum eſt firmiter, a ſenſu aegroti ad partem affectam concludi neutiquam poſſe; vitium igitur in ſe habent generum conſtitutiones a ſingulis organis deſumptae, veluti, cum affectus *ſtomachicos*, *hepaticos*, *renales*, aliqui colligunt; ſiquidem ille, qui patitur, et in quo ſenſum mali aeger habet, locus morbi ſedes haud vbique eſt: Saepe cauſſa circumducta et mobilis, dolores aliaque mala ad

διαπήδησιν, διάβρωσιν, *vulnus*, *ruptum*, *fractum*, *quod per raros fluit parietes*, *vlcere exeſum*; ſequuntur abhinc ſingulorum ſpecies. Similiter ςενοχωρία, *viarum anguſtia*, genus eſt, ſub qua idea σύμφυσις, *coalitio*, συνίζησις, *collapſus*, patentibus in collateralia vaſa viis, θλίψις, *preſſio ob vicinum tumorem*, ἔμφραξις ἀπὸ πωροειδοῦς σώματος, *infarctus a calcario aliquo corpore*, collocantur.

d) De minimis ſolidorum fibris iam aliqua apud veteres extant. Ἶνες, *fibrae*, EROTIANO exponuntur, αἱ συντεθικαὶ τῶν νεύρων κτηδόνες, *minima. quae neruos componunt*, *ſtamina*. HIPP. L. *De Corde*, habet κνηδόνας τῆς ςερεῆς τῆς καρδίας, *minimas ſolidarum cordis partium fibras.*

e) Τὰ ἄπειρα ἐᾶν.

Quae ſcientia comprehendi nequeunt, linquenda. PORPHYR. *Inſtit.* L. II.

Ἀπόδειξις ἐκ τῶν ἡμῖν γνωριμωτέρων.

Demonſtratio fit ab illis, quae nobis ſunt magis cognita. ARISTOT. *Analyt. Poſter.* L. I.

f) Ἅμα τὰ ὁμοιομερῆ γίνεται καὶ ὀργανικά.

Similaria, et ex his compoſita diſſimilaria ſeu organica, conceptu vnum ſunt. ARISTOT. *De Gener. Animal.* L. II. c. 1.

ad aliquam partem referri poſſe viſa, excitat [g]), ſaepe ex conſenſu pars dolet [h]), eſtque ad dignoſcenda morborum genera, *idiopathiam* a *ſympathia* diſtinguere, res omnino vtilis et perquam neceſſaria [i]). Fit denique, quo ex vtroque morbus ſit, dubiumque maneat, vtrum plus alicui parti ſolidae, an plus humoribus per illam motis, cauſſa mali attribui debeat aut poſſit. Sunt propterea aliqui morborum ſummi conceptus inter pathologos recepti, qui genus ſane dici nequeunt, quandoquidem diſpares omnino cogitationes de cauſſis ac ſede cauſſarum vna comprehendunt. Febris genus eſſe nequit [k]), quam aliquando nec attendimus, nec metuimus, quin augemus. Nec dolor genus eſt [l]). Dyſpnoea caſus colligit diſſimillimos [m]). Multo minus id, quod

 ex

g) *Ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσιόντα σημεῖα αἱμοῤῥαγώδεα.*
Lumbi dolentes, dolor ad oſtium ſuperius ventriculi, ſignum ſunt fluxus ſanguinei, qui ano fit. HIPP. *Praedict.* L. 1.

h) *Στομαχικαὶ διαθέσεις τὸ ἐγκέφαλον εἰς συμπάθειαν ἄγουσι.*
Stomachi mala diſpoſitio cerebrum in conſenſum ducit. GAL. *Conſtit. Medic.*

i) *Πάσχει ἡ κεφαλὴ, ὅταν συμπαθεῖ τῇ γαστρὶ, νοσεῖ δὲ, ὅταν ἰδιοπαθεῖ.*
Patitur caput, quando conſentit cum ventre, aegrotat autem, cum ex ſe ipſo afficitur. GAL. *De Loc. Aff.* I. c. 1.
Τὰ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου μορίου γινόμενα πάθη.
Qui ex conſenſu cum alia parte oriuntur, morbi. GAL. Ib.

k) *Πυρετὸς ἐνεδρεύει πᾶσι τοῖσι ἄλλοισι νουσήμασι, μάλιστα δὲ φλεγμονῇ.*
Febris inſidiatur omnibus morbis, maxime inflammationi. HIPP. *De Flatibus.*

l) *Ἀλγηδόνες γίνεται ἀπὸ χολῆς· γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος· καὶ ὀδύναι παραπλήσιοι ἀπὸ πάντων τῶν νοσημάτων.*
Dolores fiunt a bile; fiunt etiam ex ſanguine; et dolores omnibus morbis haud procul abſunt. HIPP. *De Iudicat.*

m) *Δύσπνοια, κοιλίας, πνεύματος, ἥπατος, διαφράγματος, ἤ τινος ἑτέρου τόπου πάσχοντός ἐστι σύμπτωμα.* Diffi-

ex morbo aliquo priore, tanquam cauſſa ſua natum eſt, et, manente eodem, abeſſe poteſt, genus recte definiet [n]), eritque ſaltim aliqua circumſtantia; vtque illa, quae hactenus a me prolata fuerunt, colligam, genus proximum morbi illud eſt, quod et eundem definit ſtrictius, et indicationi proximae medicamentum quaeſitum pariturae ſufficit. Etiamſi autem ad inuenienda morborum auxilia illud ſit primarium, quo genus a ſpecie proximum recte definiatur, nondum tamen, cum hoc ita effectum fuit, totius aegritudinis ambitus patet; animus ad omnia contingentia aduertendus eſt ſedulo, vtpote quae, niſi morbum faciunt, eum tamen vehementer mutant, et ad ſpecialiorem indicationem, qua illa generalis illuſtratur, conferunt plurimum. Sunt autem eiuſmodi acceſſoriae morborum circumſtantiae ſane plurimae, atque ex multis illae prae reliquis notari merentur, quae conſilium medentis mutare quodam modo poſſunt [o]), id ſcilicet, quod accidit, deinde tempus morbi varium, eiusdemque duratio, malitia vel bonitas, ordo atque error, hinc anni tempus, regio, ipſiusque aegroti aetas vel temperies, quae circumſtantiae, niſi genus, generis tamen differentias definiunt, et conſilia medentium in omnes partes, quod ſapientis prouidique artificis eſt, poſſunt vertere. Ab hiſce morborum diſcriminibus, quae genus non quidem ſtatuunt, illud tamen illuſtrant, ſpecialiores deſumuntur differentiae.

Quod

Difficultas reſpirandi, ventris, flatuum, hepatis, ſepti, aut alius cuiusdam loci patientis, ſymptoma eſt. GAL. *De Optima Secta.*

n) Ἡ ἀποδεικτικὴ ἐπιςήμη ἐξ ἀναγκάιων, τὰ δὲ συμβεβηκότα ἐκ ἀναγκαῖα.

Scientia demonſtratiua ex neceſſariis; at ea, quae contingunt, haud neceſſaria. ARISTOT. *Analyt. Poſter.* Lib. I. cap. 6.

o) Ἐνδεικτικὸν τȣ̃ ἐναντίȣ.

Indicatio contrarii. GAL. *De Optima Secta.*

Quod ad *ſymptoma* attinet, etiamſi illud lato ſignificatu de omnibus, quae ſano homini contingunt, mutationibus accipi ſolet [p]), eſt tamen ſtrictiore ſenſu illud, quod, manente morbo, abeſſe poteſt [q]), atque ex illo, tanquam cauſſa ſua, naſcitur; quapropter etiam, vtpote cum haud eſt perpetuum, ad generis conſtituendi modos ne quidquam conferre poteſt [r]). Interea tamen ſymptomata tam ad cauſſam et ſedem morbi primarii intelligendam [s]), *veluti opthalmia cum deliriis notat phrenitidem*, quam ad motus naturae, cuius reſpectu vel critica ſunt et bona, vel vrgentia et mala, percipiendos [t]), deinde ad indicationem efformandam [u]) conferunt inſigniter.

p) Σύμπτωμα πᾶν, ὅ τι περ ἂν συμπίπτῃ τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν.
Symptoma, quidquid animali praeter naturam accidit. GAL. *De Sympt.* L. III.

q) Συμβεβηκὸς, ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς.
Accidens, quod adeſſe et abeſſe poteſt, ſine rei corruptione. PORPHYR. *Inſtit.*

r) Συμβεβηκὸς οὔτε γένος ἐστὶ, οὔτε διαφορὰ (εἰδοποιητικὴ), οὔτε εἶδος.
Quod accidit, nec genus eſt, nec differentia (ſpecifica), nec ſpecies. PORPHYR. *Inſtit.* c. 5.

s) Δηλωτικὰ τῶν αἰτίων συμπτώματα.
Symptomata cauſſas manifeſtant. GAL. *De Opt. Secta.*

t) Ὁ λογικὸς τὴν εὐχρηστίαν καὶ τὴν ἀχρηστίαν τῶν συμπτωμάτων εἰδώς.
Rationalis medicus ille eſt, qui ſymptomata, an ſalubria et iuuantia, an morboſa et nocentia ſint, nouit. GAL. Ib.

u) Λόγου χρεία, τοῦ διακρίνοντος, ἐφ' οἷς δεῖ συμπτώμασι τὴν θεραπείαν ποιεῖν.
Ratione opus eſt, quo diſcernatur, quibus ſymptomatibus medicina facienda ſit. GAL. *De Sectis.*
Ἀναιρουμένων τῶν παθῶν συναναιροῦνται καὶ τὰ συμπτώματα.
Ablatis morbis vna auferuntur quoque ſymptomata. GAL. *De Optima Secta.*

SPECIMEN TERTIVM.

DE CHARACTERE AD GENERA MORBORVM CONSTITVENDA OPTIMO.

Non vna extat ratio, propter quam opportunum, vtile ac neceſſarium eſt, morbos nomine discrepantes, inque ſyſtematibus auctorum ſingulari ſcriptione recenſeri ſolitos, in faſciculos colligere, illosque, veluti cauſſa proxima, et, quae abinde pendet, curatione conueniunt, ad certa quaedam genera conuocare. Non enim in littera aut voce aegritudinum ſimilitudo quaerenda eſt, ſed illi demum ſtatus praeternaturales ſub vno conceptu ſtabunt, quos character aliquis eſſentialis, adeoque perpetuus, ſine quo morbus eſſe nequit, et illo deleto vna tollitur, inuicem iungit et aliquo veluti familiari conſanguinitatis et affinitatis nexu combinat, etiamſi illi diuerſas corporis partes affligant, variasque actiones offendant. In iſta ſcilicet malorum corporis, ſecundum cauſſarum ſuarum communionem, collectione et mutua eorum ad ſe inuicem relatione ſingulare illud artificium ponitur, quo vitia quam plurima, etiamſi illa ſpecie externa eadem eſſe haud videantur, communi tamen methodo aliqua ſanare valemus. Et poſſet quidem iſtud commendationis argumentum pro ſyſtematica medicina collaudanda ſatis eſſe, quando illius beneficio artem longam ſub aliquo compendio, et, quae ſparſa ac diffuſa ſunt, vno conſpectu ſiſtimus, poſſetque ſola epitomes illius opportunitas vnumquemque ad praeoptandam ſynthe-

ſyntheticam aegritudinum contemplationem pellicere, etiamſi eruditioni, cuius tamen haud parum in idearum ſimilium comparatione ponitur, tribuere nihil vellemus. Enimuero cum vtile ac neceſſarium, tum etiam honeſtum eſt et ſapiente viro dignum, compaginare conceptus rerum, quas congeneres eſſe ſignorum conſenſio commonſtrat; atque eo magis iſtas ideas ad ſe inuicem referri fas eſt, quo certius ex earum mutua ad ſe inuicem relatione vera medendi methodus, quae ſimilium morborum communis curatio eſt, conſequitur. In iſthac ſcilicet malorum corporis familiaritate, eorundemque ſub ſummis quibusdam ordinibus collectione, therapiae generalis, quae *ſimilium affectionum erudita ad ſe inuicem comparatio*, et *ſanationis ad plures morbos, ſede ac actione laeſa dispares, vna pertinentis inuentio eſt*, natura ſiſtitur, cuius doctrinae ſynopticae neceſſitatem innumeri errores arguunt, qui ex ignorata ſimilitudine affectuum ſola ſua externa ſpecie diſcrepantium, atque ex falſa comparatione aegritudinum apparentem aliquam cognationem habentium, reſultant, quando ſola experientia edocti medici, *mox* ſingulis actionibus laeſis ſingula medicamenta, alia quidem ventriculo, alia vero iecinori vel lieni, matrici etiam alia, dedicata eſſe arbitrantur, quorum tamen viſcerum vitia, veluti illa ab vna cauſſa proficiſcuntur, communi medicina auferri poſſunt, ſi comparationis aut analogiae artem callemus, *mox* eadem ſanatione compeſcere intendunt morbos externa ſpecie tantum ſimiles, *febres*, *dolores*, *fluxiones*, quorum tamen cauſſae, et quod abinde pendet regimen, ſecundum differentias cauſales, toto coelo diſcrepant. Etiamſi igitur therapiae ſpeciali, *quae notiones genericas diſcerpit, et totidem artis titulos, quot diuerſae aegrotantium ſenſiones ſunt, conſtituit,* ſuus honor habendus ſit, plus tamen

eruditae meditationis, plus prouidentiae et perſpicaciae, plus expeditionis, quodſi aegritudines oppido rarae, mixtae et ſubinde etiam nouae obueniunt, generalis infirmitatum contemplatio habere poteſt, vtpote qua efficitur, vt momentum curationis, a quo ſalus aegroti, vrgente malo, pendet, inueniatur ſubito, et a circumſtantiis leuioribus, ad ſanationem proxime haud facientibus, diſtinguatur, vtpote ex qua illa quoque enaſcitur opportunitas, vt omni tempore ſalutare conſilium ſtatui poſſit, etiamſi morbus adhuc circa initia haeret, ſedes autem mali nondum liquet, et inter ſymptomata, quale ex pluribus primo loco curandum ſit, ambigitur; in quibus omnibus offendunt illi, qui morborum hiſtorias analytica methodo perceperunt, mutationes autem, quae in corporibus aegrotantium derepente et ſine lege ac ordine haud raro eueniunt, ad generalia ſanationum praecepta aeſtimare neſciunt. Quanto ſapientiores inque extricandis difficillimarum curationum nodis feliciores illi ſunt, qui in iſto intra humanum corpus turbine [a]), quando certa notio, quae morbum definiat, ſtatui nequit, cauſſas proximas indagare, nec ad litteram, ſed ad intellectum ſanare didicerunt; qua in re non poſſunt non proficere illi, qui id, quod in morbis, externa tantum ſpecie apparenter diſcrepantibus, ſimile eſt, eodem modo vertitur, non ignorant. Sunt enim varia corporis mala, quae, etiamſi diuerſis inſint partibus, diuerſasque actiones opprimant, eadem tamen lege reguntur. Eiusmodi actiones *ἀδελφέα παθή-*

a) *Ἀκατάστατοι πυρετοὶ, ἐφ᾽ ὧν μηδὲν ἐστὶ καθεστηκὸς καὶ βέβαιον, μὴ διασώζοντες ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς.*

Inſtabiles febres, in quibus nihil perpetuum et firmum eſt, quae nullam certam ſpeciem ſeruant. GAL. *Comm. IV. in* HIPP. *Libr. de Victu in morbis acutis.*

παθήματα [b]), *germanas paſſiones*, Graeci appellant, eadem ſcilicet cauſſa proxima, tanquam communi matre, genitas. Vt autem earundem cognationem, et quae ab illa pendet, curationis ſimilitudinem recte percipiamus, oportet nos ſignorum aut characterum, quibus diſpares viſi affectus ſe cauſſali nexu iungi oſtendunt, eſſe ſtudioſiſſimos. Eiusmodi ſigna, quae certae alicui morborum familiae propria ſunt, ὁμολογέοντα [c]), *conſentanea*, dici legimus, talia ſcilicet, quae aliquam veluti conſenſionem inter pathemata diuerſae ſedis ſtabiliunt, et gentilitium aliquem characterem conſtituunt, quo genera, ad proliciendam bonam indicationem apta, ordinari, ipſique morbi, quos therapia ſpecialis ſparſim et ſub laxioribus ſeriebus tradit, breui aliquo ſchemate ſiſti poſſint. Eſt igitur boni characteris virtus in eo poſita, quo id, quod natura idem eſt [d]), quodque ex eodem fonte ſcaturit, atque iisdem auxiliis tollitur, ad vnam ideam reuocare, quodque alienum eſt ac veluti ſpurium, in diuerſa capita ablegare poſſimus, certique ponantur limites, intra quos verae contineantur ſimilitudines; id quod *definire* dicitur. Eſt enim definitio idearum, quae in ſupremo aliquo genere conſpirant, ad ſe inuicem comparatio, et in

 ali-

b) Ἀδελφέα παθήματα dicuntur *conſimiles* et *germanae affectiones*, quaeque inter ſe cognationem habent. HIPP. Lib. I. *De Morbis Mulierum:* Πολλαχῇ δὲ ἠδέλφισαι τὰ ἕτερα τοῖσιν ἑτέροισιν, *Saepe morbi morbis ſunt ſimiles.* HIPP. *Libr. De Fracturis*, vbi ἠδέλφισαι, *germanum eſſe*, exponit GALENVS ὁμοιοῦσθαι, οἰκοῦσθαι, κοινωνεῖν, συγγένειαν ἔχειν, *aequari, iure familiae iungi, conſpirare, congenerem eſſe.*

c) Ὁμολογεῖν, ἁρμόττειν, συμφωνεῖν, in morbis id eſt, quod *eidem ſtirpi addictum eſt.* Τοῦτο σημεῖον τουτοῖσι ὁμολογέον ἐστί, *Hoc ſignum his morbis familiare eſt.* HIPP. *Prorrhet.* L. 2.

d) Ἡ ὑπάρχει τι ταὐτὸν, ταύτῃ ὅμοια ἐστί. Si quid idem eſt, tunc ſimilitudo eſt. ARISTOT. *Topic.* Libr. I. c. 14.

aliquam dicendorum ſummam collectio, ſecundum quam id, quod de vna, idem etiam de altera affirmetur vel negetur [e]). Propterea characteres, quibus ad circumſcribendos morborum ordines vtimur, aliquam habere oportet latitudinem, quae varias vnius familiae ſtirpes contineat, differentialibus aliis ac ſubordinatis ſignis a ſe inuicem poſtea diſtinguendas [f]). Proinde, vt character bonus ſit, quo ille omnibus ſpeciebus ſub aliquo genere morborum comprehenſis reſpondeat, requiritur. At vitium eſt in omni morborum genere, ſi character eius nimia latitudine patet, nocetque conceptuum laxitas, quoniam ab illis proxima ad indicationem via non eſt. Haec ratio eſt, quod mutationes, in ſimilaribus factae, bonum genus, quoniam illa ideae nimis amplae ſunt, haud conſtituant, ſiquidem iſtis abſtractis meditationibus cauſſa proxima haud ſiſtitur, nec quaeſitum remedium prono alueo ex illis fluit [g]). Prae ceteris autem ad indolem boni characteris generici id exigitur, quo ille per eſſentiam inſit et totam

e) Ὅροι δι᾽ ὀλίγων πολλὰ διδάσκειν δύνανται.

Definitio paucis multa docere poteſt. *Auctor Defin.* GALENI.

Ὅρος ἐςὶ λόγος δηλωτικὸς, ποῖον ἐςὶ ἐκεῖνο, καθ᾽ ὃ ἐςιν ὁ λόγος.

Definitio ſermo eſt, oſtendens, quid illud ſit, de quo agitur. *Ibid.*

f) Διορισμός ἐςι πράγματος, ὡς καθόλȣ λεγομένȣ, κατὰ πρόσθεσιν περιαγωγή.

Diſtributio ſeu diſtinctio eſt rei, in vniuerſum praedicatae, addita differentia, in partes diuiſio. *Ibid.*

Διαφορὰ εἰδοποιή.

Differentia ſpecifica. PORPHYR. Lib. II.

Ἴδιον διαφορᾶς, ὅτι ἅυτη μὲν ἐπὶ πλειόνων εἴδων λέγεται.

Differentiae proprium eſt, de pluribus ſpeciebus dici. PORPHYR. *Inſtit.* c. 12.

g) Ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τὰ παθήματα.

In compoſitione ſola morbus. GAL. *De Morb. Differ.* Libr. I.

tam morbi naturam hauriat, nec, niſi perſanato morbo, euaneſcat. Mutabiles enim illae conditiones, quae non vt cauſſa, ſed tantum vti circumſtantia vel occaſio, concurrunt, veluti eſt, ſenem vel puerum, marem vel feminam eſſe, ſignum genericum valide conſtituere haud poterunt. Optandum foret, quo inter virtutes boni characteris nominari quoque poſſit euidentia: allaborandum certe eo omnibus modis eſt, vt id, quod ſigni loco eſſe debet, ſenſibus, quousque illud fieri poteſt, reddatur perceptibile; et ſunt quidem in vna quauis morborum familia ſatis manifeſtae ſignificationes, quae aliquam eorum ad ſe inuicem relationem produnt, in febribus caloris pulſuumque mutationes, in tumoribus aequalitatis h), in morbis, iacturam ſubſtantiae inuoluentibus, vnionis laeſio i). Nec minus videntur ad ſe inuicem referri poſſe, quae eandem aliquam actionem debilitant vel auferunt, vel eidem alicui parti inhaerent, infirmitates, poſſuntque iſtae claſſium inſcriptiones vtiles eſſe, ſimplicem morborum hiſtoriam, ſine vllo ad medicamenti inuentionem reſpectu habito, tradituris. Enimuero artem facientibus alio ſigno characteriſtico opus eſt, illo ſcilicet, quo quaeſitum remedium, quod pluribus conge-

h) *Μείωσις τȣ̃ μεγέθȣς.*
Decrementum voluminis. GALEN. *De Differ. Morb.* Libr. I.
Διάπλασις ἐμποδισθεῖσα.
Situs laeſus. GAL. Ibid.
Ἄυξησίς τις ἄμετρος.
Augmentum praeter menſuram. *Ibid.*
Τὸ φύσει λεῖον τραχυνθέν.
Quod natura laeue eſt, aſperum. *Ibid.*

i) *Ἑνώσεως λύσις, διαφθορὰ ἑνώσεως, συνεχείας λύσις.*
Vnionis laeſio, iactura vnionis, continui ſolutio. GAL. Ib. L. II. c. 1.
Τρῶσις, ῥῆξις, διάβρωσις.
Vulnus, ruptio, eroſio. GAL. Ib. L. III. c. 5.

congeneribus morbis vtile eſſe poſſit, vna indicatur [k]). Igitur ad ſummas ſtatuum praeternaturalium ideas hauriendas cauſſa proxima nihil poteſt eſſe efficacius. Habet enim illa omnes adductas boni characteris virtutes, vniuerſalitatem, perpetuitatem, optimi conſilii inuentionem, etiamſi illi haud raro deſit euidentia, quam ſagax coniectura, ſecundum effectus cognitos inſtituenda, ſupplere poteſt. Ad hanc vbique reſpexerunt veteres, veluti, cum ſynopſin morborum proxime traditurus ſum, oſtendi poſſe arbitror, atque illi in morborum definitionibus tradendis, non tam actionem laeſam, quam conditionem [l]), ſub qua actio mutata fuit, reſpiciunt. Etiamſi enim locus affectus et ſedes morbi, et organum, cuius actio laeſa eſt, ad genericam infirmitatum contemplationem haud parum conferat, quando, vtrum mutatio aliqua, in extremis vaſorum apicibus [m]) inque genere neruoſo aut lymphae viis facta ſit, haud raro diſpicimus, ſiquidem et plerique conceptus morborum, quibus manu medemur, ad ideam ſedis partisque affectae reuertuntur. Vniuerſalis tamen character ille, qui a locis deſumitur, dici nequit, ideo, quod aegritudines in ea, quae patitur, parte ſemper haud ſedent, ſed conſenſus tantum lege illi traduntur [n]). Praeterea, quan-

k) *Τῆς αὐτῆς ἀγωγῆς νόσους* appellat HIPPOCRATES illos *morbos*, *qui eadem conductione*, etiamſi diſpares ſint, *expediuntur. Epidem.* Lib. VII.

l) *Ἡ νόσος κατασκευή τις παρὰ φύσιν, ὑφ᾽ ἧς ἐνέργεια βλάπτεται.* Morbus eſt conditio aliqua praeter naturam, ſub qua actio laeditur. *Auctor Definit.* GALENI.

m) *Παχέων καὶ γλίσχρων ἔμφραξις ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων.* Spiſſorum et mucidorum infarctus in finibus vaſorum. GAL. *De Locis Affectis* L. V.

n) *Πάσχει ἡ κεφαλὴ, ὅταν συμπαθεῖ τῇ γαστρὶ, νοσεῖ δ᾽ ὅταν ἰδιοπαθεῖ.*

Pati-

quando de organo affecto agitur, non tam de illo, quam de cauſſa intra illud abſcondita, aut ad illud transuecta, aut per illud mota, diſpicitur. Quodſi ergo euictum eſt, ſumma malorum corporis (nam animus nude acceptus cenſurae medicorum non ſubeſt) genera, eaque ad artem faciendam vtilia, e cauſſis proximis peti oportere, confectum quoque eſſe arbitror, characterem genericum illum, qui a cauſſis effectum proxime antecedentibus petitur, eſſe optimum, vtpote qui omnibus corporis mutationibus, ſub diuerſo quoque tempore conſideratis, reſpondet. Nec obſtat multas aegritudines in priuatione poni, atque vel a motoris [o]), vel ab humorum vitalium [p]) parſimonia aut inertia proficiſci, vt propterea cauſſam aliquam malorum ſemper adeſſe oportere haud videatur, ſiquidem et in priuatione conſiſtere aliquae ex cauſſis poſſunt [q]). Multo minus

Patitur caput, quando conſentit ventri, aegrotat autem, cum cauſſam morbi in ſe ipſo habet. GAL. Ib. Lib. I. c. 1.

Πρὸς ἄλληλα τῶν μορίων κοινωνία.

Partium mutua conſenſio. GAL. *De Morb. Differ.* Lib. I.

o) Σβέννυσις τῦ θερμῦ καὶ νέκρωσις.

Extinctio caloris et vitae priuatio. GAL. Ib. Lib. 2. cap. 3.

p) Στερητικὴ τῆς τρέψεως, ἀτροφία.

Priuatio nutritionis, atrophia. GAL. Ib. L. 3. c. 4.

q) Ἐπ᾽ ἐνίων ἀναγκαῖον καὶ ἀποφάσει (χρῆσθαι) τὸν ὁριζόμενον, οἷόν ἐςι τῶν ςερήσεων· τυφλὸν γὰρ τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, ὅ τε πέφυκεν ἔχειν: Διαφέρει δ᾽ ὐδὲν ἀποφάσει διελεῖν τὸ γένος ἢ καταφάσει.

In quibusdam vtile eſt et negatiua vti illum, qui definiturus eſt, ſicut eſt in illis, quorum natura in defectione ponitur. Caecum enim eſt, quod aciem haud habet, habere autem natum eſt: Differt autem nihil, negando aut affirmando genus diſcernere. ARISTOT. *Top.* Lib. VI. c. 3.

nus inconſtantia morborum, eorumque ſub variis durationis ſuae temporibus diuerſitas, vel eorundem mixtio, et ſymptomatum aut pathematum, a diuerſa cauſſa, eodem tempore, incidentium concurſus [r]), ſyſtematis methodici ordinem infringere poterit. Etiamſi enim facies et cura aegritudinum ſub diuerſa ſtatione alia ſit atque alia, vulnus, cum ſanatur, in abſceſſum, vlcus in vulnus vertatur, atque ex morbis haud pauci in aliud ſchema transmutentur [s]), vel noui quoque aliqui obuenire quandoque poſſint [t]); Etiamſi quoque res ita ſeſe habeat, quo in curationibus plus ſaepe ad ſymptomata, quam ad morbum reſpici oporteat, vt propterea nulla fere lex ſit, quae, quod in eodem morbo factu vbique opus eſt, praecipiat, videaturque nec ordini, nec generum enumerationibus locum concedi poſſe, nec characteres dari perpetuos, qui, non dicam paucioribus morbis, ſed ne vni quidem, conſtanter inhaereant, quando indiuiduorum diſparitas perpetuum quid in morbis eſſe haud ſinit; tantum tamen abeſt, vt iſtae malorum corporis ἀλλοιοτροπαὶ, et polypo verſatiliores inconſtantiae characterum, quibus ſimilia ſimilibus addicuntur, generalitatem infringant, vt potius in tanta caligine, luce, quae cauſſarum cognitione accenditur, plus atque magis opus eſſe, euidenter exinde compareat. Sit enim ita, quo morbi immutata fuerit facies,

r) *Ἄθροισμα τῶν συμπτωμάτων, ὃ συνδρομὴν καλεῖν εἰθισμένοι εἰσὶν.*

Collectio ſymptomatum, quam ſyndromen vocare ſolent. GAL. *De Sectis ad Introducendos.*

s) Νόσος ἄλλος ἐξ ἄλλου γινόμενος, *Morbus alius ex alio factus, transfiguratus,* *μετασχηματιζόμενος.* HESYCHIVS ſub voce ἀλλοιοῦσθαι, *in alium ſpeciem verti.*

t) *Noua morborum genera, in quibus vſus nihil adhuc oſtendit.* CELSVS *De Re Medica,* Praef.

cies, quid inde eſt argumenti, propter quod bona methodus, et ordo cauſſalis ſubſiſtere non poſſit? Nouus ille morbus, ex veteri factus, nunc ſecundum legem illius, ad quam transfugit, morborum familiae curabitur, habebitque ſemper bonus cauſſarum indagator gnomonem, amuſſim, regulam, quibus vti ad pathemata mixta, ſuis capitibus adiudicanda, poſſit. Ne autem quis circa cauſſas proximas, quas generis, indicationem producentis, characterem optimum eſſe diximus, ambigat, ſcire fas eſt, non eas forte proximas dici, quae parti ipſi, in qua mali ſenſio eſt, inſunt, ſed veteres ὁμοεθνίην u), *familiaritatem* illam morborum prae ceteris valde vrgent, quae a communione partium oritur; nec omnes cauſſae, quae proxime ad effectum ſunt, (poſſunt enim plures vna adeſſe,) genus aequaliter definient, ſed illa tantum claſſem indicit, quae ex pluribus eſt valentior x), et quae momentum ipſius curationis tradit, debentque propterea in generibus morborum definiendis medici eſſe exquiſitiſſimi, ſiqui-

u) Ὁμοεθνίη, *gentilitas* et *cognatio*, equidem morborum paritatem quamuis, quae a cauſſarum communione pendere poſſet, ſignificat, ſingulariter tamen accipitur ab HIPPOCRATE de partibus conſenſus lege inter ſe iunctis, et ſuas affectiones ſibi inuicem tradentibus. Τοῦτο δ᾽ ὁποῖον ἄν τι πάθῃ τὸ σμικρότατον, ἀναφέρει πρὸς τὴν ὁμοεθνίην, ἕκαστον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ, ἤν τι κακὸν, ἤν τι ἀγαθόν. *Etiamſi minima pars fuerit, ſi quid illa patitur, transfert, ſecundum familiaritatem, ſingula, ad eam, qnae ipſi cognata eſt, ſiue bonum, ſiue malum id fuerit. De Loc. in Hom.*

x) Αἰτίη ἰσχυρὰ, *cauſſa praeualens* et *fortis*, dicitur HIPPOCRATI, quae ſua praeſentia morbum facit, abſentia ſua eundem tollit. Δεῖ δὲ δήπως ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι, τῶν παρεόντων μὲν τὸ τοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ, εἰς ἄλλην κρῆσιν παύειν. *Haec ſiquidem oportet cuiusque morbi cauſſas arbitrari, quibus quidem praeſentibus, iſtam mutationem fieri oportuit, in aliam autem temperaturam mutatis, quieſcere. De Vet. Medic.*

ſiquidem minima res, quae eſſentiam cauſſae proximae mutat, genus quoque et curationem abinde pendentem, conuertere poteſt y).

Iſthanc morbos in claſſes et genera redigendi peritiam illi demum ſibi acquirere poſſunt, qui partium corporis humani mutuas conſenſiones et generales cauſſarum affectiones, omni ſtudio ſibi reddiderunt cognitas. Hiſce enim adminiculis ſuffulti, curationis modos, qui pluribus aegritudinum ſpeciebus communes intercedunt, inuenire poterunt faciliter, poteruntque, cum recta conſcientia, ſub artis ſecundum leges probatas exercitio, boni et rationalis medici famam lucrari certiſſime.

y) Qui, ſub ſummo comparationis cauſſarum rigore, iidem morbi ſunt, ἀκριβέες, *genuini*, *veri*, dicuntur. Τριταῖος ἀκριβὴς, ὡς ἄν τις ἄποι γνήσιος, *Febris tertiana exquiſita*, *veluti ſi aliquis diceret*, *legitima*. GAL. *Lib. I. ad Glauc.* Sic Eryſipelas GALENO *Lib. XIV. Meth. Med.* ἀκριβὲς illud dicitur, *quod febrem exquiſitam comitem habet*, cuius reſpectu aliud eſt ἐκ ἀκριβὲς, ἀλλ᾽ ἤδη πως φλεγμονῶδες, *haud exquiſitum*, *quod debilia inflammationis ſigna habet. ibid.* Eiusmodi *morbi affines* dicuntur et in curatione haud parum diſcrepant, cum cauſſa proxima eadem prorſus haud ſit; id quod Graeci, praefixa τȣ̃ παρὰ, quae ſpurium quid notat. particula, ſignificare ſolent. Ὀυχ ἁπλῶς, ἀλλὰ παρακείμενον καὶ πλησιάζον, *non aliquid ſimpliciter tale*, *ſed quod propius eſt*, *et vicinum.* Sic vbique occurrunt, παρακυνάγχη, παραφροσύνη. παραποπληξία, et ſimiles, non congeneres, ſed tantum affines morbi.

SPECIMEN QVARTVM.

DE NOTIONIBVS SIMPLICIBVS AD CONSTITVENDOS MORBORVM ORDINES EX SOLIDORVM INDOLE.

Poſtquam de conſtituendi generis infimi, quod ſtatim ſuas ſpecies ſub ſe contineret, deque boni characteris hunc in finem neceſſarii rationibus, in praecedentibus proluſionibus aliqua commentatus eſſem, cogitanti mihi, qua ratione diſperſi per pathologiam ſpecialem morbi colligi ad ſe inuicem et ita ordinari poſſent, quo vnus ſit intuitus aegritudinum, eandem indicationem exigentium, variae obuenerunt difficultates, propter quas hoc ita facile fieri haud poſſe intellexi. Veluti enim nulla, etiam in rebus, eandem ſemper faciem habentibus, in genera et claſſes redigendis, lex tam firma tamque ſtabilis reperitur, vt illa, ſi quando methodus aliqua erigenda eſt, omnibus exemplis apte reſpondeat, veluti ordinum in regno vegetabili et animali inque omni rerum foſſilium ambitu conditores ſuo magno incommodo experiuntur, vt materiem ſui ſyſtematis vbique obſequioſam haud inueniant, ſed variae ſpecies, in diuerſum genus propendentes, vbique occurrant; Ita multo minus effectus morboſi non tantum in ſemet ipſis, ſed etiam fere in ſingulis indiuiduis diſpares et mira varietatum diſcordia ludentes, ſeſe, veluti ad amuſſim, regulam ac circinum componi inque familias et claſſes conſtanti aliqua ra-

tione componi ſinunt, adeo, vt de generibus inter illos conſtituendis fere deſperandum ſit, niſi pro ordinis fundamento cauſſa proxima, inter quam et morbum porro nulla alia eſt, ponatur, reliquae autem circumſtantiae, quam variae etiam illae eſſe poſſint, a definitione excludantur. Etiamſi autem conditionem, quae aegritudinem proxime efficit, pro charactere genuino claſſium conſtituendarum accipere velis; non tamen admodum frequentes ſunt notiones eiusmodi ſimplices tamque ab omni mixtione alienae, quibus opus eſt, vt ſpecies habeas, ad ſuum genus vnice, nec forte etiam ad aliquod aliud vna referendas; ſed plerique tituli generales, quos nunc habemus, ita ſeſe gerunt, vt multiplicem reſpectum ad cauſſas plures, in eundem effectum conſpirantes, oſtendant, inter quas, quae proxima dici poſſit, non ſtatim liquet. Eiusmodi notiones mixtae ſunt, et ad genera quidem ſuperiora ſtabilienda conferunt, infimum autem genus, a quo ſtatim ſpecies nominari incipiant, definire nequeunt ideo, quod ſunt laxae, et nouas ſemper meditationes ac diuiſiones poſtulant, eamque ob cauſſam illum finem haud aſſequuntur, qui in indicatione aliqua, ad omne exemplum extendenda, ponitur. Ita enim comparata debet eſſe inſcriptio, qua integram aliquam pathematum ſeriem ſignificare atque vnam et eandem medendi rationem illi dedicare volumus, quo, qui ſemel aſſumtus eſt titulus, quo id, quod ſemel agnitum eſt, indicans, ſine aliorum concurſu, naturam omnium ſuarum ſpecierum, quacumuis in parte corporis illae ſedeant, quamcumuis actionem laedant, exhauriat. Talis conceptus ille eſt, quem nobis, *vas, toto ſuo lumine orbatum, error loci* et ſimiles aliae morborum plurium notae generales, non tamen generaliores vel generaliſſimae, exhibent. Abiiciendus tamen etiam in his fere eſt

animus, nec confidendum, fore, quo vlla notio ſimplex inueniatur, ſi effectus morbi cum morbis ipſis confunderemus; Nullus enim ex omnibus eſt, quin ſua ſecum ferat ſymptomata, quae aliquando priores quoque curas poſtulant. Namque, ſi in antea adductis ſimplicium cogitationum proximam cauſſam definientium exemplis perſiſtendum eſt, ambigit animus, plusne ad reſiſtentiam, cordi ob tranſitum humoris per ſua viſcera impeditum ortam, quam ad ipſum impedimentum reſpici oporteat, plusne opus ſit, ſequelam morbi et effectus eius, veluti bilis moram in hepate duro aut molimina haemorrhoidalia abinde orta, in morbi definitionem admittere. Qua in re ſi ambigere voluerimus, et niſi illud momentum, in quo proceſſus cogitationis definit, pro obiecto noſtrae curae ad medicamentum inueniendum agnoſcere velimus, empiricorum, qui ſymptomaticam indicationem cauſſali priorem ſemper faciunt, ignominiam non ſumus euitaturi. Namque nullum cogitationis argumentum principium aliquod eſſe poterit, quamdiu diſcerpi in varias ideas nouas poteſt. Qua de cauſſa multi conceptus, qui diuerſos nomine morbos comprehendunt, et illis ſatis generale medicamentum pariunt, nondum tamen ita comparati ſunt, vt opus ſit in illis ſubſiſtere et vltra meditando haud procedere. De *febribus* nihil moneo, quas in plerisque pulſuum celeriorum effectibus plus ſymptomata, quam morbum, id eſt, proximae cauſſae effectum ipſum, ſaepe non morbum, ſed morbi medicinam eſſe, nouimus. *Spaſmus* nondum eſt extrema notio, ſed diuerſas alias ante ſe ideas, exinanitionem nunc, poſtmodo ἐρεθισμὸν ceu ſtimulum, agnoſcit. *Debilitas* commodam aliquam ideam ſiſtit, quae multas variarum actionum laeſiones exhaurit, ſed ſimplicitatis notam, qua ad principium opus eſt, omnino haud habet; Namque

in partes eundum de nouo eſt, et, quam varia huius adynamiae cauſſa ſit, an liquidi vitalis cuiusdam iactura, an mouendorum moles, an iter ſpiritibus ad partes abituris praecluſum, diſpiciendum; ſiquidem ſub hiſce conditionibus, tota ſua natura, proinde etiam ipſa quaeſita indicatione diſcrepantibus, debilis aeger eſſe ſolet. Eiusmodi notiones tale genus non exhibent, quod porro nunc nihil aliud, quam ſimiles omnino ſpecies ſiſtat. Et genus quidem ponunt iam ſatis arctum, at non arctiſſimum. Sunt quidem minus latae et generales, quam illae *methodicorum* CELSI, quibus *ſtrictum et laxum, aut quod vtrinque medium eſſet*, nominaſſe ſatis erat; ſed non ſunt ſimplices ſatis, quo curioſus cauſſarum indagator in illis ſibi ſubſiſtendum eſſe putare poſſit. Huic non ſatisfaciet *fluxionis auctae* idea, licet optima ceteroquin ſit; namque mixta eſt, mox ad debilitatem, mox ad robur auctum, mox ad continui laeſionem reuertens. Quamdiu ergo conceptus aliquis in alios ſe ipſo anguſtiores reſolui poteſt, nondum erit quaeſita ſimplex notio, ad familias morborum eadem methodo ſanandorum conſtituendas apta. Quousque autem in iſta idearum diuiſione procedendum ſit, ſcire omnino eſt neceſſarium. Habet enim illa ſuos limites, quos eſſe arbitror illos, quando ſub continuata meditatione porro, praeter τὸ ὕψος et ſublime, quod ad artem exercendam conferre quidquam poſſit, inuenire nihil licet. Subſiſte, ſi metaſtaſin, quae ad corporis ambitum tendit, pro principio quaeſito ad familiam exanthematum conſtituendam aſſumſeris, eaque putridum quid eſſe poſueris, de cetero, qualis iſtius materiae textura ſit, parum ſolicitus. Age igitur, videamus, an eiusmodi notiones ſimplices inueniantur, in quibus medicus acquieſcere poſſit, poſſitque illas, in morbis, etiamſi nomine, actione

laeſa

laeſa et parte affecta diſcrepantibus, dummodo vnius infimi generis ſpecies ſint, inueniendi medicamenti ad ſimiles aegritudines quasuis ſeſe extendentis gratia, proponere. Tales intendebat HIPPOCRATES, quando κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι, *ideas morborum ſecundum vniuscuiusuis indolem diuidendas et ſeparandas eſſe*, iubet, vt, etiamſi nomina eorum ſint multiuaria, in aliquo tamen paritatis ſymbolo conuenire illi eademque methodo procurari poſſint [a]). Aliquae autem earum ex illis mutationibus praeter naturam, quae circa partes corporis ſolidas oriuntur, peti poſſunt, atque ita ſeſe gerunt, vt, cum porro ſint indiuiſibiles, in earum contemplatione ad morbos ſimiles ordinandos et in ſingularem aliquem veluti faſciculum colligendos medicus ſubſiſtere nunc poſſit. Reliquae ad *humores*. De illis primo loco agam, neceſſarium haud eſſe arbitratus, quo moneam, cum hoc in ſcholis receptum et vſu peruulgatum ſit, quando ſolidae partes ſeorſim nunc adducuntur, eas ideo ſeparatim nominari nunc, quandoquidem, etiamſi fluida ab illis

a) Vtramque methodum morbos ordinandi, et *analyticam*, et *ſyntheticam*, eleganter ita exponit HIPPOCRATES L. *De natura humana:*

Τουτέων μὲν πρῶτον κατὰ νόμον τὰ ὀνόματα διωρίσθαι, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τὸ αὐτὸ ὄνομα εἶναι, ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι.

Ex his primum eſt, ſecundum legem, nomina diuidere, vt nulli morbo idem nomen ſit; (*en methodum analyticam.*) deinde autem ſecundum vniuscuiusque naturam ideas ſeparatim conſiderare. (*en ſyntheticam, quae rem reſpicit, non nomina.*)

Ita quoque capienda ſunt, quae habentur L. *De Arte:* Νομοθετήματα τῆς φύσεως ὀνόματα. *Ex natura rei morbis imponenda ſunt nomina.* Et paullo poſt eleganter et argute: Τὰ δὲ εἴδεα οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ βλαστήματα. *Notiones de morbis non ſunt poſitiones aliquae alicui veluti legi addictae ſtabili ac perpetuae, ſed veluti germina meditationis.*

illis ex toto ſeparari cogitando nequeunt, in generis vltimi definitionem ſolae admittuntur. Oportet autem aliquas notiones, quae primo intuitu ex ſolidorum indole eſſe videntur, ſtatim ablegari ad conceptus genericos, quos nobis mutationes, in humoribus praeter naturam occurrentes, ſiſtunt. Namque etiamſi *debilitas* ad rationes ſolidorum referri poſſit, organi agentis ſcilicet imperfectionem ita inuoluens, vt eius minimus niſus erga mouenda hanc notionem exhaurire poſſe cenſeatur iſtam rem ex ſolius machinae lege conſiderantibus; etiamſi etiam *niſus maior ſolidi*, quam ille requiritur, quo fluida moueantur, et *robur auctum* ſub cenſuram ſolidi cadere non minus poſſit; id quod ſi ita ſeſe haberet, multae aegritudines, ex capite *de liquidis morboſis* transfugae, in morborum a *mutato ſolido* ortorum caſtra abiturae ſunt: Attamen, cum et virium defectio, et earum morboſum augmentum, ad motorem plus, quam organon motus attineat, et vtrumque ex ſpirituum lege aeſtimari oporteat; nihil quidquam cauſſae eſt, propter quam id, quod liquidorum vitalium res eſt, ſolis vaſis aut illis excellentiori modo tribui debeat. Nec anaſtomoſis, veluti eam pathologi accipiunt, ſeu vitioſa extremi vaſorum oſtii apertura, transmittens retinenda liquida, etiamſi hoc ita ſeſe habere videatur, ex indole mutati ſolidi recte explicatur, cum debilitatis ſit ſpecies. Ab his igitur ſi diſceſſero, notiones variae ex natura mutati ſolidi, atque illae ſimpliciſſimae, ad claſſes morborum infimas inſtruendas poterunt inueniri. Veluti ergo in ſynopſi quacumuis anguſtiſſimas notiones, hinc anguſtiſſima oportet eſſe genera, quae porro nihil quidquam aliud, quam ſpecies ſub ſe comprehendant et methodum medendi conſtituant per omnes iſtas ſpecies perpetuam, licet eandem ſymptomatum, quae tamen genus non mu-

mutant, contemplatio in accidentibus; quodammodo mutare poſſit: Ita quoque nunc, quando eiusmodi ideae ex ſolidorum indole petendae ſunt, inueniendae erunt inſcriptiones et ſummi tituli, debito ſignificandi valore gaudentes. Nondum autem ipſa illa quaeſita genera nunc propono, ſed materiem ſaltim colligo et ordino, ex qua illa deinde conſtrui poſſint, ita ſcilicet comparata, vt non tantum varias *partium internarum* affectiones in ſeſe recipere, ſed et illos morbos, quibus *manu medemur*, et hos quidem prae ceteris, ordinare poſſint. Et primo quidem loco occurrit illa notio, quae *corpora viua*, *in corpore viuo* nata, velut illa morborum cauſſas ſua praeſentia ſiſtunt, in ſeſe continet. Hanc ideam HIPPOCRATES iam habuit, eamque ego nunc, tanquam certae morborum familiae ſymbolum, aſſumo. Sunt autem *viua corpora* in homine aliqua *ſecundum naturam*, foetus puta, cuius impedimenta illi, quo minus naſci commode poſſit, poſita, in vno conſpectu conſtituta, ſi a ſymptomatibus recedas, manuum operam et totius artis obſtetriciae praeſidium poſtulant; aliqua *praeter naturam* [b]) illis innutriuntur, *vermes* puta, quos, diuerſo in corporis loco natos, mox ex ouulo muſcae, viuam carnem appetentis, ſub cute inque vlcere genitos, mox tubo alimentoſo quacunque de cauſſa inna-

b) *Τὰ ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν ἱςάμενα, ἕλμινθές τε καὶ ἀσκαρίδες.*

Quae in corpore per ſe ſubſiſtunt, et tota natura aliena ſunt. GAL. *De Cauſſ. Morb.* I.

Δρακόντια inter Aegyptios deſcribit PAVLL. Lib. IV. cap. 59: *καθάπερ ἑλμινθώδη τινὰ ζῶα ὑπὸ τῷ δέρματι συνιςάμενα καὶ κινέμενα.* *Veluti vermicularia quaedam animalia ſub cute nata et ſeſe mouentia.*

Τίκτεται πολλάκις ἐν τῇ κεφαλῇ φθειρῶν πλῆθος.

Naſcitur ſaepe pediculorum multitudo in capite. ORIBAS. Lib. IV. *ad* EVNAPIVM.

innaſcentes, variarum afflictionum, nunc in vnum genus conuocandarum, auctores, et vna medicina, veneno ſcilicet, quod tamen homini venenum non ſit, e medio tollendos. Hos igitur morbos *animatos* c) dici, nihil impedit, quandoquidem cauſſam, ſua propria vita gaudentem et in homine genitam, agnoſcunt. Horum reſpectu reliquae cauſſae morborum erunt *inanimes*, cum nulla earum ſuo proprio motore ad nocendum compellatur, ſed vel *defectione*, vel *praeſentia* ſua, in rationibus mechanicis, phyſicis, chemicis, noceat. Quodſi igitur ex defectionis idea aliquod ſingulare genus morborum, ad ſolidorum legem aeſtimandorum, nunc conſtituendum eſt, illi occurrunt, qui in iactura partis cuiusdam earum, quae reliquis ad vitam minus conferunt, conſiſtunt, nec tam ſanari, quam ſaltem leuari ſupplementis poſſunt: Haec in vniuerſum *κολοβώματα* Graecis d), *curta* Latinis e) dicta fuerunt. Quodſi autem notiones genericas, quae in praeſentia *alicuius rei praeter naturam* conſtitutae ſunt, mecum perpendo, pro mea imaginationis facultate, quam vlli legem eſſe nollem, conceptus oriri intelligo, quos ad ſpecies morborum ſolidi colligendas non omnino ineptos eſſe puto, vtpote qui etiam methodum ſanandi multis aegritudinibus, nomine et parte affecta ceteroquin diſparibus, communem ſtabilire poſſint. Primo loco mutationes illae ſeſe offerunt, quae ad *vnionem* et *continuitatem* partium attinent. Aliquando illa morboſa eſt et partes vnit, quas diſcretas eſſe oportebat; Hanc notionem *prosphyſin* nominabo *vitioſam*, quandoquidem Graecos hac voce, quando malas partium cohaeſiones inducunt,

c) Τὸ *θηρίον morbus animatus* HIPPOCRATI eleganter dicitur, exponente GALENO.

d) GALENVS *Method. Med.* Lib. XIV.

e) CELSVS Lib. VII. c. 9.

cunt, vſos eſſe lego. Sub hac notione ſtabunt *ἀγκύλαι* omnes, quo nomine *concretionem articuli* CELSVS appellauit, licet inter illas aliqua ſit diuerſitas, quae tamen methodum medendi non mutat; id quod mihi ſatis eſt, vt morbi aliqui congeneres dicantur, etiamſi in aliquibus circumſtantiis ceteroquin diſcrepent [f]). Haec notio colligit *palpebras connaſcentes*, quas *ἀγκυλοβλέφαρον* [g]), *linguam ſuae ſedi tenacius infixam*, quod *ἀγκυλόγλωσσον* [h]) appellant, aliasque adhaeſiones ſatis multas, *inteſtinorum*, *calculi*, *placentae vterinae*, vna cum viarum clauſuris, quos natura patentes eſſe voluit [i]), quibus etiam

f) Diſtinguit recte omnino *rigiditatem articuli* in varias ſpecies vetuſtas, vt illa propterea genus conſtituere haud poſſe videatur, quandoquidem *alia ex cicatrice* eſt, cum CELSVS *L. V. cap. 18.* *ἀγκύλας* recenti cicatrice contractos articulos vocat; *alia* ex *vitioſa articuli repletione*, alia *ex rigiditate tendinum* oritur, veluti PAVLLVS habet, cum *L. IV. cap. 55.* *τὰς τῶν ἄρθρων κοτυλὰς διὰ σφήνωσιν ἢ νευριτικήν τινα τάσιν γινομένας*, *articulorum rigiditates, ab intus concretis aut a tendinum tenſione factas*, nominat.

g) *Προσφύεται καὶ τὰ βλέφαρα τῷ λευκῷ ἢ τῷ μέλανι.*

Cohaereſcunt palpebrae cum albo oculi aut cum pupilla. GAL. in *Introd. ſeu Medico.*

Interdum inter ſe palpebrae coaleſcunt, aperirique non poteſt oculus, cui malo ſolet etiam illud accedere, vt palpebrae cum albo oculi cohaereſcant. CELSVS L. VII. c. 7.

h) *Ἀγκυλόγλωσσοι*, *quibus lingua adhaeret;* Hos *μογιλάλους*, ſeu *qui difficulter eloquantur*, Graeci appellant. AETIVS L. VIII. c. 38.

i) *Πολλοῖς ἐκ γενετῆς ὁ βάλανος οὐ τέτρηται, ἀλλ' ὑπὸ τῷ κυνὶ καλουμένῳ τὸ τρῆμά ἐστι.*

Multis ex natiuitate glans haud eſt perforata, ſed ſub ſic dicto fraenulo perforatio eſt. PAVLL. L. VI. cap. 54.

Solet euenire vel a primo natali die protinus, vel poſtea facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, vt foramen in ea nullum ſit, ideoque audiendi vſu careat. CELSVS L. VII. c. 8.

iam vna indicatio omnibus ſatisfacit, vt continuitas iſta ſoluenda ſit pharmacis mollientibus et manu experta. Ex oppoſito autem *vnio partium*, quas vno nexu iunctas eſſe oportebat, ſoluitur; nec facile quispiam erit, qui circa huius notionis valorem, quatenus illa vulnera et fracturas iungit, ambigat. Etiamſi enim multa ſint, quae ad amiſſam vnionem iſthanc recuperandam fieri oporteat, ſolutorum compoſitio, deligatio, inflammationum regimen, et ſi quid aliud eſt, quod vel ad vulneris, vel fracturae curationem attinet, quae duo commode ad ſe inuicem comparari poſſunt, attamen, cum ad vtriusque laeſionis et mollium, et durarum corporis noſtri partium definitionem nihil hac idea poſſit eſſe propinquius, illas etiam abinde aliquod familiaritatis et cognationis ius accipere, autumo. Differt autem a vulnere id, quod *colliſum* eſt, adeo, vt, etiamſi forte *vexata* vulnus clauſum et occultum dici poſſint, quandoquidem ſanguinem fundunt, notio tamen iſtius mutationis ita comparata ſit, quo ſanandi methodum omnino diſcrepantem ſecum afferat. Namque non hiant vaſa colliſa, ſed, tanquam valde infirmata et plerumque demortua, ſanguinem per ſuos parietes in circumfuſum ſibi contextum celluloſum transcolari ſinunt [k]). A vulnere tamen non diſcrepat effuſus de inciſa arteria maiori ſub cutem ſanguis; id quod *aneuryſma ſpurium* appellant [l]). Nec

k) *Ἐκχεῖται αἷμα φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας τοῦ χιτῶνος τῶν ἀγγείων διαρρηθέντος, ἢ, ὡς μέν τις εἴποι, διϊδρουμένου, ὁ χιτὼν διαιρεῖται θλώμενος καὶ ῥηγνύμενος.*

Effunditur ſanguis ex vena et arteria, cum tunica vaſorum rareſcit, et, vt ita quis dicat, colo ſimilis redditur, vt humor ſpecie ſudoris transfluat, ſiquidem illa contuſa vel rupta fuit. GALEN. *Meth. Med.* Libr. V. cap. 2.

l) Spurium aneuryſma inducit PAVLLVS, vt illi eius indolem omnino cognitam fuiſſe, iudicari poſſit:

Γίνε-

Nec minus vulnus eſſe poſſunt *auulſa*, ſiquidem et vaſa diuiſa, et liquidorum de vaſe, quod cuique parti proprium eſt, fluxionem iſta notio inuoluit. Hic conceptus auulſum de trunco ſuo caput oſſis iunioris explicat m), et abortum definit, cuius idea in auulſa de fundo matricis placenta ponitur. Non autem tantum vulnere aut fractura, ſed etiam iactura ſuae ſubſtantiae per malos ſuccos vnio laeditur. Proinde noua aliqua notione opus eſt, quae *morbos ſolidi ex putredine* aut deſtructione, quam Graeci *διαφθορὰν* n) appellant, natos complectitur. Eſt enim putredo, quamuis illa idea ad mutationis, in corpore viuo ortae, tam liquida, quam ſolida legibus vitae orbata attineat, in aliquo complexu ſumta, partium quarumuis in liquamen acre, quod locos etiam, ſub quibus eſt, depaſcitur, conuerſio. Vt autem conceptus ille, qui ampla ſatis latitudine morbos varios non omnino ſimiles comprehendit, ad ſua genera inferiora propius dirigatur, opus omnino eſt, quo ille in aliquot ideas, quibus conſtat, alias dirimatur. Namque vel ex *coctione bona*

Γίνεταί τε καὶ τρωθείσης, ἐπειδὰν εἰς οὐλὴν μὲν ἀφίκηται τὸ ἐπικείμενον αὐτῇ δέρμα, μένῃ δὲ τὸ τῆς ἀρτηρίας, μήτε συμφυείσης, μήτε σαρκὶ φραχθείσης.

Fit quoque aneuryſma, cum vulnerata arteria eſt, cum quidem in cicatricem peruenit illi incumbens cutis, manſit autem aliquid in arteria, quod nec concreuit, nec carne clauſum eſt.

m) Ἀποσπάσματα, *auulſa* ſignificant. GALENVS L. *De Conſtitutione Artis.* Ita HIPPOCRATES habet *ἀποσπάσματα, auulſa ab oſſibus, ſeu capitum abruptiones in iunioribus oſſibus.* L. *Officin. Med.*

n) GALENVS *διαφθορὰν, corruptionem*, pro genere aſſumit, partium ſcilicet mortem in toto viuo, ſub hoc titulo comprehendens, *διαφθορὰν, διὰ καύσιος, σήψιος*, addit *νέκρωσιν ἐκ ψύξιος. Corruptio per vſtionem, vrentium medicamentorum vſum, vitae partis abolitionem ex frigore.*

na [o]) partes quaedam ſuae ſubſtantiae iacturam patiuntur, cum illae translatitium aliquem ſuccum per febrem in ſe receperunt. Haec notio eſt *abſceſſus* [p]), vel ex *necroſi* ſeu putrilagine deſtructiua, ſanos quoque locos inuadente, illae corrumpuntur. Haec *putredo* aliquando acuta eſt, et, ex valida inflammatione orta, celeriter progreditur, ac partem, quam ſemel inuaſit, niſi limites illi arte ponantur, ſubito abſumit, *gangraena* [q]) ſcilicet et *ſphacelus* [r]), cuius vtriusque diſcrimen in diuerſo malitiae gradu ponitur [s]); nec impedit, *ſiccum* dari *ſphacelum* [t]), qualis ille a frigore et ex debilitate eſt, et qualis e febre quandoque oritur [u]); Namque et ille putredinis notas in ſe habet, vti partes ſuccis nutrientibus orbat,

o) *Πεπασμὸς κρίσις ἅμα καὶ ἀποστασία.*
Coctio, et ſeparatio morbidi, et eius eſt eiectio. HIPP. *Epidem.* L. VI. Sect. 3. Aphor. 7.

p) *Ἐκπυηθῆναι ἀντὶ τοῦ φθαρῆναι*, *ſuppurari pro corrumpi*, poſitum apud HIPPOCRATEM eſſe, ſcribit GALENVS *ad Libr. VI. Aphoriſm.* 20.
Ἀπόστημα ἐστὶ φθορά. PAVLLVS Libr. IV. c. 18.

q) *Γάγγραινα νέκρωσις μορίων ἀδύνατος ἰᾶσθαι ἐπὶ μεγέθει φλεγμονῆς.*
Gangraena mors partium medelam excludens. GAL. *Comm. in Aphoriſm.* HIPP. L. VII. Sect. 7. 50.

r) *Τὴν ὅλην τῆς οὐσίας ἑκάστου μορίου φθορὰν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ σφάκελον.*
Totius ſubſtantiae ſingulae partis corruptionem veteres appellant ſphacelum. GAL. *Comm. II. in* HIPP. *De Fractur.*

s) Praecipue autem ſphacelum appellant, quando os vna corruptum fuit. *Φθειρόμενον δι' ὅλης αὐτῆς οὐσίας ὀστέον σφάκελον ἐπιφέρει. Corruptum tota ſubſtantia os ſphacelum affert.* GALENVS *ibid.*

t) *Σηπεδὼν ξηρή.*
Arida putredo. HIPP. *Epidem.* L. I.

u) Integros articulos peſte affectis deſiccatos lapſosque eſſe, aegris hoc modo ſeruatis, et THVCYDIDES obſeruauit, et HIPPOCRATES L. III. *Epid.* aſſeruit.

orbat, easque hoc modo interficit x). Alio autem tempore lenta aliqua putredine partes confici nouimus, quae idea omnem *διάβρωσιν* et *ἕλκωσιν*, omnem eroſionem, a quacunque materia deſtruente, ſiue ſponte in homine orta, ſiue foris inducta, amplectitur. Quodſi autem inter has partium ex putredine corruptelas aliquod diſcrimen ſtatuendum eſt, alias ex illis, non aliter, ac in gangraena, nullos habere limites, niſi quos ars nouo vulnere et noua atque bona inflammatione ponit, ſed in ſanas partes progredi obſeruatum eſt, quarum aliae *mollia*, aliae *dura*, ſub cariei inſcriptione, organa y) deuaſtant, atque iterum *aliae* in ſuperficie procedunt z), in quorum numero ſunt *herpetae*, *aphthae*, *pityriaſes*, aut cuticula furfurum ritu deſiccata, inter quas tamen exanthemata reliqua collocari non ſinit ſingularis eorum ad febrem relatio, propter quam illis propior inter humorum morbos locus eſt; Aliae autem

x) Sic ad *φθορὰν*, defluuium capillorum refert GALENVS L. *De Remediis Parabil.* c. 6. *ὅταν ἐνδείᾳ τοῦ τρέφοντος ὑγροῦ ἀφαιρουμένου, φθάρεται*, *Quando prae indigentia*, *ablato illis ſucco nutriente*, *corrumpuntur.* Ideoque ad putredinem ſiccam referenda erunt omnia capillorum vitia, alopecia, ophiaſis, in palpebris madaroſis, ptiloſis, milphoſis.

Μαδάρωσις δὲ ἡ μίλφωσις τῶν τοῦ βλεφάρου τριχῶν ἀπόπτωσις.

Madaroſis et milphoſis pilorum e palpebris lapſus. PAVLL. L. III. c. 22.

y) *Τερηδών ἐστι, ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς.*

Caries eſt oſſis perforatio ex corruptione. *Auct. Definitionum* GAL.

z) *Τὰ ἀποσύρματα καὶ τὰ ἐπικαύματα ἐπιπολῆς.*

Abraſae cutis partes et ſuperficies eius aduſta.

Ἐπιπολῆς ἑλκώσεις ἐν τῷ στόματι γινομέναι, ἃς ἄφθας καλοῦσι.

Vlcera ſuperficialia in ore, quae aphthae vocantur. GAL. *De Medic. Secundum Locos.*

tem ex illis corruptelis ad profundos locos deſcendunt, omne ſcilicet, quod a deuorando dictum eſt, vitium [a]). Sed quibusdam callus, ne celeriter progrediantur, pro cuſtode eſt [b]), ſiue lata ea ſint vlcera, ſiue anguſto tubo progrediantur, quod ἀποσυριγγοῦσθαι, *in fiſtulam excauari*, dicitur. His omnibus vulnus pro medicina eſt [c]); his medicamenta paranda ſunt, quae putredinem progredi augerique non ſinunt. Noua aliqua notio ſatis ſimplex, vt reſolui porro nequeat, ſub *excreſcentiae* aut vitioſae partium nutritionis, quam Graeci βλάστημα [d]) appellant, titulo ſiſtitur, cum malus humor vaſa ſine lege extendit. Etiamſi autem ad hanc ideam vere omnia tubercula, in cute nata, Graecos retuliſſe legam; putris tamen potiſſimum caro, ex vlceribus atque ex ipſis quoque oſſibus naſcens [e]), hinc duri nodi,

a) Φαγέδαινα, ἕλκος ἀναβιβρώσκων.
Phagedaena vlcus depaſcens. GAL. L. *Definition.*
Ἕρπητα ἐσθιόμενον *Graeci vocant, quia celeriter ſerpendo vsque ad oſſa corpus vorat.* CELSVS L. V. c. 28. Minimus cutis et ſuperficialis cancer eſt ἕρπης κεγχρίας, *miliaris herpes*, HIPPOCRATI ita dictus.
Omnis cancer non tantum id corrumpit, quod occupat, ſed etiam ſerpit. CELSVS L. VI. c. 26.

b) *Interdum vetuſtas vlcus occupat, inducituque illi callus.* CELSVS L. V. c. 26.

c) Ὅσα σφακελίζει, ἀπολαβόντα τὴν φλέβα, ἑλκῶσαι καὶ ὑγιῶσαι.
Quae corrupta ſunt, praeciſis venis, vlcerare et ſanare. HIPP. *Epidem.* L. II.

d) Ἕλκεα, ὅσα μὴ καλῶς καθαρθέντα καὶ ἐς τὸ δέον, ἄρξεται βλαστάνειν.
Vlcera, minus recte et debito modo purgata, in malam carnem excreſcere incipiunt. GALEN. *Method. Med.* IV.

e) Σὰρξ δι᾽ ἕλκωσιν ἐπιτραφεῖσα.
Caro ſuper vlcus enutrita. GALEN. *De Locis Affectis* Libr. *I.*

nodi, ex cute veluti vegetantes f), cum oſſium poris ac articulorum nodis g), omnisque caro mala, ad gingiuas h) et alibi, atque in ipſa quoque matrice i) naſcens, ſub hac notione comprehendi poterunt; quibus omnibus eandem quoque ſanandi methodum eſſe, chirurgia docet. Sunt et alia *tumorum* genera, quae diuerſa a priore notio explicat. Namque ex illis *aliqui* ex *vaſe maiori tumefacto* ac diſtento, quod ἀνέυρυσις in vniuerſum k) dicitur, *alii* vero

f) Omne tuberculum, quod in cute ſponte a cauſſis internis natum, at ſine febre, eſt, φῦμα dicunt, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων, *ab illa, quae iisdem atque de terra vegetantibus intercedit, ſimilitudine.*

g) Ἐπιπωρώματα τῶν ἄρθρων. HIPPOCR. *Prorrh.* Expoſuit CELSVS L. II. c. 8. Super articulos ex callo turbercula oriuntur.

h) Ἐπελὶς, ὑπερσάρκωμα κατὰ τὸ ἐσώτατον γομφίον. Epulis, excreſcentia carnis eſt ad interiores alueolos dentium. PAVLLVS L. III. c. 26.

i) Σκίῤῥος ἀντίτυπος ὄγκος καὶ ἀνώδυνος. *Tumor renitens et indolens.* GAL. *Comment. IV. in* HIPP. L. *De Ratione Victus Acut.* ὄγκος μετὰ σκληρίας καὶ βάρους, καὶ δυσκινησίας τε καὶ δυσαισθησίας. *Tumor cum duritia, grauitate et ſtupore. Auct. Definit.* GAL.

Ἀδιάπλαστος σάρξ τις μαλακὴ δεχομένη τὴν τοῦ κυήματος ἰδέαν. Informis caro mollis adſumens foetus ſpeciem. GAL. *L. aduerſus Lycum.*

k) Ἀνέυρυσις, *vaſorum* quorumuis eſt *dilatatio.* Hanc vocem GALENVS, tanquam *genus*, ponit in definitione varicis venarum. Κιρσός ἐστι ἀνέυρυσις τῶν φλεβῶν. *Varix eſt dilatatio venarum.*

Ἀρτηρίας ἀναστομωθείσης τὸ πάθος ἀνέυρυσμα καλεῖται. Cum arteria dilatata eſt, morbus aneuryſma vocatur. GAL. *De Tumoribus*, c. 11.

Τὰ τὸν δίδυμον τρέφοντα ἀγγεῖα ἐὰν κιρσωθῇ, κιρσοκήλην τὸ πάθος προσαγορεύουσι.

Quae

vero ex *folliculo glandulae* vel pinguedinis vitioſa materia repleto, hinc diſtento [l]), naſcuntur; quibus igitur ſingulares ſui ſunt limites, quando reliquos *inflammatoriae* aut *ſeroſae* proſapiae ad notiones liquidi morboſi referendos eſſe, quilibet, vti arbitror, facile perſpicit. Ab his ſi diſceſſero, ſupererunt adhuc aliquae *morborum* ad ſolida prae ceteris referendorum collectiones, quas forma *ſtaturae humanae* mutata definit [m]), cum *pumilos diſtortos*, *valgos*, *varos*, *gibberoſos*, atque illos etiam, quos natura notauit [n]), conſideramus, atque ab illis miſericordiae magis, quam artis argumentum deſumimus, quandoquidem adiuuari illi auxiliis vel conſiliis nequeunt. Plus vtilitatis in illa morborum contemplatione eſt, qui ideo, quod ſuam in *la-pſu*

Quae teſticulum nutriunt vaſa, ſi aliquando varicoſa reddita fuerint, cirſocelen aut herniam varicoſam morbum appellant. PAVLLVS L. VI. c. 64.

Βρογχοκήλη, ὄγκος ἀνευρυσματώδης.
Bronchocele ſeu aſperae arteriae expanſio, tumor eſt aneuryſmati ſimilis. PAVLL. L. VI. c. 38.

l) Collectio humorum ſub cyſtide GALENO ſingulare genus conſtituit. Ἀθερώματα, καὶ στεατώματα, καὶ μελικηρίδες, ὅσα ἄλλα ταῦτα τινὲς μὲν ἐν τοῖς ἀποστήμασι τίθενται, τινὲς δ᾽ εἰς ἕτερον γένος. *Atheromata, ſteatomata et meliceridas, et ſimiles tumores alii quidem inter abſceſſus ponunt, alii autem ad aliud genus transferunt. De Tumor. praet. nat.* c. 5.

Γαγγλίον συστροφή τις νεύρου.
Ganglion, materiae ſub tendinibus collectio. ACTVARIVS *L. II. de diagnoſi morborum.*

m) Σκολιαίνεσθαι, *obliquari*, ap. HIPP. L. *De Arte*, et διαστρέφεσθαι εἰς ὁντινοῦν τρόπον, *quocunque modo a forma naturali deflectere*, exponente GALENO.

n) Ἀλλοίωσις τῶν κατὰ φύσιν χρωμάτων ἄλφος καὶ λευκή.
Mutatio colorum ſecundum naturam, alphus et leuce. GAL. *De Morb. Differ.* II.

pſu [o]) *de ſedibus naturalibus* indolem poſitam habent, cognatione aliqua inter ſe iunguntur, et ſimili modo, quoad communem methodum, ſanantur, quales ſunt *herniae* verae, cum inteſtini recti, veſicae vrinariae, et muliebrium deſcenſu, quorſum choroideae lapſus ex vulnere corneae vna referendus eſt [p]). Viſcerum denique mutata in cauis ſuis poſitio, cum os vteri ſub puerperio obliquatum [q]) eſt, vel inteſtini portio altera alteram ſubit, hinc humorum, quos claros eſſe oportebat, *ablata pelluciditas* [r]), faſciculos morborum, licet tenues, poſſunt conficere.

o) Colligit HIPPOCRATES L. *De Morb.* I. morbos, qui in partium exceſſu de ſedibus ſuis conſiſtunt, *ὅτι ἂν τȣ̃ σώματος ἐκπέσῃ ἐκ τῆς φύσεως, quidquid in corpore de ſede ſua lapſum eſt*, nec tantum luxatos articulos, ſed alias quoque partium emotiones, hac voce notauit, veluti *ὑςέρων ἐκπτώσιας, vterorum elapſus. Aphor.* Sect. V. 49.

p) *Πρόπτωσις τȣ̃ ῥαγοειδȣ̃ς χιτῶνος ἐκ διαβρώσεως ἢ ῥήξεως τȣ̃ κερατοειδȣ̃ς γινομένη.*

Elapſus tunicae vueae ex foramine corneae, quod roſione vel ruptione factum eſt. PAVLL. L. III. c. 22.

q) Τὸ *ςόμα ȣ̓κ ὀρθόν ἐςι τῆς μήτρης, ἀλλὰ ἰδυȣ̃ται.*

Os vteri non rectum eſt, ſed obliquatur. HIPP. *De Morb. Muliei*. I.

r) *Γλαύκωμα, τȣ̃ κρυςαλλοειδȣ̃ς ὑγρȣ̃ μεταβολὴ εἰς τὸ γλαυκόν.*

Glaucoma humoris cryſtallini in caeſium colorem eſt conuerſio. PAVLL. L V. c. 22.

Ὑπόχυμα, ὑγρῶν παρέγχυσις πηγνυμένων μεταξὺ τȣ̃ κερατοειδȣ̃ς καὶ τȣ̃ κρυςαλλοειδȣ̃ς.

Suffuſio, humorum interfuſio, ſpiſſeſcentium inter corneam et cryſtallinum. PAVLL. ibid.

SPECIMEN QVINTVM,

SISTENS

NOTIONES MORBORVM SIMPLICES,

EX RATIONIBVS FLVIDORVM.

Animus eſt, ſimplices notiones pro conſtituendis morborum generibus anguſtiſſimis nihil quidquam aliud, quam ſpecies ſimillimas, vna methodo curandas, ſub ſe habentibus, quatenus illae ex *humoris morboſi indole* excellentiore modo fluunt, proponere. Experiar fortunam, an poſſim in iſthoc tentamine ita proficere, quo inueniantur characteres eiusmodi, qui ad colligendas aegritudines, eadem de cauſſa proxima natas, ſignificationis ſatis habeant, qua in re ſi quid aſperum et rebelle, et praeoptatae ſententiae parum obſequioſum offendero, non ſane mirabor, quandoquidem, cum morbos organicos, ſua natura mixtos, in mente habeam, in iſthoc argumento haud videtur cogitatio vlla inueniri poſſe, quae omnibus mutationibus, in aliqua aegritudine obuenientibus, factura ſit ſatis. Veluti enim diuerſarum cauſſarum et ſymptomatum variantium concurſus veteres methodicos vehementer exercuit a), quo ſuas communitates vniuerſales omnino efficere, et ad omnia, quae in morbis occurrunt, phaenomena illas extendere haud poſſent, ita quoque nunc, quae morborum ξυγκλη-

a) *Συνδρομὴ, τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα.*

Concurſus, collectio ſymptomatum. GAL. *Method. Med.* L. II.

ξυγκληρίαν [b]), quam veteres fere omnes compendii cauſſa in mente habuerunt, ſine ordinis lapſu definiri ad vnguem non ſinant, difficultates ſeſe obiiciunt quam plurimae; namque, ne quid diſſimulem, *ſtabiles morborum ordines* eſſe haud permittunt nouarum ſubinde aegritudinum ex priore ortus, vt ſymptomata, quando vrgent, morbis protopathicis ſaepe pluris aeſtimanda ſint, et medentes, ſi quando eodem tempore diuerſae notiones occurrunt, *debilitas cum ſpaſmis*, veluti in febribus malignis, *obſtructum cum fluxibus*, veluti in vomitu ictericorum, quid primo loco nominandum, ex duobus vel pluribus pathematibus ſynchronis ſit, haud raro ambigant. Illam ſimplicitatem quoque difficulter aſſequimur, qua opus eſt, vt vna et ſola cogitatio multos morbos, actione laeſa diſcrepantes, hauriat, quandoquidem pleraeque ideae genericae ita comparatae ſunt, vt porro ſolui in alias cogitationes poſſint. Sit *ſpaſmus* generis nota. Videbis illum nihil minus, quam ſimplicem meditationem inuoluere, cum, reſpectu cauſſae ſuae, poſſit eſſe varius, mox ex vacuitate, mox iterum ex motoris impetu ſolo acriue ſtimulo proueniens. *Fluxiones morborum* genus ſtatuant. Has quoque diuerſa de cauſſa naſci, quod CELSVS iam perſpexit [c]), comperies, quando aliae ex continui ſolutione, et illa quoque diuerſa, aliae ex laxo vaſis extremo oſculo, ob debilitatem, aliae ex humore reſoluto, aliae ex plenitudine, ex motoris impetu aliae proueniant.

b) *Ξυγκληρία παθημάτων, Morborum inter ſe commercium, conſortium et affinitas.* HIPP. L. VI. *Epidem.* Sect. 7. Aph. 7.

c) *Saepe feminae, quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet, hunc exſpuunt, auctoresque fuerunt, vel exeſa aliqua parte, ſanguinem exire, vel rupto, vel ore alicuius venae patefacto. Primam διάβρωσιν, ſecundam ῥηχοχασμὸν, tertiam ἀναςόμωσιν appellant.* CELSVS *De Medic.* L. IV. 4.

Quae omnia autem, etiamſi ita ſeſe habeant, nondum tamen, iſthanc notionum puritatem, quae morbos, eiusdem methodi medendi participes, colligere valeant, obtineri poſſe deſpero, quando, quod ad ſymptomata attinet, illa, ſi ita comparata ſunt, vt primas curas poſtulent, porro non ſunt ſecundarium quid, ſed haberi omnino pro prima cogitatione, ad ſuum ſingulare genus tunc referenda, debent. Relinque notionem inflammati, ſi *putredinis* idea concurrit, aut vtramque, ſi par illarum ad morbum reſpectus eſt, combina, veluti in gangraena [d]). Nec te moueant ſymptomata, etiamſi iſta diuerſam notionem, ab illa, quae in morbo primario eſt, inuoluant. Namque, niſi vrgent, ne attendi quidem merentur, ſiquidem, ablato illo priore morbo, cuius comites ſunt, ſponte ceſſant. Multo minus refert, aliquas notiones, adhuc ſatis compoſitas, veluti *ſpaſmum*, *fluxionem*, quandoque vt genus aſſumendas eſſe, quandoquidem illae de nouo in ſuas inferiores ideas cogitando reſolui poterunt. Scilicet, nec *ſpaſmus* ſine explicatione, qualis ille nunc ſit, nec *fluxio* ſine definitione, qualis ex multis nunc occurrat, ſimplicitatem notionis quaeſitam in ſe habere poterit; habebit autem illam, ſi ſpaſmum ex vacuitate vel ſtimulo, vel motoris impetu, ſi fluxionem ex debilitate vel continui laeſione nominabis. Nollem *febrem* pro genere infimo ponere, diſcordes morbos varios, ſi hoc ita facerem, ſub vno collecturus ſymbolo; nec animi impotentiam aut *deliria*, nec *τὰς ἀῤῥοίας*, *fluxuum defectiones*, nec dolores, nec aſthmata, nec quemcunque alium conceptum, ex ſola actionum laeſione definiendum, vtpote qui omnes diuerſum erga varias cauſſas reſpectum

d) *Μεταξὺ τῦ σφακέλυ καὶ τῆς μεγάλης φλεγμονῆς γάγγραινα.* Inter ſphacelum et magnam inflammationem media gangraena. GAL. *Comment. in Libr.* HIPP. *De Arte.*

ſpectum habent, in generum inferiorum definitionem admitto. Quodſi igitur experimenta nunc circa notiones eiusmodi genericas, quibus morbi ſimiles colligi poſſint, a me inſtituenda, et illae potiſſimum ad examen reuocandae ſunt, quae *ex humorum indole* conſequuntur, primo loco ſeſe offert *virium vitalium defectio* et *adynamia*, quae, ſi debita illius in ſuas varietates diſcretio accedit, morbos a ſe ortos diſtincte explicat. Quodſi enim debilitas morboſa ea eſt motoris conditio, qua ille maſſae liquidorum mouendae et organis, ceteroquin ſanis, ad ſuas actiones inſtigandis, motibus autem iſtis, qui ad cauſſas morbi ſuperandas requiruntur, inſtituendis haud ſufficit; ſi etiam, varia de cauſſa diſcrepante, eandem oboriri nouimus, quando vel materies mouens ſeu liquidum nerueum deeſt, vel ſine iactura liquidi cuiusdam vitalis ex ſola humorum inertia illa occurrit [e]), vel ex itinere ſpirituum ad partes impedito eadem oritur [f]), vel ex ſpaſmo, cor adſtringente, veluti in ſubitaneis animi defectionibus accidere ſolet [g]), prouenit: ſub iſtis ſane conditionibus variantibus, ad diuerſa genera *morbos debiles* ablegari aequum eſt. Illi non morbus erunt, ſed morbi ſymptoma, ſi vires, euacuationibus auctis, vel defectu alimoniae, vel longo morbo exhauſtae ſunt: Haec *debilitas* erit *ſymptomatica*, ſuo prima-

e) Ἁι παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι, *Debilitates, ſine iactura liquidi*, HIPP. *in Coac. Praenot.* et *Prorrhet.* Οἱ παραλόγως, κενεαγγέης μὴ ἐϋσης, ἀδύνατοι, *qui, ſine manifeſta cauſſa, vacuitate vaſorum non praeſente, infirmi ſunt.* HIPP. *Coac. Praenot.*

f) Χυμὸς ἐμποδίζων τὰς διεξόδȣς τȣ̃ ψυχικȣ̃ πνεύματος.
Humor impediens ſpiritus phyſici viam. GAL. *De Loc. Affect.* L. III.

g) Ἀψυχέειν, λειποθυμέειν, *animo linqui*, πρόςασιν πρὸς τὴν καρδίαν, *conſiſtentiam humorum circa cor* appellat HIPP. L. II. *De Morbis.*

primario morbo accedens, nec genus conſtituet, vti nec illa, quae ex ſpaſmis, vaſa maiora derepente ſtrangulantibus, oboritur, vel illa, quae ex humorum inertia, eorumque erga motorem niſu orta eſt, illa ſcilicet *febrilis virium defectio*, in quibus natura malignarum febrium ponitur; namque apparens iſta eſt proſtratio, ſoli mouendorum liquidorum vel copiae, vel mixtioni debita. Quibus igitur ad ſua genera ablegatis, vnica illa ſupereſt, quae ex via ſpirituum ad partes praepedita oritur, impotentia, ex qua motus ſenſusque abolitio vel infirmitas naſcitur. Sub hac notione ſimplici, quae ex impedimento, fluxuris ad partes ſpiritibus poſito, ſurgit, colligi morbi poterunt omnes illi, qui motus ſenſusque defectionem aliquam vel omnem ex liquidi neruei acceſſu cohibito inuoluunt. Huic conceptui voces, plenum ſignificandi valorem habentes, a veteribus dedicatas lego, *ἀτονίαν* [h]), *νάρκωσιν* [i]), *μώρωσιν* [k]), cum cerebrum, per ſenectutem induratum, ſpiritus haud prouehit. Hac notione agnita, quae variorum ſimilium morborum indolem explicat,

h) *Ἀτονία φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας, καὶ μυὸς, καὶ παντὸς ἁπλῶς ὀργάνου ζωτικοῦ τε καὶ ψυχικοῦ.*
Impotentia venae, et arteriae, et muſculi, et omnis in vniuerſum organi vitalis et naturalis. GALEN. *De Diff. Morb.* I.

i) *Νάρκωσις* vti genus vbique aſſumitur. *Νάρκωσις, αἰσθήσεως θλίψις, ſtupor, ſenſuum oppreſſio.* EROTIANVS. *Νάρκωσις γνώμης*, vertit CELSVS, *quod mentem hebetat*, L. II. c. . . *Νάρκωσις κοιλίας, ἡ περὶ τὸ πέπτειν τὰς τροφὰς ἀῤῥωστία, Segnities, ventriculi circa cocturam alimentorum infirmitas. Ναρκώσεις καὶ ψύξιες, Torpores et refrigeria.* Conf. FOESII *Oeconom* HIPPOCR. ſub hac voce.

k) *Τὰ μεμωρωμένα, τὰ ἀναίσθητα*
Stupidae partes, ſenſu deſtitutae. *Exeg.* GALENI *ſub hac voce.*
Μώρωσις τοῖς ἀπογηρᾶν λεγομένοις.
Fatuitas illis, qui ex ſenectute deficiunt. GALEN. *Comment. in* HIPP. *Coac. Praenot.*

cat, porro, totum corpus [l]), an dimidia eius pars [m]), an ſingula organa, inteſtina [n]), cauorum ſphincteres [o]), oculi [p]), dentium aut linguae [q]) neruus ſoluantur, nihil refert. Etiamſi quoque torpor, qui ſomni ſpeciem ſiſtit, ſub diuerſo ad cauſſas reſpectu, aliam ſemper aliamque notionem ſecum afferat, quae methodum medendi haud parum mutare poſſit, quando *ille*, qui pulſum debilem comitem

 habet,

l) Τῆς κοινῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων παθούσης, ἀποπληξία τὸ πάθος καλεῖται.

Quando commune principium neruorum patitur, apoplexia eſt. PAVLL. L. III. 18.

Ἀποπληξία διὰ παντελῆ στέρησιν τῆς ἐπιῤῥεούσης δυνάμεως τοῖς νεύροις.

Apoplexia, propter plenam priuationem influentis per neruos virtutis. GAL. *Comment. in Aphoriſm.* HIPP. L. II. Aphor. 43.

m) Εἰ δὲ κατὰ θάτερον μέρος ἡ ἔμφραξις γένηται, ἡμιπληγία καὶ παράλυσις ὀνομάζεται.

Si in alterutra ſaltem parte infarctus eſt, hemiplegiam et paralyſin appellant. PAVLL. L. III. 18.

Ἀπόπληκτοι τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

Quibus dextra aut ſiniſtra pars reſoluta eſt. HIPP. *Coac. Praenot.*

n) Ὅταν ἐν τάχει ἡ τῶν ἐσθιομένων διαχώρησις γίνεται τοιούτων, οἷα κατεπόθη, λειεντερίαν ὀνομάζουσι τὸ νόσημα. γίνεται μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστία.

Cum celeriter, quae comeſta ſunt, ita, veluti deglutita fuerunt, de aluo ſecedunt, laeuitatem inteſtinorum hunc morbum appellant; Fit autem ex infirmitate retentricis facultatis. GALEN. *Comm. ad* HIPP. *Aph.* L. 12.

o) Παραλυθεὶς μῦς ἀκουσίου κενώσεως τῶν οὔρων αἴτιον γίνεται.

Reſolutus ſphincter ſeu muſculus inuoluntariae lotii excretionis cauſſa fit. GAL. *De Loc. Affect.* L. I.

p) CELSVS, id, quod mydriaſin Graeci dicunt, non multum a reſolutione neruorum diſtare, ſcribit, L. VI. 6.

q) Ὀδόντων νάρκωσις.

Dentium ſtupor. HESYCH. ſub voce αἱμωδιᾶν.

Ἀποπληξίη γλώττης.

Syderatio linguae. HIPP. *Coac. Praenot.*

habet, ad humorum lentorem in toto corpore, ſiue ex veneno [r]), ſiue ex febrili liquidorum inertia ortum, attinet, *ille* autem, quo inuadente, pulſus durus aut magnus eſt, decubitum materiae cuiusdam ſuper cerebrum, indicat [s]), atque *ille*, qui hominem in ſtatu, ſub quo deprehenſus fuit, immobilem rigidumque tenet, *catochus* vel *catalepſis* dictus, ad ſpaſmos, ex irritamento, vti pulſus magnus ſimiliter docet, natos, reſpicit [t]), atque *ille* denique, qui inane dormiendi deſiderium in ſe comprehendit, ſeu *coma vigil*, ad irritamenta cerebri ipſamque refertur phrenitidem [u]). Attamen et *coma*, et ſi illud malum pertinax eſt, *lethargus*, ſiue ex febre haec mala ſint, ſiue ex decubitu humoris ſuper cerebrum, ſi pulſus vna magnus tardus vel celer adeſt, ab apoplexia, quantum ad artis exercitium, nihil differunt, et eandem medendi methodum admittunt. Quamuis etiam *leipothymia*, atque, ſi malum contumax eſt, *leipopſychia* et *ſyncope* cum *ecſtaſi*, et *illa minima ſubmerſorum vita*, peculiare genus conſtituere videantur, cuius notio *ἀσφυξία* eſſe poſſet, ſatius

r) Καρῶδες, καρηβαρικὸν ἢ καρωτικόν. EROTIANVS in HIPPOCRATIS voces, *ſomniferum, quod caput grauat, ſeu carum inducit*, veluti de mandragorae malis ſcribit DIOSCORIDES L. IV. cap. 76.

s) Coma et carum et lethargum promiſcue nominat GALENVS: Ὅταν ὑπὸ φλέγματος ὁ ἐγκέφαλος ὑγρανθῇ καὶ ψυχθῇ. τὸ κατὰ τὰς ληθαργικὰς διαθέσεις ἔσται κῶμα, καὶ καλεῖν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ καὶ τοῦτο κάρον.

Quando ex pituita cerebrum humectatum refrigeratumque fuerit, ex ſoporoſis affectibus coma erit; licebit autem, ſi cui ita videtur, illum appellare carum. *Comm. II. in I. Prorrhet.* HIPP. Sect. 29.

t) Ὁ τῶν κατόχων σφυγμὸς οὐ μὴν ἀσθενὴς, οὐδὲ μαλακός.

Catoche detentorum pulſus, non debilis aut mollis. GALEN. *De Cauſſ. Pulſuum* L. I. c. 16.

u) Κῶμα οὐχ ὑπνῶδες, μετὰ πόνων ἄγρυπνοι.

Somnus vigil, cum aegri ex doloribus vigilant. HIPP. *Epid. Lib. III. in ſtat. peſtil.*

ſatius tamen eſt, easdem, ob cauſſae diſſimilitudinem, ad diuerſa, *κενεαγγείας* et *ſpaſmi*, referre capita, quandoquidem, hoc diuerſo reſpectu, cura quoque differt, vt illi, qui ex vaſorum tortura linquuntur, venae ſectione, reliqui autem hac medicina ſubleuari neutiquam poſſint; qua conceptuum mixtorum diſperſione denique, vt notio ſimplex obtineatur, efficitur. Hac eadem abſtractionis lege *febres* in diuerſa capita abeunt, quod LVCIANVS x) iam perſpexit, vt fere nulla ex illis ſimplicitatis notam habeat praeter eas, quae in circulo ſanguinis ſolo aucto y) vel impedito conſiſtunt, e quibus illam *ſynochon non putridam* appellant. Illa ſcilicet ſimplicitatis notam propterea habet, quod praeter humorum z) auctum circuitum et orgaſmum abinde natum, cauſſa ſuſpecta adeſt nulla, ſine vlla humorum aut viſcerum labe, ſolius liquidi neruei motu impetuoſiore aut optimorum fluidorum copia calor excitatur, ideoque *ſola lyſi*, ſine euacuationibus criticis, certe illis haud notabilibus, febrile negotium abſoluitur, eademque cum ſuis ſpeciebus,

 conti-

x) Τὸ οἴεσθαι πάντα πυρετὸν, ἢ πᾶσαν φθόην, ἢ περιπνευμονίην, ἢ μανίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ γένει ὁμοίαν ἐπὶ παντὸς εἶναι σώματος, οὐ σωφρονούντων καὶ λελογισμένων, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐζητηκότων ἐστὶν ἀνθρώπων.

Proinde, ſi quis exiſtimet, quamlibet febrim, aut quamlibet tabem, aut peripneumoniam, aut inſaniam, quolibet in corpore vnam eandemque eſſe genere, is non videtur ponendus inter ſobrios, neque doctos, neque inter eos, qui in rebus eiusmodi elaborarunt. LVCIANVS *in Abdicato.*

y) BOERHAAV. *Aphoriſm.* 55. 76.

z) Ὀργᾷν, *impetuoſe ferri, euolui, extricari, ad excretiones praeparari.* Vox eſt paſſim vſitata, quando calores febriles ſoli, ſine ſuſpecta cauſſa, inducuntur; hinc *orgaſmus, feruor humorum*, quem et ζέσιν dicunt.

Ὀργᾷν, ὀργάσασθαι, ἀναμίξαι, συγκεράσαι. GALENVS in Exegeſi ad HIPPOCR. *Ebullire, efferueſcere, miſceri, ſubigi.*

continente ſcilicet *ſimplici* et *cauſodea*, ſub roboris vitalis excellentia, ſanatur methodo, quando ceteroquin in reliquis febribus omnibus nihil conſtans eſt et perpetuum. Similiter ſuos ſeruant ordines *febres* illae acutae et celeres, quae ex reſiſtentia erga cor, per humores, errore loci in vaſa indebita [a]) progreſſos, vi vitae excitantur, quas *inflammatorias* ſanguinei generis et veras, ipſam autem inflammationem ſtabilem et permanentem dici, notum eſt, ſiue illae ſint tempore priores, ſiue ſolidarum partium laeſionibus ſuperueniant, ſintque ſymptomaticae. Omnibus enim his eadem mali forma eſt, quando ſanguis ruber vltra ſuos excedit limites, et in ſeroſa vaſa, ſe minora, compellitur, vaſis tamen integris; vel quando ille, his ruptis, in ſpatia, vaſis intermedia, quae propterea *parenchyma* [b]) vocata ſunt, diuagatur. Sub illa notione comprehenduntur, *phrenitides*, *ophthalmiae*, *anginae ſanguineae*, *peripneumoniae*, *pleuritides*, *hepatitides*, *ileus ex inflammatione natus*, *dyſenteria ſub primo ſuo ſtadio.* Namque nouum non eſt, ſecundum hanc cauſſalem aegritudinum contemplationem, eundem mor-

a) Ἐὰν ἐκχυθῇ ποτε τῆς οἰκείας κοιλότητος τὸ αἷμα καὶ εἰς ἑτέραν κοιλότητα ἡντιναοῦν ἀφίκηται, μένειν αἵματι τούτῳ παντάπασιν ἀμήχανον, κατὰ φλεγμονῶν μὲν, κατὰ μικρὰ διασπειρομένου τοῦ αἵματος, εἰς τὰς λόγῳ θεωρητὰς ἐν τοῖς μυσὶ κοιλότητας, ἐπί τε τῶν ἐκχυμώσεων εἰς τὰς περικειμένας χώρας τοῖς ἀγγείοις ἐκχεομένου.

Quando ſanguis ex conſueto vaſe in peregrinum vas quodcunque effuſus eſt, manere in eodem omnino nequit, ſanguine quidem ſub inflammationibus in minima vaſa, iudicio ſaltim aſſequenda, quae ſunt in muſculis, diſperſo, eodem autem, ſub contuſionibus, in circumiectas vaſis regiones effuſo.

b) Παρέγχυσις τοῦ αἵματος, ἐκχύμωσις. *Effuſio ſanguinis*, quae vel ſponte ſub inflammationibus, vel vi ſub contuſionibus, accidit. Eleganter diſcrimen hoc ita exprimit GALENVS *Comm. in* HIPP. *Epid.* Lib. VI.

morbum alio ſub initiis, alio ſub ſummo ſtatu, alio demum prope finem reſpectu, ad diuerſa referri capita. Sub hac idea ſiſtuntur omnium in vniuerſum viſcerum infarctus ſanguinei, quacunque de cauſſa facti, quos eadem methodo ſanari oportere in confeſſo eſt, ideo, quod, ſubductis rationibus ad cuiusque partis indolem, in eſſentialibus conueniunt. Namque eadem illis omnibus ſigna ſunt pathognomonica [c]), niſi, quod aliqua viſcera, cum inflammata ſunt, pulſum durum, veluti hepar et pulmo, haud agnoſcant, et quod aliquae etiam ex inflammationibus clandeſtinis et ſubdolis tumore deſtituantur [d]). Omnibus tamen eadem via eſt, qua vel ſoluitur et in gratiam cum reliquis liquidis ſanis vertitur, vel in pus mutatur materies, vel putredine, mox celeri, quae gangraena, vel lenta, quae vlcus et cancer eſt, pars, in quam humor congeſtus fuit, abſumitur. Opus autem omnino erat, quo in generis definitione adderetur, *permanentis idea*, ſiquidem in ea parte, cui ſemel inhaeſerunt iſtae inflammationes, perſiſtunt illae, nec migrant, vel, relictis ſedibus prioribus, ad alias abripiuntur, ſuntue fugaces, qui character mobilitatis et inconſtantiae, inflammationibus, ex translato in cutem humore natis, proprius eſt, easque diſtinguit. Etiamſi autem characterem inflammationis eſſentialem non minus inuoluant rubores varii corporis, ex diuerſis febribus, maxime autem acutis, nati, et in ſumma cutis ora apparentes [e]), quando ſanguis in areas

c) Ὀδύνη σφυγματώδης καὶ θερμὴ μετ' ἐρυθήματος. Dolor pulſatorius et calidus cum rubore. GAL. L. *De Tumoribus.*

d) Φλόγωσις, εἰ καὶ χωρὶς ὄγκου. *Inflammatio, etiamſi ſine tumore.* GALEN. *Comment. ad* HIPP. *Aphor.* Lib. V. Aph. 65.

e) Ἐξανθοῦντα εἰς τὴν χροιὴν νοσήματα. Qui in cutem eſfloreſcunt, morbi. HIPP. L. *De Arte.*

areas maiores vel minores collectus fuit, et calor adeſt, pro febris indole maior vel minor, et vna dolor vel certe pruritus f), pro ratione exanthematum maior, et, cum lata ea ſunt, vix notabilis g); quamuis exanthemata ideo ad febres inflammatorias vna referri poſſent, quoniam aliqua ex illis, veluti inflammationes, vel diſcutiuntur, vel in pus abeunt, vel in gangraenam vertuntur, vt propterea nouum genus conſtituere poſſe aut debere haud videantur; quamuis etiam inflammationum iſtarum cutanearum, ex metaſtaſi ortarum, ea ſaepe cum vera et fixa inflammatione intercedat affinitas, quod pulſus durus ſit et aeſtus exquiſitus cum ſiti et deliriis, vt propterea eadem ſaepe methodo medendi opus ſit, et, ſub eruptionis maxime initio, ſanguinem ducendi et alvum quoque reſerandi iniungatur neceſſitas; (id quod tam ſub variolarum, quam morbillorum primo ſtadio vſu venit quam frequentiſſime;) ſingularis tamen iſthaec macularum et papularum indoles, qua fugaces ſunt, et regreſſu ſuo nocent, propter quam etiam ſingulari methodo medendi in illorum regimine opus eſt, non poteſt non ſeparatum, ſub quo illae collocandae ſint, conſtituere ordinem, intra cuius limites exanthemata, ex febribus acutis naſcentia, qualiacunque illa ſint, a minimo purpurae vrticatae exemplo ad vſque anthracem et bubonem peſtilentialem poni poſſunt. Qua in re quidem et reliquae, quotquot earum ſuper cutem viribus vitae excutiuntur efflorescentiae, quas ob diuturnitatem *chronicas* dicimus, conueniunt, eo, quod offendi repellentibus et maligna metaſtaſi ad vitalia relabi poſ-

f) Ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες ἐγκαταλαμβανόμενοι κνησμὸν ποιοῦντες. In cutem recepti humores pruritum facientes. HIPPOCR. L. II. *Epidem.*

g) Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ κνησμώδεα. Lata exanthemata non omnino pruriginoſa. HIPP. L. VI. *Aph.* 9.

poſſint [h]); diſcrepant tamen illae febre, quae exigua et ad ſenſum quandoque nulla eſt, vt propterea ſingulare genus ſtabiliendum ſit, quo contineantur *exanthemata chronica*, aliqua ſimiliter curationis communione inter ſe iuncta, quocunque illa, *ſcabiei*, *lichenum*, *furfurum*, *achorum*, *herpetum*, ad vſque *lepram* et *elephantiaſin*, nomine veniant. Namque his omnibus, nec vlceribus quidem excluſis, quae ex vetuſtate domeſtica, et, tanquam mitius malum, neceſſaria ſaepe fiunt, communis quoque origo eſt, ſanguis ſcilicet, quem in vniuerſum impurum, ſpecialiori tamen titulo putridum, virulentum [i]) et mordacem appellare poſſumus. Hiſce morbis eodem reſpectu ad translationem humoris vitioſi, ex febre natam, affines ſunt *congeſtiones ſeroſae febriles*, quas, quoniam cum inflammationibus ſanguineis forma conueniunt, vtpote cum ſimiliter humor vltra ſua vaſa debita fuſus, hinc tumor, dolor, aliquando etiam rubor, illis adſit, *inflammationes ſeroſas* appellare ſolemus. Proinde notio *tranſlati humoris ad extrema* [k]), ſub quocunque demum ſchemate ſingula-

h) *Μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα εἰς τὸ ἄσω ἀπολαμβάνειν, ἀλλὰ τὰς ἐφόδους ξηραίνειν.*

Quae ex vaſis fuſa ſunt, ne retro vertas; ſed aditus exſiccato. HIPP. *De Humoribus*.

i) *Ἰχωροειδὲς αἷμα μετὰ τινὸς ἰώδους καὶ κακοήθους διαθέσεως δακνῶδες καὶ διαβρωτικόν.*

Sanguis corruptus, cum virulenta et maligna qualitate, mordax et corroſiuus. GAL. *Comm. in* HIPP. *Epid.* L. VI. Sect. 2. Aph. 9.

PLATO *in Timaeo ἰχῶρα τῆς μελαίνης χολῆς ὀξείας τε ἄγριον*, *humorem atrabiliarium acidum*, *acrem*, inducit.

k) *Ἀποσκήμματα, διαθέσεις ἐκεῖναι, ὅταν χυμοί τινες, ἐνοχλοῦντες πρότερον ἐν ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο, εἰς ἕτερον μεταστῶσιν.*

Decubitus, illae diſpoſitiones, quando humores quidam, affligentes antea aliud membrum, illo relicto, in aliud tranſeunt. GAL. L. II. *ad Glauconem*.

Ἀπό-

gularem morborum faſciculum conſtituere poteſt, quo contineantur *arthritides* cum ſuis ſpeciebus, et *rheumata*, vna cum tumoribus aliis, ex febre natis, qualescunque illi ſint, qui in acri ſero, ad perioſtea et tendines translato atque inuicem reſorpto, conſtant, quales quoque ſunt illae *glandularum* pone aurem aut aliarum quarumuis *intumeſcentiae*, quibus vna medendi methodus ſatisfacit omnibus, quando euitanda ſunt ea, quae relapſui proſcriptae materiae fauere poſſent, ea autem, quae febrem ſuſtinent et certo modo augent, et, quod eiectum eſt, in ſua ſede ſtabiliunt, in vſum trahuntur. Quodſi nunc ad reliquos humores, quos a ſolidis interea ſeparare cogitando licet [l]), tranſeo, et eorum mutationes eousque, donec ſimplex notio, congeneres morbos vniens, inueniatur, diſcerno, in confeſſo eſt, eos vel *quantitate*, copia ſcilicet et defectione, vel *mixtione* ſua, ita praeter naturam ſeſe habere, quo ex iſtarum circumſtantiarum varietate infima genera morborum, quibus mox ſpecies ſubſunt, conſtitui poſſint. *Plethora*, quae optimorum etiam liquidorum copia eſt, vaſorum ſuorum capacitatem ſuperans eaque in ſtatum violentiae coniiciens, plurium ſane morborum, nomine et partibus affectis diſcrepantium, indolem clare exponit, ad quam notionem,

Ἀπόκρισις τῶν λυπέντων καὶ μεταγωγὴ εἰς ἑτέρους ἀπαθεῖς τόπους.

Separatio eorum, quae aegrum affligunt; eorumque trauslatio in alios locos morbo vacuos. GAL. *De Optima Secta.*

Ἐπάρματα παρ᾽ οὖς.

Translata ad auris glandulam morboſa liquida. HIPP. *Coac. Praen.*

l) *Τὰ ἴσχοντα σώματα*, *continentia corpora*, quibus partes ſolidae indicantur, *τὰ ἐνισχόμενα*, *quae* in nobis *continentur*, et per *τὰ ὁρμῶντα*, *per principium mouens*, circumaguntur, quod diſerte eſt apud HIPPOCRATEM, praecipue *Epid.* Lib. VI. Sect. 8. Aphor. 19.

nem, nutritionis exceſſum, obeſitatem ſcilicet et natam abhinc humorum inertiam [m]), hinc dolores, ex diſtentis vaſis et vbertate ſuccorum prouenientes, vaſa autem ipſa diſtenta, eademque rupta [n]) aut in extremis ſuis dilatata oſculis, vnde effuſiones in caua nobiliora, veluti illa cerebri [o]), oriantur, nec minus aliae mutationes quam plurimae huc referri poſſint. Magnum etiam et luculentum ſignificandi valòrem in morbis ad ſua genera redigendis habet *κενεαγγείας* ſeu *vaſorum vacuitatis* notio. Etiamſi enim ſatis ſimplex illa eſſe haud videatur, quandoquidem variis de cauſſis oritur, atque vel ex ſimultanea humorum, per euacuationes auctas, iactura, vel ex lenta eorundem per famem, per morbos aut per ſenectutem conſumptione, ſuccorum vitalium penuria inducta fuit; nihil tamen impedit, eam pro prima ad inueniendum medicamentum cogitatione aſſumi poſſe, quandoquidem effectu debilitatis et refectionis modo vbique conueniunt. Adeoque omne id, quod *ſiccum* [p]) in morbis dicitur, omnis ex liquidi vitalis defectu debilitas [q]) et ſuperficierum omnium,

m) *Πλησμονὴ, πλείων τροφὴ τῆς τοῦ σώματος φύσεως.*
Abundantia, eſt plus alimenti, quam quo corporis natura indiget. GALEN. *Comm. ad* HIPPOCR. *Aphor.* Sect. II. 4
Ὑπερπαχέες, ἄρθρον δὲ κατάδηλον οὐδὲν, οὐδὲ φλέψ.
Vltra modum craſſi, quibus nec articulus, nec vena apparet. HIPP. *De Aëre, Aquis et Locis.*

n) *Τὸ αἷμα πολὺ γινόμενον διαῤῥήγνυσι τοὺς πόρους.*
Sanguinis copia vias ſuas rumpit. HIPP. *De Flat.*

o) *Ὑπερεμήσαντα τὰ φλέβια τὰ περὶ τὸν κέφαλον.*
Vaſa ſanguinem in caput euomentia. HIPP. Lib. II. *De Morbis.*

p) *Ξηρώδεες, Qui prae ſiccitate et defectu humorum debiles ſunt*, HIPPOCR. *ξηρώδεες δύσπνοοι, qui prae ſiccitate difficulter ſpirant*, et *ξηροὶ* dicuntur paſſim, *qui ex defectu liquidi aluum haud exonerant.* FOESIVS *ſub hac voce.*

q) *Γῆρας ἐκ νόσου, Senectus ex morbo.* GALEN. Lib. I. *De Praeſagiis ex Pulſibus.*

omnium, oris, ventriculi, inteſtinorum, ariditas [r]) et particularium humorum defectio, ſine ſcirrho organi, ex vniuerſali liquidi penuria naſcens, hac meditatione explicari, et indicatio ad iſthanc quoque normam componi poterit. Quodſi deinde ad *humorum cohaeſionem* mutatam et ad minimorum, quae in illis ſunt, ablatam ſoliditatem reſpicimus, ſingularis aliqua occurrit, quae in reſolutione et tenuitate eorum conſiſtit, mutatio, plurimorum morborum indolem commode definiens: haec *colliquatio* [s]) dicitur, poſſuntque ad eandem referri *fluxiones* illae, quae ex tenuitate ſola liquidi [t]) definiuntur, ſiue illae extra corpus, ſiue ad contextus celluloſos et caua corporum contingant. Namque omnis *hydrops* et variae eius ſpecies, cum tumor mollis eſt [u]), et quando ille vti morbus primarius conſideratur, cumque, ſaluis viſceribus, contingit, qualis eſt ille ex

r) *Ξυγκεκαυμένα διαχωρήματα, alui recrementa exuſta.* HIPP. *Epidem.* Lib. III. Aegr. 2.

s) *Σύντηξις κατ' ἔκρουν*, et *ῥύσις*, methodicorum dictiones, *cum corpora ex fluxibus deficiunt.*

Σύντηξις διὰ πυρετὸν κακοήθη, τηκομένης τῆς πιμελῆς.

Colliquatio per febrem malignam, colliqueſcente pinguedine. GAL. *Comm. in* HIPP. L. *De Victu in Morbis Acutis.*

t) *Διόῤῥωσις, ἡ εἰς τὸ ὀῤῥῶδες καὶ ὑδατῶδες μεταβολή.*

Solutio ſanguinis in aquam, Conuerſio in feroſam et aquoſam ſubſtantiam. GAL. *in Exeg. Voc.* HIPP.

Ὁκόταν ἡ χολὴ κινηθεῖσα εἰς τὰς φλέβας καὶ ἐς τὸ αἷμα ἐσέλθῃ, διεκίνησε καὶ διέῤῥησε τὸ αἷμα ἐκ τῆς εἰωθυίης συστάσιός τε καὶ κινήσιος.

Cum commota bilis in venas et in ſanguinem ingreſſa eſt, mouit et in ſerum conuertit ſanguinem ex ſolita ſua compage. HIPP. *De Morbis* Lib. I.

u) *Οἰδήματα μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα.* Tumores molles dolore vacui et digito obſequioſi. HIPP. *in Progn. et Coac. Praenot.*

ex haemorrhagia x) vel ex ſcorbutica humorum reſolutione, vel ex bonae bilis, vtpote humorum vinculi, defectu proueniens, hac notione cauſſali explicantur, nec minus quidem et reliqui hydropes, ex labe viſcerum orti, hanc reſoluti ſanguinis ideam in ſe habent; at parum vtiliter, cum in iſtorum cura ad viſcus vnum alterumue ex illis, quae ſanguinem compingunt, laeſum, cuius actio deficiens nunc humores ſolutos eſſe ſinit, vti ſunt pulmonum vel hepatis vitia, reſpiciendum ſit, adeoque exundationes iſtas ad ſuos morbos primarios referri oporteat. Nec quidquam impedit, hac meditatione morbos aliquos, congeneres ceteroquin viſos, a ſe inuicem ſegregari, *leucophlegmatiam* puta, quae, pituitae in contextus celluloſos y) ex lentore humorum, quem ſpeciali titulo nunc *cachexiam* z) dicunt, eſt effuſio, ſiquidem illa toto genere ab hydrope vero, qui reſoluti ſanguinis effectus eſt, diſcrepat, et ſingularem aliquam, quoad cauſſam proximam, incidentium vſu curandi methodum poſtulat. Ad iſthanc colliquationis notionem referuntur *fluxus* varii tam ſanguinei, quam ſeroſi, quos propterea *colliquatiuos* vocamus, quae idea, mixta quidem, quando illi intercurrit debilitatis conſideratio, ita tamen comparata eſt, quo reſolutio liquidi in iſthac cogitatione

x) Ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν ἐξυδεροῦσθαι.
Ex fluxione ſanguinis in hydropem delabi. HIPP. Lib. VI. *Epid.* Sect. 9. Aph. 9.

y) Ὅταν φλέγμα συστῇ μεσηγὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ δέρματος.
Cum pituita ſubſiſtit inter carnem et cutem. HIPP. L. I. *De Morbis.*

z) *Graeci cachexiam vocant, vbi malus corporis habitus eſt, ideoque alia omnia alimenta corrumpuntur.* CELSVS Lib. III. cap. 22. Sed PAVLLVS τὴν ἀρχὴν τῶν ὑδρωπικῶν παθῶν, *principium affectuum hydropicorum* eſſe ſcribit L. III. cap. 22.

tatione primas partes teneat. Namque et ſudores colliquatiui, et diabetes [a]) atque alui colliquatio [b]), et ſaliuae fluxio [c]), et omnis haemorrhagia, nullo motoris impetu, ſaluis vaſis, contingens, hanc claſſem ſubeunt quam commodiſſime, inque illam non minus reuocari poſſunt humores in aërem reſoluti, *tympanias*, quem *hydropem ſiccum* vocant, et *empneumatoſes* [d]) ſeu *emphyſemata*, quae ſuperſunt, ſi ab illis, quae ex aëre, per vulnus cutem ſubeunte, oriuntur, abiueris. Maior eſt illius generis ambitus, cuius nota in lentore humorum, ſiue pituitoſi, ſiue atrabilarii illi ſint, ponitur, vtpote quo omnes mutationes, a quocumuis obſtructo prouenientes, comprehenduntur. Quanta enim illius notionis latitudo ſit, dici ſatis nequit, quando plerique morbi chronici, ſuam in humorum per ſua viſcera progreſſu impedito indolem poſitam habentes, *febres* ſcilicet *intermittentes*, ſi ab illis continuae typum habentibus receſſeris, et omnes, quae ad hepar referuntur, mutationes, quibus bilis effluxus ad debitos locos impeditur [e]), ad indebitos autem dirigi-

a) *Οὖρον ἐξυδατούμενον λίπος ἴσχον τι.* HIPP. *in* Coac. *Praenot. Vrina aquoſa aliquid pinguedinis habens.* Et alibi, *οὖρον λευκὸν καὶ καταχεόμενον διαφανὲς*, *vrina alba, quae pellucida funditur.*

b) *Λιπαρὰ διαχωρήματα.*
Pinguia excrementa. HIPP. *Epid. ſtat. peſtil. Aegr.* I.

c) *Σιαλοχόοι* HIPPOCRATI dicuntur L. II. Epid. *qui multam ſaliuam ore concipiunt.*

d) *Ἀνεμοῦσθαι, ἐμπνευματοῦσθαι*, *inflari, aëre turgeſcere.* GALEN. *in Exegeſi Voc.* HIPP.
Τῆς μήτρας ἐμπνευμάτωσις.
Vteri inflatio. PAVLL. L. III. c. 70.
Ἄνεμος ἐν τῇσι μήτρῃσι.
Flatus in matrice. HIPP. *De Morbis Mulier.* L. II.

e) *Χόνδρους ἐμπλάττων τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ ἀγγεῖα καὶ μάλιστα τὰ πέρατ᾽ αὐτῶν, κωλύει τήν τε χολὴν εἰς τὸ ἔντερον ἐπιέναι*

Carti-

rigitur f), atque omnes ventris ex malo hypochondriaco contorſiones, hinc *haemorrhoidum* falſa molimina et *hyſtericae paſſionis* varii luſus, deinde *mentis alienationes* ex chronicis omnes, obſtructo cuidam viſceri tribuendae, atque etiam *fluxionum defectiones* g) pleraeque, et, ſi ab illis, quas ſpaſmus aut humorum defectio aut debilitas inducit, receſſeris, omnes etiam iſtae, quas *calculus* in bilis et lotii viis affert, ſub iſthac claſſe continentur, et vna methodo medendi, ſubductis rationibus ad partium ſingularum fabricam, componuntur. Quodſi denique et iſta humorum vitia, quae *acredinis* notam in ſe comprehendunt, veluti illae notiones quaedam morborum internorum genera ſtabilire poſſunt; ſub cenſuram reuoco, iſthanc ideam, nimiae ceteroquin latitudinis vitio laborantem, in particulas diſcerpendam eſſe intelligo. Ideoque meditanti mihi, quot modis inimicus aliquis humor, partibus ſolidis perniciem intendens, (namque hoc acre eſt,) in ſuis variare effectibus poſſit, diuerſae ſeſe liquidorum deſtruentium imagines offerunt. Horum aliqua vel foris inducta, vel ex inflammatione nata, putrida dicuntur, et vti venenum agunt, atque ex illis quaedam celerrima expeditione ſuam exercent virulentiam; haec *ſynochi putridae* h) eiusque ſpecierum,

Cartilago implens hepatis vaſa, potiſſimum autem eorum fines, impedit, quo minus bilis ad inteſtinum abire poſſit. GALEN. *Method. Med.* L. XIII.

f) Ὅταν ἡ χολὴ εἰς τὰς φλέβας καὶ τὰ ἄρθρα κατασηρίζῃ.
Quando bilis in venas et articulos transgreſſa fuerit. HIPP. *De Affect.*

g) Στέγνωσις, vna ex tribus methodicorum communitatibus, GALENO dicitur L. *De Optima Secta*, ἡ βλαφὴ τῶν πόρων, ἐφ' ᾗ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα, *Laeſio minimarum viarum corporis, qua humores exſuperantes tranſire prohibentur.*

h) Ἀλλοιόμενον τὸ αἷμα καὶ θερμανθὲν, ἕως σαπὲν γένηται.

Cor-

rum, ad vsque *peſtem*, idea eſt. Namque inflammationis magnitudo et velocitas tanta tunc eſt, vt ad eandem medicus, etiam ob debilitatem illi admixtam, primo loco reſpicere non poſſit; qua de cauſſa non tam inflammatio ipſa, quam celerrimus eius effectus, *putredo*, mente tenendus eſt, et ab illo definiri iſtae aegritudines poterunt, in quarum numero quoque *dyſenteria*, ſub altero ſuo ſtadio eſt, ſi ſub priori inflammatio deleri haud potuit [i]). Huc etiam referendae ſunt *febres ex* inducta ſanguini *materia putrifica* naſcentes, qualem in venenis velocibus, per vulnus illatis, inque abſorpto ichore vlcerum vel exanthematum offendimus. Alia autem liquida putrifica, agendo tarde procedunt, quandoquidem in folliculo aliquo, certis incluſa limitibus, haerent, et primo quidem partem, cui inſunt, deinde, emiſſis in ſanguinem ichoribus, totum quoque hominem, lenta veluti morte, cum *febribus* ſimiliter *lentis*, inter longam et frequentem ſymptomatum ſeriem conficiunt. Hoc in viſceribus, *purulentum* [k]) dicitur, et varii morbi ſuam ab hac acredine ſenſim

Corruptus ſanguis eousque incaleſcens donec putridus fiat. HIPP. L. *De Vlceribus*.

῞Οταν σηπεδὼν ἀνάπτει τὴν πυρώδη θερμασίαν.

Cum putredo febrilem aeſtum accendit. GAL. *Comment. ad* HIPP. L. VII. *Aph*. 42.

i) *Δυσεντερία ἕλκωσις ἐντέρων μετὰ φλεγμονῆς.*

Dyſenteria eroſio inteſtinorum cum inflammatione. *Defin.* GALENI.

k) *Διάπυον*, *purulentum*; *Διάπυον ἧπαρ*, *purulentum hepar*. HIPP. L. VII. *Epid. Aphor*. 45.

Ἐμπύημα quamcunque *ſuppurationem* notat. HIPP. L. V. *Aph*. 8. *ἐς ἐμπύημα μεθίσασθαι*, *in abſceſſum tranſire*. CAELIO AVRELIANO *Tard. Paſſ.* L. V. c. 8. *ἐμπυήματα* vomicae ſeu internae puris collectiones dicuntur.

Ἀπύλ-

ſenſim depaſcente, veluti hoc, cum de morborum ſolidorum ſynopſi cauſſali ſcriberem, a me iam ex parte expoſitum fuit, notionem genericam indipiſcuntur. A putrida acredine cum diſceſſero, alia ſeſe oſtendit, quae, ex diuerſorum *ſalium mixtione* orta, mox irritat, mox deſtruit. Poteſt ideoque aliquis morborum ordo ab acredine vel alia quacumuis re atque ipſis quoque *vermibus* l) definiri, quae, ſuo in fibras irritabiles agens ſtimulo, conuocato in locum irritatum vna ſpiritu, variorum praeter naturam motuum, cauſſam ſiſtit, quod *ſpaſmos* m) dicimus. Summus huius notionis ſignificandi valor eſt, qui non tantum violentos muſculorum voluntati ſubiacentium motus, tenſiuos, aut cum tenſione et laxitate variantes, (id eſt conuulſiuos,) ſed et mutationes alias, nomine et actione laeſa variantes, in excretionum mox augmento, mox impedimento, inque organorum actionibus aliis, mox auctis, mox oppreſſis poſitas, apte explicat. Namque veluti ſpaſmus, pro gradu ſuae tenſionis, differt,

 ita

Ἀπόλλυσθαι διὰ πύα, τοῦ πλεύμονος σαπροῦ γενομένου.

Ex purulentia mori, pulmone purulento et putrido facto. HIPP. L. I. *De Morbis.*

l) Ἐρεθισμὸς, quoduis *irritamentum.* Ita GALEN. *Comm. II. in* HIPP. L. *De Ratione Victus in Morbis Acutis:*

Δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν ἤτοι κατ' ἔντερον, ἢ κατὰ γαστέρα, καὶ ὀργὴ, καὶ λύπη, καί τινες ἕλμινθες, καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος, ἢ καὶ μορίων τινῶν.

Morſus ab acribus humoribus, ſiue in inteſtinis, ſiue in ventriculo, ſiue ira, ſiue triſtitia, et aliqui vermes et pruritus cutis aut quarundam partium.

m) Σπασμός ἐστι περὶ νεύροις καὶ μυσὶ γινόμενον πάθος μετὰ τοῦ ἄνευ προαιρέσεως ἕλκεσθαι, ποτὲ μὲν ὅλον τὸ σῶμα, ποτὲ δὲ μέρος.

Spaſmus eſt affectus in neruis et muſculis contingens, cum tractione ſine voluntate, mox totius corporis, mox partis. *Auctor Defin.* GALENI.

ita in confeſſo eſt, eundem mox expeditiones viſcerum et vaſorum accelerare, mox cohibere poſſe. Hinc magna huius vocis, in definiendis morbis variis, eſt frequentia. Namque *ſingultus* [n]), *vomitus*, *hypochondriorum tenſionis* [o]), *flatuum impeditorum* [p]), *palpitationis cordis* et ſub alio reſpectu *aſphyxiae*, vti in *leipothymiis*, *ab irritamento ortis*, varii quoque *doloris*, hinc *frigoris febrilis* idea, vt alia non commemorem, hac notione commode poterunt explicari, a qua parum diſcrepat ea, quae morbos ex acredine, ſolidas partes deſtruente aut earundem deſtructionem intendente, colligit, cogitatio. Haec enim, effectus venenorum, vel inductorum [q]), vel ſponte naſcentium, *acidi* [r]) ſcilicet, in

n) Λυγμοὶ, ϛομάχȣ σπασμὸς δι' ἄμετρον κένωσιν ἢ πλήρωσιν.

Singultus, ventriculi ſpaſmus, propter euacuationem nimiam vel plenitudinem. GALEN. *Comm. IV. in* HIPPOCR. L. *De Ratione Victus in Morbis Acutis.*

o) Ξύντασις ὑποχονδρίων, *Hypochondriorum conſtrictio.* HIPP. L. I. *Epid.*

p) Ὅσα φύσαν καὶ ἀναλήμματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι.

Quae flatus eorundemque ad ſuperiora reuolutiones efficiunt. HIPP. *De Veteri Medicina.*

Διαχωρέει δὲ ȣ̉δὲν, ἀλλὰ ἀποϛέγνωται.

Nihil ſecedit, ſed ſpaſmo retinetur. HIPP. L. *De Victu in Morbis Acutis.*

q) Δηλητήρια, *medicamenta perniencioſa*, GALEN. *Comm. VI. in Lib. VI. Epid.* HIPP.

r) Ὅισιν ὀξύτητες προσίϛανται δριμεῖς τε καὶ ἰώδεες, οἷαι λῆσσαι καὶ δήξιες σπλάγχνων καὶ θώρηκος.

Quibus acidae acredines et aeruginoſae, quales furores, et morſicationes viſcerum imi ventris et thoracis. HIPP. *De Priſca Medicina.*

Ἔμεε λάπην ὀξέην, καὶ τὸ ἔμεσμα, ἣν ἐκχέῃς χαμαὶ, ζύει τὴν γῆν, ὥσπερ ὄξος ἐπιχέοντι καὶ τȣ̀ς ὀδόντας αἱμοδιᾷ.

Vomit

in ſolas tamen primas vias agentis, et *bilis*, cuius noxae vniuerſales magis ſunt [s]), vna cum plurimis dolorum cauſſis, in vnam colligit familiam.

Eo autem maiorem haec morborum ſynopſis vtilitatem habitura eſt, quo maior ſemper eorundem eſt in ſuis ſpeciebus atque in ſingulis etiam indiuiduis varietas, vt menſura aliqua propterea opus ſit, ſecundum quam cauſſarum proximarum intuitu vnicuiuis mutationi, veluti primariam vel ſecundariam conſiderationem poſtulare viſa eſt, debitam prouidentiam tribuere poſſimus.

Vomit amurcam acidam, et vomitu reiecta materies, ſi effuſa humi eſt, rodit inſtar aceti, et dentes ſtupefacit. HIPP. *De Morbis Internis.*

s) *Χολέρα δριμέων χυμῶν ἐκ τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐδηδεσμένων γενηθέντων γίνεται.*

Cholera ex acribus ſuccis per corruptionem ex edulibus contingit.

Ἰώδεα ἐμέσματα, *viroſi vomitus.* HIPP. *Prorrhet.*

Πικρόχολες appellat HIPPOCRATES L. *De Ratione Victus in Morbis Acutis*, eos, *qui bile abundant.* Exponit GALENVS, *ἀθροιζομένης τῆς χολῆς κατὰ τὸν στόμαχον*, *cum bilis in ventriculo colligitur*, et *πικρὲς* appellat, *amarulentos*, quibus bilis in os confluit.

Ὅταν τις πικρότης ἀποχυθῇ, ἣν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, οἷαι ἄσαι, καὶ καῦμα, καὶ ἀδυναμίαι.

Cum amarulentia effuſa eſt, quam bilem flauam appellamus, quales anxietates, et aeſtus, et defectiones virium? HIPP. *De Priſca Medicina.*

SPECIMEN SEXTVM,
SISTENS
LIMITES GENERVM MORBI.

Nemo eorum, qui de morbis eorundemque curationibus vt ſcriberent, animum aduerterunt, fuit vnquam, quin aliquam eorum ſeriem ſtabiliendam et ſcriptionis filum hoc ipſo dirigendum ſibi eſſe fuerit arbitratus. Sed methodus, qua plerique vſi fuerunt, laxior eſt, quam vt bona dici poſſit. Multi enim, vel iſta vulgari morbos diuidendi ratione, qua illi ſecundum actionis laeſae ſeriem, vel aegri ſenſionem ac externam formam digeruntur, vſi fuerunt. Aliis ſecundum partium affectarum numerum, ordines pathematum inſtituere viſum eſt, nec defuerunt, qui vel aetatis, vel ſexus, vel anni tempeſtatum, vel vitae generis, quo quisque aegrotantium vſus eſt, rationem habendam eſſe putarent, quos excitare nunc longum foret, quorum quidem vel cogitandi, vel ſcribendi modos meum non eſt, vel inquirere, vel vellicare, quos tamen ad indolem genuinae methodi practicae commentari noluiſſe, ſed morborum ſaltim hiſtoriam ordinare voluiſſe, in confeſſo eſt, quandoquidem methodus, ad auxilium inueniendum commoda, anguſtiſſimos claſſium limites poſtulat, et germanas amat ſimilitudines, quas characterum ſolis ſpeciebus communium paritas ſtabilire poteſt. Veluti enim veteres, qui vel animalium, vel vegetabilium claſſes laxis notionibus amplexi fuerunt, a recentioribus, familias rerum creatarum ad vsque ſpecies reſtringentibus, nunc damnantur, quandoquidem, qui, animalia viuipara et ouipara, pennata, bipeda, quadrupeda, plan-

plantas autem, arbores, frutices, ſuffrutices et herbas dixiſſe, ſufficere ſibi putabant, amplius et ſpatioſius, quam doctrinae et claritas, et quaeſita definitio poſtulat, commentati eſſe recte viſi ſunt. Ita quoque, qui circulis maximis ſua morborum circumſcripſerunt genera, definitionem, ex qua communis congenerum affectuum curatio ſequeretur, conuenienter ſuggerere haud potuerunt. Hoc intellexit THOMAS SYDENHAM [a]), quando *vnaquaeque*, ait, *morborum*, *non minus*, *quam animalium et vegetabilium ſpecies*, *affectiones ſibi proprias ac pariter vniuocas ab eſſentia ſua promanantes ſortita eſt.* Eadem enim eſt omnium et quarumuis cogitationum ratio, vt, cum in notionibus ſparſis colligendis verſamur, atque vel meditationum, vel laborum compendia intendimus, illae, pro diuerſa comparationis norma, mox laxius, mox ſtrictius coëant ad ſe inuicem, et aliqua veluti cohaeſionis lege iungantur. Vti enim in corporum aggregatorum mixtione fit, vt, quo ſimpliciora elementa ſunt, eo, cum vinculum competens acceſſit, firmiori nexu iungantur; ita quoque idearum ſimilium, ſi debita accedit aeſtimatio, aliqua naturalis ad ſe inuicem eſt propenſio, nec deſinunt illae maiorem ſemper maioremque in partes diuiſionem appetere, donec diſcerpi porro nequeant; In qua criſi quando verſantur, vltimum genus conſtituunt, quod porro, praeter ſpecies, nihil quidquam ſub ſe habet aliud. Ad iſtam notionum ſimplicitatem omnes, qui methodos ſtrictiſſimas condiderunt, ſibi adſpirandum eſſe ſenſerunt; quod niſi feciſſent, multa ſane genera media, diuiſionem vlteriorem admittentia, indiuulſa reliquiſſent, cum tamen *naturalis inſtinctus doceat, noſſe prima, proxima, et vltimo minutiſſima,*

 ſitque

a) THOMAE SYDENHAM Opuſcula omnia. Amſtelaed. 1738. 8. Sect. II. Cap. 2. p. 82.

ſitque filum ariadnaeum ſyſtema, ſine quo non tantum botanica et *omnis hiſtoriae naturalis cognitio, ſed et pathologia chaos eſt* [b]). Adeoque, quot diuerſae rerum vel notionum formae ſunt, tot quoque diuerſas numerari oportet ſpecies, quas, cum porro, praeter varietates, nihil quidquam aliud contineant, vlterius diuidere, operoſius quam vtilius foret negotium, ſiquidem ſubſiſtendum denique in aliqua meditatione eſt, habentque genera vltima minimos circulos porro non anguſtandos, niſi moleſtae ſedulitatis notas incurrere methodicus velit. Quousque autem in ſubdiuidendis notionum mixtarum conceptibus pergendum, et, vbi denique ſubſiſtendum ſit, ſcire refert. Quousque cogitationes noſtrae in aliqua concretorum vel in aliqua affectionum corporearum ſerie, coniunctas adhuc eſſe oſtendunt notiones, ipſa eſſentia diſcrepantes, diſcerpendus ordo porro eſt in tot particulas, quot adſunt perpetuae diſcriminis notae; quousque rei herbariae doctores in plantis, ſi quis illas obiter intuitus fuit, ſimilibus viſis, adeſſe intelligunt vel minimam circumſtantiam variantem, eamque, in omnibus indiuiduis ad examen reuocatis, in parte primaria perpetuam eſſe comperiunt, ſe naturali impetu ad vberiorem diuiſionem ferri percipiunt, ſentiuntque nondum euolutum eſſe genus infimum illud, quod affectant. Non aliter comparatum eſt cum morbis, ad extremas notiones deducendis, in quorum expoſitione quando verſamur, volumusque ſimiles omnes corporis affectiones ad vnum caput reuocare, eadem indicatione omnibus, vti congeneres ſunt, ſatisfacturi, deſiſtendum ſane nobis eſt neutiquam, donec inuentum ſit genus vltimum, quod ſolas ſub ſe continet ſpecies, quae ſunt, *conuenientia morborum indiui-*

b) CAROLI LINNAEI Philoſophia botanica. Stockholm. 1751. 8. p. 98.

diuiduorum vel eorum ſimilitudo, quae ſub ſe nihil, praeter indiuiduos morbos, continet c). Quamdiu morbos ſub illa claſſium latitudine contemplamur, qua illi adhuc porro in genera ſumma et media diuidi poſſunt, qualis erat illa veterum methodicorum κοινωνία i. e. *communitas ſtricti et laxi, aut illius, quod ex vtroque eſt*, et quamdiu pro ſpeciebus habemus morbos, qui vere ſunt genera, ſuis ſcilicet eſſentialibus characteribus adhuc diſcreta, errores in praxi euitare ſane non poterimus, aegritudines, tota natura diſcrepantes, eadem methodo tunc pertractaturi. Senſit hoc malum prauae ſimilitudinum aeſtimationis GEORGIVS BAGLIVIVS d), et rem phthiſeos exemplo illuſtrat. *Niſi*, ait, *phthiſin vnius ſpeciei a phthiſi alterius ſedulo diſtinxeris, ſed medendi methodum et remedia vnius praepoſtere adhibueris phthiſi alterius ſpeciei fere remotiſſimae, in euidentem perniciem coniicies aegrotantem aut magno tui dedecore curationem haud perficies.* Adducit *grauis* ille *auctor* et alia exempla errorum, ex nimia generum amplitudine oriundorum, quales ſunt, qui, morborum conuenientiam ex ſolius actionis laeſione iudicantes, mox aſthmata mox affectus ſoporoſos, ſine reſpectu ad cauſſas ſingulas, eadem methodo perſtringunt, quos oportebat iſthaec genera laxa porro diuidere, et ſingulis ſpeciebus ſingularem medicinam parare. Hinc recte monet SAUVAGES e), *tot ſtabiliendas eſſe ſpecies cuiusuis generis morbi, quot ſunt cauſſae conſtantes.* Parui quidem facienda non ſunt genera morborum ſuperiora et ampliora, quo-

c) *Conf.* Pathologia methodica, ſeu de cognoſcendis morbis, Auctore *Fr.* de SAUVAGES, *Amſtelaed.* 1752. 8. qui ſimiliter morborum claſſes ad leges methodi plantarum et animalium inſtituendas eſſe cenſet p. 194.

d) GEORGII BAGLIVII Opera omnia medico-practica. Prax. Med. Libr. II. Cap. IX.

e) Pathologia Methodica p. 268.

quorum characteres, a ſenſu aegroti, actione laeſa, parte affecta aut forma externa petuntur, quando *febres*, *dolores*, *debilitates*, *motus tonicos*, *clonicos*, *ſopores*, *excretionum impedimenta aliaque aegritudinum ſchemata*, *quae cauſſam non explicant*, adducimus, iisdemque ſuas ſubordinamus ſpecies; namque eiusmodi conceptus, etiamſi quaeſitam indicationem ſpecialem haud pariunt, pariunt tamen notitiam, et, niſi therapiae, certe hiſtoriae famulantur. Enim vero, ſi vltimum artis ſcopum, qui eſt medendi methodus, ad multas ſpecies congeneres vno reſpectu pertinens, intendimus, veluti SCHNEIDERVS f) *ſudores ſuperficierum internarum*, *catarrhum membranae pituitariae anterioris et poſterioris*, *branchum*, *aliaque ſtillicidia ſeri febrilia*, ſub eodem ſiſtit intuitu; opus omnino eſt, quo ſtatuum morboſorum contemplationes ad cauſſas eorum proximas vſque continuemus, etiamſi illae ſenſibus ſemper haud occurrant. Namque hac in re methodus pathologica ſtrictior et anguſtior ab illa rei herbariae et aliarum rerum naturalium differt, quod ſigna characteriſtica generum, quae morbos definiunt, a latentibus elementorum mutationibus, ſenſuum miniſterio non ſtatim vſurpandis, haud raro pendeant, quando rerum naturalium ordines per ſigna manifeſta et ſenſibus obuia conſtare debent. Ita THOMAS SYDENHAM, de ordinibus morborum conſtituendis ſcribens g): *Eam nobis arrogamus licentiam, quam nemo facile botanico conceſſerit, a quo in deſcribenda plantarum hiſtoria ſenſuum requirimus teſtimonium*

f) CONRADVS VICTOR SCHNEIDERVS *Libr. V.* De catarrhorum diaeta et ſpeciebus, de coryza ſeu catarrho membranae pituitariae anterioris, catarrho membranae pituitariae poſterioris, brancho, hoc eſt, raucitate, ſeu de catarrho gutturis, catarrho ſuffocatiuo, ac de curatione illorum. *Wittenbergae* 1682. 4.

g) Opuſcul. Sect. I. Cap. 11. p. 13.

monium ac fidem, non rationis commentationem, quantumlibet illa polleat atque reliquis antecellat. Ideoque ad cauſſas, et quidem proximas, vt quaeſita genera morborum infima inueniantur, aduertendus eſt animus, ſiquidem ordo cauſſalis ſolus genuinam morbos et ordinandi et curandi methodum ſiſtit. Conſentientes habeo medicorum principes recentiorum quoque temporum, etiamſi a veteribus, quorum ſententias in ſuperioribus recitaui ſpeciminibus, receſſero. Illi enim parum fiduciae in forma morborum externa ſola, licet ea penitus excludenda non ſit, plus autem auctoritatis in cauſſarum proximarum ſcrutinio ad genera morborum cauſſalia conſtituenda collocant, vtque aliquem ex illis nunc excitem, qui propius ad tempora noſtra vixit, FRIDERICVS HOFMANNVS [h]), *pathologiae ſynopſin, proximam quorumuis morborum cauſſam amplecti oportere* aſſerit, cuius quoque ordinis cauſſalis neceſſitatem, praeter ſuperius adductos, SYDENHAMIVM et BAGLIVIVM, alii perſenſerunt. Namque inter primos haud dubitanter fuit PROSPER ALPINVS [i]), qui, veterum methodicorum placita plus atque magis digerens, *de medicina methodica L. XIII.* ordines morborum, ſolo ad cauſſas intuitu, digeſſit, et quidem, veluti in omnium ſcientiarum primordiis fieri ſolet, non admodum conſtanter, attamen vtiliter. Eadem ratione vſus FRANCISCVS *de le* BOE SYLVIVS [k]) ſua morborum genera ad cauſſas direxit, quorum aliquos *ſpirituum animalium in cerebro et cerebello generationi laeſae, alios ſpiri-*

h) FRID. HOFFMANNI Opera omnia in ſex Tomos diſtributa. Tom. I. Sect. I. Cap. IV. p. 299.

i) PROSPERI ALPINI De Medicina Methodica Libri XIII. *Lugd. Batau.* 1719. 4.

k) FRANCISCI *de le* BOE SYLVII Idea Praxeos Medicinae, *Francof.* 1671. 8. Libr. I. c. 41. ſqq.

ſpirituum animalium per neruos laeſo motui, *quosdam bilis generationi laeſae aut eius retentioni et motui ad inteſtinum laeſo*, *eiusdemque cum ſanguine mixtioni laeſae*, *lymphae glanduloſae per vaſa lymphatica motui laeſo*, tribuit, atque hoc ipſo, quantum honorem cauſſae proximae in definiendis vltimis morborum generibus habuerit, oſtendit. Eodem reſpectu ad cauſſas, *neruoſi generis morbos* collegit THOMAS WILLISIVS [l]), et paſſionem hypochondriacam, hyſtericae, omnibusque morbis, ab imaginatione laeſa vulgo dictis, ex conuulſionis et ſpaſmi rationibus eosdem definiens, ad latus iunxit. *Morbos a vermibus* omnes ad vnum caput reuocauit RIVINVS [m]), a putredine PALMERIVS [n]), a cauſſa venerea, vt vnum ex omnibus aphrodiſiacorum auctoribus nominem, ASTRVCIVS [o]), a congeſtionibus STAHLIVS [p]). Longus enim forem, ſi omnes, qui in ſeriebus morborum conſtituendis ad cauſſam proximam reſpiciendum ſibi eſſe putauerint, recenſere nunc vellem. Quorum igitur, atque vna omnium veterum auctoritatibus ſuffultus, ordinem morborum cauſſalem ſtabilire decreui, non equidem, quod nouum quid hoc ipſo me allaturum ſperem, vtpote qui, a quibus profecerim, haud reticeo, nec neſciam, omnes, qui cauſſas morborum generali ſcriptione recenſuerunt, *grauiſſimos viros*, BOERHAVIVM, GORTERVM, LVDWIGIVM,

l) THOMAE WILLISII Pathologiae Cerebri et Neruoſi Generis Specimen, *Oxonii* 1667. 4.

m) D. AVG. QVIR. RIVINI *Diſſert.* De Morbis animatis, rec. in Coll. Diſſert. *Lipſ.* 1710. 4.

n) IVLII PALMERII *Conſtantini*, Medici Pariſienſis, De Morbis Contagioſis Libri VII. *Pariſiis* 1578. 4.

o) IOANNES ASTRVC De Morbis Venereis Libri VII. *Lut. Pariſ.* 1736. 4.

p) Morbos congeſtionis collegit GEORG. STAHLIVS *Pathol. Specialis Part. II. Sect. II. Hal.* 1708. 4.

GIVM, ad genealogiam morborum, veluti HOFFMANNVS q) eam ita appellat, praeludere; vt propterea eorundem meditationibus vtenti mihi, difficile haud ſit futurum, cauſſis ſingulis ſuos effectus, qui ipſi morbi ſunt, ſubordinare, et, exempli cauſſa, quieſcenti *ſanguini*, per febrem moto, *inflammationes veras*, *ſero* autem, *ſpurias* addicere, *debiles morbos* alios, ex iactura liquidi vitalis, alios ex praeſtructo motori itinere, definire et eousque diuidendo procedere, donec enumerandae ſaltim ſuperſint ſpecies, *pleuritis*, *peripneumonia*, *phrenitis*, quod inflammationes ſanguinei generis, *rheuma* autem et *arthritis*, quod ſpurias concernit, vtpote in quibus ſanandis maxima pro cauſſali diſcrimine intercedit diuerſitas. In hisce vltimis conceptibus ſubſiſtendum eſt, et veluti varietates ſpecierum in hiſtoria plantarum numerum non augent, ita nec ſpecierum in morbis varietates, *podagra*, *chiragra*, *gonagra*, *tinea*, *ſcabies*, numerum morborum augere aut methodum medendi variare poſſunt. Neutiquam vero eſt, quod quis mihi obiiciat, hoc ad cauſſas proximas reſpectu, morborum genera augeri immaniter. Namque tantum abeſt, vt hoc cuidam naturae ſcrutatori vitio vertendum ſit, vt potius in laudem illi cedat, res et notiones eo vsque, donec omne characterum eſſentialium diſcrimen penitus aboletur, a ſe inuicem diſcerpere. Scilicet hoc demum induſtria eſt, non abblandiri ignauiae et conceptus rerum imminuere, ſi illi per naturam tamen adſunt; ſed eruditi viri eſt, minima quaeuis momenta, ſi differentia aliqua realis in illis latet, quae et conſilium mutare poſſet, penitus euoluere, et, auctis etiam, ſi opus eſt, generibus, ſpecies imminuere; Id quod veluti laudabiliter a LINNAEO aliisque oculatioribus rei herbariae ſcrutatoribus effectum

q) Oper. Tom. I. Sect. I. Cap. IV. p. 299.

fectum eſt, ita quoque in methodo medendi non, niſi vtiliter, id perfici poſſe arbitror. Hoc etiam aliquis mihi haud immerenter et ſpecioſe obiiciat, quod ſimplicitas generis alicuius infimi porro in noua genera haud diuidendi, et non niſi ſpecies ſub ſe habentis, haud ſemper obtineri poſſit, et cauſſas ſaepe ita inter ſe intricatas haud raro eſſe, vt illae quidem cogitando, ipſa autem re a ſe inuicem diſcerni et curando pertractari poſſint neutiquam. Exempla *morborum mixti characteris* proponit GVILIELMVS MVSGRAVE r), quando arthriticam materiam, *cachecticae*, *atrabilariae*, *ſcorbuticae*, *illi venereae dictae*, *atque illi*, *quae ſub exanthematum nomine in cutem finit*, *immixtam*, ideoque varias arthritidis ſpecies, totidem modis diſcrepantes, at valde omnino mixtas, ſiſtit. Scorbuticam acrimoniam venereae mixtam ſimiliter haud raro offendimus, cacochymia plethorae alte immerſa ſaepe ita eſt, vt, cui ex alterutra notione primas partes in definiendo morbi genere tribuere poſſis, neſcias; id quod fere vbique ita occurrit, vt ex morborum generibus, quae ſimplices et ſimillimas ſpecies contineant, ſint pauciſſima. Quae cum ita ſeſe habeant, deſperandum fere eſt, fore vnquam, quo pura aegritudinum genera ſtabiliri poſſint: Id quod hoc modo etiam euenire, in regnis naturae perſpicimus. Etiamſi enim illa in concretis ſuis, maxime organicis, ordinandis ſummam, quanta vnquam eſſe poteſt, ſimplicitatem intendat, vnde laudatus BAGLIVIVS s) ad iſtas naturae leges morbos quoque ad vſque ſpecies a ſe inuicem ſecerni oportere ſtatuit. *Illud*, inquit, *inter praecipua artis noſtrae deſideria merito reponimus*, *vt ſcilicet ſinguli quique*

r) GVIL. MVSGRAVE De Arthritide Symptomatica, *Diſſertatio. Geneuae* 1715. 4.

s) *l. c.*

quique morbi in ſpecies diſtinguantur, et ſingularum ſpecierum proponantur ſigna characteriſtica nec non methodus cuilibet opportuna et ſtabilis, eadem potiſſimum ratione, qua id factum videmus a botanicis, qui ſub generali nomine cuiusuis plantae, vt cardui plures huius ſpecies comprehendunt. Attamen euenire frequenter, et in rebus creatis, et in morbis ſolet, quo genera aliqua ſint mixta, diuerſis characteribus inſignita, ad neceſſariam ſimplicitatem haud reducenda. *Natura ſociat et coniungit lapides et plantas, plantas et animalia*, cuius generum mixtionis exempla LINNAEVS t) excitat. Non aliter in morborum ſimilium ad ſimiles relationibus euitari nequit, quo conceptus mixti occurrant, penitus haud enodandi. Neutiquam tamen eſt, quo quis metuat, ne, hac mixtione conceptuum in pathologia ſaepius occurrente, ſimplicitas generum, ad methodos curandi exquiſitiores adeo neceſſaria, penitus intercipiatur ac tollatur. Poſſet enim, ſi volupe illi eſſet, aliquis methodicus genera ambigua conſtituere et anomalias ſeorſim recenſere, ſi quando morbi quoddam genus obueniret, quod veluti hermaphroditicum eſſet et varios conſpectus ſiſteret, vt adſint vna *motus aucti cum debilitate, veluti in febribus malignis, ſpaſmi et paralyſes, veluti in conuulſionibus, ſolutio nerui cum inſpiſſato humore, veluti ſaepe fit in cataracta iuncta paralyſi nerui optici, bilis et pituita, veluti in chloroſi.* Sed non opus eſt, quo effugium illud quis quaerat. Veluti enim in arte gemmaria, cuius ordines laudatus MVSGRAVE u) ad methodum pathologicam morborum applicat, nihil tam mixtum eſt, vt non vnus et alter conceptus praeualeat, vt, licet ſint *ſardonyches, chalcedony-*

t) Philoſophia Botanica p. 97.
u) l. c. in praefatione.

donyches, *ſardachatae*, et ſimiles pretioſiores lapides, ex diuerſo ſtrato materiae opacae vel diaphanae aggregati, poſſint tamen illi vel plus ad *ſardam*, vel plus ad *onychem* referri; Et veluti, quando ex ordinibus glebarum metalliferarum aliquae, diuerſi metalli fibram in ſe continentes, occurrunt, non tamen propterea de earum genere infimo definiendo deſperandum eſt, ſi quidem, ſi limatum acceſſerit iudicium, arte docimaſtica ſuffultum, vnumquodque, quod in maſſa praeualet, ad ſuam claſſem referri poterit faciliter, reliquis aggregatis, quae in eadem maſſa continentur, ſimiliter ad ſuos ordines reuocatis. Non aliter comparatum eſt cum morborum analyſi, vt, ſi quando vel cauſſarum adeſt ſyndrome, vel ſymptomata ex morbo primario conſequentia adſunt plura, conſultum ſit, eam, quae ex pluribus cauſſis et euidentior eſt, et magis vrget, ſeligere, atque ab illa praedominantem notionem et genus conſtituere atque indicationem hinc conficere, vtpote qua in re, huius artificii logici, quo morborum conceptus ad extremam ſimplicitatem ducuntur, conſiſtit vtilitas. Omnia ſcilicet ſymptomata, tanquam peculiares morbos, conſiderari opus eſt. Hoc intellexit BAGLIVIVS x): *Morbus quisque,* inquit, *quantum ludere ſoleat ſub perſona alterius morbi, ſpeciei fere remotiſſimae, quotidie obſeruamus in praxi;* et poſtquam grauis ille auctor exempla varia morborum mixtorum, maxime *hyſteriae* et *luis gallicae*, adduxit, *magnae vtilitatis fore*, concludit, *vt morbi in tot ſpecies diuidantur, quot ſunt morbi principales aut cauſſae, a quibus fouentur.* Subſcribit huic ſententiae ARCHIBALDVS PITCARNIVS y). *Eundem morbum ſaepe ad plura genera*

x) Prax. Lib. II. c. IX.

y) ARCHIBALDI PITCARNII *Diſſertationes Medicae, Edimburgi* 1713. in Diſſertatione De Diuiſione Morborum.

genera referri oportere, et, ſi ille componatur ex pluribus ſymptomatibus diuerſi generis, poſſe illum ad illud genus referri, quo pertinet ſymptoma vrgentiſſimum. Veluti autem methodi analyticae eſt, in minimos conceptus, quo vſque per bonum ordinem licet, mixtas notiones diſcerpere, et his ſpecies ſubordinare ſimiles; ita tamen eo allaborandum vna eſt, quo conceptus iſti extremi ſint euidentes, inque natura rei fundamentum habeant poſitum, et ad inueniendum medicamentum deprehendantur eſſe apti. *Fugiendae*, ait GORTERVS [z]), *omnes in muſeo excogitatae et ad ornamentum quaſi artis inuentae, ex cerebri commentis deductae hypotheſes: Praecepta autem certiſſima praxeos, in puriſſimorum auctorum deſcripta libris, aut in aegrotantibus obſeruata, ſiue canones, quos ipſa dictauit natura, quibus facilis euadit morbi cognitio, et cita, tuta iucundaque curatio acquirenda et excolenda.*

z) IOANNES DE GORTER, Orat. De Dirigendo Studio in medicinae praxi. Extat cum eiusdem *de ſecretione humorum, ex ſolidorum fabrica praecipue et humorum indole demonſtrata*, Libello, *Lugd. Batau.* 1735. 8.

SPECIMEN SEPTIMVM.

DE

INCERTO MORBORVM GENERE.

Quod illis accidit, qui herbas, vel animalia, vel foſſilia in ordines ſunt redacturi, vt inueniant corpora, quae legibus methodi denegant obſequium, quandoquidem illa de diuerſis generibus aliquid habent, neutri autem penitus ſunt addicta, quam ob rem opus ſit, illa in medio relinquere, et affinia, vel anomala, vel pſeudonyma vocare; id quoque illis euenit, qui effectus cauſſarum hominem deſtruentium, ſeu morbos, ad ſynopſin aliquam conuocare, et diuerſas nomine, actione laeſa, parte affecta, aegritudines, ad generaliores formulas redigere penes ſe conſtitutum habent. Namque et hi non tantum eandem, quae hiſtoriae naturalis conditoribus obuenit, ſed etiam longe maiorem difficultatem obuerſari ſibi intelligunt, cum volunt excogitare terminos communes, aliquam latitudinem habentes, quorum notionibus multae aegritudines, quas therapia ſpecialis ſingulariter exponit, hauriri valeant, adeoque communis aliqua ſanandi methodus, pro omnibus iſtis, quae cauſſam communem agnoſcunt, morbis inueniri poſſit. In quorum numero cum me quoque eſſe profitear, et tentauerim hactenus, poſſemne familias ſtabilire iſtarum mutationum, quae tranquillitatis humanae fruitionem intercipiunt ac laedunt, non poſſum ſane diſſimulare, me magis, quam alii, proficere in iſtis *communitatum*

tum contemplationibus haud potuiſſe, viſumque propterea opus eſſe, quo, in quibus defecerim, ingenue profitear. Etiamſi enim haud pauca morborum genera oſtendi poſſint, omnino pura et ad vnam cauſſam, quae curae medicae obiectum primarium eſſe debet, referenda, vti ſunt illa ſanitatis offendicula, quae a ſanguinis rubri impedimento ac ſtaſi ſeu *inflammatione*, vel a ſeri quiete in minimis arteriolarum ſuarum oſtiis ſeu *rheumatiſmo* proueniunt, quarum notionum varia exempla *ſpecimine quarto et quinto* fuerunt propoſita; Sunt tamen cauſſarum aliqui complexus, eſtque admirabilis quaedam illarum mixtio, in quam plurimis effectibus, vt, a qua potiſſimum origine morbus primario ducendus, quale igitur genus illi tribuendum ſit, ignoretur penitus, et mixtam, vti ipſum genus mixtum eſt, medendi methodum ſtabiliri oporteat. Ita, exempli cauſſa, acidum pituitae viſcidae tenaciter inhaeret in aliqua mali hypochondriaci ſpecie, quam ingenioſe nuper cum aliis cauſſarum concurſibus in iſthoc malo ambiguo obuiis, FRACASSINI expoſuit [a]). Alibi ſcorbuto luis gallicae virus inſidet. Deinde contrariae cauſſae haud raro eundem effectum producunt, vti tam a plethora, quam ab inanitione, ſpaſmus ac cordis palpitatio, ab aeſtu ac ſummo inflammationis ſtatu aeque ac a frigore exquiſito gangraena et ſphacelus oriri ſolent. Quae cum ita ſint, quo, in generum definitionibus, eadem felicitate progredi vbique non valeamus, deſperandum videbitur eſſe, an vnquam methodus medendi generalior ſtabiliri, aliqua cum fiducia, hinc

a) Naturae morbi hypochondriaci eiusque curationis mechanica inueſtigatio, Auctore ANTONIO FRACASSINI, Medico Veronenſi. Veronae MDCCLVI. 4. Part. 2. Cap. 4.

morborum ordines aliqua cum ſecuritate definiri poſſint. Interea tamen ſumma eſt *communitatum* ſeu conceptuum generalium, quibus varii morbi, nomine diuerſi, in faſciculos colliguntur, dignitas et mira eorundem vtilitas, ſine quibus ſi eſſemus, et ſi totidem, quot morbi in ſyſtematibus nominantur, quoque ediſcendae forent methodi, et inexhauſtum diſcendorum ambitum, et ſecuritatem contra errores nullam, ob aegritudinum differentias indiuiduales ſumus habituri. Quam ſaepe diuerſi ſchematis febres ab eadem cauſſa proueniunt, cum dantur etiam intermittentes ex plethora? *Nulla*, ait IOANNES FREINDIVS [b]), *in quacunque aetate comparuit febris, vbi ita conſtanter inuicem reſpondeant notae, vt, quas in vno homine colligatas inueneris, eaedem pariter in altero conueniant, nec tamen non ideo eodem illum morbo affixi dixeris.* Inuicem febres eiusdem ſchematis a diuerſa ſaepe cauſſa procedunt: *Febres continuae*, ait SYDENHAM [c]), *ita toto, quod aiunt, coelo differunt, vt qua methodo, currente anno, aegrotos liberaueris, eadem ipſa, anno iam vergente, forſitan e medio tollas.* Adeo certum eſt *vix vlla perpetua praecepta medicinalem artem recipere* [d]), quamdiu circa *propria* vniuscuiusuis morbi, veluti in ſcholis illa nominantur, haerere volumus. Licet enim et horum non leuis conſideratio eſſe debeat, et *communibus* cauſſarum, multas diuerſas aegritudines producere valentium, *cognitionibus contenti nec antiqui quidem medici fuerint, at-*

que

b) IOANNES FREIND De Febribus Comment. I. Extat cum eius operibus, Pariſiis 1735. 4.

c) THOMAS SYDENHAM Praxis Medica Vniuerſalis, ſeu Opuſcula vniuerſa *de Morbis Epid.* cap. II. *ab initio.*

d) A. CORN. CELSVS De Medicina Praef. L. I.

que vetuſtiſſimus auctor, HIPPOCRATES, *mederi oportere et communia et propria intuentem, ſcripſerit*, veluti CELSVS teſtatus eſt [e]). Quamuis igitur in ſolius generis poſitione, vti ſi ſcias, apoplexias et paralyſes et totam affectuum ſoporoſorum familiam, ab impedito ſpirituum per neruos motu, tanquam cauſſa ſua generali, pendere, morborum iſtorum negotia non conficiuntur, *ſed quasdam obſeruationes, nouae res*, quae in ſingula perſona occurrunt, *et corporum genera, et ſexus, et aetates, et tempora anni deſiderant;* Prima tamen curationum ſtamina et cogitationes primicerae ſuper morbis ducuntur a *communitatibus*, tanquam totidem characteribus, genera morborum definientibus, *ſiquidem*, vt habet SYDENHAM, *haud minus ſeſe adſtringit natura methodo in morbis producendis et maturandis, quam in plantis, ſiue etiam animalibus.* Opus itaque eſt, quo notionum iſtarum generalium dignitatem quouis modo vindicemus, et dubitationes, quae circa illarum euidentiam oriri forte ex charactere eorum variante poſſent, diluamus, atque easdem ad ſimplicitatem, quantam habere poſſunt, reuocare annitamur. Igitur ante omnia haud ignorari oportet, qualia ea ſint, quae genus morborum mutare haud poſſint, deinde, quomodo dubii generum characteres euoluendi ſint, eſt perſpiciendum. Mutare ſcilicet genus nequit circumſtantia aut differentia aliqua ex illis, quae per accidens adeſſe dicuntur, aut quae ſine cauſſae proximae actionem laedentis mutatione adeſſe et abeſſe poſſunt, quales ſunt omnes illae, quae a duratione, modo graſſandi, aetate, ſexu, aut conditionibus ab aegrotorum idioſyncraſia pendentibus, deſumuntur, vtpote cum ſecundariae iſthaec morbos definiendi rationes quae-

 ſitam

e) *Ibid.*

ſitam indicationem primariam producere nequeant, pariantque ſaltem aliquam ex illis, quae ſecundo loco exercentur, veluti, exempli cauſſa, ad haemorrhagiae genus definiendum, vtrum ſcilicet illa ſit ex laxitate vaſis vltimi, coërcentis liquida, an ex aucto robore, an vero ex rupto vel eroſo vaſe prouenerit, nihil confert locus, vnde ſanguis fluat, vel aetas, cui fluat, aut morbus, in quo, ſiquidem diuerſis iſtis fluxionum ſpeciebus, non, niſi ex adductarum cauſſarum proximarum rationibus, genus debito modo conſtitui, et medicina rite parari poteſt: At circumſtantiae morborum ſecundariae, ſane omnino haud contemnendae, non niſi tantum ad generis morbi mutationem conferunt, quantum ad plantae generis color et plenitudo floris, folium, locus natalis, ſtatura, duratio. Multo minus, quo morbus ſuum genus deſerat, poſſunt efficere ea, quae caſu fiunt, ſi forte varia ſymptomata, a cauſſis introductis naſcentia, et quae ceteroquin inſeparabiles morbi comites haud ſunt, nouum illi ſchema tribuunt, vel conſueta morbi externa forma mutata abinde fuit. Quam ſaepe fit, quo exanthemata, maxime illa rubra, quae ſub febribus continuis catarrhalibus erumpere ſolent, imponant medicis, quo, vtrum morbillos, an petechias, an aliquid, quod de vtroque tenet, febris eduxerit, non omnino illis conſtet, ſiquidem conſtitutio epidemica, cui in ſpeciebus febrium mutandis iisdemque admirabili modo miſcendis, ſaepe confundendis, multum omnino tribuendum eſt, conſuetam illam, quam ceteroquin in continuis ſeruare natura ſolet, legem aliqua ex parte interuertit. *Caſus oppido rari*, ait SYDENHAM, *ad morborum hiſtoriam proprie non pertinent, quemadmodum in deſcriptione ſaluiae erucarum morſus inter ſigna diſcriminantia iſtius plantae*

tae neutiquam refertur f). Etiamſi autem res ita ſeſe habeat, quo ea tantum morbi conditio, quae a cauſſis, ipſum effectum proxime antecedentibus atque ab illo inſeparabilibus, pendet, et qua ablata, morbus ipſe ceſſat, genus et petendam abinde indicationem primiceram producere poſſit; poteſt tamen omnino euenire, quo cauſſa haec mota, viribus vitae quodammodo mutata, atque ex loco in locum translata, genus morbi conuertat, vt illud propterea hoc etiam modo dubium et mutabile dici poſſit. Namque inconſuetum haud eſt, ex finiente morbo priore, continuato tramite, et ſtatim, ſine vllo interuallo, nouum oriri, a priori diuerſum, atque hac ratione variantes cauſſas, ſub diuerſo alicuius aegritudinis tempore, diſcrepantes omnino effectus edere. Nemo ignorat, vulnus, cuius genus ſub initio erat *fluxio ex ruptis*, vnde fluxum coërcentia remedia poſtularentur, mox aliud genus adſciſcere, illud ſcilicet, quod eſt ex ſtaſi liquidi in vaſis, dolore et ſpaſmo contractis, ſeu inflammatio, cui ſimiliter nunc remedia, iſti notioni genericae conuenientia, paranda ſunt, ſcilicet antiphlogiſtica. Deinde deſciſcit vulnus de nouo, fitque aliud genus, quam ante erat, ſiquidem nunc cauſſa proxima alia et noua adeſt, deſtruens ſolida, ſiue pus, cui et noua febris, quam ſuppuratoriam dicunt, accedit, atque et hic, vna cum genere mutato, methodus mutanda vtendumque eſt antiſepticis, quae rodenti vim demunt materiae, ex grumo ſanguineo atque vna ex ramentis ſolidorum factae. Eadem mutatio ac *metaſchematiſmus* ſimilis in aliis morbis occurrit. Sic *febris variolaris ſecundaria*, ex ſtimulo purulentiae nata, nouum genus morbi fit, ab illo priori inflammatorio omnino diuerſum, ſub

 cuius

f) THOMAS SYDENHAM *l. c. Praef.*

cuius vigore illis potiſſimum, quae putredinem cohibent, auxiliis vtendum eſt. Et, ſi iſthanc rem in aliis quoque morborum, quos propterea *aggregatos* appellant, exemplis nobiscum perpendimus, illud ſane frequenter omnino euenire, quo, veluti cauſſae in vna eademque aegritudine in aliud ſchema mutantur, vel nouae accedunt, ſic quoque genus afflictionis aliud et curationem aliam eſſe oporteat, ſumus perſpecturi. Qua de re eleganter propoſuit HIPPOCRATES, atque illa morborum auctaria in malis numerari ſcribit g), multaque ſuper hoc argumento apud BAGLIVIVM, *de morborum ſucceſſionibus* capite h), legi poſſunt. Ab hac vnius generis in

g) Ἐπιγίνονται τοῖς πάθεσιν ἕτερα πάθη τε καὶ συμπτώματα, ὅσα τῦ αὐτῦ πάθυς λόγον αὐξανομένυ συμβαίνειν εἴωθεν.

Superueniunt morbis alii morbi; et ſymptomata, ad rationes, quibus prior morbus augetur, accedere ſolent. GALENVS *Comment. ad* HIPPOCR. *Aph.* L. VI. Aph. 8.

Τῶν νοσημάτων ὅ τι ἂν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ γένηται, ὡς τὰ πολλὰ ἀποκτείνει· ὅταν γὰρ ἀσθενεῖ τῷ σώματι ὄντι ὑπὸ τῆς παρεύσης νύσυ ἑτέρη νῦσος ἐπιγένηται, προαπόλλυται ὑπὸ ἀσθενείας, πρὶν ἢ τὴν ἑτέρην νῦσον τὴν ὑστέρην γινομένην τελευτῆσαι.

Ex morbis, ſi quis alius alii ſuperuenit, vtplurimum occidit; cum enim, debili corpori exiſtenti a praeſente morbo, alius morbus accedit, deſtruitur aeger prae debilitate, prius, ac alter morbus, qui vltimus eſt, finitus fuit. HIPP. L. *De Affect.*

h) GEORGIVS BAGLIVIVS, Operum omnium Specimine trium Librorum de Fibra motrice, Cap. 1. Vbi praeclarus auctor prorſus ad mentem veterum de morbi vnius in alium tranſitu exponit. Has mutationes, quando, vna cauſſa extincta, altera naſcitur, et morbi ſchema mutat, Graeci διαδέξιας vocant. Ita ARETAEVS, L. *De Curat. Morborum Acutorum*, Cap. 2.: Ἢν δὲ μὴ ἐκ διαδέξιος νύσυ, ἀλλ' ἐξ ἑωυτέυ ἄρχηται ὁ λήθαργος. *Quodſi autem non ex ſucceſſione morbi, ſed ex ſe ipſo veternus naſcitur.*

in aliud conuerſione quoque fit, quod morbi aliqui, vna cum genere ſuo, externam quoque mutent ſpeciem, ſiquidem cauſſa, per vim vitae ſuperiorem conuerſa, atque a partibus, quibus hactenus inhaeſerat, reuulſa, ſub diuerſa mixtione, veluti degener, nouum characterem genericum ſiſtit, cum nunc ad alios locos translata eſt, hinc diuerſos a priori effectus edit, eosdemque ſuae nouae indoli, quam nunc accepit, conſentaneos; id quod *metaſtaſin* dici notum eſt [i]). Nemo quidem *ſymptomata*, *inſeparabilia* dicta, nouum morbum eſſe dixerit, et propterea genera aegritudinum vbique confuſa eſſe arbitrabitur; namque ſunt illa morbus ipſe; vti calorem aut debilitatem a febre ſeparare non poſſumus. Quodſi autem nouae calamitates alicui veteri ſuperueniunt, et tales quidem, quae vera ſunt ſymptomata, id eſt, neceſſario haud adſunt, tunc vero omnes vti nouus morbus, ex noua cauſſa, adeoque et ex diuerſo genere natus, conſiderari merebuntur. Hoc modo ſpaſmi intercedentes febribus nouum morborum genus ſunt, quodſi illi ex alia, quam quae ipſius febris eſt, cauſſa germinant, veluti, ſi forte ex relapſu materiae criticae errantis, vel acri ſtimulo rei ſponte natae vel introductae, prouenerint; quales morbos alios nouos, noua de cauſſa ortos, et nouo proinde generi ſubditos, prioribus frequenter accedere nouimus, vt propterea morborum genera ad vnitatem ac ſimplicitatem reducere, difficile omnino ſit, niſi de ſingulis iſtis mutationibus, ſub vno morbi complexu con-

i) *Κυρίως ὀνομάζονται μεταστάσεις, πάθους, ὅταν ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον μετέρχονται.*

Proprie nominantur metaſtaſes affectiones, quando illae ex altera parte in alteram transeunt. GALENVS *Comment. in* HIPP. *Aphor.* Lib. V. Aph. 7.

contentis, ſeorſim cogitemus atque hoc modo dubitationem, quod genera morborum confuſa ſint, diluamus. Saepe quoque numero, ſua natura, cauſſae morborum proximae ita inuicem mixtae ſunt, vt ex toto, ne cogitando quidem, ſeparari poſſint, ſiquidem ſui in effectus executione ſemper ſunt ſocii. Ita bilis pituitae mixta, quam φλέγμα ὑπόχωλον appellat HIPPOCRATES [k]), vna eſt in chloroſi puellarum; Acidum ſub velo pituitae latet: Hoc ὀξυφλεγμασίαν paſſim AETIVS vocat; robur mechanicum vna eſt cum debilitate phyſica, veluti in ſpaſmis ex vaſorum inanitione contingentibus. Id quod cum ita ſeſe habere methodici intelligerent, ſuis communitatibus genus mixtum addiderunt [l]), et PROSPER ALPINVS, qui iſthanc veterum, morbos ad genera conuocandi, methodum vberius expoſuit, morbos ex adſtricto et laxo mixtos dari, exemplis docet [m]): *Quis ignorat, febri aliquando lienteriam, aliquando diarrhoeam, aliquando dyſenteriam vel ſanguinis profluuium ex naribus, aut ex ventre, aut ex vtero, aut ex haemorrhoidibus exiens, coniungi, et aliquando ſyncopen aut ſudorem immodicum, vel colliquationem, qui morbi laxi ſunt, accedere?* Quam ob rem etiam GALENVS, *in L. De Compoſitionibus Medicamentorum*, pharmaca, quae et laxare et adſtringere poſſunt, vna propoſuit, quorum plura, tam quae natura, quam quae arte elaborata fuerunt, vere proſtant, veluti de ipſius opii virtute diaphoretica, vim tonicam ſupponen-

k) In L. De Morbis I. et II. paſſim.

l) *Methodici tria morborum genera eſſe contendunt, vnum adſtrictum, alterum fluens, tertium mixtum.* CELSVS *De Medicina* Praefat. L. I.

m) PROSPER ALPINVS De Medicina Methodica, Lib. 2. cap. 3.

ponente, hinc ex corticis peruuiani facultate, qua et roborat, et aeſtum febrilem delet, plenius poteſt intelligi. Quae cum ita ſint, quo cauſſae, diuerſae indolis, adeoque diuerſis medicamentis expugnandae, ſub vno humorum circumductorum inuolucro ſint abſconditae, nec fortaſſe tantum, deleta vna, ſuccedat altera, veluti ante dictum fuit, ſed vno eodemque actu omnes, quotquot earum vno tempore concurrunt, aegrotum affligant, et effectus, ab iſthac mixtione pendentes, producant, cumque iſthaec cauſſarum, aequalem ad morbos relationem habentium, ſyndrome frequenter, et dicerem, in plerisque morbis, occurrant, ſane de genere ſimplici et vniformi fere deſperandum eſſet, niſi et illud, quod mixtum eſt, ambiguo aliquo, vel cacochymiae, vel ſpaſmi, etiamſi ille tam ex debilitate, quam ex robore natus occurrit, nomine expediri. Hac ratione quoque medemur vagis quibusdam aliis notionibus, quibus aliquando ad morborum genera definienda vtimur, et de quibus per ſigna ad ſenſus deduci certi nihil poteſt, ſed coniecturalis ſaltim earundem per effectus eſt notitia. Quando enim ſenſus motusque defectiones et debilitates, ex nulla liquidorum vitalium iactura ortas, tanquam genus, inducimus, tunc obſtructos neruos arguimus, etiamſi, qua materia obſtruente torpor ille inductus fuerit, certo affirmari ſemper haud poſſit, niſi illud eſt, quod pulſus languidus *pituitoſam* ac *frigidam*, vti in comate, idem durus *inflammatoriam* et *calidam*, veluti in apoplexia ſanguinea, *cauſſam* indicare valeat [n]). Similiter, ſi quando morborum chro-

n) Νωθρὸν, *quod torpeſcit* aut *torpore laborat:* Νωθροὶ σφυγμοὶ, *pulſus lenti* in lethargo, vt ſigno obſtructi nerui, quando pulſus apoplecticis durus eſt, tanquam ſignum

chronicorum genera cauſſalia exquiſite exponere haud poſſumus, ad obſtructiones imi ventris, etiamſi, quale viſcus obſtructum nunc ſit, aut qua de cauſſa obſtruente hoc ita euenerit, omnino haud conſtet, recurrimus, et, infarctus o) vago termino, hypochondria p) accuſamus. Et ſatius quidem eſt aliquam generis notionem habere, quam nullam. Namque ſunt omnino ex morbis aliqui, quorum genus cauſſale omnino ignoratur, illi ſcilicet, quos, nulla de cauſſa cognita, introducta vel ſero nata, ſed ab habitu per naturam indito q) ortos nouimus, quibus ſi quod tamen genus tribuendum eſt, aliud eſſe

ſignum inflammati cerebri, vt propterea, et venaeſectionis intuitu, aliquam inter vtrumque morbum eſſe oporteat differentiam, ſiquidem ſanguinem ducere non ſecurum eſt ſopore tactis. Eſt autem et ſtupor ex inflammato cerebro, *νωθρότης ἐν φρενητικοῖς, ſtupor in phreneticis.* HIPPOCR. *in Prorrh. et Coac. Praenot.*

o) *Συντονίη κατὰ τὰς φλέβας, πύκνωσις, δι' ἣν κωλύεται ῥεῖν, ἣν τὴν συντονίην εἶναι φησίν· ἴσως τὴν πύκνωσιν οὕτως ὀνομάζομεν.*

Compagimentum: condenſatio ſecundum venas, per quam aliquid fluere impeditur, quam et *συντονίην* eſſe dicunt, et quam, eodem modo, nos condenſationem dicimus. GALEN. *Comment. IV. in* HIPPOCRATIS Lib. *De Rat. Victus in Morbis Acutis.*

p) *Ποικίλλοντα ὑποχόνδρια* nominat HIPPOCRATES, *in Prorrheticis et Coac. Praenot.* quidquid morborum chronicorum eſt, quod ad imum ventrem attinet, inque ſpaſticis eiusdem contorſionibus ponitur. Variantia *ὑποχόνδρια*, quae ſubinde varias ſuſtinent affectiones, et indefinita habent pathemata, vti exponit GALENVS.

q) *Συγγενὲς νόσημα, morbus connatus,* cuius cauſſa a priori reddi nequit, vtpote in ipſis corporis elementis quaerenda. Eiusmodi aeger connatum malum habens, *ὁ ξυγγονεὺς* dicitur HIPPOCRATI, *connatas habens aegritudines,* veluti epilepſiam, tabem, podagram. *Prorrhet.* Lib. II.

eſſe nequit, quam tale, quod indicationis bonae fiduciam facere vtcunque poteſt, naturalis forte imbecillitas a neruorum laxa compage, vel occulta aliqua cacochymia liquidorum, quam, qualis eſſe poſſit, ex effectibus declaramus, et materias aliquas abinde dictas, *varioloſas*, *podagricas*, pro genere aſſumimus, nomine quidem ſecundum arbitrium indito, notione tamen a reliquis diſtincta, hinc ad genus conſtituendum haud inepta. Etiamſi autem hae dubitationes non leuem morborum genealogiae cauſſali difficultatem obiicere poſſint, praecipue quando cauſſae in aliquo morbo plures occurrunt, propter quas illi, maxime autem febres, in eodem ſchemate haud perſiſtunt [r]), et quas ex toto ſeparare haud poſſumus; Attamen, cum ex multis cauſſis ſemper vna ſit valentior, quam fortem atque eam appellat HIPPOCRATES, cuius praeſentia morbum facit, abſentia tollit [s]), ab ea potiſſimum morbi genus definiri ita aequum eſt, vti vbiuis, in omni rerum definitione, ſub ſignorum plurium concurſu,

r) *Πυρετοὶ πεπλανημένως καὶ ἀκρίτως ἐκλείποντες.*

Febres erroneae et ſine iudicatione deſinentes. HIPPOCR. *Epid.* Lib. I. Sect. I.

Ὅσαι ἐξ οἵων εἰς οἷα διαδοχαὶ νοσημάτων.

Ex quibus morbis aliae morborum ſucceſſiones fiunt. HIPP. *Epid.* Lib. I. Sect. III.

Τρόποι καὶ καταστάσιες.

Formae et conſtitutiones morborum. HIPP. *Epid.* Lib. I. Sect. III.

s) *Ἀιτίη ἰσχυρὴ*, *Cauſſa fortis*, *praeualens.* HIPP. Lib. De Ratione Victus. Et *De Antiqua Medicina*: *Δεῖ δὲ δήπου ταῦτα ἄιτια ἑκάστου εἶναι, ὧν παρεόντων μὲν τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ εἰς ἄλλην κρῆσιν, παύεσθαι. Illae demum vnius cuiusque rei cauſſae ſunt, quibus praeſentibus neceſſum eſt rem ita ſeſe habere, in aliam autem temperaturam mutatis, quieſcere.*

curſu, a potiori ſit denominatio, quam legem Logica praecipit t). Opus autem omnino eſt, quo morbos, quos ſecundum therapiae generalis praecepta pertractare cupimus, ex aequo metiamur, ne ex falſa eorum ſimilitudine ad temeraria aut leuia conſilia ſuſcipienda inducamur u). Ex iſthac, caute tamen diſcenda, legum generalium cognitione, magnas non poſſunt non vtilitates percipere illi, quibus, artem facturis, experientia nondum fauet, poſſuntque illi, quod vſui deeſt, regularum ſupplere valoribus.

t) *Κατὰ νόμον τὰ ὀνόματα διωρίσθαι φημὶ, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τὸ αὐτὸ ὄνομα εἶναι, ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι.*

Ad legem nomina diſtincta eſſe debere affirmo, ita, vt nihil eorum, quae ſunt, vnum idemque nomen habere poſſit; ſed notiones ipſa natura differre debent. HIPP. *De Natura Humana.*

u) *Ἀγαθοῖσι δὲ ἰατροῖσιν αἱ ὁμοιότητες πλάνας καὶ ἀπορίας τίκτουσι.*

Optimis etiam medicis ſimilitudines errores et dubitationes pariunt. HIPP. *Epid.* Lib. VI. Sect. 8.

INDEX

INDEX

RERVM MEMORABILIVM.

A.

Abſceſſus, qui ſalubris 346. qualis eſſe debeat ib. qui peſſimus 347
Abſtinentia, ſenibus proficua 133. maxime commendabilis in febrium exacerbatione 568. durior, ab veteribus imperata, negligenda ib.
Acriſia, quid in morbis denotet 227
Ακριτον, quid ap. veteres ſignificet 228. periculoſum ſemper eſt ib.
Αδελφεα παθηματα, quae 717
Adſtringentia, quae ap. veteres 642. exempla quaedam 643
Aer, in morbis non negligendus 565. nocet frigidus ac calidus 566
Aetas, eius vires variae 31. pueri generare non poſſunt ib. ſenes generare deſinunt ib. incerti aetatis ſenilis fines ib. feminae parere deſinunt poſt menſtruorum ceſſationem 32. aetatum cura magiſtratui propoſita 44
Alimenta, ſolida in acutis morbis non danda 572. ſuccoſa et liquida praeferenda ib. maxime in conualeſcentibus ex morbo 573. ab lenioribus ſemper incipiendum ib. medicamentoſa ſaepe ſunt ib. quaenam illa 574. farinata, lac, ſerum, tabidis proficua ib. et ſenibus, graui morbo confectis ib. in hoc negotio paullo attentiores veteres 575. quaenam ſecundum indicationes eligenda 576. laxantia 577. diuretica ib. conſtipantia ib.
Alterantia, quae vulgo appellentur 641. quae proprie talia 642. diuerſae eorum ſpecies ib. non ſuperſtitioſe adhibita a veteribus ſunt ib. quae in morbis primarum viarum 644 ſeq. ad rebelles humores 647. ad acrimonias 647. 649. ad febres commendabilis aqua frigida 648. ad pus ſerum et lac ib. ad vires ars gymnaſtica ib.

Amputatio, incognita veteribus et intentata non fuit 705
Analogiſmus, quid 399. ſolus non ſufficit ad curandos morbos ib.
Antiſpaſtica, quae 634 ſeq. reuulſionis varius modus ib. diſpellunt ab vno loco in varia materiam ib. ducunt ad ſuperficiem 635. proliciunt intus reuerſa ib. quaenam ſecundum veteres ita nominanda 636. in his fortiſſimum venaeſectio ib. quaenam proprie ſic appellanda 636 ſeq. diuerſa pharmacis agendi ratio eſt 637. ſeptica ib. frictiones ib. rubefacientia ib.
Apophlegmatiſmus, quid ap. veteres 630
Apophlegmatizonta, quae remedia ſic dicenda 630. mucum euacuant ib. mitiſſima praeferenda ib. poſthaec adhibenda acriora 631. ſternutatione iuuant ib. quibus in morbis proſint ib. quaenam ap. veteres memorentur 632
Αποσκημματα, quid ap. veteres denotent 388
Arteriarum ſectio, an probanda 612. eius vtilitas 613. quas ſecuerint veteres, et in quibus morbis ib. hodie temporalis aliquando inſecatur ib.
Atonia, cauſſa tabis et praecocis ſenii 116. alimentis et medicamentis aptis tollenda ib. grauiſſimorum morborum auctor 466. hinc roborantia iuuant 467 ſeq.
Auditus, in morbis ſignum 273
Auxilia, quae 578. diaetetica v. Diaeta. naturalia et artificialia 602. ſpontanea, ſollemnia, ſurrogata 603. ſequuntur deſtinata organa ib. haemagoga varia 604. chirurgica 659 ſeq.

B.

Balneum, eius vſus 132. ad ſenectutis vim impediendam ib. ad aluum molliendam 598
Bilis atra, ſaluti inimica 447. eſt acidae indolis ib.

C.

Cacochymia, quae ſecundum Galenum 450. inueterata dicitur cachexia 451. eius ſpecies 451 ſeq. indicatio generalis 453
Calculus, renum diureticis non diſſoluitur 626. falſum eſt, veteres tantum inciſo vrethrae collo calculum eduxiſſe 703 ſeq. frequenter olim exſectus 704
Calor, vnde 295
Calor vitalis, ap. veteres eſt anima 205. negatur ib. irritabilitati reſpondet ib. in corde ponendus 206
Caries, v. Chirurgia.
Caſtrati, generare non poſſunt 32

Catarrhus, qui ap. antiquos 361. variae eius ſedes 362. ſalutaris ib. etiam pulmones infeſtat 363. ſaepe criticus ib.

Cauſſa morbi, eſt indicans proximum 428. ſpecies 429. remotior ib. propior ib. continens ib. antecedens, conſequens 430. prophaſes prae ceteris indicationi faciendae inſeruiunt ib.

Chirurgia, a veteribus egregie culta 675. tractat partes molles et duras 676. vulnera, quomodo tractanda 677 ſeq. attendendus locus et pars affecta 679. cauum vulnus ib. tractat oſſa 686. in hac chirurgiae parte praeclari veteres ib. in claſſes redegerunt oſſium morbos ib. vnde oſſium vitia 687. caries, quomodo curanda 689. ſigna cariei 690. oſſa fracta, quomodo curanda 990. 694. puri via pandenda 691. oſſa luxata, quomodo reponenda 692 ſeq. in fracturis bene verſati ſunt veteres 694. cartilagines fractae, quomodo ſanandae ib. vulnera capitis praeclare deſcripta ab *Hipp.* 696. letalitatis gradus 697

Chirurgus, eius apparatus duplex 659. internis remediis carere non poteſt 660. in vulnerum cura, quid facere debeat ib. hic quaſi quinque ſtadia 661. quae in quoque ſtadio facienda ib. εναιμα primum a veteribus adhibita ib. epipaſta, quae, ib. quaenam prae ceteris applicata 662. debet vulneris oras componere ib. cataplaſmata ſuperimponere 663. inflammationem minuere, non ſupprimere ib. pus bonum elicere ib. ſaniem purgare 664. abſtinere a medicina, quando licet ib. epulotica applicare 665. quid faciundum in inflammatione ſine vulnere ib. quando diſcutiendum 668. debet curare aduſta ib. gangraenam et carcinum 670. cariem, fungum, callum, herpetem ib. ad cutis vitia vti ſmecticis et pſilothris 671. cauis medicamenta iniicere 672. naribus ib. auribus 673. ori et faucibus ib. quae bonum chirurgum faciant 676

Cibi, ex carne contrarii pituitoſis 102. noxii qualitate ſua 103. detrahendi debilibus 104. commendandi parciores 105. ex arbitrio hominis vel medici ib. non ſumendi ſine appetitu ib. poſt exinanitum ventriculum 106. modus tamen ſeruandus ib. delectus pro re nata ib. ſimpliciſſimi optimi 107. praeferendi, qui ſine artis coquinariae lenociniis ib.

Clyſter, cur inuentus 595. in quibus morbis vtilis ib. ſine acribus coquendus eſt 596. audacior eius in vſu antiquitas

tas 597. clyſter ventoſus, quis, ib. ad haemorrhoides commendabilis 615. ad ſpaſmos et lochia 674

Coctio, quid 214. 215. 216. 480. ſine viribus vitae nulla 214. vnde eius nomen deductum 215. efficitur ſolidorum in humores actione valida 216. a Galeno optime deſcripta ib. quid coqui ſecundum veteres debeat 217. prima coctio, quae, ib. quae ſecunda 218. ſeroſi morbi aliquando etiam coctio ib. quidam morbi curati ſola coctione, ſine excretione ib. coctionis effectus effluxio quaedam 219

Coindicans, quid 401

Contraindicans, quid 402. 403

Conſultationes medicae, ap. antiquos memorantur 22. fiant cum peritis et conſentientibus circa principia artis 23. quinam vitandi ib.

Conualeſcendi actio, cur ſub imagine luctae ap. veteres ſiſtatur 204. hic inprimis obſeruanda indicatio vitalis 484. diaeta omni pharmaco praeſtantior 486. quaenam adhibenda ib.

Conuulſio, in morbis ominoſa 274

Cordis motus, ſecundum morborum tempora varius 278. eſt fons ſignorum vberrimus 279. in longis et acutis morbis ib. criſeos inſtantis optimus index 288

Criſis, eſt ſequela coctionis 220. an euacuatio, morbum frangens, ſic appellanda 221. 377. quaenam ap. antiquos ib. vagus in definiendo Galenus ib. quatuor eius modos affert 222. non ſolum ad acutos, verum et longos attinet ib. quomodo differat a lyſi ib. quid ad criſin requiratur 223. vnde diuerſitas 224. formae criſeos ib. perfecta criſis bona 225. in quo conſiſtat 225. 237. his dotibus carent acriſia, dyſcriſia, procriſis 227. quid acriſia ib. criſis imperfecta et deficiens, quae 229. praecox, 230. quid medicus ad criſin conferre debeat 230 ſeq. ingenium et ratio experientiam temperet 234. viae multae, at aptae 239. neque vero certae ac definitae 240 cur, ib. cur praeſtabilius, per aptas vias materiam eiici ib. in febribus tantum non ſemper plures viae patent 241. ſaepe inſolitae 242. a metaſtaſi criſis imperfecta vel pernicioſa 251

Critica Symptomata, v. Symptomata.

Critici Morbi, v. Morbi.

Critici Motus, qui 236. 238. quae requirantur ad expulſionem materiae morbificae 238. viae diuerſae, at ſemper aptae 239. maiores ſunt motus ad criſin 246. grauiores,

res, ſi ſanguis vel viſcidum alicubi vehementer haereat 246 ſeq. ſunt et a plethora 247. hinc metaſtaſis intuta 248. augentur motus inſtante ſeparatione materiae morboſae a ſana 252. hinc perturbatio critica ib. euenit haec maxime in exacerbatione 253. motus critici neceſſario requiruntur ad excretionem 256. vehementes vel mites ſunt 258

Cucurbitulae, in doloribus, fluxionibus et inflammatione commodae 520. ſiccae applicandae ad reuocandos humores a parte afflicta 638

Cutis, excretiones criticae per eam factae. v. Sudor. eſt cutis commodiſſima via ad ſordes et materiam peccantem expellendam 334. per hanc plurimi morbi deflagrant 335. ſanis etiam proficua tranſpiratione vel ſudore eſt 512 ſeq. vim medicamenti ſenſus docet 549

D.

Delirium, eſt inter ſymptomata febris grauia 268. ante criticam euacuationem non ſuſpecta ib. magis ſuſpecta, quae cum debilitate ib.

Dens, quae in morbis indicet 277

Deſtillatio narium, benefica eſt 385. morbos faucium et capitis tollit ib. diuerſitas eius a catarrho et brancho 386

Diabetes, febrilis ſemper pertimeſci debet 328

Diaeta, quae 554. nobiliſſimus auxiliorum fons 555 ſeq. etiam in morbis 556. ſenſu latiori et anguſtiori, quae 557. ad medicum, aegrum et familiares attinet 558. partes medici hac in re, quaenam 558 ſeq.

Diaeta prophylactica, quae 78. 91. eſt longe praeſtantiſſima 79. ſenectutem et longaeuitatem procurat 80. accommodanda eſt aetati, ſexui, moribus, conſuetudini 83. cauſſis incipientium morborum ib. ingeſtis geſtis, extrinſecus afficientibus 84. iubet naturae conuenienter viuere 85. nec tamen rigoroſius 86. mollitiem et luxuriam fugere ib. aequaliter viuere ib. prudenter vti rebus non naturalibus ib. quaeri debet in ſanitate ancipiti 95

Diaeta prophylactica ad morbos primarum viarum, quae 95 ſeq. tenuis praeferenda purgantibus 104. fugienda laxitas et ſiccitas ventriculi ac prauitas humorum 108. fugiendae alui ductiones ib. fugienda alimenta ſicca et auſtera 111

Diaeta prophylactica ad morbos ſecundarum viarum, quae 112 ſeq. medicus debet curare ib. diſpoſitiones frangere 113. turbas humorum ſedare ib.

Diarrhoea, critica quae 302 ſeq. et 312. hac plurimi morbi acuti et longi iudicantur 303. eſt quaſi praeſtantior ceteris euacuationibus ib. alternat ſaepe cum vomitu critico 310. mitior et optabilior eſt ib. quare adeo ſalutaris ib. tollit morbos ſeroſos ib. ophthalmiam 311. febres, quae ex abdomine dimanant ib. intermittentes 312. nocet phthiſicis, debilibus ib. iuuat in febribus epidemicis poſt praegreſſam turbationem ventris ib. certus dies, quo eneniat critica, nullus 313. ſigna diarrhoeae bonae ib. malae 314. ſigna ex fecum colore ac forma 315

Diaphoretica, ſunt generalia medicamenta dicenda 618. delectum fecerunt veteres ib. quando danda 619. non apta cuiuis ſunt ib. diuerſa pro cauſſarum diuerſitate 620. quando non exhibenda 621

Dies decretorii, in febribus continuis vere omnes ſunt 190. alii tamen magis ib. hinc attendenda dierum ſucceſſio 283. non ſeuerius aſſumendi 282. multa faciunt aeſtimationem neceſſariam 283. natura aliorum euentuum vel excretionum naturalium ib. dies, ad rationes quaternarii et ſeptenarii numerati, ſollemniores 284. rationes, cur alternis diebus omnia exacerbentur et iudicentur ib. qui dies ſecundum *Hipp.* critici 284 ſeq. datur tamen quidam diſſenſus circa numeros 285. quas dies veteres dicant *κυρίας*, *ἀρτίας*, *περιττὰς*, *θεωρητὰς*, *ἐπιδήλους* 287. attendenda in definiendo dierum diſcrimine ſymptomatum grauitas 288. qui dies criticus futurus ib. motus cordis optimus temporis index ib.

Diſpoſitiones ad morbum, in quo conſiſtant 115. frangendae ſunt 113

Diuinum Hippocratis, quid 156 ſeq.

Diureſis, critica quae 316 ſeq. facile ac crebro per vrinam vacuatur materia peccans ib. quid ſit vrina 317. febres potiſſimum hac iudicantur ib. in hac conſideranda conſiſtentia et color 318. fluendi modus, ſenſus aegri, tempus ib. quae ſit vrina tenuis, pellucida, cocta, ſubturbida, opaca ib. nubecula, quando apparere debeat 319. pinguis, quid denotet ib. quid ſit enacorema, ſedimentum 320. haec non ſemper ordine quodam definito incidunt 321. vnde haec oriantur ib. iſta conualeſcendi ratio non adeo tuta ib. vrina ſincera, quid ſignificet ib. praeſtat, vrinam ſenſim coqui 322. ſedimenti formae ib. album ib. lateritium 323. ordine quodam apparent, interdum praecocius ib. fuluum febri intermittenti eſt ib. vrina

vrina clara, turbida, quid indicent 324. ſedimentum eſt materia peccans ib. debetur viribus cordis ac febris 325. in vroſcopia nihil certi ac firmi 326. malae vrinae ib. nigra 327. aquoſa in acutis ib. immiſta, pinguia, araneae telis ſimilia, quid deſignent 328. quid ſtillae, inſcio aegro 329. arena 330. vrina pinguis ib. ſquamulae ib. furfures, fila, carunculae ib. vrina ſanae ſimilis 332. non licet medico, emunctorium pro lubitu deligere 333

Diuretica, non ſunt ſpecifica 622. veterum de diureticorum actione placita ib. huc retulerunt cantharides 623. acres plantas 624. gummata ib. acida 625. ſalia ib. calculo renum ſoluendo, an diuretica 626

Dolor, ad extrema in febribus bonus 387. facile hinc inde pellitur 388. interdum eſt criticus 388. antiquus tolerandus 389. vagus ſemper intutus ib. remedia eius prouide adhibuerunt veteres 654. attamen et anodyna ib. mitiora efficacioribus praetulerunt 655. dederunt in morbis vteri caſtoreum ib. rarius crocum ib. frequentiſſime opium 656. efficacior medicina ad dolorem veterem nouo abigendum 657. fotus ib.

Dyſcriſia, quae in morbis acutis 227. 228

Δυσκριτα, quae 228

E.

Εναιμα, quae 661. quando a veteribus adhibita ib.

Enaeorema, v. Diureſis.

Επιγεννημα, quid 259

Epilepſia, febrilis plerumque periculoſa, raro innocens 274

Epipaſta, quae 661

Epiſpaſtica, quae 635

Eruditi, infirmis annumerandi 117. laeduntur a quiete ac laxitate corporis 118. commodos experiuntur animi et corporis motus ib. abſtinentiam ib. laxamentum aliquod 119. obambulationem ib. ruſticationem, equitationem ib. iuuat academicos αναφωνησις ib. gratus ſomnus 121. vitanda plethora et ſpiſſitudo humorum ib. guloſi non ſint 443. quae obſeruanda iis ib. prodeſt clara lectio et mutatio loci 564

Eryſipelas, quando bonum 342. malum 343. quid vniuerſe ſignificet ap. veteres 665. medendi via ib.

Euphoria, in morbis ſuſpecta 236

Euacuatio, ſaepe a violentia morbi eſt 241. ſymptomatica, non critica 242. ſaepe ex viis inſolitis ib. plerumque male cedit 243. eſt euacuationum viciſſitudo in conualeſcenti-

ſcentibus 244. optabilis, quae morbo reſpondet ib. pauca non decernit ib. relinquit humores morboſos 245. vnde cognoſcatur critica euacuatio ib. difficilis factu eſt ib. facienda in plethora 248. vaga et inſtabilis, per metaſtaſin in locum legitimae ſurrogata, ſaepe morbum ſoluit 251. multi magni morbi ſine notabili vacuatione conuertuntur 258. euacuatio, ſalutis cauſſa ſuſcepta, bene attendenda 303. eius virtutes et ſigna, quae, ib. euacuatio ſeroſa, quae 617

Exacerbatio, critica cuique morbo ſollemnis 258

Exanthemata, per ſudorem proiiciuntur 341. eruptio diuerſa 342. variae ſpecies 343

F.

Facies, aegri eſt inſpicienda 275. quid ſignificet hilaris ib. Hippocratica ib. vnde dicta ib.

Febris, eius tempora propria 177 ſeq. optime definierunt veteres ib. communia morborum tempora huc etiam pertinent ib. maxime ſpectanda propria 178. habent febres paroxyſmos ib. hinc arripienda curandi opportunitas ib. natura febris, an pulſu aucto contineatur ib. iam ita veteres aſſeruerunt ib. eſt enim clariſſimus febris index ib. valet plurimum ad conſtituendum febris initium 179. communia ſigna reliquorum febris temporum non ſatis certa 179. aliqua tamen ſigna augmenti 180. ſtatus ib. decrementi ib. tempus παροξυντικον 181. febris duplici ſenſu exacerbatur 182. febris continens, quam diu duret 183 ſeq. raro prius ſoluuntur, ſed infeliciter 184. hinc dictae peracutae 185. febris continua, quae, ib. mitior eſt ib. duplex eſt 186 ſeq. benignior febris aeſtimatur ex tempore remiſſionis 187. febris quotidiana continua, quae, ib. febris continuae duratio diuerſa 188. ephemera, quae, ib. huc pertinet peſtilentia ib. ephemera benigna catarrhalis, quae 189. febres polyemerae, quae, ib. continuae non ex diebus, ſed nobilitate ac renitentia cauſſarum aeſtimandae 199 ſeq. febris maraſmodes ſ. hectica veſpertinae inuaſionis et nocturnae exacerbationis tempus ſeruant 191. febres ſuauiores, quae cum apyrexia ib. hinc etiam intermittentes ib. periodicae, quae 192. intermittentes non ſemper ſeptenis paroxyſmis finiuntur ib. a frigore incipiunt 193. meliores, quae cum tremore magno, quam quae leni horrore incidunt ib. diuerſa eſt intermiſſio 194. interuallum magnum facit tardiorem exſolutionem ib. ſigna febris longae et grauis 194. principi-

cipium intermiſſionis caloris finis 195. inuaſiones duplici modo variant, anteuertendo aut ſerius incidendo 195. haec metuenda ib. febres irregulares, quae 196. caute medicamentis aggrediendae ib. formae harum irregularium variae 197. his annumerandae complicatae ib. hae ſaepe neceſſariae ex machinae legibus 198 ſunt dicendae illegitimae ib. prae ceteris ſunt ex claſſe intermittentium ib. hinc ancipites ib. ſaepe ſimiles continuarum 199. peſſimae continuae intermittentibus miſtae ib. huc referendae febres hemitritaeae 200. ſumuntur duplici ſenſu ap. veteres ib. earum typus periculoſiſſimus 201. febris lenta, maraſmodea, vnde 247

Fetus, ei proſpicere magiſtratus debet 37. non corrumpendus medicamentis ib. vitalis eſſe immaturus non poteſt 38. debilis praecox eſt ib. raro ſuperſtes ib. immaturi ſigna 39. doctrina *Hipp.* de fetu ſeptimeſtri et octimeſtri 39. dubius decimeſtris, vndecimeſtris 40. fallax ſignum ſimilitudo cum parentibus ib. ex vtero caedi debet 43. in vtero praeſeruari ab iniuria 124. poſt partum nutrici ſanae dari ib.

Flatus, curantur optime abſtinentia a victu flatulento 599. ſecundum cauſſas ib. minus parent carminatiuis ib.

Fortuna, medici quae 413. bona vel mala, quae 526

Fractura, v. Chirurgia.

Frictio, eius vtilitas 133. tabidos iuuat ib. viſcidum tollit 550. formae variae ap. veteres 637. maxime laudanda ad reuocandos in auerſam partem malos humores ib.

Frigus, vnde 296

G.

Genae, earum ſigna ex colore 276

Gerocomica, quid 130. ad prophylaxin morborum pertinet ib. diaeta continetur ib. non medicamentis ib. quae hic obſeruanda 483. in quo conſiſtat 528

Gratioſi, cur dicantur medici 18

Grauidae, e numero debilium ſunt 123. accurato victu opus habent ib.

Grauiditas, ſimulata vel diſſimulata 35. eius iura ib. remotiora ib. propiora 37

Gymnaſtice, in quo conſiſtebat ap. veteres 650. varia hinc nomina ib. commendabatur ad debilitatem tollendam 651. praelata alimenta, poſthabita medicamenta 652. vini genera ib. aromata ib.

H.

Haemagoga, quae 604. per vulnus ib. per venaeſectionem 605. per hirudines 608. per ſcarifationem 610. per arteriae ſectionem 612. per pharmaca 614. haec cauſſis accommodanda ib. proſunt ad prolicienda menſtrua et haemorrhoides ib. quae hic tradita medicamenta a veteribus 615. non ſatis certa, ſed apta cauſſis 616 ſeq.
Haemoptyſis, interdum ſalutaris 371. maxime in morbis ab infimo ventre ib.
Haemorrhagia, ſaepe proficua in morbis a ſanguine 364 ſeq. in acutis affectionibus ſalutaris 365. in febribus ib. ſed hae ſola haemorrhagia non ſedantur ib. manſueſcunt febres, ſi ab initio incidit 366. loca quaeuis apta ſunt ib. critica, quae dicenda ib. copioſa in febre ardente eſſe debet 367. ſymptomatica multis in morbis ſolatio eſt ib. mala, quae 369. malae vtplurimum ſtillae ſanguinis ib. interdum tamen vtiles ib. noxia haemorrhagia nimia 370. optima, quae loco affecto proxima ib.
Haemorrhoides, ſaepe criticae, ſaepe ſymptomaticae 372. medicamenta veterum non ſatis certa 615
Helctica, quae 635. quomodo olim applicata 639
Hermaphroditi, non dantur 33
Hiems, omnibus morbis inimica 144. maxime longis ib.
Hippocrates, artis medicae inuentor et auctor imitandus 17. diuinum eius, quid 156. optime deſcripſit ſigna mali euentus et phaenomena morborum acutorum 272. v. *Medici veteres.*
Hirudines, caſu cognitae 609. quomodo adhibendae 609 ſeq.
Horror, quid in febre valeat 253. quid indicet 254. qualis horror, talis ſudor in algida ib.
Humores, eorum vitia 450. ſaliualis ſalſus, quid indicet 451. fetidi ib. corroſiui et acidi, vnde cognoſcendi 452. vnde ſeroſi, pituitoſi ib. motus humorum duplex 459. huic aptanda indicatio ib. quando motus imbecillus 460. motus extra vaſa 462
Hygiene, prima medicinae pars 51. duplici ſenſu ſumitur ib. ad longaeuitatem ducit 80
Hypoſpadiaei, quinam 33

I.

Indicantia, quae 401. quae primum attendenda 403. eorum indoles 422. debent eſſe clara et perſpicua ib. inueſtigari obſcura 423. incipere ab iis, quae ſenſibus obuia ib. vocari in ſubſidium debet anatome 425. conſideranda ſympto-

ſymptomata ib. hinc ſumtae indicationes praeſtantiſſimae 426. diſtinguenda morbi tempora, aetas, ſexus 427. cauſſa eſt indicans proximum 428. huic reſiſtendum ib.

Indicatio, quomodo formanda 390 ſeq. quae hac in re neceſſaria 391. 396. quid ſit indicatio 393. 394. qua ratione inſtituenda ib. eius effectus 397. ratio et experientia hic conſentire debent 398 ſeq. empiricis deeſt 400. generalius capta eſt minus idonea ib. indicatio generalis vel ſpecialis, quae 401. communis 404. paraſceuaſtica ib. vitalis ib. euacuatoria ib. empirica 405. palliatiua ſ. mitigatoria ib. differt communis a ſingulari ib. quae ſint iſta communia 406 ſeq. cognitio cauſſarum 408. his accommodanda indicatio ib. rarius ſymptomati ib. ratio habenda temporis morbi 409 ſeq. nocent arbitraria tentamina 412. vtilis communis indicatio 418. experimentalis haud contemnenda 419. ſpecifica, quae 420. dogmatica praeſtantior ib. ſumenda indicatio a minimis in homine 431 ſeq. haec in morbo non omittenda 432. minima, quae extenſi quid habent 433. indicatio dubia ad ſolidumne, an fluidum dirigi debeat 435. indicatio a fluidis 436. late patet ib. auxilia ergo vtrinque militantia inuenienda 437. praecepta ad indicationem ſolida mutantem ib. ſunt quodammodo inſtabilia 438. indicatio ſola ad fluidi indolem 440. ſigna 441. indicatio ex primarum viarum fluidis ib. indicatio mutans fluida circumducta 445. qualitate vitioſa 448. noxa ab tali humore metuenda 449. indicatio generalis ad cacochymiam 453. mutans fluidorum quantitatem 455. indicatio vitalis in marcore confectis et vacuitate vaſorum laborantibus 458. indicatio mutans humorum motus 459. ad morbos a ſpiſſitudine humorum ib. ad haemorrhagias et excretiones 463. indicatio mutans ſolida 465 ſeq. quando minima ſolida ſint attendenda 466. quae medicamenta danda in morbis viſcerum 470 ſeq. maximum hic curationis momentum 473. indicatio ſolidi maxime ad chirurgiam pertinet 474 ſeq. interdum mixta eſt 476. indicatio vitalis 479. haec omnium princeps ib. quae deſideret 481. ſecundum cauſſas inſtituenda 482 ſeq. in debilibus 482. ſenibus 483. conualeſcentibus 484. febribus acutis ib. in vigore febrium acutarum caute danda cardiaca ib. danda etiam in debilitate virium 485. in longis morbis cum infirmitate ib. indicatio euacuatoria 489 ſeq. generalior reliquis eſt ib. quo pertineat ib. organa apta ſunt eligenda

da 490. non licet promiſcue aperire 496. ſed ſecundum rationem et experientiam 491. conditiones, ſub quibus euacuatio inſtituenda, neceſſariae 491 ſeq. magnae vacuationes ſemper ſuſpectae 494. hinc prouidus medicus eſſe debet 495. media via tutiſſima ib. ſucceſſiue vacuandum 496. quo natura ducit, expellendum 496 ſeq. tempus morbi etiam obſeruandum 497. matura vacuatio in morbis a plethora ſuadenda 498. reſoluentia danda ante vacuationem 499. indicatio reuulſoria, quae 519. vbi profit ib. indicatio mitigatoria, quando formanda 521. 523. in quo conſiſtat 524. 535. quaenam vere ſit ib. duo eius momenta 527. ſaepe feriendum eſt ib. adhibenda in ſenibus 529. morbis incorrigibilibus ib. obſcuris ib. debilitatis ib. morbis inordinatis 531. in moribundis ib. nihil moliendum ſub tempore criſeos ib. in morbo ſponte ceſſuro ib. febris non ſupprimenda 532. in febre diuturna prodeſt prudens mitigatoria 533. cur, ib. prodeſt in fluxu ſanguinis vel ſeri 534. indicatio paregorica, obeſt dolori 535. quando 536. ſymptomatis acerbioribus ib. paregorica medicamenta ſedulo ſeligenda 537. neceſſaria hic cautio ib. ſomnum arceſſunt 538. indicatio ad venae ſectionem 605

Inedia, magna valentibus noxia 104. morbos non auertit ib.

Infans, eius cura per nutricem 125 ſeq. inſequenti aetate 127. quomodo ad longaeuitatem educari debet ib.

Infanticidium, eius ſigna 42. hodie certiora, quam olim ib.

Intemperantia, auctor iudicis et medici 97. pauperes eam ignorant cum incolumitate ib. magis diuites experiuntur 97. efficit infarctus et repletionem 102. maxime in otioſis 103. ex cibis noxia, minus ex potulentis 107

Inteſtina, eorum plenitudo fugienda 98. diſponunt ad morbos ib. victu conueniente corrigenda 100. non euacuantibus ſolis ib. ſed euchymis alimentis 101

Iudicatio, v. *Criſis*, *Morbus*.

L.

Lacrumae, quid in morbis portendant 272. in quibus morbis proſint 384. quando euocandae medicamentis 623

Lemae, quando proficiant 384

Letalitas, varii eius gradus 48. in vulneribus capitis 696 ſeq.

Lingua, bene in morbis inſpicienda 277. ſigna eius ex madore, colore, aſperitate ib.

Lochia, puerperis proficua 375. interdum critica ib.
Loquela, periculum in morbo quando denotet 271
Lyſis, quomodo differat a criſi 222. quae ita nominanda ſecundum Galenum 223. interdum eadem, quae criſis ib. ſoluuntur acuti et longi morbi 224. eius indoles in quo cernatur 258

M.

Maculae, quae in febribus bonae 343
Magiſtratus, habere debet ſanitatis popularis curam 26. ordinare victum ib. arcere morbos epidemicos 27. vocare in conſilium medicos 30. fetus curam gerere 37. punire fetum corrumpentes ib. et occidentes 43. rationes habere aetatum 44. perſonarum, quoad mentem et corpus ib. venenorum 40. medicamentorum ab empiricis datorum ib. noſſe praeſidia explorandae veritatis 49. praeferre mitiora 50
Medicamenta, ab eorum inuentore quid requiratur 16 ſeq. empirici exhibere non debent 49. facultates eorum probe cognoſcendae ſunt 539. a prudenti medico ib. immenſa copia eſt 540. cum delectu adhibenda ib. pauca e multis eligenda ib. ſecundum experientiam et rationem 541. vulgaria non ſemper contemnenda 542. ſigna boni medicamenti incerta 542. certa 543. ex odore ac ſapore 544. dulcia et pinguia, quando danda 545. farinata ib. ſapida nonnullis aduerſa, ideo fugienda 546. ex dulci aceſcentia 547. acida et auſtera ib. ſalſa 548. amara ib. fragrantia 549. acerrima ib. tactu et viſu exploranda 549. 650. vis ſuaueolentium 550. fetidorum ib. ſenſibus exploranda 551. modus medicamentornm agendi cognitus eſſe debet 580. ſunt vniuerſalia vel partialia 581. adhibenda cognita 582. praeferenda ſimpliciora ib. et parabilia 583. medicamenta ſecundum veteres ſunt euacuantia vel alterantia ib. euacuantia, quae dicenda 585. non ſunt certo loco deſtinata ib. caute danda fortiora 586. periculoſa ſaepe vomitoria ib.
Medicamenta metaſyncritica ſ. *metaporopoietica*, quae 635
Medici veteres, quae ignorarunt 3. eorum praecepta etiamnum vtilia 4. cum iudicio et ſine famulitio adhibenda ib. eorum praeſtantia ib. maxime in therapia ib. fuere cauti in purgantium medicamentorum vſu 101. praeclari in febrium acutarum curatione 477. verſatiſſimi in doctrina de metaſtaſi materiae peccantis, in primis ſeroſae 386. non adeo tuti duces in re medicamentaria 540. diligentes

tes in contemplandis alimentorum virtutibus 575. excellentes in chirurgia 679 ſeq. tractatione vulnerum 680. abſceſſus 682. tumorum 684. carunculae vrethrae 685. exercitati in morbis oſſium 686. in doctrina de fracturis nihil fecerunt reliqui 694. in vulnerum capitis obſeruatione ſingularis Hippocrates 696. veteres induſtrii circa res peregrinas in cauis collectas 703. gnari recentiorum calculum ſecandi modorum 704 ſeq. in doctrina de tumoribus exactiſſimi 705. accurati in morbis oculorum et pectoris 709. 713. exercitatiſſimi in trepanatione 711. et repoſitione inteſtinorum 713. probe nouerunt, quid mechaniſmus ad ſolutionem morbi conferat 211. quoad vitia primarum viarum, ſingulis humoribus ſingula auxilia appoſuerunt 645

Medici Dogmatici, eorum errores 12

Medici Empirici, eorum falſa concludendi ratio 12

Medici Methodici, in quo errarunt 12. eorum placita 405. definitio medicinae 406

Medicina, quid requirat a tyrone 7. non incerta eſt 8. infelix euentus non ſemper illi tribuendus 10. eius fundamentum cognitio cauſſarum ib. nemo exercere eam debet, niſi doctus et probus 28. eius partes primae hygiene ac therapeutice 51. ap. veteres ſingularis pars, auxiliatrix dicta 523

Medicina forenſis, in hac praeſtant antiquis recentiores 25. inquirit cenſuram morborum 46. noxas ab aggreſſoribus ib.

Medicus, ſapientia elatus eſſe non debet 11. damna exinde metuenda ib. noua quaerit ib. non facile mutare debet medendi vias 12. nec eſſe ſeruiliter credulus ib. nihil dare medicamentis ſpecificis vel auctoritati ib. ipſe non curat morbos, ſed natura 18. debet proſpicere ſecuritati publicae 25. nec ſpectator ignauus eſſe 212. interdum tamen cunctator prudens 213

Medicus clinicus, eius notio varia 25

Medicus ocularius, *dentarius*, *iatrolipta*, in republica tolerandi 29

Mens, ad medicum non pertinet 96. ad prophylaxin requiritur ib. habet morbi opprimendi per diaetam conſilium 97

Menſes, iuſtus eorum numerus ad vitam fetus pertinet 38. enumeratio ap. veteres diuerſa ib. conueniunt tamen inter ſe ib.

Menſtrua, inordinata errorem mentis faciunt 44. ſalutaria ſunt feminis in ſtatu ſano ac morboſo 373 ſeq. critica in febribus acutis 374. loco eorum interdum aliae haemorrhagiae incidunt 375

Mente capti, varii a variis cauſſis 45. eorum formae ap. veteres memoratae ib.

Metaptoſis, quid in morbis ſecundum veteres denotet 229. periculoſa ſemper eſt 229. 378. facit translationem materiae ad extrema, quando vis vitae debilis 230. abſceſſus et exanthemata critica, ſi valentior ib. quot modis noceat 378 ſeq.

Metaſtaſis, vnde in morbis oriatur 248. intuta ſemper eſt ib. admirabilis materiae metaſtaticae indoles et effectus 249. non eſt fortuita, ſed mechanicis rationibus fit ib. morbus hinc ſemper difficilior curatu 251. non culpanda, quae in arthritide fixa et vaga incidit ib. ex naturae lege facilis ad locum affectum vel remotum translatio vel depoſitio 386. ſequitur humoris decubitus naturam exanthematum 388. quaenam ratio retrocedentis materiae ib.

Monſtra, quae dicenda 41

Morbi critici, qui 376 ſeq. quo ſenſu ita nominandi 377. 380. dantur tales morbi haud pauci 380. varia exempla 382 ſeq. fluxu proſunt 383 ſeq. exempla 384

Morbus, quid 46. qui talem ſimulant 47. eius prophylaxis 51 ſeq. qui ſecundum veteres ita nominandus 58. lente vtplurimum oritur 60. ſigna morbi imminentis 95. eius particula inſatiabilis edendi cupiditas 100. in primis viis naſcitur ib. hic euchymis tollendus 101. eius tempora obſeruanda 134 ſeq. primordia obſcura 146. 152. vnde initium capiendum 148. quatuor habet tempora 150. principium a ſenſibili actionum laeſione faciendum 152. ſignum eius in fortibus ορϑοςαδια, ib. ſed hoc fallax in ſubita inuaſione 153. cauſſa morbi tunc cruda eſſe debet ib. incrementum, quando vocandum 154. 160. eius ſigna ib. hic exitus fallax 155. moriuntur in hoc debiles ib. ſtatus, quando vocandus 156. decrementum, quando eueniat 157. varia eius duratio 158. periculi expertes tunc aegri ſunt ib. vnde hoc ſub tempore mors 159. interdum tamen turbulentum eſt ib. ſigna aetatum morbi 160. vnde intelligas, ad ſummum iuiſſe morbum 161. neceſſariae cautiones in praedicendo exitu ib. ad rite internoſcenda tempora valet ſymptomatum contemplatio 162. morborum duratio, quae, ib. illi accommodanda medici conſilia 163. acutus morbus, qui, ib.

febres

febres potiſſimum cito finiuntur 164. qui longus morbus 165. qui complicatus 166. cauſſae durationis morborum, quae, 166 ſeq. cauſſae morbi breuis ib. morbus non periculoſus, qui ab humoribus dimanat 169. cauſſae morbi tardi 169. rectum in morbis, quid 171. typus et periodus, quae, ib. facit morbos regulares et irregulares 172. quae differentia inter vtramque intercedat ib. quae ad bonum euentum neceſſaria 173. febres prae ceteris morbis ordinate procedunt 174. falſum in morbis, quid, ib. vnde coniectandum 174 ſeq. morbus male ordinatus, qui 175. ſigna falſi ib. mutationes iſtae ſaepe ſpontaneae 176. in morbis nihil fit caeco impetu 210. ſpontaneum in morbis, quid 211. benignum, quid 213. morbus iudicatus, qui ap. veteres 221. morbo viſceris, quae medicamenta adhibenda 470

Μοτα, quae ap. veteres 677

Motus muſcularis, facilis in aegro bonus 270. difficilis vel nullus, periculoſus ib. varia eius genera 564

N.

Natura, eius notio 67. 209. ſine arte raro ſufficit ib. ei vnice fidendum non eſt 68. morbos curat 209. 412. ei nec nimis, nec parum tribuendum 210. eius vis ad criſin efficiendam 235

Νεωτεροποιεῖν, medicorum exitiale 11

Nutrix, bonum lac habeat 124. ſigna eius 125. praeſtat matrem lactare 126. debilia oſſa infantum non laedat ib. cetera eius officia 127

O.

Obſtetricia ars, feminarum eſt 30. heroica virorum ib. feminae erudiendae ſunt 30

Oculus, multa in morbis ſigna praebet 272

Officium medici clinici, quale 3 ſeq. eius partes 17 ſeq. curare aegros, profpicere ſanis ib. gratioſus, indulgens, medius inter temeritatem et timiditatem eſſe 18. temerarius cum ratione ib. fiduciam excitare ib. blandus oratione 19. comis 20. conſulere ſaluti aegrorum et famae ſuae 22. ſententias conferre cum aliis doctoribus ib. ſed prudenter 23. deum colere ac conſcientiae curam habere 24

Officium medici forenſis, in quo conſiſtat 25 ſeq. quaeſtiones forenſes debet diiudicare 30. quaenam illae ib.

Opium, frequentiſſime datum a veteribus 656. in fluxione ib. hyperemeſi ib. cholera, pollutione 657. prudenter tamen ib.

Ordo morborum, cauſſalis optimus 717 ſeq. difficilis ſemper ordo morborum eſt ib. ob tectam rerum ſimilitudinem 718. maxime in medicina 719. veteres ad cauſſas reſpexerunt ib. dantur duae methodi 720. analytica et ſynthetica ib. illa praeſtans 721. haec praeſtantior ib. medendi ratio huic innititur ib. diuerſa ap. veteres comparationis morborum ad ſe inuicem inſtituendae ratio 723. empiricorum ib. methodicorum 724. dogmaticorum 725. morbi cognati, qui, ib. ratio cognationis eſt τὸ ἴδιον ib. vtiliſſima methodus morbos ad ſumma genera referendi 726. inde optima indicatio 727. peccata hic grauiſſima 728. ordo morborum ducendus non ex ſcholaſtica eruditione 729. analogia eſt attendenda 731. communitates inueniendae 733. quid requiratur ad ſummum genus 734 ſeq. tantum ſpecies comprehendat 735. perpetua generi et ſpeciei intercedat relatio ib. duae notae characteriſticae ad concinnandos morborum ordines, cauſſa proxima 736. et locus affectus 737. parum conferunt ſimilarium contemplationes 738. nihil confert ſenſus aegri ib. neceſſaria eſt diſtinctio idiopathiae et ſympathiae 739. genus dici nequit febris, dolor, dyſpnoea ib. nec reſiduum morbi 740. genus proximum, quid, ib. circumſtantiae acceſſoriae non negligendae 740. generis differentias ſpecialiores definiunt ib. nec negligenda ſymptomata 741. peropportunum, morbos nomine diſcrepantes quaſi coniungere in vnum 742. hinc quaerendus character eſſentialis ib. quo cognito, felix curatio 744. ſigna cuidam morborum familiae propria eliciendа 745. debent characteres iſti habere aliquam latitudinem 746. quid requiratur ad boni characteris generici indolem ib. optabilis hic etiam euidentia 747. prae ceteris eruenda cauſſa proxima 748. character, qui a locis ſumitur, non generalis ib. magis, qui a cauſſis proximis 749. inconſtantia morborum nihil contra probat 750. quae vere cauſſa proxima 751. quibus datum eſt, morbos in genera et claſſes redigere 752. difficultates methodi inueniendae 753 ſeq. extrema notio non eſt febris, ſpaſmus, debilitas 755. non fluxio aucta 756. quouſque hic procedendum ib. notiones ſolidi ablegandae ad conceptus genericos 758. primum genus corpora viua, in corpore viuo nata 759. ſub his continentur fetus, vermes ib. hi morbi animati 760. ceterae cauſſae morborum inanimes ib. ſecundum genus defectus partium 760. proſphyſis vitioſa ib. ſpecies eius 761. vnio partium 762. ſpecies ib. morbi ſolidi

lidi ex putredine 763. formae eius ib. excreſcentiae 766. formae eius ib. tumores 767. ſpecies eius ib. ſtaturae forma mutata 768. ſpecies ib. lapſus de ſede naturali 769. ſpecies eius ib. notiones morborum ſimplices ex fluidis 770. ſtabiles morborum ordines eſſe non poſſunt 771. quid tunc obſeruandum 772. primum genus adynamia 773. morbi a debilitate ad diuerſa genera pertinent ib. ſola vera, quae a ſpiritibus impeditis 774. ſpecies eius 775 ſeq. febres ad diuerſa capita pertinent 777. eſt ſynochus non putrida ib. febris inflammatoria 778. addenda in his permanentis idea 779. febris exanthematica 780. ſingulare genus exanthemata chronica 781. morbi metaſtatici ib. plethora 782. vacuitas vaſorum 783. colliquatio 784. eius formae ib. lentor humorum 786. ſpecies eius ib. acredo 787. ſpecies eius ib. ſpaſmus 789. ſpecies eius 790. limites generum morbi ſtatuendi 792 ſeq. methodus plurimorum ſcriptorum nimis laxa ib. progrediendum eſt vſque ad vltimum genus 794. tot ſpecies morbi conſtituendae, quot cauſſae conſtantes 795. reſpectu ad cauſſas proximas habito, morborum genera non temere augenda 799. pura aegritudinum genera vix ſtabiliri poſſunt 800. ſed hinc nihil metuendum 801. prima curationis ſtamina a communitatibus 807

P.

Palpebrae, in morbis ſigna 272

Palpitatio, quid 290. ad pulſus refertur 291. quid ſignificet ib.

Papulae, quae in febribus bonae vel malae 344

Paroxyſmus, quid 138. 174. eius diuerſitates in febribus variis 178. his quaſi proprius eſt 181. habet ſua quaſi ſubdiuiſa tempora 182. duplex eſt ib. variat in intermittentibus 194

Partus, difficilis quomodo deſcribatur ab antiquis 699. difficilis, quinam ib. qui laborioſus ib. cauſſae partus difficilis in matre vel fetu 700. quid tunc faciendum 701. ſecundinae exſpectandae, non vi educendae ib. infans mortuus diuidendus 702

Periodus, quid 171. quomodo differat a typo 172

Perturbatio critica, vnde oriatur 252. euenit maxime in exacerbatione 253. in febribus frequentior et vehementior 255. etiam in longis morbis eſt ib. varia pro triplici conuerſionis morborum ratione ib. cauſſa perturbationis eſt acredo quaedam humorum 257

Pharmaca, quae 579

Pharmacopolae circumforanei, ſemper fuerunt 28. iis non licet artem exercere ib.
Phaſis lunaris, in morbis attendenda 144 ſeq.
Phthiſis, poſt purulenta ſputa metuenda 356. his ſalutare ſputum criticum, noxia deiectio 357. peſſima in hac ſputa, quae 358
Plethora, eius incommoda 455. morbi ſpecies eſt ib. cauſſa plurimorum morborum ib. duplex eſt 456. remedia tollendae plethorae ib.
Potulenta, copia ſua minus nocent, quam alimenta ſolida 107. delectum deſiderant ib. conſuetudini aliquid dandum 570. quando concedenda frigida vel calida ib.
Προσκρηγνυσθαι ap. *Hipp.* quid 219
Prophaſes, ad formandam indicationem plurimum valent 430
Prophylaxis morborum, quae 51. 54. ſeiuncta apud veteres ab illa, quae ſanitatem tuetur 55. hac de re clari veteres 54. ſtatuentes medium inter ſanitatem et morbum ſtatum 55. pars eius ap. veteres γεροκομικη 58. 130. ancipitem vitae humanae conditionem curat ib. hinc phylaxis ſanitati, prophylaxis morbo naſcenti, therapia morbo nato tribuitur ib. duplex eſt prophylaxis 62. duae eius partes ib. continetur abſtinentia et quiete 69. fit medicamentis, et quibus 70. aluum ducentibus 73. minus vomitoriis ib. plus venaeſectione 75. aquis ſoteriis 76. ordinato victu 77. pars eius eſt, turbatas circuli humorum leges reſtituere 112. diſpoſitiones frangere 113. vias excretionum apertas ſeruare 114
Prudentia, quae et qualis medico adhibenda 526
Ptiſana, quid proprie ſignificet ap. veteres 647
Pulmones, eorum ſigna in prognoſi prae ceteris attendenda 274. inflammati pulſum magnum et naturali ſimilem faciunt 297
Pulſus, quid 289. certiſſimus febris index 178. eius initium denotat 179. attendendus in morbis longis 279. magis in morbis ſubito auctis ib. qualis tunc eſſe ſoleat ib. maxime abludit in febribus 280. vno paroxyſmo deflagrantibus ib. quando vehementior vel remiſſior ib. in intermittentibus, qualis 281. venae, quando pulſum habeant 290. fidelis temporum morbi index 292. cautiones neceſſariae, antequam pulſus morboſus exploretur ib. quae huc transferenda ex ſtatu ſano 293. pulſus et reſpiratio ſynchrona ib. pulſus effectus et formae 296. febribus plethoricis qualis ib. pulſus pulmonis inflammati 297. ſcirrhi ib. ſpaſmi ib. ominoſus durus et deficiens ib. intermittens non ſemper perhorreſcendus 299. nec debilis et paruus 300. aſphyxia inter-

interdum mala ib. abnormia pulſus genera fere periculoſa 301. v. Febris.
Purgantia per epicriſin, quid 594
Purgantia, non ſemper iuuant in morbis primarum viarum 100. nec ſi a viſcido intra tunicas 101. reiiciuntur a Galeno nimis generalia 100. valent ad prauos humores educendos in robuſtis ſuis ſub ſignis 103. multis aluum tardam contrahunt 104. non ſemper licet adhibere 236. quid ſit, purgare 237. frequenter his vſi veteres, etiamſi caute 516. valentibus non danda ib. caute in morbis 517. tempus reſpiciendum ib. morbi indoles ib. mitiſſima praeferenda 518. efficacius ducunt, ſi in proximo ſedes morbi eſt ib. clementiora ſunt vomitoriis 589. quae obſint vel proſint 590. quae cautiones obſeruandae 591. delectus faciendus 592. ad aquas hydropicorum, quae, ib. quae veteres commendarunt ib. lac, ſalia natiua 594
Putredo, eius ſigna 451 ſeq. quid 763

R.

Rachitis, veteribus non ignota 687 ſeq.
Regulae practicae, quaedam ex antiquis deſumtae 414 ſeq.
Reſpiratio, eius celeritas ſynchrona pulſus magnitudini 293. difficilis ſaepe eſt inter ſymptomata critica et ſalutaria 294. quaenam ſanitati apta ib. criſes adiuuat 295
Reuulſio, v. Antiſpaſtica.
Rheuma, quid ap. veteres denotet 386. quid ſecundum recentiores 387. vere vterque conſentit ib.
Rubefacientia, quando applicanda 638. ob reuulſionem in remotioribus partibus ap. veteres ib. quaenam huc referenda ib.

S.

Saliua, ſalutariter in morbis reiicitur 350 ſeq. cur proſit 351. interdum ſymptoma morborum gaſtricorum eſt ib. interdum critica 352. ſpontaneus eius fluor proficit in morbis faucium et capitis ib. in febribus ib. variolis, dentitione, affectibus ſoporoſis, epilepſia 353. ſalſa, quid indicet 451
Sanguis, eius corruptelae variae fereque innumerae 450. praeſtat, effluere eum per loca apta 500. venaeſectione, vrgente fluxu et impetu, imminuendus ib. cunctatio hic peſſimi euentus ib. maxime in defectu menſtruorum vel haemorrhoidum 501
Sanitas, perfecta non datur 56. cur, ib. adeſt ακιναθεια quaedam ib. in quibus reperiatur 57. ſanitas media, vnde contingat 59. ſigna bonae ib. flaccae 64. ex actionibus ib. cauſſis ib. non negligenter curanda 68. ſanitas duplex eſt 82. labans

labans vtcunque ſuſtinenda 90. gradus a Galeno diſtincti 92. debilis et interrupta non tuta 93. praecauenda ſecundum differentiam hominis ib. viae excretionum apertae ſeruandae 114. ſenum ſanitas infirma 129. duo eius momenta 465. ſanitatem facere, quid 494

Sanitatis conſiliarii, qui 5. quales ſub artis incunabulis ib. eorum virtutes, quoad vitam honeſtam et morum ſuauitatem 17

Sapor, vim medicamendi prodit 544

Scarifatio, laudabilis in pleuritide 507. in dolore, fluxione, inflammatione 520. eſt depletorium ſanguinis auxilium 610. vnde nomen deductum ib. iuuat propinquitas vulnerum in loco affecto 611, quando inſtituenda ib.

Sectarum ſtudium, peſſimum 14. turpe eſt, alios vnice ſequi ib. cum ratione ſequi licet ib.

Sedimentum v. Diureſis.

Senectus, eius praeſidia 81. 131 ſeq. requirit curioſiſſimam legum prophylacticarum obſeruationem ib. incommoda 129. viribus, non annis metienda 131. vnde tardior vel citior ib. morbi ſpecies eſt 482. praecox impedienda 483

Senex, quid facere debeat 132. mollibus cibis et balneis vti ib. vinum vetus bibere 133. quieti ſe dare, interdum mouere ac fricari ib. mitius, ac iuuenis, aegrotat ex acutis, grauius in longis 144

Senſuum defectus, in morbis ſemper malus 272

Serum, quando euacuandum 512. cute ac renibus ib.

Sialagoga, quaenam ap. veteres 632. recentioribus praeſtantior mercurius 633

Signa critica, quae 258. 260. 263. confunduntur ap. *Hipp.* cum ſymptomatis ib. etiam iuuant 261. ſumuntur ex habitu corporis 263. debent attendi a medico 264. ſaepe vnum bonum inter vrgentia ſymptomata ſpem facit ib. ſigna, ſub quibus aeger de vita periclitatur 267. ſunt accurate deſcripta ab antiquis 268. differentia inter ſymptomata et ſigna critica, quae 268

Singultus, tantum non ſemper in morbis ſuſpectus 274

Sopor, in omnibus morbis ominoſus 269

Spontaneum, in homine quid 211. in morbis 525

Spuma, in ſanguine ore reiecto quid denotet 371

Sputa, eorum definitio 349. varia nomina ap. Graecos ib. ex variis inſtrumentis et locis dimanant ib. ſunt critica nominanda ob effectum 350. varia, quae e pulmonibus educuntur 353. ſingula critica ib. ſanis proficua ib. in mor-

morbis pectoris 354. tuberculis pulmonum 356. critica praecedere debet coctio 355. ſputorum genera tria ſunt 356. catarrhalia, cruenta, purulenta ib. purulenta valde ſuſpecta ob phthiſin ib. critica phthiſicos iuuant 357. eorum ſputa peſſima, quae 358. per ſputa liberatur pleura et thoracis cauum 359. pleuritis et peripneumonia ib. quando et qualia ſalutaria ib. via ſputorum in dolore laterum, quae 360. ſequuntur ſaepe metaſtaſin 361. in catarrho ib.

Steriles, vnde feminae 34. quaeſtiones forenſes inde ortae 35

Stridor dentium, in pueris damnoſus 274

Subſultus tendinum, in morbis ominoſus 274

Sudor, optimum ad materiam peccantem euacuandam praeſidium 334. plurimi morbi hoc iudicantur 335. quid ad ſudorem criticum requiratur 336. quando exſpectandus bonus in acutis ſudor 337. quinam bonus ib. praeſtat, totum ſudare hominem 338. copioſe ib. malus ſudor, qui, ib. peſſimum, ſudorem deficere 339. malus frigidus ib. ſterilis 340. fetidus ib. hic maxime ſuſpectus 341. color etiam attendendus ib. quid ſignificet ſanguineus ib. luteus ib. ſudor exanthemata protrudit ib. caute euocandus 514. ſudorifica vitanda 515

Suppoſitorium, quando adhibendum 597 ſeq.

Symptomata critica, quae 258. ſunt ſalubria 259. inſalubria 260. dicuntur etiam ſigna critica ib. ſignificant et iuuant 261. qualia tunc eſſe debeant ib. quid ſit ſymptoma 259. 731. quid ap. veteres ib. quid ſecundum Hippocratem ib. bona ſymptomata eſſe debent in febre 261. quid requiratur ad bonitatem 262. debent deſinere poſt euacuationem 263. ante criſin ſymptomata efferata 265. metuenda, quae robur vitae ſuperant 267. differentia inter ſymptomata et ſigna critica, quae 268. ſymptomata mala ib. peſſima, quae actiones vitales laedunt 274

Syrmaiſmus, quid ap. veteres ſit 588

T.

Tempus morbi, attendendum curatiſſime 134 ſeq. maximi momenti eſt 136 ſeq. varius temporis in morbis ſignificatus 137. generatim duratio ib. paroxyſmus 138. euentus 139. ſpeciatim opportunitas quaedam agendi 139. tempori accommodanda conſilia 140. in hoc conſiſtit medici prouidentia ib. omnia ex ordine agenda 141. attendenda vitae et annorum aetates 142 ſeq. phaſis lunaris 144 ſeq. morbi decurſus per ſua tempora 146. habet quatuor tempora 150. addendum quintum, reſtauratorium ib. ſigna temporum mor-

morbi 160 ſeq. ex natura morbi repetenda ib. tempora febrium propria 177. inuaſionis vel morbi horas citant vel tardant 190

Therapia, quae dicatur 390 ſeq. generalis 743. ſpecialis ib.

Tumores, curatiſſime deſcripti ab antiquis 705

Tuſſis, in morbis pectoris vtilis 627. per bechica alleuanda 628. magis per lubricantia ib. quando acribus aggredienda 629

Typus morbi, quid 171. quomodo differat a periodo 172

V.

Venaeſectio, inſtituenda vrgente ſanguine 500. in defectione menſtruorum et haemorrhoidum 501. inter haemagoga auxilia praeſtantiſſimum ib. prophylactica, quando facienda ib. valentibus ſub qua cautione propter tempus 505. minus neceſſaria mulieribus 502. praegnantibus ib. lactantibus ib. in morbo bene ponderanda momenta, antequam fit 503. finis venaeſectionis, quinam, ib. varia pro morbi forma vtilitas 504. neceſſaria in morbis acutis ib. temporis ratio hic habenda 505. maxime in acutis 506. ſub initio ib. etiam ſerius, ſi opus, ib. quouis diei tempore, ſi opus 507. eligendum eſt vas ib. vena 508. praeſtabilior, quae propior ab loco affecto abeſt ib. quantitas mittendi ſanguinis finienda ex circumſtantiis 509. viribus 509. 511. aetate 511. ad animi deliquium vſque in magnis doloribus ab inflammatione ib. contraindicantia bene attendenda 510. quaenam illa ſint ib. nulla venaeſectio obeſis et tenuibus ib. ſenibus et pueris nulla, citra neceſſitatem 511. quando vena ſecanda 606. ſaepe delectu venarum incidendarum opus eſt 607

Ventriculus, laeſus 442. vnde, ib. imbecillo quae proficua 445. danda roborantia ib. fugienda plenitudo ib. billioſa excrementa 447. euacuantia proſunt 448. caute tamen danda ib. praeſtat alimenta ſeligere ib.

Vermes, difficulter expelluntur 599. anthelmintica debent copulari cum purgantibus 600. quae huc valent medicamenta ib. in cura reſpiciendum ad vermium genera ib. aſcaridibus, quae aduerſa 601

Viae remotae, quae 112. his proſpiciat medicus ib.

Vinum, ſuadendum pro temperiei diuerſitate 108. veteres delectum fecerunt ib. nocet generoſum infirmis et atonia aegris 116. etiam vegetis 117. iuuat moderatus vſus ib. auſterum, quibus proficuum 548. debilibus tenue 572. vinorum genera, vtilia ib.

Viſcidum, in primis viis haerens non cedit animali diaetae 102. reſpuit ſarcophagiam ib.
Vitae vires, inſtaurandae ſunt 150. ap. veteres conſtituit peculiarem therapiae partem, ακαχομιδην ib. iam culta haec doctrina ab antiquis medicis eſt 202. cauſſa ſalubris morborum exitus 238. maxima, dum morbus vrget 203. modus agendi ib. a virium ratione et aegritudinis reſiſtentia varia morbi duratio pendet 205. vis vitae, quid 206 ſeq. princeps cauſſa ſpiritus neruis aduectus 207. vis vitae eſt natura 207. conferunt ad ſanitatem reuocandam ſolida et fluida 208. ei ſoli negotium medicus relinquere non debet 212. ei non ſemper fidendum 213. ſine viribus aeger raro eluctatur ib. cum his robuſti ſaepe periclitantur 214
Vlcera, antiqua ſalubria 348. per vlcera arte facta curarunt veteres 640. accurate deſcripſerunt ſinuoſa 708
Voluptas, ſanitatis cauſſa vitanda 96
Vomitus, multum confert ad morbos auerruncandos 304. qui morbi vomitu iudicentur ib. rarius bilis reiicitur 305. ſalutaris eſt in morbis bilioſis 306. in febribus bilioſis, intermittentibus ib. ſtat inter motus criticos 307. cur criticus dicendus ib. ſaepius non eſt criticus dicendus, et quando 308
Vomitoria, proſunt in ventriculi ſordibus et infarctu viſcerum 516. quibus prohibenda ib. rarius data a veteribus medicis ib. contraindicantia, quae 586 ſeq. quando vtiliſſima 587. pauca nominantur apud veteres 588. quaenam illa ib.
Vrina, in quouis morbo ſalutariter effluit 515. v. Diureſis.
Vulnus, v. Chirurgia.
Vultus, maximi momenti eſt in prognoſi formanda 276

FINIS.